Ex libris
Andr. John[...]
[...]
Constat 14 [...].

Nunc verò
Hereditario Jure hunc
Librum possidet filius
Joh: Abr: John
Aº 1700.
Et nunc
Jure permutationis
possessor
Joh: Nicol: [...]
Aº 1702

SUUM CUIQ TRIBUERE.
IOHANNIS MARQUARDI I.Cti.
de
IURE MERCATORUM ET
COMMERCIORUM.
Singularia
Francofurti.
Impensis
Thomæ Matthiæ
Götzÿ.
Cum Privi: S.C Maÿ:
MERCU RIUS.
FIDES & VERITAS.
Daniel Theobalds fec

TRACTATUS POLITICO-JURIDICUS *DE* IVRE MERCATORUM ET COMMERCIORUM SINGULARI,

IN QVO

Ex Jure Divino, Publico, & Privato, Communi, Civili, Canonico, Feudali, & Saxonico, nec non variorum Juris Interpretum Commentariis ac Consiliis, diversis Imperii Romano-Germanici, Regnorumque Franciæ, Hispaniæ, Lusitaniæ, Italiæ, Angliæ, Scotiæ, Daniæ, Sueciæ, Poloniæ, Moscoviæ, Persiæ, Venetæ, Belgii, Hanseaticæ & aliarum Rerumpubl. Ducatuum, Civitatum Constitutionibus, Ordinationibus, Statutis municipalibus, Moribus, Privilegiis, Pactis, Contractibus, ut & Philosophorum, & Historicorum Classicorum axiomatibus, exemplis atque monitis Politicis, Jura Commerciorum Singularia, IV. Libris, Secundum tria Juris objecta summatim collecta, exposita & illustrata sunt.

AVTHORE

JOHANNE MARQVARDO, JCto.

Cum Privilegio Sac. Cæs. Majest.

FRANCOFURTI,
Ex Officinâ THOMÆ MATTHIÆ GÖTZII,

ANNO M DC LXII.



INCLYTAE AC FLORENTISSIMAE
Lib. Imper. Reip. Francofurti ad Mœnum.

CIVIBUS SPECTATISSIMIS, VIRIS LONGO AC VARIO RERUM USU EXPERIENTISSIMIS, Prudentissimis,

Dn. JACOBO FAMARS.
Dn. SAMUELI JORDIS.
Dn. JOHANNI DE FAY Seniori.
Dn. DAVIDI MALLEPART.

FAUTORIBUS MEIS OBSERVANDISSIMIS.
S. P. D.

QVod Lælius Mancinus Politianus, in Alma Patavina Jurium Professor Primarius, de notabili *Transalpinorum* (quo nomine illi Nostrates, Germanos, plerumque indigitant) Interpretum Industria notabiliter effatus est: *Fuisse Italos exteris Magistros, hos autem nunc ab illis* (ut lenioribus, ac ipse fecit, enunciemus verbis, rei tamen veritatem exprimamus) *Sedulitate, Acumine & Gravitate superari*; Ejus nunc recens in Theatrum producimus specimen luculentissimum, Celeberrimi ICti, Nobilissimi Dn. Joh. Marquardi de Jure Mercatorum & Commerciorum singulari Tractatum Politico-Juridicum. Librum, cujus titulo, jure merito quod in aliis factitatum, posset inscribi: *Opus incomparabile, cujus Argumentum nemo Veterum assecutus est, nemo Recentiorum ritè cogitavit.*

Disquisit. Genial. Cent. 3. & 300. n. 22.

Theod. Hö-ping. tract. de Iure Insignium.

Nihil enim hic dari adulationi, & res ipsa loquitur & Virorum Magnorum, ICtorum consummatissimorum, Mevij, Carpzovii & Richteri, Virorum inquam, qui ipsimet & in laude vivunt & à quibus laudari, ut Hector apud Nævium ait, ea demum jucunda laus est, Præfationi subnexæ literæ, suum ad-

)((dunt

dunt calculum, addent etiam alii, quibus hæc legere & evolvere continget, nisi Veritatem oderint, aut quod in publicum confertur commodum, aversentur.

Cùm autem Consultissimus Dn. Autor, quæ ejus Modestia est, persuaderi sibi haud fuerit passus, ut hunc fætum suum tam probe perpolitum & elimatum, ullius inscriberet nomini, ego, qui impensis meis, publicam ut intueretur lucem curavi, illo, ut spero, non invito, id juris mihi credidi futurum, ut liceret ejusmodi præfigere nomina, quæ ob celebritatem suam, inprimis in re Mercatoriâ, quod Argumentum Operis est, quibuscunque intuentibus reverentiam excitarent. Quod quidem meditanti, obvenit, me iniquum rerum futurum æstimatorem, si aliis, quam Vobis, Viri optimi, inscriberem. Quippe, quocunque in Celeberrimo hoc Francofurtensium, cujus nos Cives esse gaudemus, Emporio, quod reliquis Germaniæ, frequentia & nundinarum celebritate, palmam si non præripit, dubiam tamen facit, vertimus oculos, vos certè eminetis, qui Mercurium Minervæ felici consortio junxistis & horum (si sic loqui liceat) Divorum Numina, quotidie ita colitis, ita excolitis, ut suo merito rubore confundantur, qui putant Lucro & Literis simul operam dare, æquè difficile esse, ac sorbere & flare. Nec dubito, quin hanc animi significationem & in Vos propensitatem gratam habituri sitis.

Accipite igitur, quod Vobis destinavi munus, dignum Vestro genio & ingenio, in quo nihil invenietis, *quod ad summam caveam spectet*, vile sit aut ad gustum minutæ plebis, sed talia, quæ non nisi eos qui Vobiscum similia gerunt, decent, talia inquam, quæ & proderunt & delectabunt. Accipite igitur fronte serena, mihi Favete & Valete!

Sen. de Tranquill.

Dabantur ipsis Nundinis Panegyricis, Autumnalibus nempe, A. R. S. M. DC. LXII.

Vestr. Spectabilit.

Devotissimus Cultor,
Thomas Matthias Götz.

PRÆFATIO.

Ut tandem, emissis cælitùs Pacis universalis exoptatissimæ radiis, unà cum instauratâ justitiâ, liber & minimè interruptus COMMERCIORUM cursus, tanquam præsentissimũ afflictissimæ communis patriæ restaurandæ medium, humanæque velut societatis conservandæ arctissimum vinculum, pristino suo nitori ubique restituatur; non tantùm Romano-Germanici Imperii, ejusq; membrorum, sed & vicinorum Regnorum, Provinciarum & Rerumpub. salus & incolumitas efflagitat. Hæc autem commerciorum libertas, vigorem suum obtinere haud potest, absque Civitatum & Rerumpubl. status securitatisque conservatione; quæ quasi est anima, vita & Spiritus commerciorum: quâ sublatâ, ipsa tolluntur commercia non absque summo istarum, in quibus anteà floruerunt, rerumpub. damno & interitu. Omnes enim præcipuè verò Negociatores, illustris Thuani judicio, libertatis jucunditate demulcentur, & perpauci inveniuntur veri & opulenti mercatores, qui civitates aut regiones, durâ servitute pressas inhabitant. *Iac. Aug. Thuan. hist. l. 114. Anno 1595. Cranz. l. 3. VVand. c. 15.*

Ad reducendum itaque & conservandum hoc universale & necessarium, humanæ inopiæ subsidium, gentiumq; elementum & summum veluti bonum, Commercium, apprimè utile & necessarium erit, ut omnes Respub. & Civitates, non tantùm in Germaniâ, verùm etiam in exteris regnis, tàm quoad sacra quàm profana in pristinis juribus, libertatibus & privilegiis, bonâ fide obtentis, longâque possessione præscriptis, conserventur, cæteræ verò gravibus præsidiis, aliisque oneribus hactenus ferè oppressæ, & hâc ratione præter æquum commodis suis privatæ (salvo tamen cujuslibet hactenus legitimè obtento superioritatis jure) in pristinum statum restituantur. *Bald. vol. 1. cons. 341.*

Cùmque Politicorum consilio, Principis & cujusvis boni Magistratus sit, singularem curam gerere, quò omnes ditionis suæ partes abundent divitiis; quibus ad tuendum & amplificandum regnum nihil aptius esse constat; quid utilius erit, quàm ut æquè in exteris & vicinis regnis, ac in nostrâ Germaniâ, commerciorum causâ bene parta privilegia, pacta, conventiones, Transactiones, Ordinationes & Statuta, eumque in finẽ constructa Emporia pristino suo splendori, in utriusq; partis, tàm concedentis, quàm cui concessum est, emolumentum restaurentur: In eorundem verò perniciem Institutæ Impositiones & Exactiones Illicitæ & Injustæ penitus aboleantur & abrogentur. Et hoc tantò magis, cum Superiorum Fiscis hâc ipsâ immunitate nihil decedat, sed quantulum illud fuerit, quod vectigalibus externis diminuitur, id copiosiore & ampliore mercaturâ compensetur. Excitabit enim ista, de quâ nunc loquimur, vectigalis, seu alterius cujuscunque oneris, immu- *AntiMachiavell. Theorem. 32. Nov. 149. Novell. 161. c. 2. Novell. Leon. 52 Cic. l. 5. de Republ.*

 nitas

nitas & remissio, ut Mercatores majori numero ad exteras regiones confluant; resque omnes necessarias frequentius apportent; ut fiscis extraneis nihilominus suus constet succus, & sanguis etiam universo subministretur populo. Quo subinde ipsius quoque annonæ vilitas merciumque cæterarum levamen, totius Regionis bono, subsequatur.

In naturam itaque valdè ingrati sunt, eamq; ob causam stolidi ab aliis meritò habentur illi consiliorum mastiges, qui contra tot rationum pondera, contra tot hospitalitatis, amicitiæ, fidei & utilitatis publicæ, privatæq; jura, contra propriam indigentiam & necessitatem, sapientissimæ Matris Naturæ instituta toties violant, & mercatores extraneos suo commercio & ditionibus, suo consortio & sedibus excludunt, vel ingressos atrociter & immitissimè tractant. Hinc Homerus non inscitè canes eos appellat, qui Peregrinis infensi sunt, propter hujus animalis cum animis istis inhospitalibus contesserationem. Et scribunt nonnulli, in Syriâ reperiri angues, qui erga indigenas quidem venenum non habent, exteros autem cum cruciatu exanimen. Profectò, illud genus mortalium, de quo jam nobis sermo est, anguium horum, quàm hominum naturæ propiùs accedere quis non contenderet? Quamvis autem hanc misoxeniam & inhumanitatem, suâ mole gravem, sana ratio & mitior ætas posteà aliquantò correxerit, & peregrinorum mercatorum exclusionem, ceu naturæ exosam, humanitati contrariam, communi calculo improbaverit & exploserit; semper tamen reperti sunt, & etiamnum, maximô cum commerciorum decrementô, reperiuntur, etiam inter acutiores, nonnulli, qui minus æquo adversus peregrinos mercatores, pro communi bono laborantes, feruntur animo. Etsi enim liberum ipsis ad provincias & ditiones suas aditum, mutuumque commercium non negent, arctioris tamen amicitiæ & humanitatis cum ipsis vincula aversantur. Ideò contrà Majorum instituta & pacta illos in regiones recipere, indultibus ornare, privilegiis & immunitatibus augere, ceu detrimentosum, & invidiæ, scandali & periculi plenum, improbant, negantque; atque adeò quidem, ut illam XII. tabb. legem PRIVILEGIA NE IRROGANTO: nec non illud Trajani Boccalini: *Privilegia, sunt lapis scandali, & seminarium Zizaniorum*, de peregrinis & extraneis mercatoribus proferre & interpretari non erubescant. Taceo, quod modò dicti mercatores contra jura gentium, ipsamque privilegiorum veterum & contractuum libertatem, infinitas molestias, ærumnas & impedimenta, quę alibi in hoc tractatu pluribus à nobis exaggerata sunt, proh dolor! sustinere cogantur. Profectò, aperiretur hîc mihi latissimus campus & commodissima occasio, COMMERCIORVM EXOTICORVM, eaque exercentium, causam agendi; sed vereor ne hoc montium attactu fumum nimis ingratum sim excitaturus. Non est quidem, ut nunc ferunt tempora, animus, peregrinos, vigore antiquorum JVRIVM SINGVLARIVM, Indigenis præferre, aut his omnem prærogativam præcidere, vel planè adimere; nisi fortasse, cum Elisabethâ Angliæ Reginâ, in negotio simili Poloniæ Legato regerente, persuadere velim, bono pastori potiorem esse debere alieni gregis curam, quàm sui; aut, nutricem illam laudandam, quæ, proprio abjecto, partum foveat alienum, sed ea quæ de peregrinis Mercatoribus in rempub. non recipiendis, de familiaritate, de Privilegiis & immunitatibus ipsis imminuendis & denegandis traduntur, ad veritatis Politicę cynosuram jure revocare, & forsan etiam ex ipsius Naturæ institutis, ex sinceriorum populorum moribus, ex sensu communi, ex utilitate publicâ & sanioris rationis dictamine demonstrare possem, non odio scilicet & restrictionibus, sed omni favore & patrocinio dignissima esse commercia, nisi ipsa nunc infallibilis rerum experientia quemvis doceret, *utrisque tàm Dominis quàm Ministris, de imminuendis hisce & abolendis commerciorum privilegiis tàm anxiè sollicitis, perversa ejusmodi consilia* (sunt verba JC. Sibrandi) *exitio fuisse*. Prætermitto, *quàm graviter pactorum & pri-*

Thuan. Continuat. l. 7. p. m. 414.

Cic. pro dom. & Bodin. de Republ. lib. 1. cap. 8.

Thuan. l. 119. histo. sub anno 1597.

Ioh. Sibrand. p. 1. Iur. publ. Lub. sect. 2. n. 84. & praef.

& privilegiorum horum violatores; eorumq; confirmationum osores, à pactorum licitorum Vindice (ut idem Sibrandus habet) *sint correpti; & nonnunquam cum prosapiæ deletione castigati.* Cum tamen illis ipsis potius cogitare fas esset, æquabili & continuo commerciorum exoticorum usu, velut aureâ quâdam Jovis catenâ, universum propè coalescere orbem, & ex pluribus quodammodo reddi unum; quo nihil ad humani generis felicitatem existere potest pulchrius; Navigationem & mercaturam maritimam, veluti duos terrestris orbis esse polos, quorum usu terram sustentari, ejusq; dominia armis roborari. Mobiles quidem esse polos, veruntamen, in illâ ipsâ nobilitate, Regnorum & Rerumpublicarum consistere stabilitatem; vixque earundem ullam fuisse, quæ iis, quasi fundamentis, non innixa steterit. Ne dicam, commerciorum privationem inter fatalem Rerumpub. & regnorum calamitatem â sanioribus Theologis & Politicis enumerari; & egestatem subditorum inde sequi, quâ tandem, in casu necessitatis, ipsum Principem involvi, ut necessariis Regiminis & defensionis suæ subsidiis destituatur.

Sibr. d. p. 1. f. 27. n. 5. & ex eo Klok. de Collect. c. 16. n. 106. 107.

Vid. Ezech. c. 27. ibiq. Amand. Polan. & Ludov Lavater. homil. 119. Keck. syst. pol. c. 14. n. 7. Hippol. à Coll. lib. de Princip c. 30 Lather. de Censu. l. 3. c. 12. n. 53.

Quamvis autem Principi & magistratui prudentiori hæc externorum commerciorũ cura & promotio imprimis cordi esse debeat, cautè tamen agat, ne privilegia extraneorum, nullo existente jure Singulari quæsito, nimiùm extendat. Semper enim civium suorum, quàm aliorum, curam habeat potiorem; & propterea ad publicam civitatis utilitatem in territorio suo commercia restringat. Quò, secundum Aristotelis monitum, Civitas, si quid boni ex peregrinorum commixtione proveniat, idipsum suscipiat; Sin verò mali quid inde proficisceretur, per leges jubẽtes & determinantes caveat, quos oporteat & quos nõ oporteat admittere Mercatores, quę oporteat & quæ nõ oporteat admittere cõmercia. Nam, ut quósvis extraneorum mores licet bonos, in Rempub. patriam introducere haud expedit: sed eâ de causâ meritò cujuslibet Reipub. Genius considerandus & retinendus est, juxta illud Aristophanis, τρόποις ἐπιχωρίοις; hoc est, *moribus regionis vivendum*: ita nec quævis extranea commercia ad forum patrium sine maximâ civium pernicie retrahere consultum erit; tùm propter incolarum, eorumque ingenii & facultatum diversitatem & inæqualitatem, tùm ob locorum varietatem. Hanc commerciorum diversitatem, ab ipsâ naturâ distinctam, si multi mercatorum etiamnum observarent, nec ita confunderent, melius certè illorum res sese haberet; nec tàm facilè inopiæ & decoctionibus, ut modò fit, ansa præberetur.

Quò autem desideratissimus hic commerciorum cursus, unà cum justitiâ, litiumque abbreviatione, ubivis locorum, aliquâ ex parte reduceretur; & tandem pristinum suum vigorem floremque consequeretur (cùm, juxtà Salustium, *Respub. nullis artibus & mediis facilius retineatur, quàm quibus initiò fundata & constituta est*) ego semitam quasi ad hunc obtinendum monstrare allaborans, præ cæteris hoc scribendi argumentum selegi, ac JURA SINGULARIA, quæ passim in favorem commerciorum condita ac observata reperiuntur, quæque ego ante XXVI. annos in illustri Salanâ Disputatione Inaugurali succinctè contraxeram, & cum applausu multorum (absit invidia!) veluti novellum Academicum partum, in lucem edideram, nunc multis in locis aucta, & per capita & libros distincta, in gratiam boni publici, mundo huic theatrali iterùm exponere volui. Opus quidem per se, ob labores publicos, impolitum, & à reconditiore eruditione, ut modernum efflagitat seculum, alienum; oculis tamen multorum in hisce Mercurio plus quàm Palladi addictis Civitatibus degentium, ut me spes fovet, haud ingratum. Tu Vale, benevole Lector, &, si quid boni pro adjuvandâ labascente Repub. & Commercio,, quod voti nostri summa erit, in hoc inveneris opere, remotâ omni invidiâ, fave; &, si nihil invenis quod probes, conatum modò ne improba. Hunc tractatum nostrum non absimilem tibi persuadeas velim, sonis illis & præludiis, quæ prætentant Musici, dum fides ad modulationem concinnant;

quæ ipsa quidem auribus ingratum quid & asperum exhibent, at in causâ sunt, ut quæ sequuntur, omnia sint suaviora: sic nimirùm nos in animum induximus, ut in hâc Cytharâ JURIS COMMERCIORUM SINGULARIS concinnandâ, & ad harmoniam veram redigendâ, primùm operam navaremus, quò ab aliis posteà chordæ meliore digito aut plectro pulsarentur.

I.

Nobilissimo, Amplissimo, Consultissimo

VIRO

DN. JOHANNI MARQUARDO. JCto, Politicoque Celebri, Equiti, Ordinis Senatorii in Republ. Lubecensi Seniori, & Camerario benè merito, Affini & Amico valdè honorando.

â

Lubeck.

Nobilissime, Amplissime, Consultissime VIR, Domine, & Affinis honorande, &c.

IN itinere quod ex Commissione Regiâ ad aulam Cæsaream injunctum, hîc transiens pleniùs intellexi, tractatum de JURE COMMERCIORUM SINGULARI eò usq; sub prælo pervenisse, ut instantibus Nundinis Lipsiensibus, consummatô partu, in lucem manusq; hominum exiturus sit. Tàm volupe mihi id fuit, quàm hoc desideravi diu, & per amicas sollicitationes incitavi sæpiùs. Benè merebitur hoc scriptum de universô Orbe literariô, præsertim iis qui negocia mundi tractant. Pauci sunt, qui Maritimi præsertim ejus, quô Anseaticæ Civitates utuntur, juris recessus explicârunt. Nemo quod ego scio, solidè ita & plenè ut scriptis certa fides, adeoq; fundamentum constare possit; nec mirum, ii enim quædam saltem tradiderunt, qui non sunt aut versati in ejusmodi negotiis, aut compotes actorum, atq; documentorum, in quibus isti latent, unde eruendi atq; exponendi sunt. Utrumq; Tibi adest, VIR Amplissime, qui per Muneris, Legationumq; occasionem, domi foràsq; plura ad COMMERCIA, & Maris negocia quæ pertinent, tractâsti, & Archivi Hanseatici, patriæq; Reipublicæ copiam habes. Quôcircà ut Te nemò melius, solidiusq; hoc scribendi genus suscipere poterit; ita unicuique post materiæ præstantiam, quæ suspensâ hederâ non eget, ipse author illud satis commendabit. Per ea quæ antehac mihi ex delineationibus primis tanti operis communicare dignatus es, certus satis sum, & promptus sponsor, à doctis & Politicæ non minùs, quàm juridicæ prudentiæ non expertibus gratiam, laudemque affore. Ego pro illâ, quæ inter nos Affinitatis, sinceræq; amicitiæ est necessitudine, ex animô felicitati tùm Scriptoris, tùm Scripti, congratulationem per has literas addere volui, juxtim vovens, ut, quam Nomini egregio comparâsti gloriam, post Te Familia semper habeat prosperam, & in multa commoda progerminantem. Calami hæc deproperantis inter itinerantis solitas occupationes celeritati condona animi optimè cupientis non prolixiorem explicationem.

Vale cum tuis optimè, & ut semper fecisti, fave ei, qui dum vivit, erit

Lipsiæ dabam die 11. Martii Anno 1662.
Cum in procinctu stabam abeundi Noribergam.

Amplitudini Tuæ

dicatissimus

David Mevius, supremi Regij Tribunalis Wismariensis Vice-Præses, & ad Imp. Majestatem nomine Regis, & Coronæ Suecicæ p. t. Legatus.

II.

VIRO

Magnifico, Nobilissimo, & Consultissimo, Dn. JOHANNI MARQVART, Equiti, JCto celeberrimo, Reipublicæ Lib. Imper. Lubec. Senatori primario, & Camerario optimè merito, &c. Dn. Fautori multis nominibus honorando.

Lipsiâ. Lubecam.

S. & O. Literæ Vestræ, VIR Magnifice, Nobilissime, ac Consultissime, DN. Fautor multis nominibus colende & honorande, & favoris & amoris testes mihi sunt omni exceptione majores, quibus ut fidem tribuam, me omninò cogunt, quin & ad observantiam & officia quovis tempore vobis præstanda devinciunt, & obstringunt, cumq; ex pagellis simul transmissis, Opus de Mercaturâ & Commerciis perfectum elegantissimum & absolutum nobis sperandum, intellexerim, non possum non Vestros conatus toti Reipubl. literariæ proficuos summis deprædicare laudibus. Etsi enim virgulam Censoriam mihi nec sumere, nec arrogare velim, fateri tamen ipsa me cogit veritas, materiam pariter & tractationem, quantum mihi pagellas transmissas per ocium, verè negociosum perlustrare licuit, laude dignissimam & nemini non in juris prudentiâ, ac forô militanti summè necessariam esse. Nec solùm scriptum illud, omnibus numeris perfectum Vestrum singulare, & rarum judicium ac ingenium omni mundo sistit, sed etiam commodum & utilitatem Mercatoribus & Emporiis pollicetur, ac insigne Mercaturæ longeque amplum promittit augmentum, ex quo non modò Lubecæ Vestræ (quam Chytræus pro præcipuô Maris Balthici Emporiô habet) sed & toti Imperio encomium immortale accessum iri, reor. Est itaque, quod de tali & tantô opere Vobis gratuler, Deum submissè rogans, ut in posterum quoq; Vestros labores secundare, Vosq; in usum Reipubl. patriæ, ac literariæ diu incolumem conservare velit, qui sum

Vestræ Magnific.

Dab. Lips. 10. Febr. 1662.

Omni observantiâ obstrictus

Benedictus Carpzou D. mpp.
Sereniss. Electori Saxoniæ à Consiliis intimis, Appellationum causis, & Electoral. Scabinatus Lipsiens. Assessor primarius.

III. *VIRO*

III.

VIRO

Nobilissimo, Amplissimo, atq; Consultissimo, DN. JOHANNI MARQVARDO, JCto Celeberrimo, EQUITI eminentissimo, laudatissimæ Reipublicæ Lubecensis SENATORI primario, & Camerario meritissimo, &c. DN. Fautori & Amico suo plurimùm honorando & amando.

LUBECAM.

S. & O.

Vir Nobilissime, Amplissime, atq; Consultissime, Fautor & Amice plurimùm honorande!

IAm olim, cùm nobiscum viveres, præter insignem ingenii tui præstantiam, etiam amorem, quo erga me fuisti, magnoperè sum admiratus.

Hic eò optimum tuum induxit animum, ut me vix tale quippiam merentem religiosâ velut sanctitate coleres, & quo eum abundè contestareris, meo sub qualicunque præsidio (si jucundum tibi actos meminisse labores,) non sine adplausu theses tuas ventilasti. Quo ipso, Vir Excellentissime, allectus sum, tecum ut conspirarem in suavissimo amoris adfectu, teneremque te in intimis medullis. Illa verò effeceras, ut maxima quæque de Te mihi promitterem, & olim à Te insignis tuæ eruditionis radiis Themidos sacra egregiè illustratum iri non levibus conjicerem indiciis. Nec fefellit piam spem exoptatus eventus; nam ut reliqua pace tuâ silentio præteream, vel ille tuus, DE JURE MERCATORUM ET COMMERCIORUM SINGULARI, tractatus quàm Themidi acceptus erit & valdè utilis! Eum judicio meo per tuas literas & amorem & Tullianæ eloquentiæ vim spirantes submittis?

Humanitas & tui in me animi propensio verba illa Tibi, Amice honoratissime, dictârunt. Non is sum, qui de Te, in quo omnia laude & admiratione digna, judicium feram. Quod si tamen velis, ut tibi, quod est officium amoris, requirere à me videtur, quid sentiam, candidè exponam, scito me in urnam judicii album injecisse calculum. Omnia in illo tractatu præclara, omnia singulari industria & prudentia scripta, omnia copiosè, soleiter & accuratè tractata & elaborata sunt. Pauci, quos æquus amavit Jupiter, sublimi illo gradu incedere possunt.

Orbi igitur quæso proxima quaque occasione hanc eruditionis tuæ egregiam è cerebro tuo prognatam Minervam siste, securus & intrepidus perge, quò tuus te vocat Genius, consequere, at scio, omnium doctiorum apomagdalias, & conatuum tuorum decentes laudes, nec nisi Bæotico aëre natos & malevolentiæ stimulis agitatos suffragia negaturos credo, quorum raucas voces contemnes, & quid leves illi homines sentiant, aut loquantur, non tibi valdè laborandum esse existimabis. Res, quam tractas, perdifficilis est, multis & quasi Labyrintheis ambagibus & difficultatibus intricata, valdè tamen utilis, & maximè necessaria: Tu verò, Vir Consultissime, tantâ dexteritate pariter ac felicitate (dare me aliquid auribus tuis à me alienum arbitrabere,) filum ei Ariadnæum largiris, ut an methodi perspicuitatem, an rariora illa, quæ apud alios non inveniuntur, & quibus velut stellulis quibusdam totum tractatum mirificè illustras, magis admirer, planè ambigam. In Collegiis nostris Juridicis, quibus singulari DEI providentiâ & gratiâ, indignus equidem ultra IV. lustra interfui, in causis Mercatorum & Commerciorum cautè semper & velut timidè versatus sum, nec enim eas ferè ullus, ut dignitas requirit, illustravit. Tu verò, Vir Nobilissime, si tuum edideris tractatum, in quo omnem de iis veritatem & perspicuitatem in Democriti illo profundo hactenus abstrusam elatebrasti, Te habebimus, quem in gravissimis hisce causis haud illibenter & tutò sequemur.

Communica igitur toti Orbi illam eruditionis tuæ purpuram, agnoscet gratus tantum laborem, tantumque beneficium, viridem tibi gloriæ palmam deferet, laudique tuæ in Mnemosynes templo suspendet tabellam.

Vale quàm felicissimè, quàm diutissimè ad tui gloriam, Reique publicæ tàm tuæ quàm literariæ emolumentum, & me tui amantem redama, pluraque tuæ scientiæ & experientiæ specimina intrepidus in lucem emitte! Dabam Jenæ 6. Maij, Anno S.N. 1658.

Tui

Studiosiss.

Christoph-Philip. Richter D. Com. Pal. Cæs.
Consil. Saxon. Prof. P. Facult. Jurid. Sen. Curiæ
Provinc. & Scabinatus Adsessor.

DESIGNATIO LIBRORUM ET CAPITUM HUJUS TRACTATUS.

Cap. XII. De

LIBER TERTIVS.

LIBER QVARTVS.

F I N I S.

LIB. I.

TRACTATUS NOMICO-POLITICI *DE* JURE MERCATORUM ET COMMERCIORUM SINGULARI.

CAPUT I.

De

Mercaturæ præstantia, Dignitate, & cum literarum studiis commercio.

SUMMARIA

1. Difficultas & novitas operis. & n.5.
2. Ex quo Jure hic Tractatus collectus.
3. Variorum Privilegiorum seu jurium singularium scriptores & Authores recensentur.
4. Raritas Authorum qui de hac materia scripserint.
5. Protestatio Authoris.
6. Mercaturæ præstantiam quæ arguant.
7. Quò quid antiquius eò præstantius.
8. Mercatura naturæ congrua, & cum illâ cœpit.
9. Mercatura alia naturalis, alia artificialis.
10. Mercatura â primævis hominibus exercitata. quod ibidem exemplis probatur.
11. Patriarcharum.
12. Scytharum.
13. Græcorum.
14. Judæorum.
15. Gallorum antiquorum.
16. Romanorum.
17. Pœnorum, Tyri &c.
18. Inventores & cultores Mercaturæ, præstantiam illi conciliant.
19. Quod itidem probatur exemplis Deorum & Regum, puta Salomonis, Josaphat, Tarquinii, Vespasiani, Pertinacis Impp. & aliorum & n.24.
20. Tyri Emporii splendor & gloria.
21. Lusitaniæ Regum status crevit per mercaturam.
22. Hodiè Principum aliqui commerciis vacant.
23. Philosophi celebriores commerciis operam dederunt.
24. Equites Romani commerciis incubuerunt, quod monstratur exemplis.
25. Venetorum Nobiles mercaturam Reipublicæ suæ animam reputant.
26. Genovenses Patricii commerciis studēt.
27. Negligendi qui de commerciis duriter scripsêre & n.81. fin. huj. cap.
28. Mercaturæ cum sapientiæ studiis cognatio.
29. Mercatura duplex, alia corporis, alia animi.
30. Elegans Ciceronis locus, de Mercaturâ bonarum artium & scientiarum.
31. Pythagoræ assensus de mercaturâ artium.
32. Chemniz magaritæ mercaturæ analogicæ.

33. Ana-

33. *Analogica & figurata Mercatura ex Joh. Valentino Andrea, in qua de Nundinis variarum artium & scientiarum.*

34. *Authores alii qui de hoc Mercatura genere scripserint.remiss.*

35. *Probus mercator honestate & utilitate actiones suas metiatur.*

36. *Media ad honestatem & utilitatem conducentia.*

37. *Mercator studiis & artibus liberalibus operam aliqualem navet.*

38. *Quibus disciplinis animum polire expediat Mercatori, paucis contra communem opin.*

39. *Non quid sit, sed quid fieri debeat considerandum.*

40. *Stoici fingunt sapientem, etsi talis non detur.*

41. *Mercatori major Rhetorica, quàm Logica & Metaphysica usus.*

42. *Mercurius mercatorum Patronus.*

43. *Mercurii descriptio.*

44 *ἑρμαῖον quid?*

45. *In contractibus Mercatorum dolus bonus admittitur.*

46. *Sensus l.16. §.4. ff. de minorib.*

47. *Physices aliqualem scientiam habeat Mercator.*

48. *Physices scientiam Mercatori utilem esse, unô vel altero exemplo demonstratur.*

49. *In emendo vino Physices scientia expedit.*

50. *In emptione metallorum, fructuum, lignorum, cinis, pellium, margaritarum, Physica utilis.*

51. *Mercatoris scientia modica in Mathematicis.*

52. *Scientia Mercatoris in Arithmeticis necessaria.*

53. *Scientia Mercatoris aliqualis in Astronomicis.*

54. *Thales Milesius ex Astronomia quæstum fecit.*

55. *Quid ex Astrologia Mercator observare studeat.*

56. *Quid ex Geographia & Hydrographia observet mercator.*

57. *Ex Geographia ventorum flatus nosse discit Mercator.*

58. *Ex Hydrographia marium periculosas prætervectiones cognoscit Mercator.*

59. *Ex Geographia fluxum & refluxum maris discit.*

60. *Georgii* Schultzen *Tractatus Germanicus de fluxu & refluxu maris &c. allegatur.*

61. *Philosophiam Practicam præ cæteris sibi commendatam habeat Mercator.*

62. *Mercator à Philosophia Practica discit appetitus secund. rationes componere.*

63. *Mercator ex Phil. pract. discit avaritiam fugere.*

64. *Mercator ex Phil. pract. discit virtutes à vitiis distinguere.*

65. *Mercator à Phil. pract. discit non temerè spondere, rectè fidere, & contrahere.*

66. *Juris principia & præcepta docent Ethica & Politica.*

67. *Justitiæ commutativæ appellatio à negotiatoribus profecta.*

68. *Oeconomica Scientia Mercatorem rectè docet commutare & permutare.*

69. *Prudentia civilis ministri qui?*

70. *Experientiæ requisitum in Mercatore.*

71. *Memoriæ requisitum in Mercatore.*

72. *Ingenii requisitum in Mercatore.*

73. *Solertiæ requisitum in Mercatore.*

74. *Consilii* } *requisitum in Mercatore*
75. *Sententiæ* } *ubi vid. locum ex Chemnitii Harmonia.*

76. *Thomæ Garzonis Itali assensus de requisitis scientiarum in Mercatore.*

77. *Linguarum cognitio Mercatori apprimè necessaria est.*

78. *Mercator exterorum ritib. & morib se accommodare discat.*

79. *In exoticis locis nociva inquirere & vitare discat Mercator.*

80. *Ipsa Sapientia Dea Pallas sub Mercatoris habitu.*

81. *Quid adversæ sententiæ Authoribus, qui malè de Mercaturæ professione scripserint, respondendum.*

Labo-

1
Aboriosum sanè atque difficile opus aggredior, qui de Jure Mercatorũ & Commerciorum singulari, valdè distracto & dissipato hodiè, scribere, & quicquid hujus est argumenti,
2 explicare suscipio. Neque enim hoc jus tàm ex Sacratissimo Juris nostri volumine (quod tamen, attestantibus Baldo *in rubr. x. de Cler. pereg.* & Petr. Foller. *ad Marant. spec. aur. p. 4. distinct. 9. n. 55.* non exiguas interdum mercatoribus tribuit immunitates, & exemtiones) quàm jure publico & Gentium, Interpretum, Politicorum & Historicorum monumentis, diversarum Rerumpublicarum legibus, statutis & consuetudinibus, praxique modernâ expressum & collectum est. Hæc autem, quæ tento, quantum ego expiscari potui hactenus,

--- vacuas tenuerunt pondera mentes,

ut illud de suo mihi largiatur Virgi-
3 lius *3. Georg.* Proposuêre quidem sibi varii variorum jura singularia, scriptis suis digerenda ac illustranda. EQUITUM ac NOBILIUM Petrus Calefatus; Andreas Tiraquellus, Josias Noldeni9, Petrus Fritzius, & reliqui. CLERICORUM Antonius Bonicontus, Henningus Arnisæus. DOCTORUM Petrus Lenauderius, Johannes Halbritterus, Georg. Walterus, Johannes Limnæus. CANONICORUM Dn. Anton. Colerus, Joh. Himmelius. PATRICIORUM Johann. Jacob Draco. SCHOLARIUM Petrus Rebuffus, Horatius Lucius, Helfricus Ulricus Hunnius, Christianus Kremberg. MILITUM Martinus Laudensis, Marcus Mantica, Achatius Enenkel, Lib. Bar. Claudius Cotiræus. RUSTICORUM Rhenatus Choppinus, Conradus Heresbachius, Adamus Timæus. BELLI Albericg Gentilis. PACIS Hugo Grotius. FISCI M. Antonius Peregrin. JURAMENTI Andreas Bononiensis, Seraphinus à Seraphino, Hieronym. Setzer9. DOTIUM J. Campegi9. MULIERUM Fridericus Prükmann9. VIDUARUM Henricus Neuenhaan. NOVERCARUM Burchardus Berlichius. PUPILLORUM Lucas Parmensis. LIBERTATIS M. Mantica. PAUPERTATIS Cornel. Benincasius, Perusinus. PIARUM CAUSARUM Andr. Tiraquellus. Et si quæ alia sunt. Qui autem Mer- 4
catorum labores, quibus fruimur, hucusque præmiis literariis, in hoc feracissimo scripturientium seculo fuerit remuneratus, Commerciorumque Singularia Jura, à quibus maxima pars externæ felicitatis regnorum & rerumpub. pendet, ex tripode porrexerit, audivi neminem. Equidem, præter Benevenuti Stracchæ, Comitis, Equitis & *Patricii Anconitani*, qui ob id Patronus Mercatorum appellatus à R. Ruland. *in relat. singulari de Assecuration. præm. non solut. num. 54.* paucula hujus argumenti, & aliorum nonnulla alia sparsim, legi nihil: & ea, quæ confectò demùm hoc opere vidi, non tàm de mercatorum beneficiis, privilegiis, aut juribus singularibus, quàm eorum negotiis, imprimis maritimis, tractant. Hâc verò in re si Vobis, Lectores benivoli, ingenii & viri- 5
um mearum terminos materiæ dignitas excessisse videatur; condonetis, quæso, aliquid honesto ardori, viam arduam & nullis penè vestigiis antehac tritam, perrumpere conanti; & sicubi errores, vel alia minus comptè dicta, qualia facili cum labore seculum hoc κριτικώτατον invenire potest, occurrant, æquissimi Prætoris restitutionem, haud difficulter permittatis. Priusquam verò spacium hoc seriò aggrediar, operæ pretium existimavi, paucis de Mercaturæ præstantiâ & dignitate præmittere.

Præstantiam mercaturæ arguunt 6
1. Antiquitas. 2. Inventorum & cultorum dignitas. 3. Denique mercaturæ cum Sapientiæ & bonarum litterarum studiis commercium. Pri- 7
mô itaque loco cùm communis JCtorum schola doceat, quò quid antiquius, eò etiam censeri nobilius. *l. 1. ff. de Alb. scrib.* & venerandæ vetustatis magnam esse autoritatem. *l. 2. ff. de Aqu. & aqu. pluv. arcend.*

 Novell.

Novell. 23. cap.3. Andr. Barbatia *Consil.*
9. num.17.18. Joseph. Mascardus *de*
probat. conclus.273. num 15. Dn. Theodo-
rus Reinking. *lib.1. de regim. secul. & ec-*
clesiast. class.2. cap.7. n.22. non minimam
certè mercaturæ arguet præstantiam
temporis antiquitas; quam duobus
8 probamus argumentis: I. Quod cum
naturâ maximè congruat, & cum hâc
« quasi cæperit; mira enim hæc, ait Plin.
« *natur. hist. lib.10. cap.29.* naturæ diffe-
« rentia, alia aliis locis negat, tanquam
« genera frugum fruticumque, sic & a-
« nimantium, non nasci translatitium,
« invecta emori mirum. Nam etsi na-
tura nunquam deficiat in necessariis
absolutè & totaliter: quia tamen non
omnia unô loco profert ac gignit, id-
eò per commutationem rerum aliun-
de allatarum hunc defectum compen-
sari voluit. *vid. nos cap.2. seq. n.15. &*
seqq. Atque hæc fuit prima merca-
turæ occasio, quod in diversis terris si-
ve locis homines viverent, nec singu-
la ad vitam humanam necessaria sin-
gulis nationibus natura suppeditaret,
9 ut & alibi pluribus exponetur. Hæc
etiam causa genuina est, ob quam
Mercatura, quæ Græcis est μεταβλητικὴ
seu ἀλλαγή, naturalis dicatur; quamq;
disertè reddit Philosophus dum inquit
1. Pol.6. Permutatio in omnibus rebus
cæpit quidem ex eo, quod est secundum
naturam, quòd homines alia quidem plu-
ra, alia verò pauciora, quàm satis sit, ha-
beant. Quasi diceret; Commercium
sive Mercatura naturalis, putà μεταβλη-
τικὴ, quæ ἐμπορικὴ χρηματιστικὴ & καπηλι-
κὴ i. e. artificiali prior est, dicitur exin-
de, quia id, ex quo cæpit, est naturale,
videlicet Indigentia. Est autem ἐμπο-
ρικὴ quæ inter gentes remotè dissitas
intercedit, καπηλικὴ Tabernaria, quę est
inter Cives. Illam Aristoteles iterum
in ναυκληρίαν quæ mari & φορτηγίαν
quæ terrâ conficitur, dividit. Hone-
stior autem est maritima, quia ut Cic.
loquitur, *multa multis impertit*, & ideò
secundùm naturam ut dixi, est neces-
saria. Aristotel. *1. de Rep.9.* & ex eo Fr.
Stypm. *de jure naut. lib.1. c.2 n.51. & seqq:*
10 Deinde probatur hæc antiquitas, quòd
à primævis hominibus exercitata fue-
rit. Docent etenim literarum monu-
menta; primis seculis, cùm naturæ o-
pibus census omnes constarent, mer-
caturam intrà pecora agrosque con-
stitisse, primosque mercatores agrico-
las & pastores fuisse. Joseph. *lib.1. an-*
tiq. jud. cap.7. scribit, ideo & Agricul-
turâ ipsâ antiquiorem dicit, Cl.
Salmas. *de usur. cap.11. pag. 298. & seq.*
Mercaturam temporibus Noæ ho- 11
minibus familiarem fuisse. Josephus,
Jacobi Patriarchæ filius Ismaëlitis
mercatoribus venditus fuit. *Genes. c.37.*
vers.28. De Scythis tradit Strabo *lib.7.* 12
De antiquis Græcis Homerus *Odyss. O.* 13
Thom. Garzon. *nella piazz. univer-*
sal. de tuttele profess. del mondo. discors.
65. De Judæis liquet ex *2. Paralip. c.1.* 14
vers.16. Judæos non mercatores sed
agricolas & ab omni ævo strenuos fœ-
neratores fuisse docet Cl. Salmas. *de*
fœnor. trapez. pag.370. & seqq. De an- 15
tiquis Gallis scribit *Cæsar*, eos Mercu-
rium maximè coluisse, ut quem ad
quæstum mercaturasque vim maxi-
mam habere, ut paulò post sequetur,
arbitrabantur. Quàm familiare fue- 16
rit Romanis vetustioribus pecunias
locare, æs alienum contrahere, versu-
ris faciendis luculenti patrimonii nau-
fragium facere, docet eruditâ illa Sa-
tyrâ Flaccus, in quâ sub personâ Mer-
curialis Damasippi, sui seculi taxat ne-
gotiatores. Mercaturas ad inventum 17
Pœnorum refert Plinius *lib.7. natur.*
histor. c.56. cui & consentire videtur il-
lud Ezechielis *c.27. vers.12. & per tot.*
Tyrus, (quæ fuit Phæniciæ peninsula, & »
Carthaginis mater) *negotiatores tui à* »
multitudine cunctarum divitiarum, ar- »
gento, ferro, stanno plumboque impleve- »
runt nundinas tuas. »

Sed & Inventores & Excultores 18
mercaturæ eximiam illi præstantiam
conciliant; dum eam exercuisse ipsos
DEOS, Jovem & Mercurium, testantur
Ethnicorum scripta. Magni quoque 19
Reges & Principes hanc tractare vo-
luerunt: Ita Salomon tertiô vertente
anno, naves in Indiam misit; id quod
& Josaphat Rex fecit, & Tarquinius
Priscus,

Priſcus, Rex Rom. Dionyſ. Halicar-
naſſ. *lib.3.* Veſpaſianus Imperator,
teſte Suetonio, non ſolùm ante Im-
perium ad mangonicos quæſtus, ſu-
ſtinendæ dignitatis causâ, deſcendit;
ſed & impetrato Imperio, negotiatio-
nes alias propalàm exercuit, quædam
tantùm emendo, ut pluris diſtraheret.
Pertinax item mercaturas exercere
Imperator per homines non aliter,
quàm privatus, ſolebat, ut ſcribit Capi-
tolinus. Addere è Sacris libet Eſai.
cap.23.verſ.8. locum, ubi Propheta de
20 nobilisſimo Emporio Tyro loquitur,
,, quis cogitavit hæc ſuper Tyrum co-
,, ronatum, cujus negotiatores princi-
,, pes, Inſtitores ejus inclyti terræ. *vid.*
21 *c.27.* Ezech. Ita Luſitaniæ Reges, ut
à vetuſtioribus ad recentiora exempla
accedamus, armatis claſſibus Æthio-
pica atque Indica commercia & obti-
nuerunt, & hactenus conſervarunt.
Caſp. Ens. *Claſſ.1. Schol.polit. c.5.* Zara
in anatom. ingen. & ſcient. ſect.2.membr.
22 *16.* Noſtris quoque temporibus ſuavis
lucri odor Celſisſimorum Principum
aulas adeò occupavit, ut dedecori
haud ſibi eſſe putent, negociationibus
maritimis, licet diverſo ſucceſſu, quæ-
23 ſtum facere. Quod ſi ad antiquiorum
tempora recurrere libeat, inter Merca-
tores Solon fuit gravis Athenienſium
Legislator, atteſtantibus Plinio, Laër-
tio, Plutarcho. Democritus, & Tha-
les Mileſius, qui unus ex ſeptem Sapi-
entum numero; & Socrates, ille A-
pollinis oraculo ſapientisſimus; quin
& ſummæ prudentiæ & autoritatis
apud Græcos vir, Plato, *ut in l.2. ff. de
Nundinis* deſcribitur, inter divinas ani-
mi meditationes, autore Plutarcho,
olei venditione in Ægypto quæſtum
24 fecit. Sanè Equitibus Romanis olim
mercaturam conceſſam, aut certè ve-
titam non fuiſſe, argumento eſt illud
Ciceronis *in Verrem: Luc. Pratius,
ſplendidisſimus Eques Romanus, qui Pa-
normi; & Q. Mutius Eques, qui Syracu-
ſis negotiatur.* Et hic ipſe M. Tullius
Cicero, Conſul Reip. Rom. potentis-
ſimus & diſertisſimus, in *Orat. pro Plan-
cio*, laudat patrem ſuum, quod fuerit
mercator, Reipub. Rom. apprimè pro-
ficuus. Sic: Ipſe Julius Cæſar primus
Imperii Romani Monarcha avum ha-
buit argentarium. Munoz de Eſcobar
de Ratiocin.c.11.n.1 & 2. quē alleg. Klock
d. ærar. lib.2.c.21.n.11. Et Tarquinius
Priſcus Rex Roman. patrem habuit
Damaratum mercatorem. Valer. Max.
lib.3.c.4. Sic Reinoldus II. Comes
& Dux Geldriæ, Bertholdi, Domini
Mechlinenſis filiam uxorem duxit, qui
Bertholdus fuit ditisſimus. *Erat enim*
(verba ſunt Io. Pontani in hiſtoria
Geld. *lib 7. pag 246. in fin.*) *Mercator
inſignis & Damaſci & Alexandriæ ac
aliis pluribus in locis; adeò ut tandem
maximam congeſſerit pecuniam & ex eâ
ſibi nobile parârit nomen.* Venetorum 25
Nobiles, negociationem animam ſuæ
Reipub. dicunt. Juſtin. Barbar. Pa-
tric. Venetus, *in diſcurſ. de bello cum Au-
ſtriacis. pag. m 7.* & à ſuâ dignitate mi-
nimè alienam; Cui, & Genovenſium, 26
ob id adeò nihil decedit, ut potius au-
geatur. Barthol. Caſſanæ. *de glor.
mund. p.11. Conſid.45.* Joh. Artz ab Ota-
lor. *de Nobil. Hiſpan. p.2. c.5. n.26.* quem
refert & ſequitur Andr. Knich. *de In-
veſt. pact. p.2. c.4. n.111.* Sed de his ſuô
locô uberius. Quorum omnium au- 27
toritate tutus mercator parum æſtima-
re habet, quæ in negociationes acrius
ſcripſere Gregorius, Chryſoſtomus,
Auguſtinus, Casſiodorus, & alii; ad
quæ cum Adamo Rasſio *de Nobilit. &
mercatur. p. 181. & ſeq.* doctè reſpon-
dent Politici. *vid. nos, cap. ſeq. 2. n.50. &
ſeqq. usq; ad fin.* Deniq; adauget hanc 28
dignitatem Mercaturæ, cum Sapientiæ
& literarum ſtudiis commercium.
Summi etenim doctrinæ & ſapientiæ
proceres, ut aliarum omnium artium,
ita & mercaturæ, Philoſophiæ ac libe-
ralium artium commune vinculum
agnoverunt, ſtatueruntque mutuam
ſemper operam hæc ſtudia invicem
ſibi præſtitiſſe. Hinc Plato *in dialogo
de Ente* ſeu *Sophiſta*, Mercatura, inquit, 29
duplex eſt: altera ad victum corporis ,,
ſpectat; altera ad animi diſciplinam, ,,
commutatque nummis eruditionem. ,,
Nam qui Muſicam alibi quidem di- ,,

 ſcendo

ſcendo emit, alibi docendo vendit,
literaturamque ac cæteras animi
diſciplinas, tàm ſerias, quam jo-
coſas, mercatorem nihilominus,
quàm corporis alimenta vendentem
30 dicimus &c. Unde Mercatum appel-
lat Cicero *3. Off.* Athenienſe Gymna-
ſium, Cratippum cum Mercatore com-
parans, artes honeſtas cum mercibus.
,, Verba ſeqvuntur: Suſcepiſti onus præ-
,, tereà grave Athenarum & Cratippi, ad
,, quos cùm tanquam ad mercatum bo-
,, narum artium ſis profectus, inanem
,, redire turpisſimum eſt, dedecorantem
31 & urbis autoritatem & magiſtri. Py-
thagoras dixit, ſimilem ſibi videri vi-
tam hominum, & mercatum eum, qui
haberetur maximo ludorum apparatu
32 totius Græciæ &c. *5. Tuſcul.* Et Mar-
tin. Chemnit. Theologus ille magnus
in ſelectisſima ſua *Harmonia Evange-
liſtar. cap. 62. p. 679.* elegantisſimam
depingit mercaturam analogicam,
in inquirenda & acquirenda marga-
rita magni pretii, hominis Chri-
ſtiani officium in illa adumbrans.
Cum quo coincidit Salomon *proverb.
c. 23. verſ. 23.* quando ait: *Eme veritatem,
Sapientiam & diſciplinam, nec vende
illas.* Hinc Joh. Valentin. Andreas,
in ſuâ Mythologiâ Chriſtianâ. Manipul.
33 *5. Apolog. 32. verb.* Nundinæ. hanc ana-
,, logicam mercaturam ita deſcribit:
,, Cum nuper haberentur nundinæ, dici
,, non poteſt, qui Emtores confluxerint,
,, qui Mercatores. Erant enim inter
,, literatos, qui libros Esdræ 40. & Salo-
,, monis magno numero exponerent.
,, Proſtabat Mathematicis Circuli qua-
,, dratura, Arithmeticis Coſſa perfecta,
,, ac ſuprà omnia numeri myſtici, pro-
,, phetici, Judiciales, ac concentus
,, temporum. Medicis venalis Micro-
,, cosmus, ſignaturæ Creaturarum,
,, harmonia cœlica; Cabaliſtis portæ
,, intelligentiarum & acroſtica ana-
,, grammata, literarumque figuræ &
,, combinationes veniebant. Gram-
,, maticis ars memoriæ, Cubi lingua-
,, rum, ſteganographia, didacticæ novæ,
,, linguæ mutæ & nutuum merx erat.
,, Mechanici perpetuum motum, æſtus
marinos, ſphæras mobiles, Machinas ,,
panareticas, Cornu Alexandri, volan- ,,
di alas, urinandi capſas, transfretandi ,,
terram naves, penetrandi ſepten- ,,
trionem canales attulerant. Hiſto- ,,
rici monſtra Auſtri, Gigantes Pig- ,,
mæosque & Conſuetudines miras, ,,
tum miracula Jeſuitarum advexerant. ,,
Sed maximè operoſi Chymici, lapi- ,,
dem Philoſophicum, Medicinam uni- ,,
verſalem, Panaceam, lumen perpetu- ,,
um, aurum pellucidum, vitrum ducti- ,,
le, rejuveneſcentiam, longævitatem, ,,
transmutationes rerum, monetarum ,,
fucationem & quinteſſentiationem, ,,
anatomiam univerſi, Balſamum in- ,,
corruptionis, arborem vitæ, reforma- ,,
tionem ſcientiarum, magno clamore, ,,
multis juramentis offerebant. Nec ,,
deerant, qui ſpecula Philoſophica, ,,
perſpicilia lunatica, ſpecula combu- ,,
rentia, & qui ſigilla, characteres, ,,
campanas conſtellatas, ſpiritûs fami- ,,
liares, annulos hermeticos, virgu- ,,
las divinas, radices conſecratas ja- ,,
ctitarent. Sed & gemmas facere, ,,
& inviſibilitatis, roboris, lingua- ,,
rum, divitiarum lapides vendere, ,,
Fortunati loculos, optandi pileo- ,,
los conſuere videre erat, & qui ef- ,,
fodiendis theſauris, interpretandis ,,
brutorum linguis, explicandis inſo- ,,
mniis, prædicendis, applicandis va- ,,
ticiniis & ſacrificiis, illuſtrandis My- ,,
thologiis operam addicebant. Omnes ,,
hi obſidebantur à curioſorum, credu- ,,
lorum, prodigorum &c. turba, & mul- ,,
to ære obruebantur. Unus ſupererat ,,
inſtitorum, cui nolæ, auriculæ, virgæ, ,,
flagella, ſcuticæ, laquei venales erant, ,,
is paucos, nec niſi ſapientes emtores ,,
pro coërcendis furioſis reperit. Huc- ,,
usque Andr. De hoc Mercaturæ ge- 34
nere analogico vid. Trajan. Boccalin.
Cent. 1. de Ragguagl. di Parnaſſo, ragg. 1.
ubi Univerſita de Politici apre un Fon-
daco in Parnaſſo, nel quale ſi vendono
diverſe merci utili ad virtuoſo vivere
de litterati verdeutſchet in Niederland
Anno 1617. & cent. eâd. ragg. 6. Hoc ut 35
paulò altiùs repetamus, certum eſt,
verum ac probum mercatorem, quem
ſolùm

ſolùm delineare hîc allaboro, cunctas
ſuas actiones duobus finibus metiri
debere, HONESTATE & UTILITATE. Quia
autem finis absque mediis obtineri ne-
quit, ideò de mediis quoque maturè
36 curam ſuſcipiat, illa verò media, ad
honeſtatem & utilitatem ducentia
cum non fortuitò contingant, ſunt e-
nim certa ac determinata, ſed ex præce-
ptis artium liberalium diſcantur; pro-
inde prima cura ſit boni mercatoris, ni
37 velit in ipſo opere cespitare, ante o-
mnia ſtudiis & artibus liberalibus ani-
mum aliquanto imbuere. Franciſc.
Patricius de Inſtit. Reipub. *lib.2. tit.1.
p.63.* quas tamen, adhibitâ normâ pru-
dentiæ diſcat, & nonnullas aut vene-
rabundus, ob excellentiam earum præ-
tereat, aut utiliora ſaltem de iis præce-
pta intellectu & memoriâ complecta-
38 tur. Quibus autem diſciplinis ani-
mum ſtudiosè polire, & à quibus ab-
ſtinere debeat futurus mercator, parcè
ſaltem ex Philoſophorum quorun-
dam ſententiâ exponam, nihil mora-
tus, ſi fortasſis hæc prudentum opinio
non omnibus arriſerit, ac perpauci
hac qualitate præditi reperiantur mer-
catores; cum non, quid fiat, ſed, quid
fieri debeat, attendendum ſit, *arg. l. ſed
39 licet.12.ff.de Offic.Præſ.* Imo ipſi Stoici
Sapientem ſuum qualis nusquam da-
tur, effingant. *Lipſ. Manud ad Philoſ.
Stoic.11. diſſ.8.* Et Architectum *Vitru-
vius*, Oratorem *Cicero*, bonum Princi-
pem *Xenophon, Homerus, Virgilius* & alii
depingant, non quod exiſtimarint ta-
les aliquos in rerum naturâ reperiri,
ſed quia talis conſideratio apprimè eſt
utilis, ut in hoc veluti ſpeculo quivis,
quid ſibi deſit, perſpicere, & eò melius
cum ratione commodis invigilare
40 posſit. Inter Organicas itaque, poſt
Grammaticen plus temporis, volunt,
impendat diſcendæ Rhetoricæ quàm
Logicæ. Rationes hujus conſilii pro-
41 ferunt duas. Prima, quia Logicæ cre-
brior uſus in ſpeculativâ philoſophiâ,
ac imprimis in Metaphyſicâ, quæ nihil
facit ad Mercatoris frugem, quàm in
Philoſophiâ practicâ, cujus normis
potisſimùm ille ſuas actiones guber-
net. Secunda, quia ad civilem vitam,
quam vivere debet mercator, plus
conducit Rhetorice Logicâ & Diale-
cticorum argutiis, quas & aliàs in Juris
publici ſtudiis ut aranearum telas plu-
rimum artificii, parum verò utilitatis
habere, ex Philoſopho Ariſtone Chio
dicit celeberr. JC. Jenenſis *Dom. Arumæ.
de Comit. cap.1. n.18.* cum quo coincidit
Nazianzenus, *qui Dialecticos ſimiles
dicit iis, qui cancros comedunt, atque pro-
pter exiguam carnem circa multa oſſa
defatigantur.* Huic tamen organicæ
diſciplinæ in cæteris meritò ſua relictâ
laude & utilitate. Hinc arbitror, à 42
Veteribus emendis vendendisq; mer-
cimoniis præfici non iracundum Mar-
tem, non laſcivientem Venerem, non
ridiculum Vulcanum, ſed ingenioſis-
ſimum Deorum Mercurium & Merca-
torum κύριον, illum ſapientiæ & elo-
quentiæ, ut ab Ethnicis depingitur, au-
thorem. Dicunt enim, Mercurium, 43
ferentem virgam, ſerpentibus nexam,
pennatisque talaribus præditum, præ-
fuiſſe negotiis humanis, Mercuriumq;
dici voluiſſe, quaſi mercium curam,
propter quod omnis Mercator pos-
ſit dici Mercurius, ſeu Mercurialis, ita
appellatus à Cicerone *in Epiſt. ad Q.
Frat.* ut ſuspicatur *Sigon. lib. 2. de an-
tiqv. Jure Civ. Romanor:* pennata verò
talaria ſignificent, opus eſſe, ut nego-
tiantium pedes ubique pergendo ſint
veloces, & quaſi pennati; Virgam
verò ſerpentibus nexam, ob hoc adjici-
unt, quia mercatoribus det aliquando
regnũ, & aliquando vulnus, ut ſerpen-
tium. Galerô etiam cooperto pin-
gitur, quia omne negotium debet eſſe
occultum atque abſconditum; gal-
lum quoque ponunt in ejus tutelam,
ſive quod omnis negociator ſemper
invigilet; ſeu quod ab ejus cantu ſur-
gat ad peragenda negotia. Hermes 44
itidem dicitur, vel à græco ἑρμαῖον (quò
nomine lucrum inſperatum ſignifi-
cant Græci, *Jacob. Pontan. progymnaſ.
part. prior. vol 3. progymn 31. in Annot.
p. m. 600.* Præeſſe enim lucro, munus
eſt Mercurii. *vid. prolog. Amphytruonis*
apud *Plaut.* Horat. *Od.10. lib.1.* & latis-

simè Joh. Rosin. *lib.2. de Antiq. Rom.*
cap.9. & seqq.) Unde quidam famosam
illam Saxonum columnam IRMINSU-
LAM, quasi statuam Hermis, i.e. Mercu-
rii deducunt, apud Cl. Henric. Mei-
bom. de *Irmensula Saxonica cap.5.* vel
ut Gorop. Becanus. *in Originib. Ant-*
verp. lib.6. Hermans Sûle/ Herman
enim Mercurium vocarunt & colue-
runt antiqui Germani, teste Tacito, vel
idcircò à Græco ἑρμηνεύσαι, quod Latinè
differere; nempè ut doceant, & sapi-
entiâ & facundiâ opus esse mercanti-
bus; illâ, ut quæstum honestum à tur-
pi discernant; hâc, ut verborum le-
nocinio licito commendent eas mer-
ces, quas extrudere satagunt. Fulv. Pa-
cian. *in eleganti suo tractatu de probat.*
45 *c.33. n.48. cũ seqq.* In contractibus enim
& mercaturâ dolus quidam bonus ad-
mittitur, tanquam arcanum hujus ar-
tis. Clapmar. *de arcan. Rerump. lib.1.*
cap.2. quando in emendo & vendendo
naturaliter concessum, quod pluris
sit, minoris emere; quod minoris sit,
pluris vendere, & invicem se circum-
46 scribere, ut Ulpianus & Paulus in *l.16.*
§.4. ff. de Minorib. & l.22. in f. ff. Locati.
docuerunt; in quorum claris verbis
frustrà se torquent Dd. vid. Joh. Gry-
phiandr. *in arcan. Polit. n.61.62.*
47 Inter Contemplativas disciplinas,
Metaphysicâ Scholastico cætui relictâ,
Physicam excolat ardentius; inque eâ
paulò accuratius sese exerceat in do-
ctrinâ metallorum, fossilium, planta-
rum & animalium. Hæc autem sci-
entia naturalis, utilior est, propter ob-
48 jectum, quod mercatori communicat.
Ambigis? tolle vinum, aliosque li-
quores, tollis magnam mercaturæ par-
tem: aufer metalla, aromata, ligna,
frumentum, pisces, & reliqua anima-
lia; totam mercaturam è societate hu-
manâ auferas statim necesse est. Ho-
rum verò essentias, vires internas, o-
mnia accidentia, ob quæ rerum pretia
intenduntur & remittuntur, nequa-
quam cognoverit mercator, nî Phy-
sices cognitionem hauserit. Experi-
entiam producis? si solam, temetipsum
seducis; sine præceptis mutila hæc &
clauda. Permultum sanè interest, ad
merces tùm emendas, tùm citra labem
diu conservandas, rerum vires ex hor-
tis Physicis perspectas habere. Cape, 49
demonstrationis loco, solum vinum;
vis scire modum, quo ab acore vindi-
cetur, corruptum reparetur, sapore
suavi imbuatur, aut in condimentum
ciborum commodè transformetur;
id verò monumenta Doctorum edis-
serunt; ut, non acescat, considera
causam putredinis; quam ubi invene-
ris esse calorem ambientis aëris sole
usti, ito in contrarium; vinumque in
subterraneos specus & penitissima lo-
ca reconde, vase probè obturato; sic
avertes damnum. At hæc vel rustico
nota? Credo; sed non aliter, quàm
Delphino, solem calefacere. Ta-
lia plurima monita sunt apud Physi-
cos, ad utiliter tractandas varias mer-
cium species necessaria. Ut, ne metalla 50
citò rubigine lædantur: quomodo
fructus arborum diu incorrupti ser-
ventur: ligna quando commodius
cædantur: quomodo cinis acrimoniâ
majori imbuatur: Pelles Sabelinæ
quando emendæ aut vendendæ: si pili
pellium defluant, quâ ratione corri-
gendæ: margaritæ fuscæ ad candorem
quomodo deducendæ; & id genus
alia, quæ consultò prætereo. A
Physicâ, è Mathesi, Astrologiæ levem 51
aliquam, Geographiæ uberiorem, A-
rithmeticæ verò potissimam sibi com- 52
paret peritiam. Arithmeticen enim
non modò utilem sed & necessariam,
singulis ferè momentis experiuntur
mercatores. Astronomia verò ea- 53
tenus non caret fructu in mercaturâ,
prout alterantur, & diversimodè vel
proveniunt, vel ob diversum adspe-
ctum & situm Planetarum afficiuntur
merces aliquando in melius, aliquan-
do autem in deterius; cujus alteratio-
nis proventusque causas nisi mente
suâ subduxerit mercator, jacturam
mercium suarum subeat necesse est;
aut, si observaverit, luculentum com-
modum percipiet; sicut id Thales, 54
unus ex 7. Græciæ sapientibus, suo ex-
emplo comprobavit, de quo vid. Jac.
Menoch.

Menoch. *de arb. jud. quæst. cas. 569. in pr.* & Cl. Salmas. *de Usur. c. 19. pag. 555. & seqq.*
55 Præterea ab Astrologis discet Mercator, quæ anni tempestivitates, quibus locis adeundis aut cavendis conveniant. Ex cælo non dierum solummodò incrementa & decrementa, sed & horarum in mari momenta deprehendet: ex Cynosura, quænam Septentrioni, quænam oppositæ plagæ vicinior: ubi & quantum deflectat ab Arcto acus magnetica, & quibus regulis naturæ error corrigi possit, vid. Fr. Stipmanni *tractat. eleganti noviss. de R. Nautic. part. 3. cap. 9. per tot.* ubi de Compassu ejusque fundamento Ma-
56 gnete. Geographia, ad quam refero hydrographiam, multùm dominatur in negotiandi arte; nam præsertim situm locorum, moresque hominum, ubertatem & defectum singularem rerum in singulis regionibus adumbrat, ita, ut ejus præsidio facilè mercator possit cum laude & emolumento in regionibus exteris mercaturam exercere, vid. Thom. Garz. *piazz. univers. de tuttel. profess. discors. 65. p. m. 235. & seqq.*
57 Et cum absque ventis, mari, æstu, navigare mercatori negatum sit, utile fuerit ex Geographicis & hydrographicis, adjunctô Historices studio, proprios regionum singularum ac partium maris ventos novisse; ut, Notum Adriatici maris arbitrum esse; Boream, Germanici; Gallici Circium; Calabriæ littorum Japyga; Atabulum Apuliæ; Athenarum Sciron, paulum ab Argeste deflexum, de quibus, Eorumque natura. Jul. Ferret. *de re navali. lib. 8. in pr. &* in Meteorologicis disputat Aristoteles, & novissimè eleganter disserit Francisc. Stipmann. *d. tr. de Re naut. p. 3. c. 8.* ubi de ventorum flatibus & numero; utile fuerit
58 novisse, quæ maria & quando procellosa, quæ scopulis infesta, quæ magis, quæ minus, quæ citiùs, quæ seriùs, quæ nunquam æstuent, quàm periculosa prætervectio promontorii australis Africæ; quàm ex portu Sinarum in Japoniam difficilis trajectus; quàm infestæ navigantibus maris Balthici fauces, & inter has imprimis promontorium fluvii Dunæ, secundùm illud vulgare: **Lüser Orth und Domes Nest/ seynd den Kauffleuten böse Gäst;** & quam famigeratum Saxum illud propè Insulam Oelandiæ **die Schwedische Jungfrau:** (quam mensib. Septembri & Novembri Anno 1645. in legatione nostrâ Hanseatico-Suecicâ non sine periculo bis prænavigavim9) quàm periculosæ arenæ prope Jutiam circùm Anhaut sitæ, in nostro mari Balthico **das Gester Rieff** & similia. Quantus in sinu Mexicano à continente aquarum refluxus; & si qui sunt alia. *Plura exempla marium periculosorum, quæ legi possunt,* vid. ap. Fr. Stipmann. *d. laudato tr. de jur. naut. p. 3. c. 10. n. 19. & seqq.* Illud 59 quoque apud Philosophos & Geographos reperire est, Oceanum perpetuô motu in occasum ferri, ideòque citius hinc Novum Orbem adiri, quàm illic veterem repeti; ut nihil dicam de motu peculiari, qui in mari Adriatico ad oram Dalmatiæ, Istriæ, Illyridis, usque ad ultimos Venetorum recessus deprehenditur. At ille maris fluxus & refluxus quotidianus, de cujus origine & ratione vid. Dn. Stipm. *d. tr. lib. 2. c. 4. n. 278. cum mult. seqq.* uti inter naturæ miracula est, ita solum Philosophum & hydrographum differentem patitur, ex quo mercator id addiscat.
Plura de his si quis scire desiderat, le- 60
gat discursum editum Hamburgi Germanicum Georg. Schultzen, Professoris Erffurdensis; Cujus Inscriptio **Von der Edlen und in der gantzen Welt berümbten** Mercanzy, **dero Vrsprung/ Eigenschafft und Natur/ auch wie solche als eine nothwendige Seule aller Regimenter/ ohne die** Mathematic **im geringsten nicht bestehen könne; benebenst außführung 1. natürlicher Vrsachen des Ab- und zu lauffes des Meeres. 2. Was eine Buchhalter auß der** Mathematic **zu wissen von nöten**/in fin. annex. sub lit. A. A
Vides ergo, benevole Lector, quàm se cum speculativo Philosopho maritet mercatura. Paucula pro instituto no- 61
stro, ex morali & practica Philosophiâ petamus; ne hanc quoque se fastidire, sed

sed ambabus ulnis amplecti verus & operosius discit mercator. Omnium itaque maximè commendatam sibi habeat Philosophiam practicam; tùm, quòd civitatis sit membrum; tùm quòd crebrius Justitiæ leges à Mercatoribus hâc disciplinâ non rectè in-
62 structis violari contingat. Quapropter, primò, appetitiones suas ad rectæ rationis obsequium, quas alii frenare ne-
63 sciunt, componat; & perniciosam viperam, cujus veneno plerorumque suffunduntur pectora, Avaritiam intelligo, è pectore suo longissimè abigat; id enim egit natura, ut ad benè vivendum non magnô apparatu opus esset. Quippe erectæ & bonæ mentis mercator (qualem hîc Philosophus
64 informat) sicut vitiosas merces à probis, ita virtutes à vitiis distinguit; &, quot domi numerat talenta, totidem virtutum officia sibi præscribit. Cum nummos suos attentiùs intuetur, fingit uni insculptam pietatem, alteri, candorem; alteri fidem; alteri prudentiam; alteri liberalitatem; & in ipsis malorum irritamentis imagines
65 honesti concipit. A Philosophiâ practicâ audiat Mercator, non esse temerè spondendum, cum noxa præstò sit; fidendum esse, sed videndum cui; non omnia emenda esse; fœnerationes & pleonexias in perniciem publicæ societatis comparatas. Monet eadem, cauti ut simus in nominibus & syngraphis faciendis; & si quæ sunt alia. Quis prætereà de totâ mercaturâ
66 præcepta tradit; quis sordidam ab opulentâ, tenuem à copiosâ distingvit? quis, depromtis ex jure naturali, gentium & civili præceptis, eam universam ordinat? Politicus est. Quis mercantibus non minus quam JCtis sua principia largitur? Honestè vivendum, alterum non lædendum, suum cuique tribuendum? Ethicus est. Sic docent viri docti, decantatam illam in
67 scholis Philosophorum Justitiæ commutativæ appellationem à negotiatoribus profectam; ut ita ipsius Philosophiæ moralis partem modò confici-
68 at hæc ipsa negotiandi facultas. Quis Mercatorem docet, in Commutationibus vel rerum cum rebus, vel rerum cum pecuniis, vel pecuniæ cum pecuniis, rei familiaris habendam esse rationem? Quis familias exhaurire, nomina facere, rem fidemque consumere vetat? Oeconomicus est. Aristo- 69
teles prudentiæ Civilis administros comitesque facit Experientiam, Memoriam, Solertiam, Ingenium, Sententiam & Consilium. At hæ ipsissimæ sunt mercaturæ partes & officia. Experientia quando, & quatenus, & 70
ubi mercandum, docet. Memoria 71
debiti creditique rationes in numerato habet. Ingenium de rebus merci- 72
busque rectè judicat. Solertia ea me- 73
dia excogitat lucrandi, quæ à versutiâ & pravis artibus absunt. Consilium 74
mercaturam universam moderatur & regit. Sententia, prudentiorum fa- 75
cta & judicia in commutandis mercibus respicere monet; ne, dum soli sapere nobis videmur, fortunæ naufragium debeamus. Hinc Martin. Chemnitz. Theologus Incomparab. in sua *Harmon. Evangel. d. cap. 62. pag. 679. Prudens* inquit, *& circumspectus Mercator omnia quidem excutit, sed non omnia emit, verùm multa repudiat.* ubi vid. Comparationem prudentis Mercatoris, magni pretii margaritam inquirentis, cum hominis Christiani officio: Et Dn Vice-Præses Mev. Affin. nost. pl. colend. in suo docto & pio *tractat. de levamin. Inop. debitor. Cap. 1. n. 6. & 7.* In hoc posteriori seculo Apostolus Paul. *c. 5. Ephes. vers. 16.* inter temporum nequitias ita nos versari jubet, ut in foro MERCATORUM, qui providè inquirunt, cum quib. contrahant, in quos fidem locent, quas merces accipiant, quo lucro dent, vel accipiant. Non aliter cavendum est, ne quid à temporum ratione alienum fiat, ideoque circumspiciendum, cum quib. nobis res sit, quid sperandum, quid metuendum, non tam quid pium & justum inquirendum, quàm curandum, quomodo in turbâ malignantium servanda Pietas & Justitia. Tho- 76
maso Garzon *d. l. discors. 65.* his verbis:

Questa

Questa professione (puta mercantia) *è una professione accorta, scaltrista, sottile, ingenevole, laboriosa, à cui bisogna grandissima memoria, intelletto è cognitione di varie è diverse cose come. v.g. à cognitione de tuttele sorti di monete, che si spendono in diverse paesi, è diquelle sopra le quali siguadagna, è si perde, la cognitione è prattica de Camby, che si fan da un luogo all' altero, è similmente il conoscere che mercantie hanno buono ricapito in questo, è quali in quel altero luogo &c.* Vide locum, ubi hoc latissimè per exempla diversarum mercium & locorum deducit.

77 Denique non ignorare quempiam opinor, quàm ex usu fiet peregrino mercatori, variis linguis loqui posse, & ad singularum gentium mores vitæ-
78 que instituta se componere. Nec vivere profectò apud exteros potest mercator, nisi qui gentium linguas addidicerit, earumque ritibus moribusque se
79 accommodare noverit. Quamobrem consulendi erunt Scriptores clarissimi, qui in Ægypto à fabis abstinendum esse doceant: in Arabiâ cum bacillo ambulandum: in Persiâ non accumbendum, nisi unctis: in Germaniâ hospitum officium ad blandiendum; Græcos rerum novarum esse avidissimos. Hispanos graves & inquieto ingenio. Italos injuriarum tenaces. Gallos civiles blandosque: Anglos Joviales: infideles Allobroges. Quæ peregrinum mercatorem nescire &
80 pudori sæpè fuerit & dispendio. Imò Homerus tantum mercaturæ pretium esse credidit, ut ipsam Palladem, Sapientiæ Deam, quasi alio habitu non possit, mercatoris induerit; ubi enim Telemachum alloquitur, & se Mentem, scilicet Anchiali filium, fingit, ita Palladem seu Minervam Cæsiam suaviter loquentem introducit, *Odyss. α.*

Τοὶ γὰρ ἐγώ σοι ταῦτα μάλ' ἀτρεκέως ἀγορεύσω
Μέντης Ἀγχιάλοιο δαΐφρονος εὔχομαι εἶναι
Υἱός, ἀτὰρ Ταφίοισι φιληρέτμοισιν ἀνάσσω
Νῦν δ' ὧδε ξὺν νηῒ κατήλυθον ἠδ' ἑτάροισι
Πλεῖον οἴνοπα πόντον ἐπ' ἀλλοθρόους ἀνθρώπους
Εἰς Τεμέσην μετὰ χαλκόν· ἄγω δ' αἴθωνα σίδηρον.

Et hæc de dignitate & præstantiâ Mercaturæ προλεγομένου ἕνεκα sufficiant. Quibus verò dentatis argumentis innocua hæc professio à nonnullis impetatur, imprimis verò quid iis respondendum, qui clamitant, nihil Mercurio cum Pallade commune esse; strepitus istos forenses aversari Musas, fugere turbulentam commerciis urbem, & secessus suos amare ac soliloquia; ac quid singulis insit ponderis, Politici sparsim cum Adam. Rassio, Barlæo, Klockio & aliis docent. quib. adde *supr. allegatum Tractatum* Georg. Schultz. *sub lit. A.* 81

CAPUT II.

De

Definitione Juris SINGULARIS, utilitate & Necessitate Commerciorum in genere.

SUMMARIA.

1. *Ante omnia quid unumquodq; inquirendum.*
2. *Vocabuli Mercantilii apud Practicos usus.*
3. *Accurata Privilegiorum seu Jurium singularium Definitio vix reperitur.*
4. *Cur nō semper accuratè definierint JCti.*
5. *Exempla accuratarum Definitionum in Jure.*
6. *Jus singulare quid sit.*
7. *Privilegia propter utilitatem publicam concessa.*

8. Locum

dicorum, Philosophiæ, Jurisprudentiæ & Medicinæ non imputanda.

58. Usus propter abusum non tollendus; quod probatur exemplis diversis.

59. Mercatura Reipublicæ vena & ubera.

60. Mercatura à merendo, quod est virtutis, quæ non vituperanda, sed laudanda, dicitur.

61. Mercatores defectuum publicorum Medici.

62. Mercatura, sicut humaniora studia, non facit imbelles: Contr. Tacit. & Forstner.

63. Membra infirmiora magis necessaria, & ignobiliora plus cohonestanda.

1 PLacet mihi, in vestibulo hujus Tractatûs, Antonius ille ap. Ciceronem de Orat. *lib.1.* qui ait: *Id faciam, quod in principio fieri in omnibus disputationibus oportere censeo, ut quid illud sit, de quo agitur, explanetur. Nam, si forte quæreretur, quæ esset ars Imperatoris, constituendum putarem principiò, qui esset Imperator &c.* neque enim facile de re quippiam disseras, nisi prius, quid
2 ea sit, posueris. Ut itaque hanc juris singularis seu Privilegiorum mercantilium (verbo apud Practicos usitato sit venia) materiam aggrediar, commodam methodum servaturus videar, si primùm id, quod tractandũ sumsi, definitione paucis explicem. Et quidem,
3 ut brevibus me expediam, non vereor asseverare, exactissimam juris singularis seu Privilegiorum, quæ hîc sunt synonyma, definitionem, in juris no-
4 stri locis non traditam esse. Quod equidem à JCtis factum reor, nõ quasi definire non potuerint; cùm singula quæque aptè definiendi, JCtis facultas fuerit felicissima & promtissima, sicut o-
5 stendunt definitiones Justitiæ, Tutelæ, Obligationis, Actionis, & aliæ innumeræ; sed quia id adeò necessarium esse non putarunt. Hering. *de fidej. c. 3. in pr.* Dom. Arumæ. *d. tr. de Comit. c. 1. n. 17. 18. & seqq.* Dn. Fr. Stypman. *de jur.*
6 *naut. lib. 1. c. 3. n. 1. & seqq.* Nos, relictis hisce juris subtilitatibus, dicimus, quod JUS SINGULARE SIT, QUOD PROPTER ALIQUAM UTILITATIS RATIONEM, CONTRA COMMUNIS JURIS NORMAM INDULTUM EST. *l. jus singulare. 16. ff. de LL.* Vid. Ge-
7 org. Acac. Eneck. *de privileg. c. 3.* Quod autem propter utilitatem aliquã privilegiũ constitui JCtus Paulus hîc adserat, nõ injuriâ herclè factum existimo: Cũ enim ea privilegii introducti causa sit, eâ quoq; cessante, privilegium nullius roboris atque autoritatis esse meritò putatur. *c. cum. 6. X. de Appell.* Et hæc 8
illa est utilitas, de quâ gravissimè à Cæcilio apud A. Gell. disputatum est. *Non enim profectò ignoras,* inquit *lib. 20. noct. Att. cap. 1.* „*Legum opportunitates & medelas pro temporum moribus, & pro Rerumpub. oneribus, ac pro utilitatum præsentium rationibus, proque vitiorum, quibus medendum est, fervoribus, mutari atque flecti; neq; unô statu consistere; quin, ut facies Cœli ac Maris, ita rerum & fortunæ tempestatibus varientur.*" 9
Quod ipsum idem Philosophus exemplis ex Romanorum Republicâ depromtis pulcherrimè demonstrat. Hanc notat Cicero *de LL.* dum *privilegia contra Jus Naturæ vel utilitatem publicam concessa, non magis Privilegia, quàm tyrannidem legem esse* asserit. 10
Hanc *justi ac æqui matrem,* ut eam appellat Horatius, semper debent respicere, quicunq; Reipub. curam gerunt. *Novell. 8. in pr. ibi:* quæ utilitatem nostris subjectis introducendo. *l. bono publico 1. ff. de Usucap. & usurp. l. Imperialis. 23. C. de Nupt. ibi: Subjectorum commoda. Novell. 36. pr. ibi: Universa agere ad utilitatem subditorum; & aliis infinitis textibus.* Ut autem utilitatis hujus publicæ rationem in nobis, propositâ hypothesi, paulò altius indagemus; Communis est opinio JCtorum & Philosophorum, inter hos autẽ Platonis, summæ illius prudentiæ & autoritatis viri. *l. 2. ff. de Nund.* Civita- 11
tem benè beatèque sine negotiatoribus habitari non posse. *d. l. 2.* Societatem civilem duob. constare fulcris: Commerciô & Imperiô. *Lips. lib. 2. Civil. doctr. c. 1.* P. Gregor. Tholos. *de Rep. lib. 3. c. 7.* Plato *lib. 2. de Republ.* ἐμπόρους esse τοὺς πλανήτας ἐπὶ τὰς πόλεις. Bart. *in l. 23. ambitiosa. ff. de Decr. ab ord. fac.*

latè Accurſ. *in l. un. C. de Nund.* Alexand. *Conſ. 130. in fin. Vol. 7.* Alber. *in rubr. C. de Commerc. & Merc.* Bald. *in l. Maced. in fin. C. ad SC. Maced. & Conſ. 348. Vol. 1.*
12 ait: *Mercatorum & Campſorum maſſam, ſummum bonum eſſe, gentiumq; elementum.* Apud Jul. Flor. *lib. 3.* eſt: *ſublatis commerciis ruptum fœdus generis humani.* Quod & aſſerit Ariſtoteles *lib. 7. Polit. c. 8. & 9.* & P. Gregor. Tholoſ. *lib. 4. de Repub. c. 4.* & Clem. Timpl. *lib. 4. Pol.*
13 *c. 9. q. 1. 2. 3.* Hinc Cicero *1. Off. Mercatura* inquit, *ſi magna & copioſa, multa undiq; apportans, multisq; ſine vanitate impertiens, non eſt vituperanda; atq; etiam ſi ſatiata quæſtu vel contenta potiùs, ut ſæpè ex alto in portum, ex portu ipſo in agros poſſeſſionesque contulerit, vide-*
14 *tur jure optimò poſſe laudari.* Sic Senec. *lib. 4. de benef. cap. 12. Mercator ita urbibus prodeſt, ut Medicus ægroto, mango venalibus.* Et ad incrementa urbium inprimis ſpectat, ut negotiationes ibi frequententur. Hippol. à Coll. *de Increm. urb. c. 14.* Lazius de Viennâ *lib. 2. cap. 8.* Le Conſeil. d'Eſtat. *p. 1. chap. 41. p. 212.* Et quid autoritatibus opus eſt, ubi res ipſa loquitur?
15 Nulla enim Respub. aut Regio eſt ex omni parte αὐτάρκης; ſed altera alterius ope indiget; hæc enim frugibus; illa aurô & argento, cæterisque metallis aliisque rebus, abundat; contrà prædictis horum aliquibus vacat; quod Poëta belliſſimè innuit, *Georg. 1.*

16 *India mittit ebur, molles ſua thura Sabæi;*
At chalybes nudi, ferrum; viroſaque Pontus
Caſtorea, Eliadum palmas Epeiros equarum.

Et 2. *Georg.*

Nec verò terræ ferre omnes omnia poſſunt;
Fluminibus Salices, craſſisque paludibus ulmi
Naſcuntur ſteriles, ſaxoſis montibus orni;
Littora myrtetis lætiſſima; denique apertos
Bacchus amat colles; Aquilonem & frigora taxi
Diviſæ arboribus patriæ, ſola India nigrum
Fert hebenum ſolis eſt thurea virga Sabæis.

Quicum convenit illud *Libanii*: οὐ μὲν 17
τοῖς πάντα γε πᾶσιν ἔνειμε μέρεσιν, ἀλλὰ διῄρει τὰ δῶρα κατὰ τὰς χώρας εἰς κοινωνίαν τοὺς ἀνθρώπους ἄγων τῇ παρ᾽ ἀλλήλων χρείᾳ, καὶ φαίνει δὴ τὰς ἐμπορίας, ὅπως τῶν παρ᾽ ἐνίοις φυομένων, κοινὴν εἰς ἅπαντας ἐνέγκῃ τὴν ἀπόλαυσιν. *i.e. Deus non omnia omnibus terræ partibus conceſſit, ſed per regiones dona ſua diſtribuit; quò homines alii aliorum indigentes ope, ſocietatem colerent. Itaque mercaturam excitavit, ut, quæ usquam nata ſunt, iis communiter frui omnes*
poſſent. Quippe, ut non omnes ſtel- 18
læ unâ parte cæli fulgent; ita non omnia naturæ munuſcula uſibus humanis opportuna, in unâ mundi regione reſident. Adam. Raff *de nobil. & merc.*
lib. 2. c. 2. Poterat, inquit D. Gregor. *in* 19
Ezech. homil. 10. unicuilibet regioni fructus omnes tribuere Deus; ſed, ſi unaqualibet regio alterius fructu non indigeret, communionem cum alterâ non habuiſſet. Unde fit, ut, cùm illa defert, quod iſta non habet, & iſta reddit, quod illa non detulit, per communionem gratiæ ſibi ſimul etiam diverſæ terræ conjunctæ
ſint. Euripides quoq; Supplicibus, 20
Theſea inducens loquentem, his, quæ humana ratio in commune bonũ reperit, navigationẽ annumerat, his verbis:

Πόντῳ τε ναυστολήμαθ᾽ ὡς, διαλλαγὰς
Ἔχοιμεν ἀλλήλοισιν ὧν πένοιτο γῆ.

Et cuiq; terra quæ ſuum ingenium negat,
Supplere ratium pelagiis diſcurſibus.

Et ut concludamus hoc teſtimoniô 21
acutiſſimi Trajani Boccalini, *Mercanti*, „ inquit *Cent. 1. ragg. d. Parnaſſ. 55. huo-* „ *mini tanto fruttuoſi, tanto utili è neceſſa-* „ *rii al genere humano, il quale per la* „ *Nobiliſſima induſtria di queſti tali gode* „ *le delitie nate ne piu lontani paeſi.* „
Quod exemplo illuſtrat T. Livius *lib. 23.* 22
referens Scipionem Africanum in Hiſpaniâ cùm exercitu extremâ inopiâ & annonæ caritate laborantem, à tribus collegiis certorum mercatorum invectione neceſſariorum liberatum eſſe,

eſſe. Et noviſſimè Maximil. Fauſt. ab
Aſcafnab. *de Ærar. claſſ. 20. cauſ. 67. Ord.*
1591. ex Cominæ. de bello Neap. & aliis de-
23 monſtrat. Sæpius laborante Repub.
mercatores pro legibus & Principibus
ſuam dediſſe fidē; iisq; pecuniam ſub-
miniſtraſſe; cùm & ipſorum Procura-
tores & factores ubiq; locorum maxi-
24 mam fidem obtineant. Nec minus
mercatura prodeſt locupletandis fa-
miliis. Satis enim conſtat, mercatores
per inundationem maris quaſi lac ſu-
25 gere, ut dicitur *Deuter. 33. verſ. 19.* & the-
ſauros abſconditos arenarū in domos
ſuas inferre; inundatio enim maris,
ſunt opes advectæ; theſauri verò arena-
rum, metalla & fodinæ, è quibus au-
rum eruitur & argentum. Totum hunc
locum accommodatè ad rem noſtram
verterunt LXX. Interpretes, ὅτι πλοῦτος
θαλάσσης θηλάσει σε, καὶ ἐμπόρια παραλῶν
κατοικούντων. *Quoniam divitiæ maris la-*
ctabunt te, & emporia maritimam ha-
26 *bitantium.* Itaque S. Johannes *in Apo-*
cal. 18. v. 11. & 23. Romanos mercatores
Principes appellat Μεγιστᾶνες τῆς γῆς,
propter opulentiam & immanes divi-
tias. Merces autem, quibus impor-
tandis, exportandis, commutandis, di-
vitias ſibi parabant, deſcribit *eodem*
27 *Cap.* D. Johannes. Tandem occaſio-
ne commerciorum pax & concordia
inter vicinos conciliatur. *2. Chron. 2.*
Actor. c. 12. verſ. 20. & Commercia longè
diſſitorum Regum, Principum, popu-
lorumque amicitiam jure naturali
inceptam, ob malitiā humanam alicu-
bi intermiſſam conciliat & reddit. *Ho-*
nos olim habitus mercaturæ, ait Plu-
tarch. *in Solon. quod ad barbarorum neceſ-*
ſitates, comparandasq; Regum amiciti-
as valere putabatur. Hoc equidem
Hollandi nō ſolum cum Regib. Galliæ,
Angliæ, Sueciæ, Daniæ, Libera Rep. Ve-
netorum, aliisq; Principib. & Ducib. fi-
nitimis, ſed etiam cum infenſo Chriſtia-
ni nominis hoſte, Turcarum Imp. ami-
citias & fœdera colentes, de ſe teſtan-
tur. Habent enim in dictis locis ſuos
Reſidentes & Conſules, dictorumque
Reſidentes Hagæ Comitū videre licet.
Imò cum Indis, Moſcovitis & aliis po-
pulis commercia & negociationes ex-
ercent. Teſtib. Meteranô & Baud. *de In-*
duc. Bell. Belg. Idem Angli ſuô exemplo
probant. Thuan. *lib. 71.* Lanſ. *in Britann.*
ut meritò Juſt. Lipſius. dixerit, Socie-
tatem civilem duob. maximè conſtare,
Commerciô & Imperio. *lib. 2. Civil. do-*
ctr. cap. 1. vid. Knipſchild. *de Jurib. & pri-*
vileg. Civitat. Imp. lib. 5. cap. 22. per tot.
Imò ne hominum tantùm ſalutem, ſed 28
ſimul ac Dei gloriam ſæpiusculè per
mercatores propagatam, docent hiſto-
riæ; & in Livoniâ per mercatores Lu-
becenſes & Bremenſes ſemina Chri-
ſtianæ religionis ſparſa, teſtatur D.
Chytræ. & ex eo Seth. Calviſ. *in Chrono-*
log. ſub. an. 1170. vid. Adam. Olearii. Perſianiſch. Reisbeſchr. *lib. 2. c. 9. p. 105. & ſeq.*
De Saxonicorum horum antiquorum 29
Mercatorum pia intentione ita Con-
ring. de *finib. Imp. German. cap. 29. p. 829.*
Primam fundandi & plantandi ſc. E-
vangelium in Livonia ***occaſionem***
negociatores Bremenſes dederunt, qui
circa annum 1160. tempeſtate in Du-
næ fluvii oſtium rejecti, cum vi-
cinis Livis & Commercia & in fu-
turum pro mercandi libertate pacta
quædam inierunt, eorundem conſen-
ſu ſacellô in Dunæ inſulâ exſtructo,
quæ à re Kircholm deinceps nuncupa-
ta eſt. Paulò poſt Menardus mona-
chus à Bremenſibus adductus, ſparsô ritè
divini verbi ſemine, cùm feliciter ſacra
Chriſtiana propagaſſet, meruit ab A-
lexandro III. ***Papa. Anno 1170.***
Epiſcopus gentis conſtitui, ſede ad Du-
næ ripam Uxkillæ ipſi attributâ Cl.
Henric. Bangert. ***in Helmold.*** hoc
ſolis Lubecenſib. Mercatorib. ad-
ſcribit. ***lib. 7. Chron. Slavor. cap. 8.***
lit. a. quem vid. cui veritatem docenti
correſpondet Alb. Crantz. ***lib. 6. Wan-***
dal. c. 10. inpr. Hæc ſanè utilitatis publi- 30
cæ ratio in causâ fuit, ut mercatores
ab omni tempore tot tantisque privi-
legiis & immunitatibus à ſummis
Principibus invitati & ditati fuerint.
l. 5. § 3. ff. de jur. immun. ibi, ***Reipublicæ***
cauſa. l. unic. C. negotiatores ne milit.
lib. 12. ibi: hos ***utpote utiles omnibus***
contractibus. Hæc ipſa juſti & æqui 31
mater ſuaſit, ut Emporii ſeu ſtapu-
læ jus (de quibus & aliis ſpeciatim

ſuô loco) civitatibus quam plurimis
conceſſum ſit. *Marpurg. conſ. 17. n. 10.*
32 *cum ſeqq vol. 4.* Hæc ratio, quod So-
cietates multæ, v. g. Orientalis &
Occidentalis Indiæ in Belgio tot pri-
vilegiis & immunitatibus ornatæ
ſint. Quòd Venetis conceſſum, ut
in omnibus Hieroſolymitani Regni,
33 Antiochenique Principatus urbibus
PRIVUM FORUM, aliaque ad liberè ex-
ercenda commercia ſpectantia habe-
rent. Theodor. Grasvvinckel. *Li-
bert. Venet. cap. 16. §. 57. fol. 277.* &
de iisdem *c. 24. fol. 507.* his verbis:
34 *Utilitas circa Commerciorum compen-*
» *dia utplurimum verſatur, inter quæ*
» *non eſt in poſtremis, quod dimidio*
» *minora vectigalia Cives Veneti per-*
35 *ſolvant, quàm extranei. Hinc fit, ut*
» *Mercatorum quilibet, qui requiſita à*
» *Statutis & LL. implevit (puta quod*
» *per decennium ſedem fortunarum Ve-*
» *netiis collocaverit, aut quid ſimile)*
» *innumeris beneficiis gaudeat.* Quid,
quæſo, aliud Reges Galliæ, B) Hi-
ſpaniæ & Luſitaniæ, C) Angliæ, D)
Daniæ, Norvvegiæ E) & Sueciæ F)
Magnos Duces Moſcoviæ G) vid. Thu-
36 an. *lib. 120. hiſt. p. 834.* & Hetruriæ, Bra-
bantiæ, H) cæterosq; Magnates induxit,
ut extra Imperii Romano-Germanici
37 terminos (nam in ipſo Imperio *ferè
nullis, pauciſſimis ratione ſui collegii* fru-
untur) Hanſeaticæ ſocietatis mer-
catores tàm variis immunitatibus,
privilegiis & libertatibus tàm largiter
ornaverint, & ad ſe allexerint. *vid.
Privilegia* Hanſeatica *in fin. Tractatus*
B.C.D.E. *annexa. ſub litt. B. C. D. E. F. G. & H.*
F.G.H. quàm ſolus publici boni reſpectus?
Horum enim ope ad Gallos, Hiſpanos,
Africanos, Norvvegos, Italosq; delatæ
ſunt merces neceſſariæ; videlicet fru-
mentum, varii generis triticum, hor-
deum, ſiligo, lana, cera, corium, can-
nabis, linum, pix ſolida & liquida, cha-
lybs, ferrum, lignum, aſſeres, trabes
querneæ & abiegnæ, mali; vitrio-
lum, piſces aridi, ſalſamenta, auri-
pigmentum, ſal nitri, & quicquid præ-
tereà terræ ſeptentrionales ad uſum
humanæ vitæ benignè ſuppeditare
poſſent. Atque ut hanc utilitatis publi- 38
cæ cauſam προκαταρκτικὴν generalem
unô atque altero exemplo in Hanſea-
ticis noſtris demonſtremus, intendit
in eam digitum Dn. Bret. *Parlam. Pariſ.
Conſiliarius. liv. 2. chap. 8. de la ſouue-
raineté du Roy de Franç:* ita de privile-
giis quibusdam Hanſeaticis mercato-
ribus à Regibus Galliæ conceſſis, à
Ludovico XI. anno 1464. Carolo VIII.
anno 1484. & ſubſequentibus Regibus
ampliatis, confirmatis, & Anno 1604.
menſe Decembri, ab Henrico IV. & ejus
nepote Ludovico XIV. An. 1655. men-
ſe Jun. *ſub lit. B. in fin. Tract. hujus* renova- B
tis (atteſtantibus Joh. Bodin. *lib. 1. de
Repub. c. 6. p. 99.* & Rhenat. Choppin. de
Domā. Franc. *lib. 1. tit. 11. n. 2.*) diſſerens: 39
Ils ont merité ceſte FAVEUR de nos Roys »
à cauſe du GRAND PROFIT, que le Ro- »
yaume reçoit du Commerce, qu'ils exer- »
cent en France & qui nous pouuns dire »
cum Plinio, que par leur moyen nunc fa- »
ctum eſt, ut gens altera alterius ſuppleret »
induſtriam, ut eo modo, quod genitum eſſet »
uſpiam, apud omnes natum eſſe videre- »
tur. Plin. *Panegyr. in Trajan.* Idem innu- 40
it Chriſtianus I. Rex Daniæ & Norvve-
giæ, privilegio ſub dato Segeberg/ An.
1469. his verbis ex Saxonico idiomate »
tranſlatis: *Et quando regnum noſtrum* »
Norvvegiæ frumentis, granis, farinâ, hor- »
deo, polento, panno & cereviſia à Germa- »
nico mercatore (ſecundum delineatio- »
nem aliquot privilegiorum, à Nobis & no- »
ſtris Majoribus, Regibus pluribus Norvve- »
giæ liberaliter conceſſorum) repletum & »
conſtanter in vigore conſervatum fuerit; »
velut mercatores illi Nobis in anteceden- »
tibus temporibus in his ingentia præſtite- »
runt officia, & pro regni noſtri coronâ cu- »
ram benevolam, propter frumentorum »
talium cotidianam largitionem in ſe ſu- »
ſceperunt, & realiter demonſtrarunt, »
quod Nos & omnes poſteri noſtri, pro jure »
Emporii & Stapulæ Bergenſis, & merca- »
toris Germanici, omne damnum aver- »
tere, & reformatione bona, quantum »
in nobis eſt, præcavere, & omnia in ipſo- »
rum commodum convertere velimus, & »
teneamur; ideoq; unumquemq; adhorta- »
mur, &c. »

Quid

41 Quid, quæso, aliud antiquos Reipub. nostræ Lubecensis statutorum conditores movit, ut in gratiam mercatorum commerciorumq; favorem tàm multa ab ipso jure communi exorbitantia statuta, quæ suis locis in hoc tractatu allegantur, non sine privatorum dispendio decreverint, quàm solus boni publici respectus? Sic etenim illi, in præfatione Statutorum: Wie dann auch an sich selbst wahr und richtig / wann die Ursache dieser geschwinden Statuten beleuchtet und erwogen werden / so sind derselben Rationes vornemblichen daher genommen / weil diese Stadt Lübeck auff Handel und Wandel gewiedmet ist / darbey Treu und Glauben seyn muß / daß die ersten und alten Conditores statutorum darauff gesehen / damit Treu und Glauben gehalten / und viel besser sey / das privat Personen an ihrem Gut und Patrimonio etwas schaden leiden / dann das der Glaube in Kauffhändeln geschwächet / oder gar bey dieser Stadt zu derselben Unheil und Untergang fallen solle. Vid. Dn. Mev. *Comment. in Jus Lub. lib. 1. tit. 10. art. 2.*
42 *n. 77.* Melius enim, paucos privatos lædi & premi, quàm litem ex lite in detrimentum publicæ rei suscitare. Ernest. Cothm. *per l. 1. de Usucap. consil. 4. n. 16. Vol. 4.* Cùm Politicus & Legislator debeat ex sententia Plutarchi, οὐ κατὰ τοὺς νόμους μόνον, ἀλλὰ καὶ τῶν νόμων ἄρχειν πρὸς τὸ συμφέρον; ac, si quid inde iniqui oriri videatur, id adversus singulos utilitate publicâ, ut ait Tacitus, rependitur. Publica namque utilitas præfertur privatæ, *authent Res, quæ. C. commun. de Legat.* Octav. Cacheran. *decis. Senat. Pedem. 17. n. 5.* privatorumq; contractibus. *l. utilitas. 3. C. de Primipil.* Menoch. *lib. 2. Consf. 107. n. 74. & seq.* Cujusque causâ multa permittuntur, quæ aliàs prohibita sunt. *c. Abbate 3. in*
43 *f. de sent. & re jud. in sexto.* Quæ unica publicæ utilitatis & tranquillitatis causa satis evidens est & favorabilis, ut hæc primâ specie dura statuta, eorumque primi conditores & revisores contra quoscunque murmurantes & immaturos κριτικὰς sarta tecta maneant, observenturque. Hæc cùm ita sint, 44
falluntur certè, qui felicitatem Reipub. optimæ, civitatisque optimum statum ex solâ virtute metiuntur; & mercatores, autoritate legis Claudiæ, non solùm non privilegiis & immunitatibus dotant, sed & exemplo Thebanorum (apud quos cautum, ut ne- 45
mo ad Reipub. munia accedere permitteretur, nisi qui per decem annos à mercaturâ destitisset. Arist. *3. Pol. 3.* & ex Plutarcho Alexand. ab Alex. *lib. 6. gen. dier. c. 6.*) civium jure & libertatibus planè defraudant. Non enim 46
potest totum consistere, nisi curatis partibus; neque dubium est, partes, etsi infimas corporis, pedes dico & alias similes, necessarias quoque esse corpori; sine quibus, etsi illæ aliter se habeant, quàm natura desideret, monstrosum esset totum & mancum. Bodin. *lib. 3. de Repub. cap. 8. pag. 544.* So- 47
lidum quippe Reip. corpus triplici constat populi ordine, quasi membris, Sacerdotio, nobili, & plebejo. Bodin. *lib. 6. de Repub. cap. fin.* quorum duos superiores, neglectô tertio, privilegiis prosequi, est contrà doctrinam Platonis, aliquas Reipub. partes tueri, & reliquas deserere. Et quemadmodum 48
Medicus, inquit Durus de Pascolo in Aulico polit. *reg. 355.* in infirmitate curandâ vel membro sanando, diligenter prospicit, ne adhibitis medicamentis aliud membrum lædatur: sic Aulicus autor sit Principi, & ita curet Rempub. ne, conservando unam partem, alteram destruat. *vid. infr. cap. 6. n. 54. huj. lib. & lib. 4. c. 7. n. 75. 76.* Sunt 49
etenim mercatores & opifices in Reipub. corpore veluti epar, à quo veluti sanguinis fomite, cætera membra vegetantur, iisque alimenta suppeditantur. Bodin. *lib. 6. de Repub. cap. ult. pag. 1216. & nos seq. n. 59.* Quamvis autem 50
non eamus inficias, mercatorum ingenia plerumque lucro ita esse addicta, ut sæpè plus proprium commodum, quàm utilitatem publicam sectentur; &, prout describuntur à Satyrico Juvenale *Satyr. 13.*

Hic putat esse Deos, & pejerat, atq; ita secum
Decernit, quodcunq; volet, de corpore nostro,
Hic etiam irato feriat mea lumina sistro,
Dummodo vel cæcus teneam, quos abnego, nummos,
Et phthisis & vomicæ putres, & dimidium crus
Sunt tanti, pauper locupletem optare podagram
Ne dubitet;

& alius:

Perjurata suo postponit numina lucro
Mercator.

Cujus farinæ mercatores vivis quasi coloribus depingit Joh. Boter. *de Illustr. stat. lib. 1. c. 14. p. m. 104.* ut audie-
51 mus *lib 4. c. 3. h. tract.* Hinc tamen omnes illos privilegiis & immunitatibus privandos esse, quis unquam, nisi qui peponem locô cordis habet, statuat? cùm multi reperiantur, qui lucrum, non tanquam finem, sed veluti laborum, periculorum, quæ in advehendis & exportandis mercibus concoqvunt, stipendium seu præmium habeant respiciantque, *arg. d. l. 5. §. 3. De jur. Im-*
52 *mu.* Eleganter hâc de re *Cap. quoniam.* „ *12. distinct. 88.* his verbis: *Corrigant se* „ *Christiani, non negotientur. Sed ait mihi* „ *negotiator, affero ex longinquo merces,* „ *mercedem laboris mei, unde vivam, peto:* „ *dignus est operarius mercede suâ. De* „ *mendacio de perjurio agitur, non de ne-* „ *gotio. Ego enim mentior, non negotior.* „ *Possem enim dicere, tanto emi, tanto ven-* „ *dam, si placet eme, quomodo ergò revocas* „ *â negotiatione? omnes artifices menti-* „ *untur, sutores, agricolæ; vis ut optem ca-* „ *rum tempus, ut possem vendere annonam,* „ *quam servavi? Sed non hoc faciunt, in-* „ *quis, agricolæ boni, nec illa negociatores* „ *boni. Quid enim etiam filios habere* „ *malum est; quia, quando eis caput dolet,* „ *malæ & infideles matres, ligaturas sa-* „ *crilegas & incantationes quærunt?* „ OMNIA ISTA, HOMINUM NON RERUM „ PECCATA SUNT. *Quare ergò Episcope* „ *(dicit mihi mercator) quomodo Psalmi-* „ *stam intelligis, & noli prohibere à nego-* *tiatione, negotiatio enim me non facit* „ *malum, sed iniquitas mea, & mendacium* „ *meum.* Connumeratur enim mer- 53
catura inter ea, quæ per se non sunt mala. Sigism. Scacc. *tract. de commerc. §. 1. q. 1. n. 72. & seqq.* Sed quæ circumstantiis depravari possunt. Gratios. Ubert. Romanus, *Congress. legal. 6 pag. 238.* Cl. Salmas. *de Fœn. Trapezit. pag. 374. cum seqq.* Et Mercatura non est nomen Vitii sed Officii. Institutum autem per se bonum, propter adventitias corruptelas repudiari, vel, ut Ulpianus ait *in l. qui illicitas 6. §. 1. ff. de offic. Præs.* Veritas erroribus gestorum vitiari non debet; multò minus mercaturæ commoditas, sine quâ societas humana nec mundus ipse, teste Baldô *X. de Cleric. peregrin.* consistere potest, respuenda est; cùm bona, quæ inde proveniunt non contemnenda, lege autem caveri possint, quæ rejicienda sunt. Aristot. *7. Pol. cap. 6.* Arumæ. *vol 3. discurs. Acad. 18. th. 30. lit. C. vid.* Jo. Gryphiand. *de Insul. c. 25. n. 89. & seqq.* Prudenter 54
admodùm de hoc ita disserit Scip. Amirath. *lib 3. dissert. Pol. in Tac. discurs.* „ *6. in pr. Perpauca in rebus humanis,* „ *inquit, ea esse videntur, quæ aliquibus* „ *sive bonis sive malis artibus assequi nequeamus: nam & mercaturâ & furtô* „ *ditescimus; ad dignitates autem pervenimus bonis moribus, arte militari, doctrinâ, item lenocinando, assentando, aliisq; sexcentis malis artibus. Fama autem vitiô non minus quàm virtute colligitur; sed si quis cuipiam ostendere vellet,* 55
compendiosiorem esse ad divitias consequendas improbitatis, quàm mercaturæ „ *viam, is nihil efficeret aliud, nisi quod,* „ *animis hominum vehementem quandam* „ *furandi cupiditatem incuteret. Quod* 56
neq; bonum neq; verum est; cùm facilius „ *sit, ejusq; rei major exemplorum copia* „ *suppetat, ut quis ex humili loco ad altiora* „ *magis virtutis & industriæ, quàm vitii* „ *fraudisve ope conscendat.* Hucusque „ Scipio Amirathus. Sicuti ergò vitia 57
Philosophorum non statim adscribenda Philosophiæ: sicuti Jurisprudentia non repudianda, quod JCtorum multi mali Christiani: sicuti non negligenda Medi-

Medicina, quod Judæi optimi perhibeantur Medici: ita quoque Mercaturæ per se ut diximus, attribui nequit, quod à Mercatoribus eorumque famulis perpetratur. Unde rectissimè Cl. Bernegger. *quæst. in Tacit. 17.* De Vitiis quod dicitur, quæ Mercatura importat, quô nomine Apollonius, referente Philostrato in ejus vita, Mercaturam Virtutis inimicam appellavit; id ex accidenti fit, non ex natura Mercaturę, quę potius administra publicę dignitatis, privatæ Virtutis ac utilitatis
58 est. Et sanè, si propter abusum verus etiam rei tollendus est usus, Gail. 1. *de P. P. c. 8. n. 15.* Aristot. *1. Polit. 3.* (dicam Quintiliani verbis *lib. 2. Instit. Orat. c. 16.*) eô quidem modo nec Duces erunt utiles, nec Magistratus, nec Medicina, nec ipsa denique Sapientia. Nam & Dux Flaminius & Grachi, Saturnini, Glauciæ Magistratus. vid. Tacit. *lib. 3. annal. c. 27. n. 3.* Liv. *lib. 2.* Cic. *in Brut.* Et in Medicis venena, & in iis qui Philosophorum nomine malè utuntur, gravissima nonnunquam vitia deprehensa sunt. Cibos aspernemur, attulerunt sæpè valetudinis causas. Nunquam tecta subeamus, superhabitantes. Non fabricetur militi gladius, potest uti eo ferrô latro. Quis nescit ignes, aquas, sine quibus nulla est vita, & (ne terrenis immorer) ipsum Solem Lunamque (præcipua syderum aliquando etiam nocere? E. quemadmodum sine Equitibus bellum benè geri non potest: ita sine Mercatoribus non potest stare Civitas. Etsi inter utrosque fraudulenti reperian-
59 tur & avari. Mercatura enim vena est, ex quâ in magna illa corpora omnis succus & sanguis dimanat, & commercia Reipublicæ veluti ubera, ex quibus publicæ privatæque res aluntur, foventur & ornantur. Dn. Vice Præs. Mævius. *tractat. de levamin. Inopiæ debitorum. cap. 1. n. 90. & 91.*

Quocirca sicuti herba Adianton perfundi aquâ potest; humida reddi non potest, semperque irrigata exarescit: ita in Mercatura morsus fortè exacui possunt contumeliæ, contumeliâ certè lædi non potest. Nam cùm 60
dicatur Mercatura à merendo, quod est virtutis; qui illam accusat, virtutem videtur accusare, quæ omni vacat turpitudine, & vinculum est arctissimæ conjunctionis inter homines, quæ laxa esset futura, si singulis omnia, quæ necessaria, suppeterent domi, & si nullus esset usus exportationis & importationis. Dn. Cancellar. Klock. *de Ærar. lib. 2. cap. 25. n. 1.* Idcirco & de- 61
fectuum publicorum Medici & Medicinæ dicuntur Mercatores à Caso in Sphæra Civitat. quem allegat Dn. Arumæ. *vol. 3. discurs. Acad. Disp. 19. Probl. 6.*

Errat itaque hoc in passu Dn. Chri- 62
stoph. Forstner. Eq. D. Marci, Vir aliàs celebris & πολιτικός, dum in *Notis suis ad C. Tacit. pag. 302.* ad verba: *Quanto pecuniâ dites, tanto magis imbelles* putat: Mercaturæ exercitium cùm solô lucro fines suos metiatur, abjectos facere animos, & vitiosum pacis desiderium ingenerare, idcirco hujus professionis deditos parùm Reipubl. conversiones animadvertere, modò mercaturæ suæ utilitate & lucri dulcedine non priventur. Nam sicut litterarum & humaniora studia, ut idem autumat. *d. tract. p. 85.* per se animos incumbentium non emolliunt & effeminant, sed multò magis solidam & minimè fucatam Philosophiam artemque benè vivendi instillant: Sic & negotiatio, quâ quis lucrum moderatum, quod ordinatur ad domus suæ sustentationem, vel ad subveniendum indigentibus, quærit, vel cum negotia exercet propter publicam utilitatem, ne scil. res necessariæ ad victum patriæ desint, & ita lucrum non quasi finem, sed quasi in stipendium laborum expetit, nihil de se inhonestum & imbelle importat, sed licitum, honestum & utile, bonum sibi & aliis. *vid. nos. infr. hoc. libr. 1. cap. 7. n. 23.* Curæ itaq; & Cordi sit nobis potius au- 63
rea illa D. Pauli sententia: Membra corporis infirmiora, magis necessaria, & ignobiliora plus cohonestanda esse &c. *1. ad Corinth. 12. vers. 22. & seqq.*

Caput III.

De

Utilitate Commerciorum in Specie. Videlicet quod concessis Mercaturæ Immunitatibus & Comoditatibus, Regna & Civitates reddantur florentissimæ.

Summaria.

1. *Commerciorum favori præ cæteris magistratui incumbendum.*
2. *Commercia Regiones & Civitates splendidas reddunt, quod exemplis probatur.*
3. *Lubecæ Incrementum ob Commercia maritima.*
4. *Civitatum Flandriæ celebritas ob Commercia & propter concessas illis immunitates.*
5. *Italicæ provinciæ Commerciorum privilegiis sublevatæ.*
6. *Hispanorum ob id favor in Gallia.*
7. *Lusitaniæ augmentum ex Commerciorum promotione.*
8. *Belgicarum Provinciarum potentia unde?*
9. *Bataviæ & Zelandiæ vires unde? ex Thuano & Baudio.*
10. *Earundem opulentia ex sumptuosa aggerum constructione dignoscitur.*
11. *Commercii maritimi majus lucrum quam terrestris.*
12. *Principum potentia ex Commerciis.*
13. *Navigiorum copia adauget hanc potentiam.*
14. *Commercium maritimum & terrestre duo Reipubl. brachia.*
15. *Anglorum potentia ex Commercio maritimo.*
16. *Æquè Hollandorum & Genovensium, Pisanorum & Neapolitanorum.*
17. *Hetruriæ Magni Ducis potentia ex commerciis.*
18. *Henrici IV. Regis Galliæ studium in promovendis Commerciis.*
19. *Venetorum opes & potentia ex Commerciis maritimis.*
20. *Balthicæ & Anseaticæ Civitates creverunt ex Commerciis.*
21. *Commercia certa reddunt provincias celebres.*
22. *Quale est commercium Serici in Gallia & circa id Henrici IV. R. studium singulare.*
23. *Florent Commercia, cum patrium solum merces potissimas gignit.*
24. *Quod ibidem probatur variis exemplis regionum, quæ singulares merces producunt.*
25. *Florent Provinciæ & Civitates, quod finitimis locis dominentur, ex quib. omnis generis Commercia importantur.*
26. *Idq; exemplô Seviliæ & Lisabonæ.*
27. *Restrictio certorum Commerciorum non violat naturalem Commerciorum libertatem.*
28. *Civitates jure quodam singulari certas merces ad se trahere possunt.*
29. *Idq; sine Monopolii labe.*
30. *Emporiorum Commoditates.*
31. *Quod circa has boni Magistratûs officium.*
32. *Italorum, Gallorum & Germanorum in hoc negligentia.*
33. *Postarum usus conservat commercia.*
34. *Commoditas Commerciorum in quib. consistat ex Gall. Scriptor.*
35. *Ea ipsa consistit in vecturæ & navigationis promotione & securitate.*
36. *Viarum & fluminum reparatione & tuitione.*
37. *Monopolii abolitione.*
38. *Extraneorum invitatione.*
39. *Legum & statutorum ordinatione.*
40. *Prompta Justitiæ administratione.*
41. *Monetæ justô valore & pondere.*
42. *Quod exemplis probatur.*
43. *Contemptus Mercaturæ diminuit & obfuscat ejus splendorem. & cap. seq. 4. n. 26.*
44. *An arcib. in Civitatib. extructis Commercia promoveantur?*
45. *Mercatores loca munita fugiunt, quod intelligendum de oppidis municipal.*

46. Castel-

46. Castellorum incommoda.
47. Mercatores sectātur libertates locorū.
48. Commerciorum Osores & Persecutores taxantur.
49. Num tutius sub liberâ Repub. quàm sub Regib. & Principib. absolutis Commercia exercere?

PRæcedenti capitulô quibusdam de Utilitate Commerciorum in genere, ut primâ horum privilegiorum causâ impulsivâ, egimus; nunc quædam de eorundem utilitate in spe-
1 cie adjiciemus. Inter omnia illa privilegia & Immunitates, quibus Regiones & urbes noviter exstructæ, earumque incolę à summis Principibus ditari solent, nullæ debent esse uberiores, quàm quæ commerciorum frequentiæ & vigori, negotiatoribusque, qui rempub. annonâ aliisque necessariis adjuvant, conceduntur. Anton. Perez *de jur. publ. vid.* Keckerm. *1. system. po-*
2 *lit. c.14. fol.246. & seqq.* Hæ etenim sunt, quæ regiones & urbes splendidas & magnificas efficiunt. Quod de Tyro Osiand. Amand. Polanus; Lavatherus & alii in Ezech. *cap.27.* Corintho, Athenis, Xenophon *de Redituum rationibus.* Massiliâ, Rhodigin. *lib.26. antiq. lect. cap.8.* Genova, Londino, Norribergâ, Amstelrodamo, Hamburgo, aliisque pluribus, notum est; quæ si absque mercaturâ fuissent, nunquam tales tantæque exstitissent. Joh. Bodin. *de Repub. lib.3. cap.8 & lib.1. cap. 6. pag.93. vid.* Didac. Savedr. Idea Christian. pol. *symb.68. pag. mihi 555. & seqq.*
3 Cum quibus certare non dubitavit Lubeca nostra, portu situque commoda, Dn. Conring. *de finib. Imper. German. cap.30. pag.849.* sicut hæc carmine exprimit Jo. Pomarius, cum canit:

Hanc maris Oceani mercesq; Æoaq; ditant
Æquora, & à Lybicis Septemq;-trionis ab auris
Quodcunq; advehitur; quodcunq; dat India, quodve
Et quid diverso per flumina per freta tractu
Advehitur, toto tibi navigat orbe Cataplus.

Cataplus est navis genus, de quo Martial. 12. *Epigram.75. vid.* Turneb. *lib.30 adversar.26. & lib.10. c.23.*

Hinc quoq; longinquas remeat non segnis ad oras,
Omnigenasq; apportat opes, nunc Danica transit
Per freta, nunc tepidos naves convertit ad austros,
Aut Scythicum invisit, boreali aut sidere Pontum
Perstringit Geticum, quin te quoque Prussia, teq;
Suecia, pertransit; tum quos Livonia pandit
Ampla sinus penetrat; nec non Ruthenica lustrat
Regna; sed & Scotos, Hispanos atq; Britannos,
Instabiles Gallos, simul ac Gothosq; Getasq;
Et quacunque aliæ tractare negotia gentes
consuêrunt, validis generosa LUBECA carinis
Appetit, & varias sibi convehit undiq; merces,
Atq; iterùm totum tales partitur in orbem.

Atque hisce privilegiis maritimis Civitates ad mare sitæ ad talem splendorem, potentiam & divitias aspirarunt. Quæ si hodiè Anseaticis Civitatib. adimas, ad casas & egestatem ipsis redeundum est, verbô Ciceron. *lib.3. de Republ.* dicit Jo. Gryphiand. *de Insul. cap.25. n.95. & fin. vid. quæ infr. n.20. b.c.* Inspiciantur hodierna omnium emporiorum incrementa ædificiis & populo: unde verò illa tanta, tàmque egregia? Ex solis privilegiis, quibus cives circa commercia liberè exercenda gaudent, & gavisi sunt. Civitates Flandriæ, commer- 4
ciis celeberrimæ in totâ Europâ fuêre: ratio præcipuè sita est in privilegiis & immunitatibus à vectigalibus; perexiguum enim vectigal olim de commerciis solverunt. Multæ provinciæ 5
Italicæ, velut Tuscana, seu Hetruria, & ipsa Sereniss. Respublica Veneta aliquo-

aliquoties ab extremis famis & inopiæ periculis vindicatæ sunt; dum eos, qui frumenta advehebant, privilegiis donabant. *Thesor. Polit.* Memorat Bodin. *tr. de monoyes. c.19.* referente Besoldo,
6 in Galliâ, ipsos Hispanos mercatores, maximè aliàs odiosum huic nationi populum, qui adferunt frumentum, tantô favore complecti, ut nemo ex judicum ministris ausit capere eum, qui saltim dicat TRAHO DRIDIGO, h.e.
7 *triticum apporto.* Et quis nescit, ipsos Lusitaniæ Reges, cùm angustissimis Regni finibus coërcerentur, nec jura Majestatis suæ commodè tueri possent, nec subditos rodere vellent, mercaturam, quæstuosissimam multisque circa hanc concessis privilegiis ultra centum annos, maximo cum eorum commodo exercuisse. Bodin. *de Repub. lib.6. cap.2. vide locum ex* Bodino
8 *p.m.1016.* Otiosum esset, de Confœderatorum Belgarum negotiationibus, eorumque largiter Societatis Orientalis & Occidentalis Indiæ donatis privilegiis, de quibus infra. *lib.3.* verba facere; quæ si sustuleris, firmissimos earum Rerumpublicarum nervos incideris. Joh. Sibrant. *de jur. pub. Reipub. Lubecens. part.1. sect.2. n.21. & seq.* ubi inter alia: Daß die Niederländischen Städte so hochkostbare Kriege geführet/ und Armaden unterhalten / haben alleine die Intraden/ so sie vom Kauffmann / durch Gottes Segen gehabt/ ein und zugetragen / welches billich allen Regenten die Augen öffenen soll / daß sie über den Kauffmann / deren Städte und Handel steiff halten / und die Commercia durch Privilegia vermehren / & Wilhelm. Wselings/ im Bericht von der Süder-Compagnie in Schweden *de Anno 1626. pag.30.31. in fin.* Die Holländer und Seeländer/ hätten für sechzig Jahren/ ehe der Krieg angieng / und ehe die Brabander/Flamingen/und Wahlen die Nahrung zu ihnen gebracht/ und die Fahrten auff Ost und West Indien/ Africa, Türckey und Italien wol bekant und gebrauchet worden/ kaum die Mittel und Macht / daß sie ihre Dämme und Land unterhalten konten / und nun können sie mit weniger Hälffte der andern vereinigten Provincien, 70. tausent Mann zu Roß und Fuß unterhalten: Ihre Krieges Schiffe/ deren 100. an der Zahl/ ungerechnet. Die Einwohner sind reich und mächtig worden/ ihre Landgüter haben sie von ein auff 3.4. verhöhet/ und ihre Häuser gelten nun fast so viel in heuren und vermieten/ als sie sonsten im Kauff waren 2c. Quod confirmat Thuanus *lib. 100. histor. p.m.387. pr.* sequentib. verbis: His opibus ac viribus Batavia & Zelandia duæ ex XVII. Belgii Provinciis 9
subnixæ, se non solùm tanto bello gerendo, quod totos XIV. [jam verò cùm hæc scriberem, LXXII. annos] cum Hispanis habuerunt, sed ad potentissimum hostem in Belgio debellandum pares præbuerunt; opulentiam autem tantam his regionibus conciliat COMMERCIUM frequens, ob portuum opportunitatem, & Provincialium toto orbe celebratum lanificium, telarum lini, serici textrinam, Phrygioniæ artis industriam, soli fertilitatem, salis, butyri, casei, halecis saliti, ac fumigati copiam immensam, ex quibus extra Provinciam exportatis, plus CC. florenorum cIↃ ad eam singulis annis redeunt. Sed nullâ re magis opulen- 10
tia earum colligi potest, quàm ex immanib. sumtibus, qui in aggerum & collium arenosorum, quibus se adversus maris inundationem tuentur, constructionem facti sunt. Nam Zelandicarum Insularum ambitus cum milliaria quadraginta complectatur, & in singula milliaria radii CCCC. in singulos radios pedes XII. computentur. Pes autem V. florenis æstimetur, sequitur, ut tota illa structura IↃ LX cIↃ. libris Flandricis, hoc est, ter decies centies cIↃ CCCLV. cIↃ. florenorum olim constiterit. Cui adde Domin. Baud. *tr. de Induc. bell. Belg.* Meteran. *in Histor. Belg. per tot.* Unde author Historiæ Ministerii Cardinal. Richelii. *Reminisc. Polit. lib.8. c.55.*

Si commercia, inquit, maximè di- 11
tant regna, nemo ambiget Maritima esse maximi emolumenti, cùm lucrum illîc fiat immensum, & nihilominus

Justum,

Justum. Vix enim terrestre, cujuscunque demum fuerit conditionis, quindecim ad sortem centesimam aut viginti refert, nec tamen per omnia, ubi & multa patrantur usuram redolentia. Mare autem duplicat sortem, etiam aliquando longè amplius; nullâ querimoniæ occasione.

12 Maritimum commercium Respublicas exiguas fecit & opulentas & potentes, unde Proceres & Magnates opibus immensis cumulantur, præter commoda omnigena. Est tamen ratio quæ illud maximè commendet, ut scil. Principes sic mari æquè ac terrâ evadant potentes, qua geminatâ potentiâ, plurimum Majestatis acquirunt, cùm inde metuantur.

13 Frustrà autem suscipietur commercium maritimum, nisi triremium sufficiatur copia, & alia navigia solidissimè compacta, ne opes congestæ piratis in prædam concedant. Princeps igitur potentiæ maritimæ avidus, apud vicinos miram adipiscetur venerationem, si expeditione geminâ polleat, quo-
14 cunque modô irritetur. Cosmus Medicæus, primus Hetruriæ Dux, Politicorum eâ tempestate ferè primus, promptum habebat dicere, Principem nunquam ad summam authoritatem perventurum, nisi conjugium hoc instituat, quemadmodum corpus duobus brachiis remigat.

15 Illa potentia maritima Angliæ summam conciliat authoritatem, quâ si excludatur, impotentiam induat cum egestate. Cùm autem illius curam gerat institutis egregiis, per longum annorum curriculum nihil ipsi desit, adeò ut ardua quæque suscipere vale-
16 at. Numquid hoc ipsô cardine versantur vires Hollandorum, tametsi ipsorum Respublica exiguô lustro mortalium censeatur, ut universam Hispaniæ potentiam sustinere queat? ut supra plurib. innuimus. Id quoq; Conventib. Pisanis & Neapolitanis opulentiam & potentiam conciliavit. teste Jov. *d. l.* Thom. Segeth. *in Comment. de Princip. Ital.* & Saxtell. *de Republ. Gall. lib. 2.*

Magnus Dux Hetruriæ inde numeratur inter maximos Italiæ Principes. 17
Et si circumcirca dispiciamus, patebit, omnes nostros vicinos invigilasse commerciis maritimis; meminimus etiam Henricum Magnum Regem 18
Galliæ, cujus prudentia æquè ac fortitudo Rempubl. restituit, unicè desiderasse, ut commercium Galliæ redderetur, postquam bello Civili esset defunctus. Cui negocio legerat Præsidem Janinum, qui per seriem pactorum Hollandicorum rationem & institutum comercii stabiliendi addisceret.

Nonne Venetiæ studiô commerciorum ad tantam potentiam & opes 19
pervenêre, ut Ovvenus *lib. 2. Epigr. 210.* proclamare conatus fuerit:

Ut mare non nisi aquæ, Cœlum nihil est nisi stellæ:
Sic sunt VENETIÆ, nil nisi divitiæ.

Quis non admiretur Armamentarium seu Arsenale illud Venetorum omnium navalium & armamentariorum, quæ sub Cœlo sunt, amplissimum, solumq; ad reprimendum Turcicæ classis Imperium sufficiens. Lans. *in consult. Europ. pro Ital. p. 876.* quis non suspiciat naviculariorum illum numerum, qui ad Octo millia se extendit. Sed

-- Si cuncta velim tenui describere versu
Hic omnes citiùs nautas celeresq; phaselos
Et simul Adriaci pisces numerabo profundi, Lans. d. l.

Quàm infirma autem hujus Sereniss. Reipubl. initia fuerint, Author domin. Venetiar. *ex Sabell. tradit. p. 1.* Mercaturâ tamen, & præsertim Commerciô maritimo, à parvis principiis adeò crevit, Paul. Jov. *hist. lib. 1. p. 8.* ut hodie maris Adriatici dominam se dicat. Mart. *de* Idut. *p. 1. c. 33. n. 25.* Ant. Vacc. *ad l. 1. ff. de R. D.* Angel. *cons. 290. col. 1. & 2.* Vid. Gryphiand. *de Insul. cap. 20. n. 67. & seqq.*

Ad quem florem per liberum com- 20
merciorum usum venerint Civitates Balthicæ & Hanseaticæ, notum est. Non solùm enim, inquit, Dn. Stypm. *d. l. 1. c. 2. n. 59.* Principes viciniores, qui

qui navigationes infestabant, in officio continuerunt, sed & splendidissimum fœdus pepigerunt, qui posterô tempore in tam eximium decus pervenit, ut ab Impp. in publicis Imperii recessib. confirmatum fuerit. R. A. de Anno 1542. §. demnach. Anno 1548. §. und als erstlich. Anno 1566. §. die Hanse- und See-städte. Anno 1576. §. wir wollen auch ꝛc. Bruning. *de var. Univers. specieb. th.17.* Arum. *ad A.B. disc.6. th.10.* Dan. Otho. *diss. de Jur. Publ.* Joh. Angel. Werdenhag. *de Rebus publ. Hanseat.* & alii passim. *vid. nos. hoc cap. n.3.*

21 Imprimis verò populosissimas & celebres reddunt provincias & urbes certa commercia, & eorundem diligens studium. Argumento est, e. g. quod in Turonibus citerioribus Galliæ, commercium & artificium Serici,
22 Francisci I. temporibus institui feliciter cæptum est, & ad hoc usque tempus perseveravit. A. Thuan. *lib. 129. histor. p.997.* Idem circa Lutetiam tentatum, sed non æquè felici successu, quippe cælô adversô. Quanquam Manfredus Balbanius Lucensis, qui rei suscipiendæ Regi Henrico IV. auctor fuerat, nullum non lapidem moveret, ut eam confectu facilem factô probaret, structis ad Blaudi fontem, Madriti in Boloniensi saltu, & ad figulinas ædes Regias bombycum receptaculis. Itaq; & commercii nomine tribunal institutum, in quo ex sacri Consistorii, Senatûs, Rationalium, Provectigalium Consiliariis delecti jus dicerent. Rex, insitâ sagacitate, qui regnum bellis civilibus longô tempore exhaustum videret, & ad supplendum illud non solùm longâ pace, sed liberô Commercii beneficio opus esse, partim profectum auri & argenti prohibitâ exportatione animadvertebat, nisi in iis, qui importationem adjuvabant, strenuè elaboraret. Videbat, serici usum hodiè ita frequentem esse, ut pannorum laneorum frugalis olim & utiliter apud majores nostros usurpatus usus, nunc etiam inter tenues vilesceret, eâque re fieri, ut grandis pecunia in luxum illum, non solùm effunderetur, sed extra regnum, magnô ejus dispendio exportaretur. Itaque optimum factu judicavit Rex, ut & sericum in regno nasceretur, & manu pretium, quod plerumque rem ipsam excedit, in eo remaneret, de serici illius officinis seriò cogitare cæpit; quæ Lutetiæ, Santotô curatore, institutæ sunt, & ubique seri & propagari jussæ alendis vermiculis, quorum semina seu ova quotannis Hispaniâ afferuntur; libellus etiam, ejus jussu, eâ de re vernaculô sermone perscriptus ab Olivario Serrano, Joannis fratre, ut per vulgi manus volitans, artem serici etiam rusticos doceret. Institutæ & aulæorum texendorum officinæ, in S. Marcelli suburbio, operariis è Flandriâ accersitis. Hactenus J. Thuanus. *d.l.* de insigni Henrici IV. in certo hoc serici commercio promovendo studio. Sed pergit modò dictus Illustris autor, ulterius Regis laudatissimi in instaurandis aliis commerciis & artificiis diligentiam perscribere. Eodem, inquit, „ tempore, vasis figulinis albis, æquè ac „ Faventina, nec non versicoloribus, in- „ stauratæ itidem in diversis regni parti- „ bus officinæ, Lutetiæ, Novioduni „ Æduonum, Brissamburgi in Santoni- „ bus; & Vitrariæ Henrici II. temporibus „ ad Germani-fanum, Venetarum æmu- „ latione olim celebres, & posteà ali- „ quamdiu intermissæ, Novioduni iti- „ dem, & majore impendiô Lutetiæ re- „ novatæ sunt. Linificium denique „ Medontæ ad Sequanam institui cæ- „ ptum. Florere autem tùm demùm 23
possunt certa hæc commercia, cùm patrium solum illas merces aut omnes, aut maximam partem, aut sanè potissimas gignit; aut cùm nullibi copiosiores aut præstantiores inveniri possunt. Jo. Boter. *de Orig. urb. lib. 2. cap.8.* Sic solæ Insulæ Moluccæ profe- 24
runt caryophyllum; Sabæa, thus; Palæstina, balsamum; plurimum piper fert Calecutia; Zeilan Cinnamomum. Præstantissimum sal generatur in Cypro; Saccarum in Madorâ; Lana, in quibusdam civitatibus Hispa-

niæ

niæ & Angliæ; Ebur in Indiâ; optimum frumentum in Poloniâ, Prussiâ & quibusdam Germaniæ provinciis. Metalla præstantissima, ut: Cuprum, ferrum, æs, suppeditat Suecia; stannum Anglia; sericum Persia; elaboratissima aulæa Thracia; holosericum Genova, Neapolis; aureas texturas Mediolanum; & si quæ sunt alibi alia præstantiora & elaboratiora; de quibus vid. Tomas Garzon. *piazz. univers. discors. 65.* & Lud. Guicciard. *in Antuerp. pag. 230. cum seqq. & alii.*

25 Ad hunc effectum gaudent etiã nonnullæ urbes hisce privilegiis, ut in earũ potestate, magno cum commodo, certæ versentur merces; non quidem quòd sua ipsarum tellus illas semper effundat, aut ab incolis elaborentur; sed quod vel dominentur finitimis locis
26 ac regionibus, ut Sevilia sive Hispalis, in Andalusiæ regno, quò immensæ opes ex novâ Hispaniâ & Peru advehuntur; aut mari, ut Lisabona, quà neminẽ prætervehi nisi Lisabonensium salvô conductu & veniâ, testatur Jo. Boter. *d. c. 8.* vel quod hoc publica suadeat
27 utilitas; quæ hanc commerciorum restrictionem & coarctationem circa certas merces importandas & exportandas, non violatô gentium jure & naturæ libertate, permittit. Bodin. *1. de Repub c. 6.* & in specie circa frumentum sic statuére Bartol. Bertazol. 1. *Crimin. consil. 169. n. 1.* Jul. Clar. *5. recept. sent. § fin. q. 82 statut. 7. n. 1.* Matth. de Afflict. *decis. Neap. 290. n. 9.* Franc. Ripa *de peste cap. nunc devenio. n. 127.* Aym. Cravett. *Cons. 909 n. 8. & Cons. 973. n. 45. per l. 1. & 2. C. quæ res export. non poss. l. 2. de Commerc. & merc. & per gloss. in l. si quis post hæc. C. de Ædif. privat.* verb. *solummodo.* Sed de his inferiùs luculentior sese offeret tractandi ma-
28 teries. Denique sunt & aliæ urbes, quæ ex privilegiatâ quâdam concessione vel longâ consuetudine, omnes ferè negotiationes pluribus nationibus perutiles ad se pertrahunt, unde pro emporiis habentur. Boter. *d. l.* Tales sunt, in Oriente, Ormuz, cujus Persiæ urbis Ormuzæ opulentia describitur à Cluv. *in introd. Geograph. lib. 5. c. 15.* Quado *Enarr. Geograph. lib. 2. c. 10.* & Berth. *in Geogr. descript. Reg. Ormuz.* & Malacca. In mari mediterraneo, Alexandria, Constantinopolis, Messina, Genova, &c. In mari septentrionali Antvverpia, Amsterodamum, Dantiscum, Narva: in Germaniâ, Francofurtum ad Mœnum, & Noriberga &c. In his aliisq; pluribus, multi opu- 29
lentissimi mercatores sua commercia, sine monopolii crimine, ut infrà deducemus, exercent; quò finitimi sese deinde conferunt; non tam, quòd ibi cuncta venalia prostent; sed quod vectura commoda habeatur. Ejusmodi 30
autem commoditates censentur, ubi magni & tuti sunt portûs; ubi flumina navigabilia, quæ urbẽ perfluunt & præterfluunt; ubi stagna sunt alveiq; translati; ubi viæ planæ & securæ. Quapro- 31
pter è doctrinâ Xenophontis, *tr. de Redit.* boni magistratûs erit, ad sublevanda & promovenda commercia, portûs munire, vallis, aggeribusq; obfirmare; Pharos seu speculas nocturnas, in quibus singulis noctib. navigantium bono candelæ accenduntur (prout hîc Lubecæ & alibi in usu) poni curare; mare à piratis repurgare, flumina navigabilia reddere, vias tàm quæ ad montes, quàm quæ per campi planiciem vergunt, munire. In quo studio 32
quidã Italiæ Principes & Respub. maximè sunt negligentes, quorum viæ adeò sunt inæquales & iniquæ, ut profunditate luti non raro equi & currus impediti immergantur. Hinc mercimonia difficillimè eò transferuntur; & viatores intra triduum minus viæ spacium, quàm alibi unô die conficiunt. Idem videmus in multis Germaniæ & Galliæ locis, præsertim in Xantoniâ, Beaussia, in Burgundiâ, & alibi. Sic usus Postarum tàm publicarum 33
quàm Provincialium & Civitatum Imperii vulgo Landposten und Stadtposten Commerciorum conservationem & propagationem gignit, unde tandem ipsorum Reipubl. membrorum conglutinatio exsurgit arctior. Ludov. Hornick. *de jure. postar. c. 14. 19.* & sparsim. Quorum liberum cur-

 sum

ſum ob privatum commodum impe-
dire, eſt utilitati publicæ & Chriſtianæ
charitati repugnare. Unde ſaluberri-
mè in Inſtr. Pacis univerſalis cautum
& conventum eſt, *ut quæ Commercio-
rum, eorumque priſtini vigoris præjudicio
contra utilitatem publ. inſtituta im-
moderata Poſtarum inuſitata onera
& impedimenta, quibus Commerciorum
uſus deterior redditur, penitus tollan-
tur, & provinciis & quibuscunque Statib.
ſua priſtina ſecuritas, Jurisdictio &
uſus inviolabiliter conſerventur.* Cum
quibus coincidunt Receſſus Impe-
rii. *de Anno 1542.* §. **Vnd damit man
jederzeit Botſchafft habe / Wollen ge-
meine Stände Ordnung geben / daß
derhalben eine Poſt an gelegene Mahl-
ſtadt geleget / unterhalten werde ꝛc.**
adde Theod. Reink. *de regim. ſecul.
lib.1. cl.5. cap.10. n.138.* Sic ad maris,
portuum & navigationum ſecurita-
tem & opportunitatē promovendam,
Romani olim ante Tyberim propriū
locum, qui Navalia dictus, habuerunt,
ubi Adoleſcentes in Navalib. inſtituti
ſunt. Liv. *lib.3. n.26.* Ad Ædilium quo-
que & Quæſtorum curam hæc res per-
tinuit. Tacit. 4. *annal. ibiq;* Lipſ. Alibi
in Jure ſevera Prætorum extant Edi-
cta: de *fluminibus: Ne quid in flum. publ.*
Item. *ut in flum. publ. navigare liceat.
De ripa munienda. Ne quid fiat ut na-*
34 *vigatio deterior reddatur &c.* At
ſufficiant hæc; non enim noſtri eſt in-
ſtituti, de celeberrimis iſtis regio-
nibus judicium ferre, ſed commer-
ciorum & mercium importandarum
& exportandarum commoditates ad
augendum & conſervandum Reip.
ſtatum indicare. Hoc cùm inter cæte-
ros præter ea, quæ modò adducta ſunt,
unô quaſi faſciculo comprehendens
multa, egregiè præſtiterit Autor qui-
dam anonymus, natione Gallus,
cujus titulus LE CONSEILLER D'ESTAT,
OU RECUEIL DES PLUS GENERALES CON-
SIDERATIONS SERVANTS AU MANIEMENT
DES AFFAIRES PUBLIQUES, operæ
pretium duxi, hujus verba *ex cap.42.*
huc adſcribere: ſic autem ille:
35 ,,*Quant à la facilité & aiſance du com-*
merce elle depend de pluſieurs cho- ,,
ſes, es quelles il eſt beſoin de pour ,,
voir, & premierement pour la com- 36
modité du port & voicture des marchan- ,,
diſes par eau, par terre, par charroy, ,,
ou autrement faudra pourvoir à rendre ,,
les revieres navigables, les ports ſe- ,,
urs, tenir les chemins & paſſages ,,
en bon eſtat, & deües reparations ,,
& libres des pirats & des voleurs. ,,
Ne permettre aucun monopole, qui 37
puiſſe empecher la liberté du trafic; ,,
ou contraire, ſ'il eſt diſcouuert le cha- ,,
ſtier rigoureuſement, convier les E- ,,
ſtrangers de nous apporter les mar- 38
chandiſes des quelles nous ne pouuons ,,
paſſer, par la deſcharge de daces & ,,
impos, autant que la neceſſité de ,,
l' Eſtat le permet. Eſtablir telles Lo- 39
ix aux negoces, qu' il y ait foy & aſſeu- ,,
rance entre les negotiateurs; & en ,,
cas de different, promte & ſommaire 40
Juſtice meſmement en ce qui concer- ,,
nera les Eſtrangers, qui ſe rebutent ,,
de trafiquer en un endroit, non mo- ,,
ins à cauſe de la longueur des proces, ,,
que pour la perfidie de ceux du pays. ,,
Et pour ce que la permutation ne ſe 41
pout faire, ſans apporter quelque prix ,,
certain aux marchandiſes, & que l'on ,,
ne peut pas negocier auec toutes ſortes ,,
des gens par eſchange, mais eſt be- ,,
ſoin de ſe ſervir de la Monnoye: il ,,
faut que le prix & eſtimation d' icel- ,,
le ſoit certain & ſtable; autrement ,,
l'on introduiroit la confuſion parmy ,,
le commerce. Mais outre ce, il faut ,,
que le prix & bontè interieure de cette ,,
monnoye, ſoient aisè à recognoiſtre, ,,
non ſeulement au poids, mais à l' oil, ,,
& au ſon, ſi faire ſe peut. Ce qui ,,
ſe pourra faire, ſi l' on reſoud de ne ,,
ſe ſervir du billon ou meslange de ,,
metaux, ſi non autant qu' il eſt ne- ,,
ceſſaire pour remede; l'or & l'argent ,,
pouuant ſuffire pour faire toute ſorte ,,
de monnoye &c. Ainſi donc faiſant les ,,
monnoyes d' un tel metal, & de certain ,,
poids, grandeur es paſſeur, & marque ,,
bien empreinte on forme de medaille ,,
moullée; Comme les Grecs, Latins, He- 42
breux, Perſes & Egyptiens ancienne- ,,
ment

„ *ment faisoient; il seroit difficile d'*
43 *y estre trompé. Il y a un autre point*
„ *lequel diminüe grandement le com-*
„ *merce, qui est les mespris que l'on fait*
„ *en plusieurs Estats de ceux, qui s'en*
„ *meslent, estimant que cette vacation*
„ *est vile & sordide, De façon que ceux*
„ *qui ont tant soit peu acquis de bien, s'en*
„ *retirent aussi tost pour prendre une va-*
„ *cation à la quelle le peuple porte plus*
„ *d'honneur qu'à cellela.* Hucusque Conseill. d'estat. Huic adde Xenophont. *tract. de rationibus redituum*, seu de proventibus; ubi, quomodo mercatura promovenda sit, prudenter disserit; & eleganter Keckermann. *lib. 1. sy-*
44 *stem. polit. c. 14. p. 246. & seqq.* An autem arcibus & propugnaculis in urbibus exstructis commerciorum libertas & facilitas promoveatur, an verò restringatur? inter Politicos dubium: quod hîc colophonis locô examinabimus. Nos, relictis multis verborum tricis, cum Excellentiss. Hippolito à Collibus *de Increm. Urbium. cap. 6. circ. fin.* dici-
45 mus, mercatores præcipuè ea loca fugere, quæ arcis alicujus præsidio tenentur; quia ea vix unquam sine tyrannide præsumantur. Nam & experientia testatur, ejusmodi Castella & propugnacula oppidorum municipa-
46 lium, non Civitatum Imperialium, quæ suâ libertate fruuntur, nostrâ ætate innumera mala peperisse; quippe ex his velut catenis Commercia, quæ post religionem valdè libertatem amant, restrictiora redduntur, unde adversus oppidanos crebræ militum rixæ & injuriæ sæpius ortæ sunt, neque ullus eâ ex re fructus ad Principes rediit redibitque, præter ingentes sumtûs & subditorũ odia. Casp. Klock. *de Contribut. & Collect. Cap. 9. n. 38. 39.* cum quo coincidunt P. Gregor. Tholos. *lib. 2. de Repub. c. 5.* Scip. Amirath. *lib. 19. discors. in Tac. c. 4.* Melch. Jun. *Q. Polit. 64.* Fürstl. Tischreden Werneri, *p. 1. c. 4.* adde Benj. Leub. *Disquis. planar. Stap. Sax. advers. Magdeb. n. 1508. & seq.* Non enim est potens & felix Respublica, quæ arces habet, & ibi præsidiarios milites, cives verò prædæ hostili exponit. Christoph. Besold. *Class. 2. disput. polit. 7. n. 16.* cùm libertatem locorum præcipuè negociatores sectentur. Alb. 47
Crantz. *lib. 13. Wandal. c. 15.* & Jac. Aug. Thuan. *lib. 114. histor. sub Anno 1595. p. 704.* disserens de Anglorum mercatorum translatâ sede. Omnes enim libertatis jucunditate demulcemur; & perpaucos invenies veros ac opulentos mercatores, Civitates aut regiones durâ servitute pressas inhabitare. Ca- 48
veant itaque Civitatum mastiges, ne tàm de privilegiis iisdem concessis imminuendis, quàm augendis sint solliciti. Utrique enim tàm domino, quàm servo consiliis suis perversis in commerciorum perniciem initis, extremum exitium accelerant. Joh. Sibrant. *p. 1. Jur. pub. Lubec. sect. 2. n. 24. & tri. præcedd. num. Vid. infr. cap. 6. n. 56. hujus libri, & lib. 4. cap. 7. n. 75. 76. hujus tractatus.* Num autem tutius sit, in 49
liberâ Repub. quàm sub regibus & principibus negotia tractare, hîc ventilare supersedeo; cùm utrumque sub pio & justo magistratu fieri possit; id quod commerciis in regnis Galliæ, Hispaniæ & Angliæ efflorescentibus declarat Wilhelm. Wselings, d. l. von der Süder Compag. *pag. 50.*

Caput IV.

De

Altera horum Privilegiorum causâ Impulsivâ, Periculorum videlicet, & molestiarum in exercendis commerciis Consideratione & enumeratione.

Summaria.

1. *Respublica continetur præmiis & pœnis. Reipubl. fulcra Præmia & Pœna.*
2. *Justis laboribus compensatio tribuenda, quod exemplis demonstratur.*

 3. Inter-

3. *Intereſt Reipubl. benè merita perpendere & remunerari.*
4. *Variæ moleſtiæ & pericula Mercatorum terrâ mariq́ſubeunda enumerantur.*
5. *Commercia ſine navigatione exerceri non poſſunt.*
6. *Navigatio periculoſa ob naufragia.*
7. *Quæ Italico carmine demonſtrantur.*
8. *Navigatio olim certo tempore conceſſa.*
9. *Tempore hyemis navigatio periculoſa.*
10. *Navigatio prima quæ olim. Et quando mare clauſum & apertum, & ſeq.*
11. *Navigatio ſecunda quæ? & quo tempore.*
12. *Dicterium & pœna in temerè & intempeſtivè navigantem.*
13. *Regis Scotiæ Alexandri hac de re ſtatutum & ejus eventus.*
14. *Antiqua hæc ſtatuta hodie præcisè non obſervantur in Civitatib. maritimis.*
15. *Leges favent naufragis.*
16. *Navigationis pericula ob Piratarum incurſiones.*
17. *Piratarum notatio nominis, & Synonymia.*
18. *Ob piratarum ſecuritatem naves exploratoriæ ordinantur.*
19. *De Maris Balthici piratis antiquis vulgò* Vitualien Brüder. *Eorumq́ ſupplicio ex Crantz.*
20. *Miſera Mercatorum navigantium conditio ob piratarum incurſiones ex Quintiliano.*
21. *Periculoſa navigatio ob genus mortis miſerabile. ex Ovidio & Vegetio.*
22. *Mercatores recenſentur inter perſonas miſerabiles.*
23. *Pericula ſunt cauſa immunitatum, quibus gaudent mercatores.*
24. *L.5.§.3.ff.de Jur. Immunitat.*
25. *Aliæ LL. cum hac Immunitate concordantes.*
26. *Claudii Imp. cura & ſtudium circa commercia. Item Neronis.*
27. *An Immunitates & privilegia, quæ in d. l.5. §.3. ff. de Jur. Immun. & alibi in Jure Negociatorib. aulicis domûs Auguſtæ conceſſa, cæteris quoq́ Mercatoribus magnariis datæ intelligantur?*
28. *Quid circa hunc paſſum Juris in Gallia.*
29. *Cur Commercia maritima ante alia favore & promotione digna.*
30. *Fortitudo maritima opum maxima.*
31. *Dignitas Equeſtris Cochlearis, quib. olim in Gallia conceſſa.*
32. *In Anglia olim Magnarii Mercatores Comitivâ inſigniti.*
33. *Quis Mercatorum in benè conſtitutis Rebuspubl. ordo & locus honoris?*
34. *Mercatorum filii ad Conſilia Sapientum admittuntur.*
35. *Apud Cypri Reges in quali pretio Mercatorum Conſules.*
36. *In Civitatibus Germaniæ liberis, triplex Civium ordo.*
37. *Opulenta Civitas comparatur malo granato, ob ordinem Civium.*
38. *Mercatores veſtimentorum habitu in quibusdam Civitatib. à reliquo populo ſecernuntur.*
39. *Cur Mercatores in Rebuspubl. præ cæteris in pretio habendi?*

1 SOlon, qui ex ſeptem Sapientibus ſolus fuit legum ſcriptor, Rempublicam duabus rebus contineri dixit, PRÆMIO & POENA. Cic. *ad Brut. Epiſt.12.*

Ce ſont les deux pilliers, qi ſouſtinent le monde.
A ſçavoir le mechant le ſupplice, & du bon
Le deu honneur, qu' attend vertu pour ſon guerdon:
Sour eux ce tout & tout c qu' il contient ſe fonde

Et Caſſiodor. *lib. 2. var. Epiſt. 28. Tribuenda eſt*, inquit, *juſtis laboribus compenſatio præmiorum, quia exploratamilitia eſt, quæ immunerata tranſitur, Athletam populis palma deſignat eſſe victorem, ſudores bellicos civica corona teſtatur. Expectant equi præmia ſua: & tanta juſtitiæ vis eſt, ut nec illis tardius detur laboris præmium, qui ſentire non poterant denegatum.* Hinc Xenophon, *de Reg. Quod ſi metus Hiero, ne propoſitis* 2

sitis ad multa præmiis, magni sumtus fiant: Cogitato, nullas esse merces utiliores, quam quæ præmiis redimuntur. Vides in Equestribus & gymnicis & scenicis certaminibus, quàm exiguis præmiis ingentes sumtûs multique labores & studia hominum eliciantur.

3 Maximè namque refert Reipub., esse, qui benè merita perpendant, & secundum illa præmia dividant. *Nov. 8. l. fi. C. de stat. & imagin.* quod est justitiæ distributivæ Aristot. *5. Ethic. c. 2.* quâ nulla unquam Respublica sine maximo dispendio carere potest. Cic. *lib. 3. de nat. Deor.*

--- Quis enim Virtutem amplectitur ipsam,
Præmia si tollas. Juvenal. *sat. 10.*

Sicut enim Reipubl. plurimùm interest, ne delicta maneant impunita. *l. ita vulneratus 51. in fi. ff. ad L. Aquil. l. 18. §. 1. ff. de judic. l. locatio 9. §. illicitè 5. ff. de publ. & vectig. l. in delictis 4. §. 2. ff. de Noxal. act.* Sic & non minimum in hoc situm est momenti & emolumenti, ne benè meritis & pro bono communi laborantibus molestiarum remuneratio denegetur. *l. 1. §. 1. in f. ff.*

4 *de J. & J. d. l. fin. C. de stat. & imag.* Si nunc mercatorum molestias & infinita pericula, quæ subire coguntur, paulò penitiùs introspiciamus, quis non eos præmiis & immunitatibus dignos esse mecum asserat? Non dicam modò de salebris & asperitate regionum, vallium profunditate, torrentium impetu, magnitudine sumtuum, incommoditate viarum, tempore vecturæ, annonæ caritate in iis locis, unde merces deportantur, dissidiis nationum, disparitate religionis &c. Silentiô prætereo varias & quotidianas militum & latronum deprædationes, & expilationes vectigalium, & gabellarum inauditas exactiones & impositiones, & hujus generis innumerabilia; quorum aliquot species enarrat Ludov. Lavather. *Homil. 119 in Ezech.* quibus eorum vita & fortuna ab omni tempore, imprimis autem hoc calamitosissimô, est exposita, & tot flebilibus exemplis comprobata. Quod Cic. *lib. 5. in Verr.* his exprimit verbis: Parumne multa mercatoribus sunt necessariò pericula subeunda fortunæ, nisi etiam hæ formidines ab nostris magistratibus atque in nostris provinciis impendebant. Solum maris periculum, cui se toties committere necesse habent, hæc abundè demonstrat. Constat 5
enim, commercia sine navigationis necessitate, uti testis est Ulpianus noster *in l. 1. ff. de Exerc. act.* exerceri haud posse; quare mercator

latum mutandis mercibus æquor arans Ovid. 1. *Trist.*

quanquam - *fallacibus austris*
Et toties cœli deceptus fraude sereni.

quemadmodum conqueritur Palinurus apud Virgil. *Æneid. 5.*

subinde tamen reficit rates Horat. 1. *Od. 1.*
Quassas, indocilis pauperiem pati.

& adversus experimenta pertinax naufragus maria repetit. Hæc autem pe- 6
riculosissima & fallacissima est, *l. Civitas 6. C. de Offic. rect. prov. l.* ob naufragia: quia placidos pelagi vultûs puppibus visis Triton in hyeme non rarò exasperat, procellarum impetu naves exarmatas & pretiosis mercibus onustas ad scopulos & insulas per vada occulta & infesta impellens, quando juxta illud Virgilii *1. Æneid.*

Franguntur remi, tum prora avertit & undis
Dat latus; insequitur cumulo præruptus aquæ mons,
Hi summo in fluctu pendent.

Quod docta Vittoria Columna his Ita- 7
licis depinxit verbis:

Quel altero ingordo d' acquistar thesori,
Si commette al poter del mar infido,
E di pauura pieno è di dolori,
Trapasse hor questo, hor quel altero lido,
Spessa del irate onde i romori,
Gli fan merce chiamar con alto grido;
E quando ha d' arrichir pui certa speme,
Perde la vita, e la speranza insieme.

Ut hinc verissimè pronunciarint Sapientes, undarum clientulos, qui ani-

mam ventis committunt, dolato confisi ligno, vix esse

-- digitis à morte remotos

Quatuor aut septem. Juven. *Satyr.12.* Et navigationem ineuntes, eamque mercibus implentes, instanti mortis propinquæ expositos periculo. JC. Paulus *in l.3. ff. de donat. mort. cau.* exclamat.

8 Quapropter olim, sicut adhuc hodiè in Italiâ, & Hispaniâ, Montalu. *ad partid. Hispan. l.13. tit.8. part.5.* quem allegat R. Ruland. *de Commiss. p.4. lib.2. c.11. n.16.* non nisi ad certum tempus navigatio, magno cum Reipub. bono mercatoribus concessa fuit. Ben. Stracch. *de Naut. & Navib. p.3. n.1.* idq;

9 per *l. Civitas. C. de Off. rect. prov.* quoniam tempore hiemis, ut ibi inquit Imperator, & prohibitis mensibus navigatio periculosa est & semper incerta, quam rationem etiam sensit Lucas de Penna in *l. quoties. C. de naufrag. n.25.*

10 Dicebatur enim olim navigatio prima, cùm post sævitiam hiemis, quâ mare clausum erat, vere navigantibus primum aperiebatur. Hieronym. in Vit. Paul. ad Eustach. Et tunc primitiæ navigationis Diis offerebantur. Apulej. *lib.11.* P. Merul. *de mari p.139.* De eâ quispiam existimare potest Ciceronem *lib.5. Epist. ad Q. Fratr.* loqui: „ *Iidem ajebant nunciare, te primâ navigatione esse transmissurum;* nam paulò „ ante dixerat: *atque adhuc clausum mare fuisse scio.* Iterùm, *tu mi frater, simul ac illò veneris, primam navigationem (dummodò idonea tempestas sit,) ne omiseris.* De eo autem tempore, quo aperiebatur mare, primumque tentabatur ac navigabatur, ita scribitur in Epigrammatibus Græcis:

Οἴγεται ἀρτι θάλασσα, ἐφοπλίζοιτε δ᾽ νῆας,
Ὥριον ἀκλύςων ἐκλὸς ἄγειν λιμένων.

Item:

Ἤδη κ̓ πλώουσιν ἐπ᾽ εὐρέα κύματα ναῦται
Πνοιῇ ἀπημάντω Ζεφύρε λίνα κολπώσαντες.

De eâ & Vegetius ita scribit *lib.4. Post natalem verò, ut ita dicam, navigationis, qui solenni certamine publicoq; spectaculo multarum gentium celebratur.* 11
Iterum, *Phenite de cursu*, id est, *post ortum Plejadum à die sextâ Calendarum Juniarum, usq; in Arcturi ortum Plejadum, in diem 18. Calendarum Octobrium secunda navigatio creditur.* Et paulò post de mensibus loquens: *Ex die*, inquit, *tertio Iduum Novembris, usq; ad diem sextum iduum Martii maria clauduntur. Nam lux minima, noxq; prolixa, nubium densitas, aëris obscuritas, ventorum, imbrium vel nivium geminata sævitia, non solùm classes à pelago, sed etiam commeantes à terrestri itinere deturbat.* Turneb. *advers. lib.24. cap.34.* unde Euripides: Qui temerariè extra ordinem 12
temporum mari se credit, aut insanit, aut mendicus est, aut mori cupit, dixisse fertur. „ Ex his tribus enim fieri non potest, quin unum saltem verum sit. P. Peck. *ad tit. de Naufr. C. lib.11. L.3. n.3. & 4.* Unde nauta, qui tempore non debitô pelago merces commisit, & navigatum ivit, resque naufragio perempta sit, tenetur mercatorib. ex amissione, non secus ac si imperitum magistrum navis exercitio præposuisset. *l.3. l. utiq.16 in fin. l. qui petitorio.36. in f. ff. de rei vind. l.13.* ibi *vel quo non debuit tempore & §. seq. ff. Locat.* Qua- 13
propter Alexander tertius Rex Scotiæ, cum vel navigandi inscitiâ, vel inopportuno tempore temerè se mari committentium avaritiâ, multa fierent naufragia, & ad hæc accedente piratarum violentiâ, mercatorum ordo propè ad inopiam redactus esset, quæstus causâ suos navigare vetuit. Quod institutum cùm propè annum durasset, ac multorum sermonibus, tanquam publicè noxium, reprehenderetur, tandem peregrinarum mercium brevi tanta vis invecta est, ut non solùm rerum copia, sed pretii vilitas memoriam superiorum temporum superaret. Buchanan. *lib.7. rer. Scot. circ. fin.* Calendarum Aprilis usque ad Calendas Octobris fit mentio in *l. quoties.3. C. de Naufrag. & ibi* Br. & Luc. de Penna.

14 Penna. Qui tamen consuetudini standum esse asserit; & in tempore legem illam non servari, præsertim in civitatibus maritimis. Idem inquit Veron. *in Tr. de servit. rust. præd. rubr. de Nav. c.29.* ait enim, Venetos omni tempore navigare; & Anconæ eandem legem [sicut apud nos, Lubecæ] in tempore nõ servari testatur Stracch. *de Naut. p.3. n.1.* Sic de Hollandis, Anglis, Danis & aliis juxta Islandiam hyemali tempore hærentibus, res est cuivis obvia. P. Merula. *dissert. de mar. p.139.* Hi igitur si postea quassatas naves referent domum, sibi pleonexiæ & temeritatis
15 damna imputabunt. Cùm igitur navigantibus mercatoribus naufragium immineat, meritò LL. horum vitam misertæ, naufragiis consulere & favere studuerunt, ut *t.t. ff. de incend. ruin. naufr. Auth. navigia. C. de furt. c. excommunicationi. X. de rapt. & aliis textib. cum* Stracch. *de navig. n.5.* videre est; cui adde nuper. tract. Fr. Stypmanni *de jure naut. part.3. cap.7.*

16 Est & deinde navigatio mercatoribus periculosissima ob Piratas. Sceleratissimi enim hi maris pulli, vulgò See-haanen/ ut à Septentrionalibus nostris olim nominati, seu potiùs lupi, profugas venantur carinas & expugnant, ceu testatur Ulpianus *in l.3. §.2. ff. de incend.*
„ *ruin. naufr.* nos, inquiens, non minus
„ in mari, quàm in villâ per latrunculos
„ inquietari ac infestari posse. Eorum
„ etiam meminit JCtus in *l. in rebus 18. ff. Commodati.* Quod enim latrones prædonesque in terrâ, id in mari sunt piratæ, navigantium mercatorum securitatem turbantes. *l.3. §.3. vers. inde Labeo. ff. Naut. caup. stab. d. l. in reb. 18. pr. ff. Commod. l.19. §.2. ff. de Capt. & postl.*
17 *revers.* ἀπὸ τῆ περᾶν à transeundo sic dicti, secundùm Scard. *in Lexic.* Galli Coursaires vocant, sicut & Nicetas κουρσαρίους appellitat, notante D. Gothofr. *in l.10. C. de feriis.* Unde & cum Ulpiano & Latinis Latrunculi marini *c. præterea. 12. caus. 23. q.8.* See-und
18 Meerräuber nominantur. Cui fini naves exploratoriæ & excursoriæ Auß-lag-Schiff securitatem maris explorantes tutantesque, & mare à malis ejusmodi hominibus purgantes haberi solent. Becht. *de secur. & salv. cond. th.128.* De hisce & aliis antiquioribus & insignioribus piratis vid. Thom. Garz. *piazz. univers. discors. 145. pag. 380.* & nuperrimum tract. Jo. Loccen. *de jure marit. lib.2. c.3.* quib. adde Fr. Stypm. *de Jur. nautic. p.4. cap.18. n.70. & seqq.* & Jo. Gryphiand. *de Insul. cap.31. n.139. & seqq.* De maris Balthici piratis, 19
vulgò Vitualien Brüder vid. Crantz. *lib.9.* Wand. *cap.22. 29.* ubi de eorum supplicio ita: *Per quam ætatem Cives* „ *Sundenses, cùm ad se nihil pertinente* „ *bello implicari tentarentur à vicinis, ipsique per mare Vitaliani grassantes, cives* „ *ejus urbis in mari crebrius adortos deprædarentur: sumtâ audaciâ, navim bellicis* „ *apparatibus instructam, impositis viris* „ *nauticis armaverunt, & in communes* „ *omnium prædones emisêre Vitalianos.* „ *Conseruêre in mari manûs, & ipsi Sundenses effecti superiores, navim unam,* „ *gregariis plenam ceperunt, inq; urbem* „ *suam pertraxerunt. Non sunt inventi* „ *carceres, quibus illa multitudo includeretur: didicerunt ab ipsis Vitalianis gregariis, quomodo solerent captos includere* „ *mercatores. Vasa, quæ potui aptata* „ *sunt, & deinde mercibus etiam cæteris* „ *includendis (tonnas vocant) unâ extremitate ad capacitatem humani capitis* „ *emittendi perforârunt: exstante capite* „ *singulos singulis incluserunt. Ita compositis in ordinem vasis, cùm alterum super alterum ex ordine componerent, donec* „ *publico judicio condemnatos extrà urbem* „ *productos gladio ceciderunt.* Huc usq; „ Crantz. & Reckm. in Chron. *Lub. p.42.* ad quos studiosum lectorem remitto.
Miseram autem conditionem, quam 20
mercatores ob piratarum incursiones sustinere coguntur, Quintilian. *declam.9.* hisce describit verbis: *Felix navigantium mercatorum conditio, qui procellas modò & sævas tempestatis incursûs & albentes fluctibus scopulos aliaque pericula tantùm maris pertulerunt, ego miser naufragis invideo, captus barbaris manibus, nec tàm nexu catenarum, quàm pondere inundatum carcerem tuli & vincula macie laxavi, &c.*

21 Tertiò denique periculosissima & calamitosissima est navigatio, ob GENUS MORTIS MISERABILE. Quod Ovid. Naso *1. Trist. Eleg. 2. vers. 25.* ita eleganter depingit:

Heu mihi, quàm celeri micuerunt nubila flammâ!
Quantus ab Æthereo personat axe fragor!
Nec levius laterum tabulæ feriuntur ab undis,
Quàm grave balistæ mœnia pulsat onus.
Qui venit hic fluctus, fluctus supereminet omnes:
Posterior nono est undecimoq; prior.
Non lethum timeo, GENUS EST MISERABILE LETHI:
Demite naufragium, mors mihi munus erit!
Est aliquid, fatoq; suo ferroq; cadentem
Insolitâ moriens ponere corpus humo.
Et mandare suis aliqua, & sperare sepulchrum:
Et non æquoreis piscibus esse cibum.

Unde Propertius *lib. 3. de Navi & naufragio.*

Ergò sollicita, inquit, *tu causa pecunia vitæ es:*
Per te immaturum mortis adimus iter.
Natura insidians Pontum substravit avaris.

Idem Navigantium periculum significantius exprimit Regius Propheta David *Ps. 107. vers. 26. 27. & cap. 14. Sapientiæ* Salomon.

Et quid crudelius, inquit Vegetius *lib. 5. cap. 4.* congressione navali; ubi & aquis homines perimuntur & flammis, & pòst alii ferrô interimuntur & saxô, alii ardore coqvuntur in fluctibus, inter tanta tamen mortium genera (qui acerbissimus casus est) absumenda piscibus insepulta sunt corpora. In hoc genere mortis dissentit Religio Me-
22 dici D. Brovvni *sect. 39.* Tot itaque laborum ac periculorum contemplatione, negotiantes meritò inter personas miserabiles connumerari, docent Alexand. *Cons. 130. lib. 3.* & Benevenut. Stracch. *de mercat. p. 2. n. 38.* Sunt namque ædepol, quorum vita per inexorabiles maris infesti procellas, latronumve insidias inevitabiles volvitur, impetu fortunæ inopinató fortunas suas amittentes, ut ait Papin. *in l. 4. ff. ut in possess. legat.* minus tolerabiles, quàm quos hostis circumsidet; quippe his honestæ mortis usus, illis exitium inglorium, veluti Tacitus in parùm absimili memorat, *Annal. lib. 1.* ut meritò, qui per mare iturus est, in mortis periculo dicatur constitutus; quod tamen quo ad juris effectum ex iis interpretationem capit, quæ tradit Menoch. de *arb. JJ. qq. cas. 61.*

Hæc prædicta molestiarum & peri- 23
culorum cum bono publico conjunctorum exantlatio, magnos incitavit Principes, ut mercatores tot tantisque privilegiis & immunitatibus ornaverint. Et hoc est, quod Callistratus 24
JCtus ex mente Justiniani Imp. tàm elegantibus innuit verbis *in l. 5. § 3. ff. de jur. immun. Negotiatores*, inquit, *qui annonam urbis adjuvant, immunitatem â muneribus publicis consequantur, quamdiu in ejusmodi actu sunt; nam remuneranda PERICULA EORUM, quin etiam ADHORTANDA PRÆMIIS MERITO PLACUIT, ut qui peregrè muneribus cum periculo & labore funguntur, à domesticis vexationibus & sumtibus liberentur, cùm non sit alienum dicere, & hos Reipub. causa, dum annonæ urbis serviunt, abesse.* Cui adde *l. 1. C. de Navicular.* 25
seu naucler. lib. 11. quæ ita habet: *Nullam vim oportet naucleros* (qui hodiè sunt Exercitores, Patroni navium, die Rehdere. Peck. *ad hanc l. ibiq; Vinnius*) *sustinere, species annonarias deferentes, nec concussiones, nec aliquod genus incommodi, sed venientes & remeantes omni securitate potiri; X. librarum auri multâ proponenda his, qui eos inquietare tentaverint.* his adde. *l. 5. § 5. ff. de Vacat. muner. l. 9. § 1. ff. de Decur. l. 1. C. de hæred. Decur.* Vertrand. *in lib. sing. de jur. liber. c. 28.* alleg. Gryph. *de Insf. c. 25.* Et 26
in vitâ Claudii Suetonius testatur, Claudium Imperatorem multa nova jura erigendo & introducendo, inter alia negociatoribus certa præmia & lucra proposuisse, susceptô in se damno,

damno, ſi cui quid per tempeſtates accidiſſet. Cæteraque ſummam mercatorum curam habuiſſe. Peck. *ad tit. ff. de Incend. ruin. l.3. §.SCtum Claudianis temporibus.8.* Ita ſub Nerone, ne cenſibus negociatorum naves adſcriberentur, tributumve pro illis penderent, conſtitutum. Tacit.*13. annal.* cui adde Tholoſan. *lib.29. Syntagm. c.10.* Et naviculariis Immunitates & privilegia plurima indulta, ex legibus noſtris probat Gryphiand. *de Inſul. c.25. n.66. cum ſeqq.*

27 Et quamvis Paul. Chriſtinæus *Belgic. deciſ.106. n.2. tit.63. Vol.3.* diſtinguat inter negociatores & Biarchos Proviſores aulicos, qui ob id, quod in ſacro agant comitatu, & annonas Palatinas curent, immunitatem tantùm, cæteris excluſis tribuat; ſibimet ipſi tamen conſtare haut videtur, *dum d. l.* mox *n. ſeq.3.* eandem immunitatem & mercatoribus civitatum Imperialium haud
28 denegari demonſtrat. Inde factum, ut in Galliâ non ſolius Hanſæ Teutonicæ Commercia favore Regis clara ſint, ſed & præterea Mercatorum in Civitatibus Imperialibus natorum, & actis Lugdunenſis tribunalis inſcriptorum. Hoc nos docet Anton. Mornac. *in obſerv. ad l. pen. C. de Commerc. & mercat.* ne ſcil. in ſubſidiorum curia εἰσαγωγικὸν ou droit d'entrer Anno 1597. Inſtitutum penderent Mercatores in hiſce Civitatibus nati. *Vid. privilegia Regum Galliæ* Franciſci I. *& ſeqq. Civitatib. Imperialib. Germaniæ earumq; Mercatorib. conceſſa & in fin. Tract. huj. annexa. ſub lit. J.* Taceo, quod cum Rob. Maranta, Contio, Cujacio, Dionyſ. Gothofredo, & cæteri juris Interppr. in eo coincidant: immunitatis in hac *l.5. §.3.* conceſſæ, non eos tantùm mercatores, qui annonæ urbis deſerviunt; ſed & cæteros, qui majorem ſubſtantiæ partem in naviculariam aut mercaturam exercendam contulerunt, participes eſſe debere. Vid. *Dd. ad d. l.5. §.3.* nec incluſionem unius eſſe excluſionem alterius, præci-
29 puè in ſubordinatis. Hoc quoque prudenter docet Le Conſeiller d Eſtat, *d. p.1. chap. 42.* his verbis: *Le „ commerce de la mer eſt le plus util en un „ eſtat, & à quel on deuroit attacher plus „ d' honneur, que l' on ne fait parmy nous. „ Car ſi en tous eſtats on a troué bon de „ convier les ſubjects par des bien faicts, „ & de l' honneur aux actions plus penibles „ & hazardeuſes, les quelles pouuoient „ eſtre utiles au public, cellecy eſtant de „ cette qualité, l' on deuroit propoſer & „ rendre plus d' honneur à ceux qui s' en „ mesleroient. Et ſi la Nobleſſe à pris ſon* 30
fondement du courage des hommes & „ de leur valeur; il n' y a vacation en la „ quelle il en faille tant qu' en celuy; l' „ on n'a pas à combattre les hommes ſeulement, „ mais quelque fois les quatre elemens „ enſemble. qui eſt la plus forte preuue „ que l'on puiſſe faire de la reſolution d' „ un homme. Unde ante ſexcentos & 31
quod excurrit annos, veteri Gallorum inſtitutô, apud illos nata dignitas equeſtris, quæ Cochlearis dicebatur, & illis tantùm deferebatur, qui in mari & navigationibus virtutem ſuam præ cæteris bono publico probaſſent. M. Zuer. Boxhorn. *apolog. pro Navig. Holland. adverſ. Pontum Heuter. pag.5.*
In Anglia olim Mercatores magnarii 32
& Comitivâ dignitate inſigniti fuêre. Ita enim Henr. Spelman. *de Conſtitut. & Decret. in re Eccleſ. Orb. Britann. circ. ann. Chriſti 928. pag.406. Si Maſſere „* h.e. *Mercator ter magnum mare trans „ fretaret ob proprium negocium ſuum, is „ ipſe fuit deinde Taini* (h.e. *Comitis magni „ prorſus nominis & pretii*) *dignus rectitudine.* „ Et mercatoribus privilegia „ concedi propter hæc & alia pericula, tradit Rebuff. *tit. de Mercator. minut. vendent. n.9. fol.497.* quem allegat Arismin. Tepatus. *Compend. deciſ. & ſentent. jur. tit.366.* Unde & mercatorum 33
ordo in benè conſtituta Republica ſtatim pòſt togatorum & Doctorum collocatur. Jo. Bodin. *lib.3. de Repub. cap. 8.* Idem Franciſci Patritii judicium: Qui honeſtam, ait, mercaturam exercent, ex quâ ſe familiamque ſuam optimè alunt, & in difficultatibus temporum Reipub. adſunt; grati itaque Principibus ſunt, & poſt doctos viros reiq; mili-

militaris ordinem, tertium locum tenent. Unde Xenophon *de reditibus*, ait: Esset etiam utile & honestum, mercatores & naucleros locô magis honorato in consessibus ornari &c.

34 Et mercatoris filium à consilio Sapientis, si ad id Lex genere nobiles vocet, non excludi posse, docet Pac. Scala, *tract. de Consil. Sapientis. lib. 1. cap 8.*

35 In quali autem pretio mercatores apud potentissimos quoque Reges olim habiti, colligere licet ex Platinæ relatione, dum *in vitâ* Gregorii II. *Papæ* ita scribit: ***Mercatorum Genovensium Prætorem seu Consulem, & Venetorum quoq; dicunt, utriq; Bailum, dum adesset Coronationi Petri, Regis Cypri, qui Petro patri suffectus Famagustæ coronatus est, & dum pompam duceret, tanta inter hos Prætores contentio orta est, quis ad dexteram Regis esset, ut, tumultu subitò exortô, Genovenses fuerint pulsi, & partim interemti, Rege magis in Venetos, quàm Genovenses***

36 *inclinante*. In nostris Civitatibus Germaniæ ordo civium ratione statûs & dignitatis reperitur triplex: 1. Senatorius. Alter Mercatorum nobiliorum. 3. Mechanicus sive Opificum. Cujus ordinationis fundamentum desumtum est ex Reformat: **Guter Policey zu Augspurg** An. 1530. vers. **Nachdem in Stādten gemeiniglich dreyerlei Bürger und Einwohner / als 1. gemeine Bürger und Handwercker / 2. Kauff- und gewerbs Leute / und 3. andere / so im Rath / von Geschlechtern oder sonsten gutes Herkommens seyn / und wie sich dieselbe**

37 **kleiden sollen.** Unde opulenta & magnifica civitas à LXX. Interpretibus ad locum Ezechielis *c. 29. vers. 10.* (*Mater tua, quasi vinea in sanguine suo super aquam plantata est: ubi LXX. legunt: ὡς ἄνθος ῥοᾶς, sicut flos mali granati*) malo granato comparatur. Ut enim in hoc malo, sub uno corticis complexu plurima grana inter se uniuntur, eaque suis quæque loculis ordinatè inserta, folliculisque & membranulis discreta continentur: ita in benè constitutâ civitate cives omnes, qui, quà cives sunt, ejusdem quasi coloris participes existunt; variis tamen locis tribuuntur, ut vel liberalibus & viro nobili dignis muneribus se impendant, vel mercimoniis vel mechanicis sellulariisque opificiis, ut cujusque status vel fortunæ exigunt, suis quique locis, foris, vicisque contributi & collocati. Jo. Steph. Menoch. *de Repub. Hebr. lib. 7. cap. 10. n. 7.* Ideoque & hoc 38
speciale mercatorum privilegium est, quod vestimentis, quibus à fece populi secernantur, uti possunt; veluti cingulô, dummodò decem florenorum pretium non excedat. Item holosericô, byssinoque amiculo, cum spintere seu fibulâ aureâ, ut probant statuta specialia Caroli V. *Imp. Anno 1530.* Vid. Adam. Contzen *lib. 8. Polit. c. 14. fol. 660. & seqq.* Additur autem à Sanio- 39
ribus Politicis ratio, cur in Rebuspubl. Mercatores præ cæteris in pretio habendi, nimirùm, cùm lucrum & honor, & ê contrario paupertas & ignominia, plerumque in Rebuspubl. tumultuum, seditionum & mutationum sint causæ, idcircò, ut ejusmodi casûs vitentur, præcipuè populo, tùm etiam Mercatoribus honoratis omnis generis adminicula suggerenda sunt, ut in urbe lucra crescant, novæ artes introducantur, inventarum utilitates augeantur: NEGOCIATORES EXTERI honore afficiantur, iisdem occasio contrahendi sæpiùs per Immunitates & vectigalia exigua præbeatur; nundinæ & mercatûs instituantur, MERCATORES CIVES in pretio habeantur, tùm quod Cives sint, ex quorum numero Senatores cooptantur, tùm quod opificibus & plebejis, quod agant subministrantes, reddant propter lucrum quotidianum quietiores, minusque in Republ. seditiosos. Ludovic. Septal. Patricius. Mediolanens: *in suo aureo tract. de Ratione Statûs, lib. 7. cap. 19.*

Caput .V

De

Causa Efficiente; Qui scil. Privilegia & Immunitates circa Commercia constituant. Ubi de Nundinarum, Mercatuum, Emporiorum, & Juris stapulæ seu sistendi erectione & fundatione, & quomodo hec Jura Consuetudine & Præscriptione acquirantur.

Summaria.

1. *In omnibus negociis consideranda causa efficiens.*
2. *Mercatura alia Solennis, alia stata.*
3. *Jus Commercii, nundinarum, & Emporii à Summo Magistratu dependet.*
4. *Jure Sax.* Soll man keinen Marckt auffrichten ohne verwilligung des Königs.
5. *Chirotheca apud Saxones cessionibus immobilium adhibita; ut Calcei exuti ap. Hebræos.*
6. *Signum fundati Mercatûs in Saxonia olim erectio Crucis, postea statua Imperatoris.*
7. *Rolandi statua designat forum publ. & unde illa.*
8. *Vocabulum* Maahlstadt *unde?*
9. *Juris Cæsarei & Saxonici in fundandis Emporiis convenientia & paritas.*
10. *Erectionis nundinarum & Mercatuum publicorum, cum condendæ Civitatis Jure paritas. Quod utrumque soli Imp. competit.*
11. *Status Imperii Jus Civitatis dare non possunt. Exemplo Comit. Mansfeldæ.*
12. *Civitatib. Imperator formam suam concedit.*
13. *Otho Magnus Imp. Civitati Magdeburgensi Jus Emporii & stapulæ concessit.*
14. *Nundinæ Francofurtenses ab Impp. Frid. II. Ludovico V. & Carolo IV. concessæ, auctæ & confirmatæ.*
15. *Lipsienses Nundinæ à Maximiliano I. Carolo V. & Ferdinando III. confirmatæ.*
16. *Hanseaticis Civitatibus ab Impp. Emporia confirmata.*
17. *Imperatores antiqui Romanis Jura Emporiorum dederunt: quod idem & Senatus fecit.*
18. *Reges Galliæ mercatûs publicos variis immunitatibus dotarunt.*
19. *In Hispaniâ non nisi privilegiô Regiô nundinæ constituuntur.*
20. *Respublicæ & Principes absoluti eâdem jura foralia constituendi authoritate pollent.*
21. *Serenissimæ Venetæ Reipubl. Sublimitas.*
22. *An Pontifex Rom. Jus Commerciorum universale sui juris dicere possit?*
23. *Hugonis Grotii laus & Eruditio.*
24. *Wilh. Wseling judicium, de hac potestate Pontificis.*
25. *Attabalibæ Regis Peruviensis judicium de Donatione Pontificis.*
26. *Navigatio prima Hispanorum in Africam illis nullum Jus singulare Commerciorum ibidem tribuit.*
27. *Mercatûs publicos absq; permissione summi Magistratus non licet transferre, & quidem ex causa.*
28. *Mercatûs publicos & nundinas Imperator non nisi auditis vicinis concedit.*
29. *Quæ hujus ratio.*
30. *Idem obtinet in Galliâ.*
31. *Nundinarum solennium, & mercatuum vulgarium in Constitutione differentia.*
32. *Mercatûs parvi vulgò* Wochenmärckte *quomodo constituantur.*
33. *Hi Mercatus certis circumscribuntur legibus.*
34. *Forum frumentarium, sed non Jus stapulæ propriâ authoritate constitui potest.*
35. *Num consuetudine, patientiâ, & præscriptione Jura foralia acquiri possint?*
36. *Negativæ assertores.*
37. *Affirmativa verior.*
38. *Consuetudinis quanta vis.*

39. Præ-

39. Præscriptionis Immemorialis vis & efficacia.

40. Præscriptio Immem. habet vim privilegii.

41. Præscriptio Immem. justus acquirendi regalium modus.

42. Imp. potest etiam abrogare Nundinas, quod variis exemplis probatur.

VIsis & perpensis, quæ ad commerciorum immunitates concedendas permovent & inducunt, proximum erit, de his, qui eas consti-
1 tuunt largiunturque, agere. Docet etenim ratio, omnium rerum optima & rectissima arbitra, in omnibus & singulis negotiis, imprimis intuendam & considerandam esse causam efficientem & finalem. *l. penult. ff. ad Exhib. l. 1. Cod. de Condict. ob caus.* Cravett. *cons.*
2 *137. n. 14.* Est itaque communis Doctorum sententia, Jura foralia, nundinas, mercatûs publicos, Jura Emporii (quæ à Keckerm. *lib. 1. system. Polit. c. 14.* dicuntur Mercatura solemnis, seu Panegyrica, differens à Mercatura stata & in genere absolutè consideratâ) & quæ ad illorum spectant privilegia, ne-
3 minem, nisi summum Principem, & qui jura Principis habent, ut sunt alii Reges, Principes & Respublicæ, superiorem non recognoscentes, constituere posse, cùm hoc sit de regalibus, & quidem majoribus, quæ non, nisi à supremâ Majestate dependent. *l. 1. ff. de Nund. l. un. C eod. ubi* Sichard. *Novell. 6. c. 2.* Dn. Reinking. *de regim. sec. lib. 2. class. 2. c. 8. n. 19.* Bodin. *de Repub. lib. 1. c. 10.* Menoch. *cons. 302. n. 31.* Paurm *lib. 1. de jurisd. Imp. cap. 2. n. 2.* Matth. Steph. *p. 1. de Jurisd. lib. 2. memb. 2. n. 114.* Anth. Thesaur. *decis. Pedem. 264.* Andr. Knich. *encyclop. cap. ult. propè fin.* *Et* Epops. *contr.* Dauth. *fol. 97.* Besold. *de jur. Maj. c. 8. n. 10.* Petr. Ant. de Petr *tract. de potestat. Princ. c. 10. sub n 28 vers. 219.* Henr. Bocer. *de Regal. c. 8.* Georg. Obrecht. *disp. de Regal. th. 191.* Regn. Sixtin. *de Regal. lib. 1. c. 6. n. 32.* Dom. Arum. *vol. 1. dis. Acad. 30. th. 26.* Joh. Limnæ *lib. 2. Jur. pub. cap. 9. n. 130. cum seqq.* & noviss. Casp. Klock *de Contrib. c. 3. n. 76. cum ibi alleg. Dd.* Benj. Leuber. *in sua disquplanaria stapula Saxonica contr. Magdeburgens.*
4 *n. 9. & mult. seqq.* Concordat jus Saxonicum **Landr.** *lib. 1. art. 26. & lib. 2. art. 36.* **Man soll keinen Marckt** auffrichten ohne wissen der hohen Obrigkeit / und ohne verwilligung des Königes. *& gl. ad art 66. lib. 3. Eod. n. 2.* Auch mag man keinen Marckt hegen / ohne des Richters Laub / ja daß solches des Reiches Wille sey / soll der Keyser seine
rechte Hand zeichen (Chirothecas 5
enim, quas apud Saxones donationibus & cessionibus rerum immobilium adhibitas fuisse, sicut calceos exutos apud Hebræos; teste Lavather. *homil. 22. in lib. Ruth. pag. m. 87.* ex multis diplomatibus Saxonicis constat) dessen **zu Urkundt auff die Stadt dar senden.**
Imò, in ejus rei signum crux in foro 6
posita est; cui posteà Statua Cæsaris successit. Ita enim text. & gl. ad d. *art. 9.* **Das ist noch das Urkundt / wann man eine neue Stadt bauet / oder Marckt machet / daß man dann ein Creutz setze auff dem Marckt / durch das man sehe daß Weichfriede (Stadtfriede) da sey / und man henckt auch da des Königes Handschuch daran / daß man darbey sehe / daß es des Königes Wille sey.** Jo. Gryphiand. *de Weichbild. Sax. c. 74 n. 8.*
Et Rulandi statuam (non à fabuloso 7
Rulandi Caroli M. ex Sorore nepotis nomine proprio; sed appellativo Rügeland / composito ex vocabulo Rüge / quod est veteri idiomate Germanô Causam proponere & re benè cognitâ in districtu pronunciare) in ejus demonstrationem in Saxonicis Civitatibus positam fuisse, tradit Conring. *dissert. de Reb. German. n. 72.* Ut ita Statua Rulandina significet signum, per quod notatur, ibi esse Forum publicum, Jurisdictionem, Locum Justitiæ, territorium, seu ut suô idiomate vocârunt MALLUM publicum. **Eine
Maahlstadt / da man frey Keys. Gericht** 8
hält. Mallus autem, authore Joh. Gerhard. Vossio. *de Vitiis Sermon lib. 2. c. 12.* est à Saxonibus antiquis: quibus Mael cùm generatim, tùm particulatim notat congregationem, conventum, tùm particulatim cætum publicum,

cum ad majores causas decidendas. Inde & Mittags und Abendmahl. Und
9 kombt also das Sächsische Recht/(verba sunt Martini von der Meden / im Hamburgs Gegenbericht / die Stafelger. betr. *p.15.*) mit dem Keyserlichem gemeinem Recht hierin gantz überein/ und zwar in vier Stücken/ so allhier zugehören / 1. Daß ohne des Reiches Erlaubnüß kein Jahrmarckt zu hegen *t.t.ff.& C.de Nund.* 2. Daß nicht einer oder mehr den Kauff des Marckts soll setzen / bey Straffe 50. ℔. Goldes. 3. Daß auch die Richter/die das ungefordert und ungestraffet lassen/ 40. ℔. Goldes Wetten; *tit.C.de Monopol.* 4. Daß man auch des Korns Werth nicht theurer noch höher setzen soll / denn als es Gott setzet. *l. Impp. ad l.Jul. de An-*
10 *non.* Hæc *gl. d. loc.* Ex quibus juris Weichbl. verbis expresse colligitur, quòd Imperator sit, qui singulari mandatô & solennitate tale jus mercatûs, item sistendi & stapulæ mercatoribus aut civitati mercatorum concedat; absq; cujus speciali privilegiô hoc nullatenus acquiritur. Namq; eandem paritatem habet, quæ observatur in condendâ civitate. Et enim juris est manifesti, Cæsaris hanc esse potestatem, & pertinere hoc ad ejus splendorem, ut ipsius autoritate civitas Imperii condatur. Ita de Cæsare est *text. in l.1.C. Metrop. Berith. lib.11.* Casp. Valasc. *l. imperium. n.73. ff. de Jurisd.* Et quæ sine Imperatoris autoritate construitur Civitas, aut cui jus Civitatis datur, quod JCti vocant, spiritum & vitam dare civitatibus, Stadtrecht geben / privilegia civitatis non habet. Innoc. *c. cum*
11 *ab Eccles. n.1. de off. ord.* Unde cùm Albertus, Comes Mansfeldiæ, propè Islebiam vicum quendam jure Civitatis donare vellet, Maximil. I. mandato inhibitorio id fieri prohibuit Ao.1514. die 6. Febr. Cujus hæc in specie verba fuére: Wann nun dir/noch jemand andern nicht geziemet / Stadtrecht oder anders/ daß der hohen Obrigkeit anhanget/ ohne sonderbare Erlaubnüß auffzurichten. Sic & nullatenus ibi est jus Nundinarum, sistendi, stapulæ, aut emporii, ubi id non singulariter concessit Imperator. Et quale jus 12
Imperator Civitatibus indulget, talem quoque inde habent Civitatis formam quoad statum, servam aut liberam; mixtam aut planè liberam, ac quoad commercia Emporialem, aut saltem in nundinis annuis consistentem. Sic Magdeburgenses, eorumq; juris stapulæ defensores, astruunt, Im- 13
peratorem Othonem Magnum Magdeburgum ita fundasse, ut non modò Civitas esset libera & franca; sed eidem & mercatûs & Emporii jus præ omnibus aliis in fundatione donâsse; & quidem ita specialiter, ut omnes & singuli ejus provinciæ homines frumentum illuc deferre, nec aliô locô divendere, cogantur, daß das Korn im Stiffte Magdeburgk nirgends dann zu und von der Stadt seyn und gehen soll/ Marpurg. *Cons. 17. n.7. vol.4.* & responsum speciale Giessens. *in hoc pto de an.1613.* Cui Stapulæ juri se novissimè acriter opponit Leuber. in disquis. planaria Stap. Saxonicæ. Sic Fridericus II. 14
Imp. An.1219. Privilegium Nundinarum Francofurtensib. dedit, eosque omnes & singulos ad illas venientes in suam & Imperii protectionem recepit. Idq; privilegium confirmavit Ludovicus. V. decretô An.1330. promulgatô, in quo & securitatem turbantibus, certam pœnam, & modum eos ad pœnam trahendi & puniendi definivit, omnibus etiam subditis & Vasallis Imperii, ut Francofurtenses in capiendis hisce delinquentibus strenuè, & quantum fieri potest, adjuvent, severè injunxit. Insuper Carolus IV. ultra confirmationem hujus privilegii novum addidit, Cives ac peregrinos Mercatores & alios concernens; quod licet sint à judicio Aulico per Banni sententiam proscripti aut proscribendi, sicq; ubivis locorum, ubi modò offenduntur, ipsorum personæ pariter ac bona possent arrestari, tamen si accesserint hasce nundinas per integrum hocce tempus, imò octodecim diebus ante, & 18. diebus post nundinas, si permanserint in territorio Francofurtensi, debeant esse sub protectione Imperii Rom. & Imperatoris, ut neq;

à Judicio Imp. aulico neq; ab ullo alio judicio, vel per mandata, vel Interdicta, vel Bannum vel arrestum, ullum aliquod detrimentum iis inferri possit ac debeat. plura de harum nund. Institutione *vid. ap.* Goldast. *tom.3. const. Imp. constit.1. &* Fritsch. *de jur. Nund. c.4.*
15 *n.19. & seqq.* Sic Confirmatio Privilegiorum Lipsiensium nundinarum à Maximiliano. I. An. 1497. & 1507. facta, & ad omnes & singulos mercatores & alios cujuscunque dignitatis, statûs & conditionis sint, ex quocunq; regno, provincia aut territorio accesserint, extensa. Quod Carolus V. An. 1529. & denuò 1547. ut & Ferdinand. III. An. 1638. suis diplomatibus roborârunt. Plura Exempla Civitatum quæ Jure Nundinarum privilegiatæ sunt, vid. ap. Frisch. *d. tr. Cap. 4. n.22. & seqq.*
16 Sic celebriora Emporia Hanseaticis Civitatibus concessa sunt ab Imperatoriâ Majestate. Dn. Arum. *vol.1. discurs.*
17 *Acad.30 th.26.* Sic olim Servius (ut à recentioribus ad antiquiora recurram9) etiam festi & mercatûs celebrandi ritus constituit. Halicarn. *lib.4.* Et Alexand. Imp. negotiatoribus ut Romam volentes concurrerent, maximam dedit immunitatem. Ælius Lamprid. *in ej. vitâ.* Senatus Rom., penes quem tunc jura Majestatis erant, jus nundinarum cui voluit tribuit. *Plin. lib.5.* Et ipse Claudi9 Imperator Jus mercatûs in sua prædia à Coss. petiit. Sueton. *in vit. Claud.* Bris-
18 son. *lib.1. Antiq. c.15.* Sic in Gallia, ex Cõstitut. Ludovici XII. de an. 1512. Les Foires & Marcher publiques ne se peuuent eriger, que de l'autorite du Roy. Mr le Bret. *de la souuer. du Roy liv.4. chap.13.* Choppin. *lib.3.* du Domain. *tit.12. rubr. des Foires.* Extant Philippi VI. Regis des Foires de Champaigne & de Brie. Henrici II. des Foires de S. Denys rescripta. Quatuor etiam nundinis Lugdunensibus immunitates Reges Galliæ plures tribuerunt, prout privilegiorum rescriptis & edictis Regum confirmatũ exstat justũ volumen, quod privilegia docere poterit; hic liber excusus ab Antonio Gryphio Lugduni, An. 1574. Titulus, Edicts & ordonances des Foires de Lyon. In quibus libera omnium nationum & populorum datur his temporibus Lugduni negociandi licentia publica, adhibitâ fide, exceptis nominatim à Ludovico XI. Anglis, seu Britannis, ut antiquis Galliæ hostibus. P. Gregor. Tholos. *Syntagm. Juris lib.25. Cap.4. n.6.* In Hispania Franchæ feriæ, & 19
mercatûs publici non fiunt, nisi ea sint ex privilegio Regio in libro de lo Salvado, appositi & concessi; ut sunt Medinæ, & similibus locis. Alphons. de Azeved. *tom.6. ad Const. Hispan. lib. 9. tit.20. L.1. cum seqq.* Gregor. Lopez. *in lib.3. tit.7. Constit. part.5. gloss. mercados. & gloss. per su privilegio.* De quo exstant edicta Ferdinandi & Isabellæ de Anno 1480. Sic Reguli, Duces, & 20
Respub. absolutæ ejusmodi jura foralia suis subditis jure concedunt, ut de Principibus & rebuspub. Italiæ scribit Marcell. Donat. *in dilucidat. Sueton. cap.14.* quia nihil vel parum abest, quin omnia, quæ ad Imp. potentiam & supremæ eminentiæ signum pertinent, ad ejusmodi Principes & respublicas extendantur. His etenim Regalia & jura Majestatis proprio jure quoque competunt. Regn. Sixtin. *de Regal. lib.1. c.4. n.15. & seqq.* Et dicuntur Im- 21
peratori similes; ut de Serenissimâ Repub. Venetâ docent Socin. Jun. *Cons. 100. n.11. lib.2. & Cons.37. n.1. lib.1.* Ripa in *rubric. de Rescript.* Cardinal. Mantic. *Cons.188. n.26. lib.1.* M. Anton. Peregrin. Eq. S. Marci *de jur. Fisci. lib.1. tit.2. n.69.* Besold. *diss polit.2. Class.1. θ. 25.* Castal. *tr. de Imp. q.54. n 9.* Gomez. *in §. fuerat. n.5. Instit. de Action.* Arnis. *de jur. Maj. lib.1. c.2. n.4.* Paris. *Cons.2. n.12. 15. lib.2.* Author der Politischen Schatzkammer *lib.2. discur.12.* & Mantuan. *lib. Gymnas. schol.5. scribit: Veneti internis suis funguntur suô jure; neminem superiorem cognoscunt, nisi solum D E U M; prout etiam in eorum monetis scribitur SOLI DEO, vel Sibi soli, ex quo miraculosissima eorum civitas fundata est mari.* Quicquid etiam horum libertati contrarium disserit Jo. Limnæus, & alii; refutati nuper à Dn. Grasvvinckel, *in suâ libertate Venetâ.* & Jo. Gryphi-

and. *de Insul. c.20. à n.65. usq. 80.* Unde etiam Duces Venetiarum dicuntur AMICI Imperii Romano-Germanici, & ipsas VENETIAS REGNI titulo à Cæsaribus condecoratas, docet Clariss. Conring. *de Finib. Imp. Germ. cap.10.*
22 *fol.132.* Potest hîc non incõgruè quæri: *An Pontifex jus commerciorũ universale sui juris dicere possit?* Allegãt etenim Lusitani jus navigandi & commercia exercendi ad Indos, etiam arcendo alios, sibi donatione Pontificis Alexandri III. esse acquisitum, quod tamen doctissimè & gravissimè re-
23 futat Hugo Grotius, Vir, ut ab ipso Joh. Seldenio adversario *in mar. claus. cap. 2.* describitur, acuminis & omnigenæ doctrinæ præstantiâ incomparabilis, in *suô tr. de mar. liber. Cap.3.*
24 *6. & 10.* De quibus ita Wilh. Wselinx, im Bericht von der Süder Compagn. in Schweden/ *p.58.* Ich weiß auch nicht/ daß hiegegen etwas gesaget werden könte/ als daß der König von Spanien ein sonderbares Recht an den Ländern in Asia, Africâ und Americâ fürwende / sich auff des Pabstes von Rom geschenck und die erste Entdeckung ziehend und
25 fundirend. Was aber des Pabstes Beschenckung anlanget/ darauff reimet sich gar wol die Antwort des Attabalibæ, Königes von Peru; Als von den Spaniern gesagt worden / der Pabst hätte ihrem Könige sein Land verehret: Daß nemblich der Pabst ein grosser Narr seyn müste / daß er einem andern das schencke/ welches des dritten Eigenthumb ist. Dieß mögen wir wol mit recht sagen/ wie kan uns der Pabst nehmen / was uns Gott und die Natur gegeben hat? hätten wir ihn hierüber zu einem Scheides-mann erkorẽ/ oder seinem Urtheil unterworffen/ könte es einen Schein haben: Aber/weil wir ihn nicht kennen / und so grosse Gecken nicht seyn/ daß wir/ die Gott in Freyheit gesetzet/ uns seiner Tyranney und Schlaverey zu unterwerffen gesinnet/ weil ihm auch das geringste Recht an den Landen nicht zukömmet/ wie kan uns dann seine beschehene Verschenckung schaden/ hindern und ver-
26 kürtzen. Hactenus Wselinx, ubi & seqq: eleganter demonstrat, primam navigationẽ seu inventionem horum locorũ Hispanis nullum jus singulare cõmercia tractandi, arcendo alios, concedere. Quò studiosum lectorem remitto. Ut autẽ ad speciale jus nundinarum constituendum revertamur, expediti juris est, quòd, quemadmodum nundinæ annuæ (quæ quomodo à jure stapulæ & Emporii differãt, suô locô deducemus) non rectè absque permissione summi magistratûs (quod tamen hodiè parùm observari notat Keller. *de Offic. Jurid. Pol. lib.2. c.13.*) instituuntur; sic rectè & cum privilegio institutas, haud liceat 27
transferre. Matth. Steph. *de Jurisd. lib.2. p.1. c.1. n.100.* Exceptô tamen Principe, qui mercatum alicui oppido vel civitati concessum, in aliam, præsertim ex causâ, potest transferre. M. Ant. Natt. *Cons. 511. & seqq.* Anth. Tessaur. *d. decis. 264. n.3.* ne tamen talibus publicis commodis quid impedimenti aut nocumenti improvidè objiciat Imperator, tàm cautè in eo procedere solet, & usus quoque communis id obtinuit, quòd Cæsar nunquàm alicui nundinarum 28
talium, aut mercatuum publicorum jus dare consuevit, nisi prius adjacentibus & vicinis Civitatibus & pagis, aut eorum dominis, quorum interesse posset, auditis. Gail. *2. obs. 69. n.24. & 25.* Ideò, quòd ejusmodi jura mercatûs & 29
nundinarum sint prædiaria & patrimonialia; quæ jus gentium stabilivit; ideòque nec à Principe concedi possint invitô illô, qui anteà habet; ut inquit Rhenat. Choppin. *de leg. Andegav. lib.1. c.43. n.9.* Deinde, eò quòd futurum sit, ut per concursum ei indirectò noceatur, & mercatus in plura loca divisus diminuatur; quod pati neutiquam cogitur, qui jus mercatûs anteà obtinuit; ut annotavit Tessaur. *d. decis. 264. n.5.* Choppin. *d. l. n.8.* Id- 30
circò etiam hodiè in Galliâ privilegium nundinarum à Rege impetratum ad Ballivos vel Senechallos dirigitur, ubi, auditâ intercessione vicinorum omnium, ex literis regiis jus nundinarum admittitur. Gothofr. *ad l.1. ff. de nund.* Einsidl. *tract. de regal. cap.2. n.2.* quib. add. Fritsch. *de nund. c.4. n.66.*

& seqq. ubi prolixiꝰ hæc omnia tractat.
31 Hæc autem, quæ dicta sunt de nundinis & mercatibus solennibus, eorumq; constitutione & fundatione, non spectant ad nundinas vulgares, seu hebdomadales, quas vocamus **Wochen-Märckte**/ de quib. vid. Fritsch. *in tr. suo noviss. de Jur. nund. cap. 9. per tot.* quod patet ex definitione utriusque. Nundinæ enim publicæ (inquit Cujac. *tit. C. de nund.*) sunt celebriores Imperii vel unius provinciæ mercatûs, qui habentur certis statisq; temporibus, maximò conventu mercatorum in his locis, quibus jus eos habendi datum est beneficiô Principis, aut longâ consuetudine; quales in Germaniâ sunt nundinæ Francofurtenses, de quibus eorumq; Αὐλητήκρισι annuâ. vulgò **Pfeiffer-Gericht**. vid. Lud. Horneck. *de jur. Postar. c. 18. theor. 10.* Lipsienses, Naumburgicæ. Sic Hamburgensibus publicum mercatum sive annale forum (quod tamen à jure stapulæ est diversum, ut infrà videbimus) autoritate Caroli IV. Imp. indultum esse, demonstratur Diplomate modò dicti Imp. de an.
32 1365. Pragæ dato. Mercatûs verò hebdomadales, sunt parvæ nundinæ uniꝰ Civitatis, non ita celebres; qui constitui possunt sine ullo privilegio vel summi Principis licentiâ, à dominis territoriorum. Sichard. *ad rubr. C. de Nund. n. 2. 3.* Tessaur. *d. decis. 264. n. 4.* Cluten. *in syllog. rer. quotid. θ. 22.* Fr. Marc. *decis. Delphin. 53. n. 2. p. 1.* quã repetit, *decis. 513. p. 2.* Camill. Borell. *de Reg. Cathol. præstant. c. 36. n. 26.* Mich. Nizol. *alleg. 16. n. 4.* nec nõ disertè probat P. Foller. *in prax. nund. insert. Spec. aur. Marant. p. 4. dist. 9. n. 50.* & Dn. Knipschild *in nup. suo tractat. de Jurib. & privil. Civit. Impp. lib. 5. c. 23. n. 3.*
33 Unde & à territorii dominis hisce mercatibus certæ possunt præscribi leges & constitutiones; e.g. ne ante destinatum & privilegiatum diem subditi merces apportent, aut in commerciorũ ususq; publici detrimentum eas vendant. Vid. Edict. **Der Hollsteinischen Landgerichts-Ordnung/ berührend die Jahrmärckte auff denen dazu angesetzten gewöhnlichen Marcktagen** præcisè **zu halten / und vorher** sub pœnâ confiscationis **nichtes zu kauffen oder verkauffen**/ *part. 4. tit. 27. pag. 110. & seqq.* Et Ahasv. Fritsch. *de Jur. Nund. cap. 8. n. 28. & seq.* Mercatus enim ejusmodi, inquit Anton. de Petr. *tr. de potest. Princ. c. 10. n. 28.* est omnibus permissus de jure, & originem capit de jure gentium. *l. ex hoc jure. 5. ff. de J. & J.* & abundè probat Alciat. *Cons. 208.* hos mercatûs non posse prohiberi per superiorem, sed liberum esse cuique mercatûs facere. Idem P. Ant. de Petr. testatur, & Capicium in autoritate subjungit, quibus adde Faust. *de Ærar. class. 13. cons. 29.* Imò, ci- 34
vitatem rectè quidem instituere posse forum frumentarium sine superioris consensu, non autem jus stationis seu Emporii & exonerationis, exemplô Magdeburgi, olim & Dantisci, respondent Domini Marpurg. *Cons. 18. vol. 4.* Num autem citra privilegium 35
aut concessionem Principis inveteratâ consuetudine, patientiâ & præscriptione immemoriali hæc jura foralia acquiri possint? inter Dd. dubium existit. Non posse, respondet 36
Natta *Cons. 511. & 512.* ut refert Alexand. Raudens. *resp. 23. n. 8. vol. 2.* Et in hanc opinionem inclinasse Senat. Pedem. refert Tessaur. *d. decis. 264. n. 3.* Fritsch. *de jur. nundin. cap. 4. n. 52.* Verùm 37
contrarium consuluisse doctiss. Alciatum *Cons. 208.* Idem Tessaur. *d. n. 3.* scribit, & eundem sequitur; & quidem rectè. Quemadmodum enim de concessione, sic & de consuetudine, quòd videlicet per hanc etiam Regalia (ex quorum numero, ut diximus, sunt Nundinæ & jura foralia seu Emporii) constituantur & acquirantur, est expressus textus in *c. super quibusdam. §. prætereà. de verb. sign.* Quippe tanta est 38
consuetudinis, præsertim immemorialis, vis, ut firmius ac potentius jus esse censeatur, quod per eam acquiritur, quàm quod per privilegium Principis, vel ejus concessionem. Innoc. in *c. ad Apostolicam 4. vers. sed nos hoc non credimus. De Simon.* Aim. Cravett. *de antiqu. temp. part. 1. in pr. n. 43. & Cons. 349. n. 9.* Curt. Jun. *de Feud. part. 2. q. 3. n. 5.* Knich. *de Sax. jur. non provoc. in verb. Jus. c. 1. n. 21.* Schrad. *de Feud. part. 10. n. 238.* ubi

plures

plures alios pro eâdem sententiâ allegat. Et quod in specie jura Emporii & Stapulæ, quæ tamen inter se differre alibi monstrabimus, tàm per antiquam consuetudinem, cujus contrarii memoria non exstat, quàm per concessionem principis acquiri possint, dicunt Hamburgenses, **in ihrer Außführung der Schiffart und Staffelgerechtigkeit der Elbe betreffend**/*editâ an.1620. art. pro restit. in integr. pag. m. 29. n.15. & n.30.* quod autem jura nundinarum & stapulæ non sint synonyma, suô, ut prædiximus, locô demonstrabimus.

39 Quemadmodum verò consuetudine immemoriali nundinæ & jura mercatûs publici acquiri possunt, sic idem dicendum est de Præscriptione immemoriali, *d. §. prætereà*; quem textum tàm de Præscriptione, quàm de consuetudine Dd. communiter allegare solent. Regner. Sixtin. *de regal. c.5. n. 137. 141. cum mult. seq.* Immemorialis namque possessio, titulus est undiquâque legitimus; eâque probatâ non est necessaria ullius tituli allegatio; secundum communem Dd. opinionem; quam multorum Dd. autoritatibus corroborant Garz. *de Expens. c.9. n.16. & seqq.* Mynf. *cent.1. obs.39.* Camill. Bo-

40 rell. *Consil. 32. n.57. & seqq.* Fab. de Anna *cons.59. n.18.* cùm habeat vim privilegii. *l. hoc jure. c.3. §. ductus aquæ. 4. ff. de aqu. quot. & æstiv. c.1. in fi. de præscript. in sexto.* Balb. de præscr. *2. part. 3. pr. q. 6. n.13.* Cravett. *de antiq. temp. part. 4. §. absolutis differentiis, n.3.* Mascard. *de probat. concl. 1214. n.48. vol.3.* Gabriel in *Comm. concl.1. n.44.* & quidem specialis à Principe concessi. Menoch. *3. præsumt. 31. n.43.* Molin. *de Hispan. primogen. lib.2. c.6. n.13.* Imò æquipolleat veritati. Camill. Borell. *cons.32. n.6.* & tantum possit, quantum Imperator cum causâ. Bursat. *Cons.150. n.30.* mutet quadrata rotundis. M. Anton. de Amat. *decis.169. n.26.* adeòque ejusmo-

41 di præscriptionem justum esse modum, omnia regalia, etiam majora (ut sunt nundinarum & Emporiorum) acquirendi, ab omnibus approbatum est, text. desuper quibusdam. *§. prætereà. de V.S. c.1. de præscript. in sexto.* Jas. *in l. Imperium. n.20. ff. de jurisdict.* Hieron de Monte. *tr. fin. reg. c.77. n.2. & 3* Covarruv. *in c. possessor malæ fidei p.2. §.2. n.11. & seqq. Et §.3. n.3. de Regal. Jur. Emph. q.8. n.36.* Mascard. *de Probat. Concl. 1214. n.50. vol.3.* Gail. 2. *obs.31. n.4.* Matth. Coler. *in repetit. c. cum nobis. n 20.* Ubi in specie de Regalibus seu juribus, quæ sunt de reservatis principis, agit. *X. de Præscript.* Curt. Jun. *cons.68 n.1.* Cacheran. *cons.34. n.39. & seqq.* Guid. Panciroll. *Cons.154. n 8.* Jo. Guittierez. *pract. quæst. lib.1. q.85. n.1.* M. Anton. Peregrin. *cons.3. n.16.* Modestin. Pistor. *cons. 70. n.14. Vol.1.* Regner. Sixtin. *lib. 1. de Regal. c.5. n.144. ubi usq; ad fin.* de hoc plenissimè tractat. His omnibus adde Casp. Klock. in suô novissimo *tractatu de Contr. & Collect. c.3. n.77. c.16. & 20. n.242. & seqq.* Et Fritzsch. *d.c.4. n.52. & seqq.* In terminis verò terminantibus Dnn. Hamburgenses, **in vorangezogener Außführung die Staffelgerechtigkeit auff der Elbe betr.** *p.29. n.14. & seqq.*

Tandem qui potestatem habet nundinas constituendi, is etiam habet potestatem easdem iterum abrogandi, si justa ipsi abrogationis causa fuerit. 42

Videlicet si Civitas privilegiô Nundinarum ornata, vel negligat easdem, in maximum Reipubl. detrimentum, & quamvis possit, easdem tamen celebrare nolit, sicque commoda & salutem Reipubl haud parum impediat, non-utendo amittit, ut *infr. lib.4. c.2. n.12. & seqq.* pluribus demonstrabimus.

Vel. 2. si insigniter ingrata sit in Principem, illique ad privilegium hoc revocandum sufficientem & satis gravem dederit causam. Vel ob rebellionem, aut simile quoddam facinus planè evertatur. Imperatori & Principi summo integrum erit privilegia Nundinarum huic urbi data recipere & alii erogare. Christ. Liser. *de jur. Nundinar. thes.23.*

Ob levem verò causam Privilegium semel concessum non facilè revocat Imperator.

Sic, cùm Francofurtenses Günthe-

 rum

rum Caroli IV. in Imperio æmulum in urbem recepissent, Imp. Carolus privilegium Nundinarum ipsis olim concessum abstulit & Moguntinensibus dedit. Arumæ. *Dissert. ad A. B. n. 35.*

Sic Fridericus. III. Imp. edictô 1469. (cujus meminit Maximilianus. I. in decreto supra allegato Anno 1487.) ad preces Lipsiensium & litteras intercessionales Ernesti Saxoniæ Ducis abrogavit nundinas Hallenses, earumque privilegia sive à sese, sive ab aliis data, vel porro danda, nulla & irrita pronunciavit. Maximilianus. I. in privilegio de Nundinis Lipsiensibus derogat omnibus istis mandatis, juribus, privilegiis ac consuetudinibus Erphortensibus concessis vel concedendis, quæ ullô modô jurib. Lipsiensium poterant esse exitio. Quod Maximiliani Edictum confirmavit Carolus V. An. 1529. & Ferdinand. III. Anno 1638.

Caput VI.

De

Confirmatione Privilegiorum mercantilium. Et 1. Num Princeps hæc Privilegia â Prædecessoribus concessa confirmare teneatur. 2. An hæc Privilegiorum confirmatio semper necessariò à Successoribns regni petenda.

Summaria

1. *Connexio Capitum.*
2. *Confirmatio Superioritatem arguit.*
3. *Quæstio Prima rubricæ tractatur.*
4. *Principes quos Antecessorum contractûs & quæ privilegia revocare possint.*
5. *Princeps quomodo solutus legibus.*
6. *Princeps contra jus fasq; non potest agere.*
7. *Quæ semel placuêre, displicere non possunt.*
8. *Princeps in conventionibus utitur jure communi.*
9. *Fidem servare Principibus maximè convenit.*
10. *L. 8. C. de SS. Eccles. explicatur.*
11. *Principem decet dictorum factorumq; Constantia.*
12. *Principi non licet contravenire privilegiis à se concessis.*
13. *Successori factum prædecessoris, impugnare non licet.*
14. *Successor repræsentat personam defuncti.*
15. *Princeps antecessoris facto contravenire non potest.*
16. *Quod verum in Principe successore hereditatis.*
17. *Hæres quasi contrahit.*
18. *An Princeps successor in dignitate seu Electitius, Antecessoris sui facto contratravenire possit?*
19. *Negantium Doctorum authoritates.*
20. *Quod probatur Jure.*
21. *Et ratione.*
22. *Princeps confessionem ab antecessore factam improbare non potest.*
23. *Princeps Confirmationes privilegiorum ab Antecessore factas recusare non potest.*
24. *Imprimis si negocium versatur cum non-subditis.*
25. *Et hoc propter defectum jurisdictionis.*
26. *Privilegia ob benè merita concessa revocari non possunt & n 38.*
27. *Privilegia ob remunerationem & onerosò titulô facta non possunt revocari.*
28. *Ejusmodi privilegia vim contractûs induunt & ad hæredes transeunt.*
29. *Princeps non est Dominus contractuum.*
30. *Inter Mercatores veritas & æquitas spectanda.*
31. *In Principum contractibus fides exuberare debet.*
32. *Privilegia Hanseaticorum sunt jura ex benè meritis quæsita, præscripta & irrevocabilia.*
33. *Privilegia Hanseatica sunt realia & ab ordinibus Regni confirmata.*

34. Pri-

34. Privilegia Hanseaticorum sunt cum non-subditis inita.
35. Benè merita Hanseaticorum in Daniâ probantur ex Friderici I. Regis privilegio.
36. Ex Angliæ Regum privilegiis.
37. Benemerita Hanseaticorum Mercatorum in Succia probantur ex Gustavi I. Regis privilegio.
38. Privilegia ob benemerita concessa sunt irrevocabilia, & sup. n. 26. per allegata.
39. Exæquatio horum privilegiorum in Exteris est iniqua.
40. Jura singularia in exempl. & consequentiam non trahenda.
41. Pecuniâ redimere quod ob benemerita quæsitum, irrationabile est.
42. Potentiorum gratia Xeniis fovenda.
43. L. 6. §. 3. ff. de Offic. ProConf. sensus.
44. An hîc obligatio ad ἀντίδωρα locum habeat.
45. Privilegia ex post facto damnosa, revocari possunt.
46. An Extranei; vel Ipsi Hanseatici ex hisce privilegiis majorem utilitatem percipiant?
47. Læsionis publicæ prætextus hîc tollitur.
48. An privilegia ex capite læsionis toti Collegio auferri possint? N.
49. Damnum cum lucro præcedenti compensandum.
50. Privilegia nociva ad moderationem temporalem reducenda.
51. Sensus c. Suggestum. X. de Decimis, ibiq; Panormitanus.
52. Lapsus Alberici Gentilis; dum Hanseaticis privilegia Anglicana adimi posse contendit.
53. Pensiones perpetuas pro conservatione horum privilegiorum persolvere iniquum.
54. Facta, quæ pietatem & honestatem lædunt, non præstanda.
55. Invehitur in Osores aulicos, hisce juribus eorumq; confirmationibus sese opponentes.
56. An horum privilegiorum Confirmatio necessariò à Successoribus petenda?
57. Privilegia ob remunerationem concessa non indigent confirmatione.
58. Principis Persona, non dignitas moritur.
59. Tutius est Confirmationem à Successore petere.
60. Confirmatio rem reddit majoris authoritatis.
61. Confirmationum utilitas.
62. Earundem Effectus.
63. Confirmatio non est necessitatis.
64. Horum jurium Confirmatio est consilii.
65. Hujus rei ratio.
66. Cautela abundans non est necessaria.

1 VIdimus præcedente Capite, quomodo hæc jura commerciorum singularia acquirantur & constituantur. Cùm autem ejus, cujus constituere, sit quoque confirmare privi-
2 legia; videlicet Principis supremi, confirmatione superioritatis tesseram referente & exprimente. Cravett. *Conf. 908. n. 1. & Conf. 949. n. 35.* Tib. Decian. *resp. 19. n. 139. vol. 3.* Rot. Rom. *decis. 702. n. 7. part 1.* Ant. Sola. *in Constit. antiqu. Sabaud. decret. Carolus. gl. un. n. 1.* Andr. Knich. *de subl. & reg. terr. jur. cap. 3. n. 308. 309.* & quidem in subdito manifestissimè. Bart. Bertaz. *tract. claus. Instrum. Claus. 4. gl. 14. n. 1.* ubi superioritatis manifestissimum symbolum; unde & solis Principibus superiorem non recognoscentibus concessorum à prædecessoribus privilegiorum confirmatio competit. Bernh. Grævæ. 2. *conclus. pract. 1. n. 1.* Operæ pretium duxi, hîc de nobilissima, & non tàm chartis, quàm lacertis, non tàm argumentis, quàm armamentis agitata quæstione,
"NUM PRINCEPS PRIVILEGIA, COMMER- 3
"CIORUM FAVORE À PRÆDECESSORIBUS
"REGNI CONCESSA, REVOCARE; AN VERÒ
"EA IPSA CONFIRMARE OBSTRINGATUR?"
aliquantò prolixius differere. Et 4
primò quidem, licet nonnullorum JCtorum sit opinio, Principem suos & Antecessorum contractûs & privilegia, in quibus nulla intervenit datio & remuneratio, sine causa posse revocare. Rol. à Valle. 2. *Conf. 66. n. 2. 54. & 63.* Item, concessiones ad concedentis voluntatem factas, per mortem concedentis tolli atque evanescere. *l. 4 ff. locat. cap. si gratiosè. in pr. de Rescript. lib. 6.*

lib.6. Jacob. Thoming. *1. Consil.32.n.47. & seqq.* quam sententiam etiam sequitur Br. *in l. centesima.46. ff. de V.O.* Car. Tap. *ad l. fin. de Constit. Princip. p.2. c.3. n.8. junctis n.14. & seq.* ubi eam declarat & limitat. Sixtin. *de Regal. lib.1. c.6. n.44.* Natt. *Cons.608. n.5.* per ea quæ latè tradit Casp. Klock. *de Contrib. c.16. n.*
5 *120. cum seqq.* Deinde quod Majestas legibus, etiam Prædecessorum, sit soluta. *l. Princeps 31. ff. de LL.* Rol. à Valle *1. Cons.86. n.51. & Dd. communiter.* Cùm par in parem non habeat imperium. *l. nam magistratus ff. de recept. qui arb. recep. l. ille à quo. §. tempestivum. ff. ad SC. Trebell.* Rol. à Vall. 2. *cons. 1. n.37. 38.39.*
6 Negari tamen non potest, hanc potestatem seu jus regium ita esse restrictum, ut Principes contra præscriptum voluntatis divinæ, contra dictamen rectæ rationis, contra jus fasque, sub pœna translationis regnorũ, nullô modô agere possint. Rol. à Vall. *vol.2. cons.1. n.27.* Arum. *vol.1. discurs. Acad.43. cap.3. n. fin.* eleganter Casp. Klock. *de contribut. cap.16. n.153. & seqq.* Ita enim sese res habet, ut hoc paulò altius indagemus, ut Concedens, & ejus successores in principatu, privilegia hæc omninò servare debeant; nec ullâ confirmationis recusatione, aut aliô quopiam
7 modô, ea revocare possint; cùm generaliter traditum sit, nihil tàm naturali æquitati convenire, quàm ut, quæ semel placuerunt, serventur & custodiantur. *l.1. de Pact.* per ea, quæ post alios deducunt Tib. Decian. *Cons.59. n.20. Vol.2.* Jo. Cephal. *Cons.30. n.31. lib.1.*
8 Bursat. *cons.157. n.66. vol.2.* Et quòd Princeps in conventionibus suis utatur jure communi; nempe eô jure, quô utuntur privati, tradunt Bald. & alii Communiter *in l. ex imperfecto. C. de testam. Dec. in c.1. n.1. & ibi* Felin.
9 *n.1. X. de Probat.* Imprimis autem Principem decet dictorum factorumque suorum constantia; ita, ut quò Princeps cæteris major est, eò firmior quoque in eo debeat esse honestas & fides; & quò est nobilior, eò turpius sit, ipsum conventionibus & dictis factisque suis contravenire. Bald. in *c.1. §. fi. qui feud. dar. poss.* & communiter omnes *in l. digna vox. C. de LL.* & est textus, aureis litteris notandus *in l. inter claras.8. C. de SS. Trin.* ubi, nihil est, 10
inquit Justinianus, quod lumine clariore præfulgeat, quàm recta fides in principe. Qui textus, etsi propriè loquatur de Fide Christianâ, allegatur tamen etiam ad fidem politicam, à Doctoribus nostris, in observatione promissorum, quotidiè. Et fertur Aristoteles monuisse Alexandrum M., ut promissa servaret; aliàs malum finem sequuturũ esse, ut refert. Bl. *in l.1. &* Jas. *n.1. ibid. ff. de Pact.* Hinc idem Bald. eleganter *Cons.327. n.4. Vol.1.* in terminis privilegii servandi, quòd in Princi- 11
pe, tanquam in fonte justitiæ debeat esse constans voluntas; & quòd illi maximè conveniat illud verbum: Semel locutus est Deus; & illud: quod scripsi, scripsi; & quòd debeat habere unum calamum & unam linguam, & non plures; quia scriptum sit, quæ processerunt de labiis meis, non faciam irrita; & quòd ideò Princeps debeat esse immobilis sicut lapis angularis, & sicuti polus in cœlo; eòdemque pertineant, quæ copiosè in hanc sententiam adduxit Zas. *cons.10. n.17. vol.2.* & valdè graviter idem Bald. *cons.343. n.1. vers. & ista ergò vol.1.* dicit, non esse bonum illum virum, qui non observat promissa. Quinimò, fidem fallere gravibus esse grave, gravioribus gravius, gravissimis & exemplaribus viris gravissimum & abominabile. Quod dictum valdè exornat Tib. Decian. *cons.25. n.25. & seq. vol.1.* Gail. 2. *obs.55. n.5.* Bardellon. *cons.111. n.50.* Costa. *cons.49. n.4.* & cæteri allegati à Casp. Klock. *de Contrib. c.16. n.137. & seq.* Et in terminis privilegiorum à Principibus concedentibus non revocandorum, est *text. in cap. veniens. X. de Præscript. & ibi gl.* Imò quod nec in aliquâ suâ qualitate alterari nec minui debeat, tradit Caccialup. *in repet. l. omnes populi. n.107. de J. & J.* & Socin. Jun. *Cons.74. n.20. Vol.1.* Natta *Cons.408. n.8.* & Aym. Cravett. *Cons.463. n.16.*
Quemadmodum verò Principi non 12
est

est jus contraveniendi privilegio à se concesso, vel illi quicquam derogandi; ita etiam ipsius successores in regno, contravenire illi nullô modô possunt. Juris enim evidentis est, quòd generaliter successori, factum ejus, cui succe-
13 dit, impugnare, eique contravenire concessum non sit. *text. in l. filiusfam. 114. §. cum pater. 15. ff. de leg. 1. l. successores. C. solut. matrim. & passim.* Ruin. *Cons. 25. n. 11. vol. 2.* Matth. de Afflict. *decis. Neap. 288. n. 11.* Et est ratio, quia successor, sive heres repræsentat personam
14 defuncti. Et, sicut esset turpe, aliquem sibimetipsi contradicere aut contravenire; ita & in jure existimatur turpe, hisce, quæ antecessor ipsius fecit, dixit aut scripsit, contravenire; quod probatur *per authent. de jurejur.* & alia, quæ deduxit Menoch. *Cons. 99. n. 107. vol. 1.* ita, ut factum heredis reputetur factum defuncti. Dec. *cons. 281. n. 5.* Menoch.
15 *cons. 89. n. 58. Vol. 1.* In specie verò, quod Princeps antecessoris sui facto contravenire non possit; sed id omninò servare teneatur; sive successor sit ejus in hereditate, sive dignitate, communi-
16 ter ab omnibus probatum est. Et de Principe quidem successore hereditatis, quod ex contractibus prædecessorum suorum obligetur, perinde ut quilibet successor privati, tradunt Cyn. Castrens. & alii, *in l. digna vox. 4. C. de Leg.* Jas. *in l. fin. n. 14. de Constit. Pp.* Mandell. cons. *67. n. 1.* Siquidem, ut
17 privatus, ita ipse etiam hereditatem adeundo, dicitur quasi contrahere & obligare se ad implendum omnia, quæ defunctus implere tenebatur. *§. heres quoq. Inst. de Oblig. quæ quas. ex contr. l. ex malefic. §. heres. ff. de O. & A.* maximè in obligationibus & jure creato tempore mortis. text. *in l. pro hereditariis. C. de hered. act.* Rol. à Valle *cons. 50. n. 8. Vol. 2. & Cons. 6. n. 15. vol. 3.* ex quo Alciatus, heredem præcisè teneri, sicuti tenebatur defunctus. *Cons. 156. n. 3.*
18 respondit. De Principe autem successore in dignitate tantùm, non qui jure hereditariô, sed jure electionis regnũ adeptus est, majus existit dubium; &, quod Principes, qui nomine dignitatis quid promiserunt, transferant obligationem ad successores; & quod ejusmodi successor, tametsi in hereditate non successerit, sed ex eligentium voluntate atque arbitrio, antecessoris sui facto contravenire non possit; sed 19
id sanctè potius observare & custodire teneatur, post alios à se allegatos docuerunt Bl. *in d. l. digna vox.* Jas. *in l. 1. Col. pen. ff. de constit. Princ.* Luc. de Pennâ. *in l. hi quos. Col. pen. vers. ad omnia generalia. C. de fund. rei priv.* Bl. *in c. 1. §. Marchio. n. 4. de his qui feud. dar. poss. & in cap. 1. §. Imperialis. n. 8. de Pac. Const.* & Canonist. Comm. *in cap. 1. X. de probat.* atque hoc ipsum, de facto consulti, responderunt Jas. *cons. 1. vol. 1. n. 2. & cons. 10. vol. 3.* Bero. *Cons. 138. n. 9. vol. 3.* Bl. *cons. 417. Vol. 1.* Rol. à Vall. *cons. 66. n. 38. vol. 2.* Paris. *cons. 2. n. 132. vol. 4.* Menoch. *cons. 1. n. 228. vol. 1. & cons. 201. n. 179. & cons. 164. n. 20. vol. 3. & cons. 350. n. 23. vol. 4.* Quibus novissimè accesserunt Mich. ab Aguir. *Apol. suæ part. 1. n. 70. & seq. &* Anton. Tessaur. *decis. 51. n. 23. lib. 2. rer. jud. Aug. Cam. Imp.* ubi dicit: Argumentum „ hoc, quod successor in dignitate non „ teneatur ex facto antecessoris, esse nu- „ gatorium. Atque hæc sententia, præ- „ terquam quòd Dd. communiter placuit, manifestô JURE & apertâ RATIONE probatur, teste Menoch. *in locis alleg.* Et JURE quidem, *in l. fin. ff. de don.* 20
int. vir. & ux. & in cap. 1. X. de probat. & c. Justitiæ. 25. q. 1. ubi dicitur: Si Princeps gesta & placita sua à successoribus observari cupit, conveniens est, ut & ipse prædecessorum suorum gestis atque placitis venerationem præstet; eaque observet & custodiat. Rol. à Vall. *2. cons. 1. n. 41.* Et eandem rem eleganter Gregor. Magn. rescripsit, *in c. Si ea res. q. 2.* Si ea, inquiens, destruerem, quæ antecessores nostri statuerunt, non constructor, sed eversor esse justè comprobarer. RATIONE verò; quia, 21
etiamsi homines mutentur & moriantur, qui in dignitate sunt constituti, dignitas tamen semper una manet atq; eadem. *c. quoniã. & ibi gl. X. de Offic. jud. del. d. c. gratiosè. de Rescript.* Menoch.

1. de

22 *l. de arbitr. J. J. q. 67. n. 21.* Hinc est, ut Princeps confessionem, ab Antecessore suo factam, improbare non possit, nec debeat. Bl. *cons. 89. n. 5. Vol. 1.* Socin. Sen. *cons. 249. col. fin. vol. 2.* Dec. *cons. 184. inf.* Quos secutus est Cravett. *cons. 29. n. 1. & cons. 125. n. 2. vol. 1.* quibus accessit Ripa, *in l. si aliquam rem. n. 42. ff. de acq. & am. poss.*

23 Similiter (ut aliquantò propius ad scopum accedamus) quod Princeps successor confirmationes seu approbationes privilegiorum, ab antecessoribus factas improbandi, aut recusandi facultatem non habeat, sed eas omninò ratas habere teneatur, multis persequitur Aim. Cravett. *Cons. 455. n. 11. vol. 3.* relatus & probatus à Menoch.
24 *cons. 8. n. 12. vol. 6.* Et hoc imprimis „ quando res & negotium versatur cum „ non-subditis. Menoch. *de Præsumt. lib. 2. præs. 10. n. 26.* quales sunt Mercatores Hanseatici in regnis exteris. Hinc dicitur, quod Princeps, contrahendo cum non-subdito, non fruatur privilegiis Principatûs; cùm, eô casu, non censeatur Princeps, sed persona privata. Ita Paris. *Cons. 82. n. 51. lib. 1.* & propterea ibidem Paris. *n. 46.* respondit, Principem non posse privilegia concessa, & à suis Prædecessoribus non-subditis unanimi procerum regni consensu confirmata, revocare; Et hoc
25 propter defectum Jurisdictionis, qualis defectus sententiam revocatoriam ipsô jure reddit nullam. *l. 1. §. hæc autem verba ff. quod quisq. jur.* Vant. *tr. de nullit. n. 4. & seqq.* Gail. *1. Obs. 42. n. 8.* Casp. Klock. *de Contrib. cap. 16. n. 108.* In terminis idem censuit Ruin. *cons. 90. n. 4. lib. 1. & cons. 130. n. 19. lib. 5.* Huic adde Socin. Jun. *cons. 60. n. 16. lib. 3.* Rol. à Vall. *vol. 2. Cons. 1. n. 44.* Idque multò minus, quando privilegia non ex mera gratia sive precaria concessione, auß einem purlauterem Gnadenwercke / sed ob benè merita & remunerationem
26 data & concessa sunt. Causa enim benè meritorum contractui par est; & privilegium, ob benè merita concessum transit in contractum; ut est elegans doctrina Baldi *in l. qui se patris. 3. C. und. lib.* quam omnes communiter seqvuntur. quos plenô cornu cumulavit Tiraquell. *in l. si unquam. verb. donatione largitus. n. 14. C. de revoc. donat.* iisque multos alios addit Tib. Dec. *cons. 25. n. 35. vol. 1.* Quibus accedunt Rol. à Vall. *cons. 76. n. 12. & seqq. vol. 2.* Cravett. *cons. 963. n. 76.* Quia non pendet ex solâ autoritate concedentis, sed ex jure alteri quæsito. Rol. *dict. cons. n. 18. & seqq.* Nam concessiones, ob 27
remunerationem factæ, sunt quædam compensationes sive permutationes; ut non gratuitò, sed onerosô titulô factæ censeantur. ut probat text. *in l. sed etsi. 25. §. consuluit. 11. ff. de petit. hered.* Idque firmant plures allegati à Tiraquell. *d. l. n. 11.* Unde etiam, sicuti 28
contractus, ita privilegium, ob benè meritū concessum, reputatur esse reale, & ad heredes transitorium. Bl. *cons. 355. vol. 1.* Menoch. *3. præsumt. 103. n. 13. & seqq.* Et in terminis, quod Princeps non possit revocare privilegium, quod in contractum transiit, docent Bl. *in d. l. qui se patris, n. 33. & seq.* Alex. *in d. l. digna vox. & plur. alleg. ibid.* M. Anton. Peregrin. *lib. 1. de jur. Fisc. tit. 3. n. 28.* & præter illos idem tenuerunt Cephal. *cons. 342. n. 53.* Cacheran. *decis. Pedem. 139. n. 23.* Cravett. *cons. 869. n. 7. & cons. 963. n. 16.* Franc. Pfeil. *cons. 105. n. 26. cent. 2.* Quibus accedit Modest. Pistor. *cons. 12. n. 34. vol. 4. P.* Sicut 29
enim Princeps non est dominus elementorum, ita nec Contractuum, qui à prædecessoribus inceperunt, ut dicit Bl. *cons. 275. Col. fin. vol. 2.* Cravett. *cons. 241. n. 19.* Cumque inter mercatores 30
sola veritas & æquitas spectetur, subtilitatibus & apicibus juris omissis, per ea, quæ inferius demonstrabimus, quibus adde Klock. *de Contrib. c. 16. n. 164.* 31
multò magis hoc dicendum est inter summos Principes & personas Regias, in quorum contractibus veritas, æquitas, honestas & bona fides exuberare debeat, per ea quæ fusissimè tractat Casp. Klock. *d. l. n. 165. & seqq.*

Idcircò, cùm certum sit, privilegia, 32
civitatum Hanseaticarum commercia concernentia, & ab exteris Principibus

bus & Regnis concessa, non gratuitas & precarias concessiones, quæ ex beneplacito revocari possunt; sed jura esse quæsita & præscripta, quæ multis retrò seculis in formam perpetuò duraturi contractûs irrevocabiliter transivére; sequitur ea ipsa quoque nullô modô à successoribus revocari posse; cùm jus quæsitum ne Imperatoris quidem factô & rescriptô cuiquam auferri possit. *l. 2. C. de precib. Imp. offerend.* cum similibus.
33 Imprimis autem, cùm de his diversis vicibus à Regibus, regnorumque Ordinibus, tàm Ecclesiasticis, quàm Secularibus, transactiones initæ, imò gravissimi motûs bellici exorti sint; qui tandem certis pactis, quibus hæc privilegia seu jura commerciorum singularia comprehensa fuére, sedati & sopiti sunt: quemadmodum ex multis compositionibus & transactionibus ad oculum demonstrari posset, nisi instituti nostri ratio brevem me hîc esse moneret.
34 Huic accedit, quòd Civitates mercatoresq; Hanseatici, exteris illis Principibus non sint subditi; nec eorum communio subjecta, sed extranea sit societas, cui commerciorum privilegia ab omni tempore, ordinum & statuum consensu placitôque concessa, confirmata & ratificata sunt. Communi autem interpretum calculô receptum, privilegia non-subditis concessa, revocari non posse, præter ea, quæ paulò ante adducta sunt à Casp. Klock. *de Contrib. & Collect. c.16. n.108.* ubi id in terminis per autoritates Dd. adstruit.
35 Idque imprimis ob BENE MERITA; quemadmodum, posthabitis cæteris, ex satis evidenti hoc Regis Daniæ FRIDERICI I. testimonio, quod habetur in confirmatoriis privilegiorum litteris, de dato Haffniæ 11. Septemb. Anno 1524. apparet; & quidem hisce formalibus: **Daß die Erbb. Städte/ benebenst dem gemeinem Kauffmann/ männigerley gutwillige Dienste/Freundschafft und guten Willen/ auch Hülffe und Beystand dem Reiche mit Leib und Guth erzeiget/ welche auch der König und das Reich stets gedencke/ und zu keinen Zeiten vergessen sollen.** vid. privil. Fried. I. Reg. sub lit. E. annex.

Et ex diplomate Privilegii EDOARDI Tertii Regis Angliæ Hanseaticis concessi, hisce verbis: Nos attendentes utilia obsequia nobis tàm in guerris nostris, quàm alibi per MERCATORES præfatos impensa & subsidia, non modica nobis in necessitatibus nostris per ipsos multifariam facta. Et proinde ob maximam gratitudinem, quam in iis præ cæteris omnibus mercatoribus alienigenis in nostris agendis invenimus, volentes ipsos MERCATORES &c. Idē patet *ex artic 11. Concordiæ Trajectinæ de Anno 1474. in fin. Tractat. hujus. sub lit. D. annex.* 36 D

Præ cæteris autem hæc ipsa Hanseaticorum & imprimis Lubecensium benè merita in regnum Sueciæ fusius exaggerat & deducit David Chytræus *lib. 9.* Chron. Saxon. ad annum 1523. hisce verbis: Cûm autem deditio arcis Holmiensis instaret, & Lubecensis Senatus ac cives, multis insignibus officiis ac meritis benevolentiam ac fidem erga GUSTAVUM & universum Sueciæ regnum suū declarassent; & pecuniâ, commeatu, munitionibus bellicis & classe armatâ, magno cum vitæ & fortunarum periculo, opem & auxilium Suecis salutare tulissent, Gustavus jam Rex Sueciæ electus, vicissim animum gratum & memorem erga benè meritos testari, & beneficia accepta remunerari volens, civitati Lubecensi & Dantiscanæ ac conjunctis eximia & singularia privilegia & jura, suis & Senatûs regni literis tribuit ac confirmavit. Vid. loc. ubi quàm plurima jura singularia à Rege & Proceribus Regni Sueciæ Hanseaticis mercatoribus concessa enumerat prædictus *author d. lib. 9. pag. 276.* quibus adde ipsum Privileg. Gustavi I. sub lit. F. in fin. Tract. Ex quibus sole meridianô clarius elucet, hæc ipsa mercatorum privilegia non merè gratuita, sed in remunerationem, &, uti diximus, ob benè merita esse concessa. 37

Notissimi autem juris, privilegia, ob benè merita data, revocari non posse; ad 38

quod

quod est *textus in l. Aquilius. 27. ff. de Donat. gl. in l. Decurionibus. C. de silentiariis. lib. 11.* & quod concessio ob benè merita revocari non possit, docent Bald. *in l. cum militi ff. de Dolo. Dd. & gl. in l. si pater. §. fin. verb. Irrevocabilis. ff. de Donat.* & ibidem Angelus & Roman. dicentes, quod id, quod aliàs est revocabile, fiat irrevocabile, si factum sit propter benè merita. Quod idem docet Ripa *in l. si unquam. verb. largitus. C. de revoc. donat. n. 12. & consulendo seqvuti sunt* Alex. *cons. 216. n. 2. & seqq. vol. 2.* Decius *Cons. 286. n. 4. & cons. 292. n. 7.* Ruin. *cons. 217. n. 7. vol. 1.* Paris. *cons. 2. n. 127. vol. 4.* Riminald. Sen. *cons. 307. n. 4.* Riminald. Jun. *cons. 540. n. 96. & cons. 556. n. 107.* Tiber. Decian. *cons. 25. n. 30. & cons. 51. n. 25. & seq. vol 3.* Menoch. *cons. 2. n. 139.* Reusn. *cons. 1. n. 65. vol. 1.* Frid. Pruckm. *cons. 39. n. 51.* Capyc. *decis. Neapol. 121. n. 16.* Cacheran. *decis. Pedem. 139. n. 28.* & infiniti alii, quos allegat Roland. à Vall. *cons. 76. n. 17. & seq. vol. 2.* Quibus adde Casp. Klock. in tract. suo novissimè edito, *de contribut. cap. 16. n. 147. & seqq.* Nec ullum nobis videre contigit, qui ab his dissenserit, ut dubium non sit, hanc sententiam omnium & docentium & consulentium, quin & decidentium calculis novissimè receptam

39 esse. Quæ cùm ita sint, ut certè sunt, iniqvum sanè foret, Civitatibus earumque modò dictis mercatoribus pro commerciorum liberrimô usu ex jure quæsitô, & tot retrò annis ob benè merita præscriptô, nunc demùm privilegiorum exæquationem universalem invitis & renitentibus obtrudere; adeò ut extranei in terris Hanseaticis æquivalentibus dotentur privilegiis & immunitatibus. Cùm hoc, à partibus Civitatum, quoad concedendi contrahendique facultatem, æquè sit voluntatis, ac ab alterâ; postquam contractum, ut sarta tecta maneant conserventurque, necessitatis; per ea quæ eleganter tradit Klock. *d. c. 16. n. 152.* Ne dicam, quòd totalis hæc exæquatio, si quæ forsan flagitaretur, notissimos privilegii terminos planè excederet, ejusque naturam quasi exueret; quæ in hoc consistit, ut sit jus singulare, quòd in exemplum non trahendum. *§. 7. Inst. de J. N. G. & C. l. 1. §. fin. ff. de Constit. c. non exemplo. 26. q. 2.* non 40
verò, uti volunt, reciprocum cæteris communicandum & contra-præstandum. Hisce nunc præsuppositis, ab- 41
sonum quoque foret, ingenti pecuniæ summâ demùm redimere id, quod ante tot secula, ipsâ attestante Majestate Regiâ, vitâ & sanguine partum & acquisitum est. Cùm hæ concessiones sint instar compensationum sive permutationum, quæ non gratuitô, sed onerosô titulô factæ censeantur; per ea, quæ suprà latius demonstravimus: quamvis potentiorum gratiam & benivolentiam convenienti tempore spontaneâ munerum ac Xenio- 42
rum oblatione, eâ, quâ par est, observantiâ fovere, apprimè consultum esse, haud inficias eam; cùm munera, crede mihi, placent hominesque Deosque; non autem, ut vetus proverbium est ὄυτε πάντα, ὄυτε πάντοτε, ὄυτε παρὰ 43
πάντων sunt accipienda, prout docet Ulpianus *in l. solent. 6. §. 3. ff. de Offic. Procons.* Cujus legis verum & genuinum sensum, præter alios, vid. ap. Jo. Sibrant. *p. 1. Jur. Lub. Sect. 17. n 8. cum seqq.* Nec est, quod quis ad præceden- 44
tia nostra regerat, Civitatibus, earumque mercatoribus, ex liberâ hâc & singulari cum extraneis populis commerciorum contrectatione maximum redundare quæstum; quapropter ex naturali æquitate velut ad ἀντίδωρα esse obligatos, *per l. 25. §. 1. ff. de hered. petit.* & id tantò magis, quòd hæc ipsa jura singularia ex post facto subditis incipiant esse damnosa. Privilegium autem 45
concessum non-subdito, quod ex post facto lædit concedentem, ejusque subditos, resolvatur ipsô jure, possitque revocari. Rol. à Vall. *cons. 1. n. 64.* & sparsim *ibid. vol. 2.* & per ea, quæ Casp. Klock. *d. c. 16. n. 94. & seqq.* pluribus deduxit. Perpendat enim unusquisque primô locô, ejusmodi naturales obligationes, quales hîc instituuntur, nullas de jure communi parere

rere actiones; per jura notiss. Secundò, numne extranei, ex hâc commerciorum communicatione æqualem, & sæpenumerò majorem perceperint, & adhuc percipiãt, utilitatẽ; ipsis mercatoribus peregrinantibus? quo certè hoc ipsum remunerationis fundamentum perspicuum & proficuum maxi-
47 mè corroboratur, & iniquitatis læsionisque hujus publicæ prætextus, de quo Rol. à Vall. & cæteri consulentes loqvuntur, in totum removetur & tollitur. Fr. Marc. *deciss. 29. n. 8. & 12.* Possem hæc variis monumentorum antiquiorum exemplis, quibus, quàm ægrè extranei harum commerciô carere potuerint, illustrare, nisi me hîc Plato
48 juberet quiescere. Imò positô, sed non concessô, hîc ejusmodi prætensam intervenisse læsionem; anne tum talia universo collegio concessa privilegia revocari poterant? planè id negandum censent, cum Henrico Bruning. *de var. univers. specieb. th. 61.* multi Dd. allegati. Peregrin. *de Jure Fisc. in tit. habentes Jura Fisc. n. 607. & in tit. de*
49 *jur. fisc.* Natt. *consil. 545.* Cùm fieri possit, ut concessio privilegii alicujus, concedenti ab initio lucrosa fuerit, mox autem damnosa existat; quô casu posterioris temporis damnum omninò non considerandum, sed cum lucro prioris temporis compensandum; ut in simili tradunt Dd. si aliquot annis fuerit fertilitas, insequatur autem sterilitas, sterilitatem cum fertilitate compensari. Gail. 2. *Obs. 23.*
50 *n. 12.* Quod si jam constet, ejusmodi privilegia subditis esse noxia, non in totum tolli, sed ad moderationem aliquam redigi debere, consulunt & docent saniores Interpretes; licet contrarium statuat Panormitanus, sibi ipsi haud conscius, *in c. sugge-*
51 *stum. de Decimis.* in quo Pontifex mandat Abbati & Fratribus Dolonensibus, ut cum Abbate & Fratribus rem omnem componant; quod nos de transactione, quæ fit datô & retentô aliquo, ineundâ accipimus. Præterea loquitur textus ille de privilegio ex gratiâ concesso; unde ad privilegia titulô onerosô (de quibus hic locus) quæsita meritò, per superius tradita, non procedit argumentatio; potiùs esse verum, privilegia hujusmodi onere aut conventione quæsita, præsertim non-subditis, ne publicæ quidem utilitatis obtentu posse labefactari. Andr. Rauchb. *p. 2. q. 11. n. 101.*
Fallitur itaque & in eo Albericus Gentilis, vir alioquin acutissimus, dum eâdem ratione Hanseaticis Civitatibus privilegia ab Angliæ Regibus circa commerciorum usum tributa, non tantùm non confirmari & imminui, sed & nullâ moderatione consideratâ, in totum adimi posse contendit, eò quòd in gravissimum ipsorum Anglorum mercatorum exeant damnum, per ea, quæ eleganter & fusè demonstrat Casp. Klock. sæpè *alleg. cap. 16. n. 104. & seqq.* & ante eum Author libri Italici cui titulus: La terza parte del Thesoro Politico. tit. del la Contraversia, c' hanno le terre Hanseatiché con la Regina d' Ingilterra. §. hor tornando al nostro proposito. *p.* 557. Et nos *infrà lib. 4. cap. 3.* ubi de hac cum Anglis olim ventilatâ controversiâ pluribus deducemus. Quis ergò est, qui non mecum quoque statuat, præter reciprocam horum commerciorum remunerationem, nullis 53
insuper ad eorum confirmationẽ impetrãdam pensionibus annuis, aut navium præstationibus, in superioris præjudicium exsolvendis & præstandis, ampliùs opus esse; imò hasce tributi species, subjectionis τεκμήριον importantes, nec ab ipsis mercatoribus, sine vehementi rerumpubl. convulsione præstari posse; cùm, quæ fa- 54
cta pietatem, verecundiam & Statum nostrum lædunt, ea nec facere nos posse credendum sit. *Dd. ad d. l. 5. non dubium. C. de LL. gl. in l. in re. C Mandat.* Jas. *& alii in l. nemo potest. ff. de Leg.* Goedd. *vol. 4. Cons. Marp. 16. n. 411.* Licet 55
quorundã aulicorũ, potestatem Regũ absolutam efferè efferentium, & ad subversionem totalem horum privilegiorum frigidam suffundentium, contrarium sæpè practicetur consilium;

 lium;

lium; quod non inhumanum modò, sed & ab omni juris justitiæq; tramite alienum, statuit in terminis Dn. Klock. *d. cap. 16. n. 106.* Taceo, quàm graviter pactorum & privilegiorum horum violatores, eorumque confirmationum osores & dissuasores à pactorum licitorum vindice sint correpti, & nonnunquam cum prosapiæ deletione castigati; prout graviter in eos invehitur Jo. Sibrand. *p. 1. Jur. pub. Lub. Sect. 27. n. 5. & ex eo* Casp. Klock. *d. l. vid. sup. c. 2. n. 12. & c. 3. n. 48.* & Nos
56 infr. *lib. 4. Cap. 7. n. 75. 76. hujus tract.* Progredimur nunc ad secundam hujus „ Capitis quæstionem. Num videlicet „ horum privilegiorum confirmatio „ necessariò semper à successoribus re„ gni peti debeat; ut, si à Principe succes„ sore non cōfirmata sint, haud valeant; „ eaque revocari & annihilari possint? Ad hoc paucis respondendo dico: Quamvis multorum JCtorum & Interpretum consensu perhibeatur, privilegium, quod ex causâ remunerationis concessum in contractum transiit, (qualia sunt, quæ circa commerciorum usum mercatoribus Hanseaticis
57 concessa sunt) non indigere successorum confirmatione & approbatione; rationibus & autoritatibus id stabiliente Franciscô Vivio, Neap. *decis. 296.* Cui adde Bertazol. *Cons. 27. n. 28.* Johann. Fichard. *cons. 28. n. 4. vol. 2.* Siquidem id sine speciali approbatione successorum ratum manet. M. Anton. Peregrin. *Cons. 4. n. 66. Vol. 1.* Bened. Carpz. ap. Arum. *Vol. 4. discurs. Acad. 47. c. 3. n. 32.*
58 Duo namq; sunt, quæ in Principe considerari solent, Persona & Dignitas; persona quidem moritur, dignitas verò semper & ubique, quamdiu Imperium durat, manet. Cujus intuitu cùm omnia, quæ cum Imperio & regno etiam ab extraneis tractantur, peragi soleant, relinquitur, dignitate manente, etiam illa, quæ ab eo promissa sunt, præstanda esse. Peregrin. *de*
59 *jur. Fisc. lib. 1. tit. 1. n. 37.* Consultius tamen plerumque & tutius est, approbationem & confirmationem ex civilitate, observantiâ & reverentiâ à successore petere, secundum Bald. *Cons. 112. Vol. 1.* Alexand. *cons. 33. n. 16. vol. 5.* & Anton. di Gammà. *decis. Lusitan 282. n. 3.* Anton. Sola. *Constit. Antiqu. Sabaud. tit. de feud. decret. § Carolum gl. un. n. 5.* Acac. Enenck. *de Privileg. lib. 3. c. 20. n. 2.* Reusner. *cons. 12. n. 48. lib. 2.* Per confirmationem enim, majoris 60 autoritatis (inquit *gloss. in c. quia diversitatem. verb. forma communi. de concess. præbend.*) fit res. Et quidem in univer- 61 sum à Successoribus pluribus ex intervallo confirmationes obtinuisse, multum proderit; cùm non modò duorum confirmationes insequutæ uni præstent, ex Nevizano Modestin. Pistor. *Cons. 40. n. 11. vol. 2.* Et sæpiùs iteratò factæ motu proprio certâq; ex scientiâ datæ existimentur, per gloss. *in c. 1. de Constit. in 6.* ad quod plura adducit Reusner. *d. Cons. 12. n. 44. 45. lib. 2.* Verùm etiam omnium submoveant exceptionem. Tib. Decian. *resp. 18. n. 288. Vol. 1.* & qui alii sunt effectûs plures. quos vid. ap. Lib. Bar. Acac. Enenck. *de privileg. lib. 3. c. 20. n. 2. 5. 7.* & sparsim. Quid, quod non infrequens, eorum, 62 quæ quis jure concessa obtinet, confirmationem, majoris securitatis & autoritatis gratiâ petere; imò, interdum eorum renovationem, per modum privilegii obtinere. per *text. in l. quia in causis. ff. de Procurat. & in cap. etsi Christus. §. fin. de jurejur.* Et talis confirmatio, vel nova concessio, non est inanis nec otiosa aut frustratoria; quia magis solet timeri, quod specialiter impetratur. *c. quanquam. dist. 23.* Alberic. de Rosat. *in suo Dictionar. verb. Privilegium. vers. quid ergò speratur privilegium.* Et de effectu confirmationum & concessionum eorum, quæ de jure communi competunt, pluribus agit Andr. Gail. *lib. 2. obs. 1. per tot.* Unde Tiberius Imperator beneficia, à superioribus Principibus concessa, nisi sequentes ea confirmassent, ac veluti novo quodam beneficio concessissent, rata minimè esse censuit. Non tamen est, 63 ut cùm Heringio, *tr. de Fidejussorib. cap. 27. pag. 5. n. 10.* (ubi ejus assertionis

tionis asseclas laudat Cujac. *ad l.6.ff. de Excus. tut. &* Modestin. Pistor. *1. Cons.37. per tot.*) hanc privilegiorum mercantilium confirmationem necessitatis esse statuamus; ita ut non petentibus confirmationem à Successore, privilegia adimi possint.
64 Sed magis est, ut concludamus, eam ipsam potiùs consilii, quàm necessitatis esse; per ea, quæ paulò ante adduximus; & punctualiter determinârunt Alex. *Cons. 33. n. 16. vol. 5.* Bertrand. *cons.193. n.9. vol.5. & cons. 108. n.2. vol.3. n.26.* M. Anton. Peregrin. *Cons.4.n.66.vol.1.* Natt. *cons.122.n.18.* Modestin. Pistor. sibi contrarius *Cons.11.n. 111.vol.2.* Surd. *Cons.419. n.26.* Reusn. *d. cons.12.n.48.vol.2.* Vultej. *lib.3.consil.Marpurg.35.n.100.* Afflict. *decis.128. n.1.& in Const.regn.Neap.lib.3.rubr.4. n.7.* ex Cyn. *in l. privilegia. C. de SS. Eccles.* tradidit, quòd defectus confirmationis novi Regis non inficiat privilegium; licet sit consilii, quod confirmetur. Grammat. *decis.283. n.3.* Hart. Hartm. *lib.2. obs. in miscell. obs.3. n.4.* Ratio est, quia privilegia, sui naturâ sunt perpetua. 65 Et quando privilegia valida confirmantur, illa confirmatio nihil relevat; cùm dubitationis tollendæ causâ fiat; At verò, quæ fiunt dubitationis tollendæ causâ, fiunt ad abundantem cautelam; & cautela, quæ abundat, 66 non est necessaria; uti ad sensum patet, & juris est manifesti. Ergò jura nolunt, quod confirmatio fieri debeat necessariò; per ea, quæ, plurimis allegationibus congestis, docent Dd. Et inter hos novissimè Casp. Klock. *de Contrib. & Collect. cap. 20. n.103. ubi cum seqq.* ad contraria opposita respondet. Quibus adde Acac. Enenk. *de privileg. d. l. lib.3. Cap.20.* Buxtorff. ad Aur. Bull. *thes.37.* Besold. *1. Polit. 8. §.33. vers.1.*

Caput VII.

De Subjecto Privilegiorum Mercantilium, videlicet Personis; quibus hæc Privilegia competunt. Et quis propriè Mercator, ex definitione ejus demonstratur.

Summaria.

1. *Omnia Jura vel ad Personas, Res aut Actiones pertinent.*
2. *Hominum causâ omne Jus constitutum.*
3. *Quis propriè MERCATOR, qui horum privilegiorum capax.*
4. *Mercator certo collegio & matriculæ sit inscriptus, remiss.*
5. *Matricula probat, mercatura facit Mercatorem.*
6. *Interdum ex communi commercandi usu quis Mercator dicitur.*
7. *Idq; sub requisitis in definitione Mercatoris sequenti expressis.*
8. *Definitio Mercatoris.*
9. *Mercator unde dictus.*
10. *Non quilibet, qui emit & vendit, Mercator.*
11. *Mercator quomodo differat à Negociatore.*
12. *Apud Romanos qualis olim inter hos diversitas.*
13. *Mercatorum nomine non Continentur Campsores, ubi horum Synonyma.*
14. *Argenti distractores vulgò* Banquirer *an generali Mercatorum nomine veniant?*
15. *Apud Hebræos quam variis nominibus appellantur Mercatores.*
16. *In veteri testamento vocantur Chananæi.*
17. *Pluralitas negociorum facit Mercatorem.*
18. *Artem non exercens privilegiis arti concessis non fruitur.*
19. *Paupertas Mercatorum probatur cessatione à Commerciis.*
20. *An, qui non exercet de præsenti, licet exercuerit de præterito, sit Mercator?*

21. *Quando quis censetur destitisse à Mercaturâ.*
22. *Finis τῶν Mercatorum, lucrum honestum. n. 23.*
23. *Mercator lucrum expetat non tanquam finem, sed stipendium laborum.*
24. *Lucrum hoc sit rationabile.*
25. *Mercator domi residens minus lucri recipiat, quàm peregrè absens.*
26. *Quodnam justum & licitum lucrum.*
27. Wie weit ein Handelsmann steigen und mit guten Gewissen auff die Wahren schlagen könne?
28. *Finis Mercatorum, ut paupertatem fugiant.*
29. *Emere & permutare est de substantia Mercatorum.*
30. *Antiquitùs nulla differentia inter Permutationem & Emptionem.*
31. *L.1. ff. de Contrah. empt.*
32. *Nummorum inventa necessitas.*
33. *Emptio & Permutatio hodiè separata.*
34. *I. Ob differentiam nominis in unaquâq; linguâ.*
35. *II. Ob formam.*
36. *III. Ob Effectum.*
37. *IV. Quod careat Permutatio speciali nomine Civili.*
38. *Forma Mercatoris, ut frequenter merces distrahantur.*
39. *Ex uno negociationis actu non fit Mercator: quod exemplis juridicis probatur.*
40. *Ars sine Crebris actionibus non comparatur.*
41. *Mercatura non fiat minutatim.*
42. *Propolæ* Landkrämer / Höker / Vorkäuffer / *nomine Mercatorum non veniunt.*
43. *An Lubecæ* Krämer / Gewantschneider / Weinhändler *indistinctâ commercandi libertate gaudeant?*
44. *Mercatores propriè qui maximam patrimonii & substantiæ partem negociationi conferunt.*
45. *Magnarii qui?*
46. *Quid per Aversionem emere, vendere?*
47. *Mercatores formam mercis non mutant. 55.*
48. *Opifices formam rei mutant.*
49. *Lubecæ obtinetur.* Daß Handwercker nicht Kauff schlagen.
50. *Lubecæ Braxatores Cerevisiæ non plus frumenti & lupuli, quàm ad coquendum opus, emere possunt.*
51. *Mercator officium non artificium gerit.*
52. *Officium ab artificio distat.*
53. *Artifices unde dicti.*
54. *Officium est à naturâ, sine doctrina.*
55. *An qui mercium formam mutant, Mercatores.*
56. *Quid Lubeca circa linum in hoc passu obtineat.*
57. *Mercator propriô nomine Mercaturam exerceat.*
58. *An Institores seu Factores privilegiis Mercatorum gaudeant, remiss.*
59. *Consuetudo Mercatorum aliena negotia sub nomine expedientium, improbatur.*
60. *An qui Institorum operâ utatur, sit Mercator?*
61. *Jul. Firmici locus de Mercurii effectu in hac professione.*

HActenus de iis, qui hæc jura singularia constituunt & cõfirmant: nunc de Personis, quibus ea conceduntur & tribuuntur, erit agendum.
1 Cùm enim ex sententiâ JCti Gaji, omne jus, quô utimur, vel ad Personas pertineat, vel ad Res, vel ad Actiones; §. *fin. Inst. de J.N.G. & C. l.1. ff. de stat.*
2 *hom.* Nos quoque in hoc tractatu hunc juris ordinem observantes, primò de Personis, quibus hæc privilegia tribuuntur, utpote dignioribus, agemus. *gloss. ad d. §. fin.* Licet enim HOMO secundùm Aristotelem nihil aliud sit, quàm Vanitatis exemplum, temporis spolium, fortunæ ludus, inconstantiæ imago, invidiæ & calamitatis trutina, reliqvum verò pituita & bilis. Hominum tamen causâ omne jus constitutũ est *l.2. ff. de stat. hom.*

parum-

parumque est jus nosse, si personæ, quarum causâ constitutum est, ignorentur. *d. §. fin. Inst. d.l.* Imò, omnes fructus providam rerum matrem naturam hominum gratiâ comparâsse, dicit JCtus, *in l. pecudum. 28. ff. de Usur.* Cæl.Rhodigin. *lib. 1. antiq. lect. cap. 3.*

3 Est autem hæc persona MERCATOR. De cujus qualitate, cum sæpiùs in quæstionem & decisionem incidat, quis talis sit aut dicatur, ut istis privilegiis fruatur, & sub Statuto de Mercatoribus loquente comprehendatur? Operæ pretium est, de eo dispicere. Quoties enim aut Statutum de Mercatore loquitur, aut quis se talem dicit, ante omnia eam qualitatem adesse probandum erit. Beroj. *q. 115.*

4 *n. 3. Cyn. in l. 2. C. de Prob.* Et primò quidem inquirendum est in eâ disceptatione, an alicubi consuetudo sit, ut Mercatores sua habeant collegia, & in iis matriculas, quibus inserantur nomina mercantium; veluti in plerisq; Germaniæ Civitatibus, Anseaticis & maritimis id observatur, ut mercatores pro diversâ mercimoniorum conditione, in diversa dispescantur collegia, de quibus infr. *lib. 3. c. 1.* prolixius. Et iis introductis consequens, neminem ad id genus mercimonii in civitate admitti, nisi nomen profiteatur, & recipiatur; quod jure fit; ut ratione & præjudiciis firmat Berlich. *decis. 150. & seq. p. 1.* Inde ea nascitur conclusio, quod ille, qui in libris seu matriculâ, cui nomina mercatorum inseri solent, descriptus non reperitur, mercator non sit. Cravett. *consil. 138. n. 5.* Rol. à Vall. *cons. 99. n. 32. vol. 2.* Menoch. *cons.*

5 *98. n. 50. vol. 1.* Matricula enim certò probat collegam seu mercatorem, & confert quasipossessionem. Mascard. de prob. *concl. 1037. n. 1. & seq.* Ad quòd tamē adhuc requiritur, ut immatriculatus exerceat ea, quæ pertinent ad collegium, aut non diu destiterit; cùm non sola matricula, sed mercatura faciat mercatorem, illa saltem probet. Bl *in l. petitionem. C. de Advoc. div. jud.* Mascard. *d. concl. 1037. n. 8. & seqq.* Marian. Socin. *cons. 138. n. 11.* ubi Mercatorem scriptum in matricula, etiamsi mercaturam non exerceat, pro Mercatore tamen censendum statuit, cum Jul. Ferrett. *de re naval. lib. 15. n. 7.* At non ubique talia recepta sunt Collegia; sed quibusdam in locis unicuique libera est mercandi licentia. Ex 6
communi autem usu loquendi, sub mercandi promiscuâ licentiâ quis sit mercator definiendum erit. Strach. *de Mercat. part. 1. n. 12.* Et lex municipalis, de Mercatore mentionem faciens, exinde interpretationem accipiat. Dec. *consil. 7. n. 3.* Strach. *d. p. 1. n. 13.* Ille 7
tamen usus loquendi accommodari debet iis requisitis, quæ in sequenti definitione Jus & ratio in mercatoribus, ut id nomen mereantur, desiderat. Describitur autem in illâ, quòd Mer- 8
"cator sit, qui negotiationum exercen-
"darum, quæstusque liciti faciendi cau-
"sâ frequenter merces permutat & emit,
"ut easdem non minutatim, nec mutatâ
"per se formâ distrahat. Quam descriptionem paulò accuratius deducere libet.

Dicitur primô locô Mercator, à 9
verbo mercari, quòd est Emere; de quo verbo, & merx dicta, & commercium, Goed. *ad l. 66. de V. S. n. 1.* Sunt enim 10
Mercatores, qui res emunt, quas in eâdem specie carius vendunt. Alciat. *d. l. 66.* Non autem quilibet, qui aliquid emit vel vendit, mercator statim est. *l. 207. de V. S.* Mercatorem autem 11
diversum fuisse à negociatore, putat Cic. *in Verrin 3.* & negotiatoris verbum latiùs patere, quàm mercatoris, testis est Felinus *in Proœm. decret. in fi.* & ad plures extendi posse, ad quos mercatorum nomen non pertinet, docet Ferren. *in Constit. Burdegal. rubr. de statu hom. seu person. §. 1.* ut, ad locatores equorum, teste Br. *in l. legatis. ff. de legat. 3.* Muliones, fullones, sarcinatores, textores, & alios nominatos *in l. 1. ff. de trib. act.* qui omnes & singuli, negociatores quidem dici possunt, non verò mercatores. Rebuff. *ad d. l. 207. de V. S.* Consistebat autem differentia 12
in hoc, quod apud Rom. antiquitùs mercatores propriè dicebantur, qui

 cum

cùm Romæ domicilium haberent, in-
terdum verò, exportandarum vel im-
portandarum mercium causâ, in pro-
vincias ad aliquod tempus excurre-
bant; quod tempus ICtus Sabinus in
l.4.§.2.ff.de pen.leg. definit esse annuum.
Negotiatores verò, cives quidem
erant Romani, sed in provinciis sedem
fortunarum suarum constituerant; sic,
ut raro in urbem, nec ferè nisi censendi
causâ redirent. Cic. *d. l.*, Justinianus
Imp. *tit. C. negot. . . r. ne mil. lib.12.* nego-
tiatores intelligit . . os, qui ergasterio,
h. e. officinæ aut tabernæ præsunt.
13 Deinde, mercatorum . . mine propriè
non continentur Campsores, seu num-
mularii, argentarii, trapezitæ, & col-
lybistæ, Græcè *ἀργυρομοίβους*, quorum
est *καταλλάττειν, καὶ κατακερματίζειν τὰ νο-
μίσματα*. A Symmacho *lib.10. Epist.
42.* Collectarii vocantur; quod omne
genus pecuniæ in parato haberent, &
pro suo quodam lucello (quod Stella-
turam appellabant) desiderantibus re-
presentare possent. Sab. Byel. *in Not.
ad Nic. Oresm. tract. de monet. pag.56.*
adde Dn. Klock. *de ærar. lib.2. c.21. &
22.* germanicè Wechsler. de quib. Guid.
Pap. *decis.287.* Alciat. *lib.1. παρεργ. cap.
46.* Et Nicol. Schaffhauß. *disp. de
Camb thes.2.* Garz. Mastril. *lib.2. decis.
135.* Thom. Garz. *piazz. univers. discors.
65. p.237. vid. lib.3. cap.9. huj. tract.* &
Cl. Salmasii tractatum nuper editum
de Fœn. trapezitico. præsertim *p.527. &
passim.* Idque etiam ex diverso nomine
defendi potest, *l. si idem.7. C. de Codicill.*
licet dissentiant Stracha, *de Mercat.
part.3.n.67.* & Ruland. *de Commiss. part.
1. lib.4. cap.19. n.13.* ita similiter obtinet
in Arithmeticis, quos tamen Ruland.
d. c.19. in pr. hoc nomine comprehen-
di autumat. Nec obstat prædictis *d. l.*
14 *un. C. negot. ne mil.* Loquitur enim de
argenti distractoribus, sive *ἀργυροπρά-
ταις*, germanicè Banckierer; quos etiam
nos generali negotiatorum nomine
comprehendimus. Salmas. *d. l. p.566.*
eos legitimos negotiatores agnoscit,
iisque majora privilegia indulget,
15 quàm reliquis negotiatoribus. Apud
Hebræos, ut hæc obiter addam, non
unô tantùm vocabulo appellantur
Mercatores. Aliquando enim di-
cuntur תרים tarim, à rad. תור, tur;
quæ explorare, scrutari, investigare,
inquirere, significat; præsertim cir-
cumeundo, & circumquaque explo-
rando. Quare Rabbi David hoc no-
mine putat appellari Mercatores mi-
nores (Tarim) qui scil. procul dissitas
nationes perlustrantes, rarissima quæ-
que conquirunt, & undiquaque per-
vestigant. Dicuntur & Mercatores
רוכלים rochelim, à rad: רכל.
rachal; quæ est, negociari, mercari.
de quo vocab. *vid. infr. lib.2. cap.1.
n.79.* Præterea in S. litteris appellan- 16
tur Chananæi; quòd natio illa ma-
ri vicina, impensius mercaturam ex-
erceret, quàm Hebræi mediterranei.
Zachar.4. dicitur: Non erit Merca- „
tor ultrà in domo Domini. In He- „
bræo est; Non erit chananæus. *Pro-
verb. ult. vers.24.* Mulier fortis lau-
datur his verbis: Sindonem fecit & „
vendidit, & cingulum tradidit chana- „
næo; ubi Vatablus vertit, Mercatori. „
Plura loca SS. in hunc sensum allega-
ta vid. *ap.* Joh. Stephan. Menoch. *de
Repub. Hebr. lib.7. cap.10. n.2.* Qui verò
ulteriùs, nomine mercatorum conti-
neantur. *vid. ap.* Benev. Strach. *p.1. de
mercat.* Cardin. Tusc. *vol.5. Concl.209.*
quæ huc transcribere, nostri non est
instituti.

Addimus in definitione verba, Ne- 17
gociationum exercendarum. Quoniã
nihil prohibet, aliquem mercatorem
se in diversis negociationibus exerce-
re, *l. procuratores.5. §. Labeo.12. ff. de tri-
but. act.* Anchoran. *Cons.332. Col. pen.*
pluralitas enim negotiorum propriè
facit mercatorem. gl. & Br. *in l.1. §.1.
in pr. de tribut. act. & in l.2. ff. de fund.
dot.* Bl. *in rubr. de Constit. pecun.* Rot. Ge-
nuens. *dec.27. n.13.* quia nomina à pro-
fessione dicta, profitendo, item usu &
exercitiô acquiruntur. Bl. *d. l.* Bertach.
*tract. de gabell. & vectig. p.7. n.48. tom.
6. verb. Mercator.* Imò, necesse est
mercaturæ officium exerceat, qui im-
munitatibus gaudere cupit. *l. semper.5.
§. negociatores.3. ibi: quamdiu in ejus-
modi*

modi actu sunt. ff. de jur. immun. l. 5. l. medicos. in f. C. de Profess. & Med. Br. *in l. quisub prætextu. C. de SS. Eccles. & l. 1.*
18 *C. de Colleg. lib. 11.* quia artem non exercentes, privilegiis arti concessis non fruuntur. Br. Bl. & cæteri Juris interpretes *in l. Scriniarios. C. de Testam. mil.* Mascard. *concl. 1037. n. 8. 12. & seqq.* &
19 ad probandam paupertatem mercatorum, sufficit probare, eos cessare à commerciis. Jas. *in l. si constante. ff. sol. matrim. n. 120.* Hîc quæritur, An is, qui non exercet mercaturam de præsenti, licet exercuerit de præterito, sit dicendus mercator? Neg. Butr. *in*
20 *Proœm. ff. d. l. 5. §. 3.* verb. *quamdiu in actu sunt. de Jur. Immun. l. qui sub prætextu. 9. C. de SS. Eccles. Dd. & Jas. in d. l. Scriniarios.* Gail. 2. *obs. 118. n. 2.* Limitandum tamen puto, nisi sit solitus gerere, & animum gerendi mercaturam retinuerit; quod præsumitur in dubio, nisi contrarium probetur, *arg.*
21 *§. pavonum. 15. Inst. de Rer. divis.* Quando autem & quomodo cognoscatur quis destitisse, & animum gerendi mercaturam deposuisse, docet Benev. Strach. *d. p. 1. n. 65.* & Br. de Saxo ferrat. *de testib. n. 63. ap.* Jo. Bapt. Zilett. *tract.*
22 *de Testib. pag. m. 52. col. 2.* Adjecimus secundò, quòd QUÆSTÛS LICITI FACIENDI CAUSA AGAT MERCATOR. Hocque ad differentiam mercaturæ illicitæ & improbatæ, de quâ *infr. lib. 4. cap. 3 &c.* Nam, si lucrum honestatis justitiæque egrederetur terminos, mercatores, aliàs honestissimi, in turpissimos ac sceleratissimos degenerant. Quare & de hoc malitioso lucrandi studio ita fratrem Persam dehortatur Hesiod. *lib. 1.* ἔργων καὶ ἡμερῶν. *vers. 350.*

Μὴ κακὰ κερδαίνειν, κακὰ κέρδεα ἶσ' ἄτῃσιν.

Ne malè lucreris: mala lucra, æqualia damnis.

Negotiatio autem, quâ mediante quis debitô modo lucrum intendit, nihil de se inhonestum importat; sed licitum, honestum & utile, bonum sibi & aliis. Ut quando aliquis lucrum moderatum negotiando quærit, quod ordinatur ad domûs suæ sustentationem, vel etiam ad subveniendum indigentibus: vel etiam cùm negotiationi incumbit propter publicam utilitatem, 23
ne sc. res necessariæ ad victum, patriæ desint; & lucrum expetit, non quasi finem, sed quasi in stipendium laborum. Sententia est S. Thomæ Aquinatis; qui dicit, unumquemque, in opere honesto Reipub., servientem, oportere honestè vivere de suo labore. Joh. Nider. *de Contract. mercat. cap. 3. n. 2. & cap. 1. n. 10.* Deinde debet 24
mercator lucrum rationabile percipere; & hoc cum Dei timore; secundùm nobilitatem, gravitatem & utilitatem curæ, laborum, industriæ, & sumtuum: nec non secundùm magnitudinem, multitudinem aut pretiositatem rerum, in quibus ministrat hominibus. Joh. Nider. *d. c. 1. n. 16.* Hinc 25
mercator, domi residens, lucrum minus recipere debet, quàm is, qui è longinquis partibus merces advehit. Nider. *d. l. n. 17.* Et Fr. Pfeil. *Cent. 1. Consil. 48.* ubi de taxatione lucri mercatorum, ut fugiant usurariam pravitatem. Justum autem & licitum mercatorum 26
lucrum hîc statuit dimidium justi pretii; cùm hoc tàm in foro conscientiæ, quàm contentioso & civili permissum adserat *d. cons. n. 3. Vid. Pl. Rev.* Dn. Nic. Hunn. Superintend. Lubec. *decis. cas. consc.* Ludov. Dunt. *cap. 10. Sat. 2. q. 41.* Wieweit ein Gottseliger 27
Handelsman im Verkauff seiner Wahren / mit gutem Gewissen steigen; und wie viel er über seine Unkosten darauff schlagen könne. Et mercator solitus lucrari, non committit usuram, stipulando decem pro centum. Mod. Pistor. *vol. 1. cons. 47. n. 9.* Secus tamen in foro contradictorio. Est itaquè, uti diximus Finis mercatorum, ut ex honesto per negotiationem acquisito lucro ditescant; vel, ut paupertatem saltē pellant, juxtà illud Horatianum: *Ep. 1.* 28

Impiger extremos currit mercator ad Indos,
Per mare, pauperiem fugiens, per saxa, per ignes.

Unde certus quidam Vir prudens Belga in litteris: Armodt Ende engte vant Landt

Landt synd e Vaddr onde Moeder van
di Industrie / ende dese baert de Com-
mercien ende Navigation, per mare
29 pauperiem fugiens. Dicitur præ-
tereà in definitione; UT EMAT ET PER-
MUTET. Quod proprium, vel potiùs
de substantia est mercatoris. Quia
mercatorem, qui more solitô sibi mer-
ces non coëmit, nec rursùm merces
venum exponit, amplius mercatorem
non esse, naturalis ratio dictitat, & In-
terpretes nostri docent. Signarol. de
Homodej. *cons. 95. n. 25. & 26.* Paul. Pa-
ris. *cons. 99. n. 52. verb. apothecam dimi-
sisse. part. 3.* quos allegat Ern. Cothm.
30 *vol. 1. cons. 18. n. 313.* Antiquitùs verò
unum idemque erat Permutatio &
31 Emtio. Sic enim eleganter *l. 1. ff. de*
,, *Contrah. Empt. Olim non ita erat num-*
,, *mus; neq; aliud merx, aliud pretium vo-*
,, *cabatur, sed unusquisq; secundùm neces-*
,, *sitatem temporum ac rerum, utilibus inu-*
,, *tilia permutabat; quando plerumq; eve-*
,, *nit, ut, quod alteri superest, alteri desit.*
,, *Sed quia non semper nec facilè concurre-*
,, *bat, ut, cùm tu haberes, quod ego deside-*
,, *rarem; invicem haberem, quod tu acci-*
,, *pere velles, electa materia est, cujus publi-*
,, *ca ac perpetua æstimatio difficultatibus*
,, *permutationum æqualitate quantitatis*
,, *subveniret; eaq; materia formâ publicâ*
,, *percussa, usum dominiumq; non tàm ex*
,, *substantiâ præbet, quàm ex quantitate;*
,, *nec ultrà merx utrumq;, sed alterum pre-*
32 *tium vocatur.* Quòd autem nummus
sit commutationis gratiâ inventus,
adeòque ad eam necessarius, quatuor
modis probatur à Joh. Botero Italo.
lib. 1. de Polit. Illustr. cap. 14. p. mihi 100.
videlicet 1. à distantiâ locorum. 2. à
differentiâ temporum. 3. à quantitate
rerum. 4. ab indigentiâ & necessitate
33 hominum. Ut ita, nummô inventô,
emtio à permutatione hodiè sit sepa-
rata. *d. l. 1. & tot. tit. ff. & C. de contrab.
emt. & t. t. ff. de rer. permut.* eleganter
Aristot. *lib. 5. Ethic. c. 1.* & Hornej. *ibid.*
34 Id quod etiam apparet 1. ex differentiâ
nominis in unâquâque linguâ. No-
minis autem differentia, rei quoque
denotat discrepantiam, *per l. 66. de V. S.
l. 207. Eod. l. 7. ubi* Bart. Salic. Jas. *C. de*
jur. Codicill. & commodiùs est, singu-
las causas singulis appellationibus di-
stingui. *§. 5. Inst. quib. mod. test. infirm.*
vid. Goedd. *add. l. 66. inf.* Aliud enim
Græcè ἀλλάττεσθαι, ἀντικαταλλάττειν ἕτερον
ἀνθ' ἑτέρου, alterum cum altero permu-
tare; aliud ἀγοράζειν καὶ πωλεῖν, Eme-
re vendere, Italicè aliud cambiare,
aliud comparare, mercatare. Hispa-
nicè, aliud cambiar, aliud comprar.
Gallicè, aliud eschanger, trocquer;
aliud acheter & vendre; Germanicè
aliud vertauschen oder stoßen; aliud,
kauffen und verkauffen. 2. differunt 35
formâ. Aliud ex suprà *d. l. 1. ff. de Con-
trah. emt.* hodiè est pretium aliud
merx; alius emtor, alius venditor. In
permutatione autem hæc discerni non
possunt, quando utrumquè quod da-
tum, & pretii locô esse potest. *l. 1. ff. de
Rer. permut.* 3. differunt effectu. Quòd 36
in venditione pretium semper vendi-
toris fiat; res verò emtoris non sem-
per. e.g. Si venditor non fuit dominus.
l. 1. §. 2. ff. de Action. Emt. & Vend. & ibi
Gothofr. In permutatione autem u-
trinque dominium transfertur. *l. 1. in
pr. ff. de rer. permut.* Wesemb. *in tr. de
rer. permut. n. 4. 5. 6.* & Anton. Fab. *6.
Conject. cap. 9.* 4. Permutatio caret 37
speciali juris civilis nomine, exindeq;
non propria actio nominata, sed tan-
tùm præscriptis verbis nascitur. *l. 1. §. 2.
ff. de rer. permut.* Wesemb. *d. l.* vid. Cal-
vin. *in lexic. verb. Permutatio.* Quare
autem permutatio careat speciali no-
mine, vel non sit nominatus contra-
ctus, & num ne elegantius nomen ha-
beat, quàm emtio venditio, vid. *corp.
Infort. ad l. 7. §. 2. ff. de Pact.*

Hisce subjungitur in definitione 38
FORMA mercatoris, quæ in his IV. con-
sistit. I. ut frequenter merces permu-
tentur, emantur & distrahantur. Non 39
enim, qui semel merces emit, vel unô
actu mercaturam exercet, propriè
mercator dicendus est; sed qui assidui-
tate & frequenti negotiatione ad mer-
catoris officium se dederit. Jul Ferrett.
de Re naval. lib. 15. n. 7. Br. *de* Saxo fer-
rat. *tract. de Testib. n. 62.* Menoch. *de
arb. jud. quæst. Cas. 400. n. 20.* Riminald.
Cons.

Conf. 815. n. 26. lib. 7. Accurf. & alii *in l. 1. §. mercis. ff de tribut. act.* Br. *in l. legatis servis. n. 3. vers.* tertiò quare mercator. *ff. de legat. 3. & in l. mariti. §. qui quæstum. ff. de adult.* ubi dicit, aliquem hospitem non posse dici ex unico actu hospitandi. add. Marant. *part. 4. spec. aur. dist. 9. n. 57. 62. 69.* Tusc. *Vol. 5. Concl. 209.* Quemadmodum enim una hirundo non facit ver. Paul. Fusc. *in singul. jur. lit. R. n. 36.* Knich. *de jur. territ. c. 3. n. 157.* Natt. *conf. 637. n. 5. tom. 3.* nec ex uno lapide fit domus. Marc. Mant. *sing. 126. n. 1.* nec unus flos facit sertum. Flamin. de Rub. *Conf. 61. n. 26. vol. 2.* ita nec ex uno negotiationis actu quis statim fit mercator, Bon. de Curt. *tract. de Nobil. p. 3. n. 86. cum seqq.* Alfons. ab Azevedo *ad Constit. Hisp. lib. 5. tit. 11. L. 19. n. 8.* Pruckm. *conf. 6. n. 93. & seq. vol. 2.* Marcabrun. ab Anguill. *Conf. 18. n. 252.* Ant. Ciof. *Conf. 104. per tot. vol. 1.* qui loquuntur de Nobili, unum negotiationis actum exercente. Joh. Phil. Monspell. *Conf. 31. n. 31. 32.* Rutg. Rul. *d. l. 4. de Commiss. cap. 19. n. 5.* Rota Ge-
40 nov. *decis. 37. n 13.* Ergò non vererer ex principiis philosophicis hujus rei hanc dare causam, quòd, sicut nulla ars sine crebris actionibus comparari potest, mirũ non sit, quod nec in negotiationis arte (ut quidam volunt) quisquam ex unico actu mercator efficiatur.

41 Secundò, requiritur de formâ mercatoris, ut merces non minutatim, ac uti Galli loquuntur en d'étail, sc. ad ulnam, mensuram, numerum vel pondus, distrahant, Georg. Mohr *in append. de Rescr. n. 9.* Græcè κοτυλίζειν dicitur. Vinn. *ad Peck. comment. ad tit. de Exerc.*
42 *act. p. 118.* aliàs enim mercatores nihil aut parûm differrent à propolis, & revenditotibus, Germanicè Höcker/Vorkäuffer/Landkrämer/ Klock. *de Ærar. lib. 2. c. 25. n. fin.* Dn. Mart. Chemnitz. *Harmon. Evangel. cap. 62. pag. 679.* qui, ut Persius ait *satyr. 5.*

--primi tollunt piper à sitiente Camelo

ut priores vendant; quique sordidiores sunt, quàm ut vel juris & Statuti dispositione, vel vulgi opinione (quâ etiam attenditur ad cognoscendum, si quis sit mercator. Joh. Petr. Surd. *decis. Mant. 313. n. 5.*) pro mercatoribus habeantur. *l. 1. ff. de trib. act. l. mercis 207. de V. S.* ibique Dn. Goedd. adde Bald. *conf. 495.* Colleg. Basiliens. *Disp. 12. n. 49. vol. 2.* & post Alciat. *in d. l. mercis. 66.* Coler. *in process. execut. p. 2. c. 3. n. 449. vers. quod facit.* Tom. Garzon. *piazz. univers. disc. 65. p. 238.* vel mercatorum privilegiis gaudeant. Dan. Ottho *de jur. pub. c. 20. & Arumæ. vol. 5. discurs. Acad. 2.* quod & in multis benè constitutis Rebuspub., in quibus modò dicti revenditores partiarii non æqualium immunitatum & honorum cum mercatoribus sunt capaces, adhuc hodiè observatur. An autem in hisce Emporiis 43 maritimis, in quib. ob πόλιν, tranquillitatem & Salutem publicam, providi Rerũpubl. gubernatores promiscuam hanc Commerciorum libertatem & Usum certis Ordinationib. restrinxêre, hi παλιγκάπηλοι vulgo Krämer/item Gewandschneider/ Oenopolæ, Braxatores Cerevisiæ & cæteri ejusdem notæ Cives, indistinctâ hac Cõmercandi libertate, æquè ut cæteri Mercatores albô Collegiorum præcipuorum inscripti gaudeant, majus existit dubium? Memini hanc controversiam olim ita à Magistratu Ordinario decisam, prædictis videlicet hisce Civibus intra professionis suæ terminos sese continentibus, cujusvis quidem generis merces aliundè, sive terrâ sive mari, solutionis locô recipere, & con-civibus Mercatoribus eas iterum vendere licitum, aliàs verò extrà hunc casum merces à negociatione separatas & distinctas sibi comparare haud liberum esse; idq; ob rationem, quod aliàs & minutatim & cum aversione, seu ut vulgò dicitur, In Grasso cõmercari iis cùm cæterorum præjudicio concessum videretur. Quãvis posterioribus hisce annis, decrescentibus indies magis magisquè commerciis, hâc decisione acquiescere noluêre. Intelligimus itaquè illos 44 mercatores, qui cum aversione, ut loqvuntur nostrates, maximam patrimonii sui partem negotiationi confe-

rentes

rentes. *l.5. ff. de muneribus. l.5. §. negotiatio.8. ff. de jur. immun.* Card. Tusc. *vol. 5. concl. 209.* Zonchæ. *de jur. negociat. marit. part.2. sect.9.* merces omnium rerum in maximâ quantitate tenent, easque rursum in copiâ vendunt; qui Italicè Fondaghieri all'ingrosso nuncupantur. ALCIATUS MAGNARIOS, Græcè Μεγαλεμπόρους vocat ejusmodi mercatores. Calvin. *in Lexic. Jur. ibi.* Magnarii scil. qui negotiationem exercent amplam & copiosam, non ementes aut vendentes per cotylas vel lagenas, vel amphoras; sed quasi aversione mercium magnam copiam; quod puto esse avertere, illô Horatii versu:

45

46

Nec satis est cariâ pisces avertere mensâ.

nam & veteres glossæ ibi interpretantur AVERTERE, emere. Et ita *l. 4. §. item, si quis solitus.2. ff. de pen. leg.* Quid autem sit per aversionem emere vendere? vid. ap. Arnold. Vinn. *in not. ad Peck. Comment. in tit. de exerc. act. l. exercitorem. p. m. 118.* Mercatores separantur ab his, qui cellam vini aut olei vendunt minutatim. Cujac. *ad rubr. C. de commerc. & Mercat.* quos Subcociones vel ὑποκαπήλους vocat Salmas. *de Fœn. Trapez. p. 245.* Tertium requisitum est, ut merces non mutatâ per se, (i. e. per ipsum mercatorem) formâ distrahat. Mutatâ enim formâ, quæ dat esse rei, res ipsa mutatur. *l.6. ff. de Rei vind.* Sixtin. *cons. 4. Marp. 21. n. 65. 66. per alleg. vol. 2.* Nam, qui merces emunt, ut easdem suâ operâ in aliam formam redactas vendant, mercatores non sunt; sed opifices & artifices. *per c. ejiciens. 88. distinct.* ubi dicitur: *quicunque rem comparat, non ut integram ita, & immutatam vendat, sed ut materia sibi sit aliquid operandi, ille non est negotiator; qui verò comparat rem, ut integram & immutatam vendendo lucretur, ille est mercator.* Idem probant Alex. & Jas. *in l. Cætera. §. sed et si quis ff. de legat. 1. eleg.* Joh. Petr. Surd. *d. decis. 313. per tot.* ubi monstrat, Pistorem non dici mercatorem. His adde Rul. à Vall. *4. cons. 71. n. 11. & seq.* Azeved. ad Const.

47

48

Hisp. *lib. 9. tit. 17. lib. 7. n. 4.* Bursat. *cons. 42. n. 9.* Jo. Cöpp. *decis. 50. n 30.* Jac. Ant. Mart. *de Jurisd. p. 4. Cent. 1 cas. 3. n. 10.* quos allegat Casp. Klock. *de Contrib. & collect. cap. 12. n. 265.* Unde 49
Statutum in Repub. Lubecensi, daß niemand der Bürger/welche Kauffschlagen/ mögen Handwercke treiben; noch jemand der im Ambt und Handwercker/ Kauffschlagen/ bey Pœn. 5. M. Silber; Außbescheiden so viel Wahren und Victualien als sie zu ihrem Handwerck und in ihren Häusern nötig haben/ die mögen sie kauffen. Kauffmans-Ordnung de Anno 1607. 28. Augusti, in fin. Tr. annex. Derowegen dann die Brauer 50
nicht mehr Korns und Hopffen kauffen können/ als sie zu ihrem Brauwercke vonnöten haben. *dict. Ord. merc. art. 17.* Eben so soll es auch mit den Käsekäuffern/ Hökern und Raschmachern gehalten werden/ *Decret. Senat. de anno 1624. 26. Octobr. de Annis 1640. & 1659.* Ratio 51
est, quia mercator dicitur Officium gerere, Br. *tr. de Testib. vers. Mercatorum.* Alciat. *l. mercis. de V. S.* Azeved. ad Const. Hisp. *lib. 5. tit. 12. L. 12. n. 2.* Br. de Saxo ferrat. *de testib. n. 62.* ap. Zilett. *tr. de testib. p. m. 52. & seq.* Officium autem artificiô extinguitur. *text. express. in l. legatis. 65. §. si ex officio. 1. ff. de leg. 3.* Tusc. *vol. 5. concl. pract. 205.* Quia 52
artificium ab officio distat. *l. nominatim. 24. ff. de manum. testam. l. si venditor. in pr. ff. de Ædil. edict. & d. l. 65. §. si ex officio. de legat. 3.* Officium quippe dictum ab eo, qui quærit aliquid efficere in eo, in quo unumquemq; convenit pro conditione personæ, ita, ut nulli officiat. Calvin. *in lexic.* ut tractat eleganter Cic. *lib. 3. offic.* græcè καθῆκον. Utuntur & Latini & JCti pro beneficio, pro magistratu, &c. *ut in l. 2. ff. de R. J.* Artifices verò illi dicuntur, 53
quorum scientia certis præceptis & regulis continetur. Ruland. *de Commiss. p. 1. lib. 4. cap. 1. n. 1.* Gallicè vocantur artisans, vel gens de mestier. De quibus loquitur Ordinatio regia *tit. de magistr. & monopol. prohib.* Authore Festo *lib. 1.* artifices dicti, quod per artûs seu manuum exercitium scientiam suam

ſuam exerceant; & ad ſola opificia ſe arctent; quod ſecùs in iis, qui officium
54 habent, ut ſunt mercatores. Officium enim habetur à naturâ, ſine doctrinâ. *Gr. in d. l. legatis. 65. §. Ornatricibus. 3.* quicquid etiam ſentiat Ruland. *d. l. de Commiſſ. cap. 19. n. 1.* Dum autem dicimus, mercatores non mutatâ per ſe formâ negotiari; non intelligimus eos, qui merces emunt, easdemque non ſuâ ſed alienâ elaborari curant
55 operâ, animô forſan quæſtûs liciti, & causâ transmittendi ad extraneos, quorum officium in artificium tunc non tranſit. JCtus Anconitan. & patronus mercatorum, *p. 1. de mercat. n. 26. & n. 49. cum ſeq.* De quo circà linum tale reperitur ſtatutum in Re-
56 pub. noſtrâ patriâ. *art. 22.* Der Kauffmans Ordnung de Anno 1607. 28. Auguſti. Nachdeme bey dem Flachs allerhand Mangel befunden wird/ ſo ſoll hinfürder kein Flachs / wie daſſelbe mag genennet werden / auff andern Bund gebunden / noch demſelben ein ander Name / dann da er gefallen und erſt gebunden/ gegeben werden; auſſerhalb welches Flachs naß geworden / und getröget iſt/ daſſelbe mag auff dem vorigen Bande / und nicht anders gebunden werden; bey Verluſt des Flachſes dem der daſſelbe verkaufft hat; dem aber/ der es anders gebunden / bey Verluſt der Stadt-
57 Wohnung. Denique ex definitione noſtrâ neceſſum eſt, ut mercator, qui hiſce uti frui velit immunitatibus, ipſemet & propriô nomine δι ἑαυτȣ̃, non autem alienô negotietur, per *text. in l. in honorib. 8. §. 1. ff. de vacat. mun.* ibi: *qui præſentes negotium exercent.* quod Jac. Cujac. *ad l. un. C. de conduct. vectig. fiſc.* ſuô nomine explicat. 2. probatur hoc *per l. ult. ff. de excuſ. tut.* verbis: *ſimodò per ſemet. l. quæſitum. 16. ff. de in jus voc. l. tutorem. 22. ff. quib. ut indign. gl. in l. ſi nulla. ff. de judic.* Cravett. *conſ. 100. n. 1.* per Decium *conſ. 268. col. 1.* &
58 Angel. in l. *quamvis. ff. de acq. poſſ.* Unde patet, inſtitores, ſeu miniſtros mercantiæ (verbô apud Interpp. uſitatô) generales, vulgò die Factoren/ qui rebus emendis vendendis, & mutuò ſumendis pecuniis in Emporiis peregrinis alienô nomine tantùm præſunt, propriè mercatorum nomine non comprehendi, nec eorum privilegiis frui, cùm alienô & nō propriô nomine negotia tractent. De quib. *cap. ſeq.* paulò luculentius agemus. Idem judicium eſt de Juvenibus, qui penes Mercatores degunt ad miniſterium tabernæ, Kauffleute Jungen und Ladendiener/ Strach. *d. p. 1. n. 69.* Sed quid di- 59
cendum de illis Mercatoribus, qui ſecundum conſuetudinem negotia ad alios pertinentia lucelli causâ, vel ut videantur aliqui, nomine propriô expediunt? Benev. Stracha hanc inter mercatores & factores receptam conſuetudinem, ob difficultates in concurſu Creditorum inde exiſtentes, valdè improbat, *tract. de Adject. p. 4. verſ. Duodecimo n. 1. & ſeqq.* licet obſervantia & Praxis quotidiana contrarium monſtret & mercatorib. annumeret.

An verò mercator ſit, qui mercatu- 60
ræ officium per ſe non exercet, ſed Inſtitorum & miniſtrorum operâ utitur, hîc non incongruè quæritur? Reſp. cum Alciato *in d. l. 66. de V. S.* Aut ipſe Mercator nullô modô negocium tractat; aut tractavit, & mercatoris privilegiô non poteſt uti. Si verò ipſe interdum rationes excutiat, ematque & vendat, licet rarò, mercator tamen nihilominus dicendus eſt. Jaſ. & Dd. *in l. Scriniarios. 16. n. 8. C. de Teſtam. mil.* Br. *latè in l. fin. ff. de Exerc. act.* qui enim per alium mercimonia gerit, quæſtui inhiat. Molina Jeſuita *de Juſt. & Jur. diſp. 342. Concl. 1.* nec fieri poteſt, quin ejus animus cogitationibus eventûs & lucri aliò ducatur. Guttierrez. *de Gabel. q. 93. n. 35.* Hinc Jul. Firmic. *lib. 3.* Aſtro-
nomicῶν *Cap. 10. Mercurius,* inquit, *in* 61
ſexto ab Horoſcopo loco cum lunâ pariliter conſtitutus, faciet homines, qui diverſis negociationibus implicantur; ſed qui hoc ſervorum & vilium hominum miniſterio perficient; Ipſi autem maxima ſibi vitæ ſubſidia comparantes ad altiora ſemper adſpirabunt.

CAPUT

Caput VIII.

De

His, qui aliena negotia tractant, videl. Negotiorum gestoribus, Institoribus seu Factoribus, Exercitoribus, Navium magistris, & Proxenetis, vulgò Mäckelern; &, an mercatores dicendi, vel non?

Summaria.

1. *Personarum, qui aliena negocia tractant, necessitas.*
2. *Horum diversitas.*
3. *Negociorum gestor quis.*
4. *Inter Mercatores aliena negocia nomine propriô expedire excusat à culpâ.*
5. *Spontanea negociorum gestio quæ?*
6. *Necessaria negociorum gestio.*
7. *Mercator negociorum gestor quæ præstare teneatur.*
8. *Negociorum quot genera; & quid si consuetum gerat negocium?*
9. *Quid præstetur in insolito negocio.*
10. *Quid in deserto.*
11. *Rationum redditio negociorum gestori incumbit.*
12. *Rationes quomodo reddendæ; remiss.*
13. *An hi negociorum gestores Mercatores dicendi.*
14. *Factores & Institores qui.*
15. *Institoria quæ?*
16. *Horum Synonymia.*
17. *Tacitè præpositus quis dicatur.*
18. *Factor non propriô nomine convenitur, sed proponentis; ubi de pugna l. f. de Inst act. cum l. 7. §. 11. ad SCt. Maced.*
19. *Dominus seu Patronus tenetur ex facto Institoris.*
20. *Domini seu præponentes ex chirographo Institoris obligantur, non vice versa regulariter.*
21. *Hujus ratio ex Commodo & incommodo.*
22. *Principalis obligatur, si Factor habeat mandatum cum libera.*
23. *Institor qui non habet mandatum de mutuò sumendâ pecuniâ chirographum dans, propriô nomine convenitur.*
24. *Idem obtinet, qui cambio pecuniam accipit.*
25. *Institor absq; speciali mandato mutuum sumere non potest.*
26. *Mutuum ab Institore sumi potest sine mandato. Si mercis exercitatio id requirat.*
27. *Institor præpositus ad emendum pannum, potest mutuam sumere pecuniam, ut principalis obligetur.*
28. *Magister navis mutuam sumens pecuniam, & non in navis, sed suos usus convertens, quando exercitoriâ conveniendus? remiss.*
29. *Ad obligandum Principalem requiritur, ut Institor seu Magister navis in negocium commissum contraxerint.*
30. *Præpositio certam legem dat contrahentib.*
31. *An ob magistri navis seu nautæ culpam Dominus mercium* der Frachtere/ *an Exercitor* der Rheder *teneatur.*
32. *Regula: Omnia facta magistri Exercitorem præstare debere, quomodo intelligenda.*
33. *Domino incumbit Solutio vectigalis & mercium non Exercitori, nisi consuetudo alia.*
34. *Institor nomine præponentis negocium gerit. Et quando nomine Domini seu principalis conveniri possit?*
35. *Institor in majorem non contrahat summam quàm opus est.*
36. *Mercatores plures præponentes Institorem unum, tenentur in solidum.*
37. *An hi præponentes habeant beneficium Divisionis.*
38. *An æquum, quod Exercitores ex facto magistri teneantur in solidum?*
39. *Apud Hollandos non observatur lex Romana, ut in hoc casu Exercitores teneantur in solidum.*
40. *Lubecæ hoc in casu observatur adhuc lex Romana.*
41. *Factores tenentur de levissima culpa, si Provisionem accipiant. ibidem quod contractui contravenire non possint.*

42. Fides

42. Fides & diligentia exquisitissima requiritur in Factore, ex Garz. Ital.
43. Institor contractui nomine Principalis sui celebrato, quantum in se est, stare, eiq́; satisfacere tenetur.
44. An quis Institorem ex contractu domini alibi celebrato convenire possit?
45. Institoria & Exercitoria differunt. Quod illa negociatio terrestris, hac maritima.
46. Institoria latior Exercitoriâ.
47. Major requiritur diligentia in Exercitoriâ quàm Institoriâ.
48. Quæ hujus rei ratio.
49. Obligatio Institoris & Exercitoris quomodo differat, remiss.
50. Institor, Factor, Magister, nomine Mercatoris propriè non continentur.
51. Proxenetæ Notatio nominis, & Descriptio ex authoribus.
52. Eum quomodo depingat Cardanus.
53. Proxenetæ Definitio.
54. Proxenetæ Officium & requisita.
55. Proxenetæ hodiè operam in indagandam pecuniam fœnebrem locant.
56. Proxenetæ fidem pro pecuniâ non interponunt.
57. Proxenetarum necessitas. & 59.
58. De Proxenetico Salario.
59. Proxenetarum utilitas.
60. Proxenetæ sordidum genus hominum.
61. Proxenetæ communiter Decoctores.
62. Proxenetæ à Magistratu constituuntur cum Cautione.
63. In Republ. Placentina qualem cautionem præstent Proxenetæ.
64. In Republ. Lubecensi quomodo constituantur & caveant Proxenetæ.
65. Proxeneta & Mediator quomodo differant.
66. A mediatoribus ad Proxenetas argumentari non licet.
67. Proxeneta quomodo dicatur Mediator.
68. Proxeneta quomodo possit esse testis in Contractu.
69. Proxenetarum officium quousq́; se extendat.
70. Proxenetarum officium ad solutionem regulariter non extenditur.
71. De Præmio Assecurationis Proxenetæ soluto, ejusq́; effectu, remiss.
72. Proxenetæ scientes aliquem facultatibus labi, lucriq́; causâ illum idoneum esse, asserentes, de dolo tenentur.
73. An Proxenetæ mercaturam exercere possint?
74. De Assignatione Proxenetæ nomine peregrini emptoris, quæ dicitur ad fideles manus facta, remiss.

CUm in fine superioris Capitis exposuerimus, mercatoris nomine propriè non contineri, qui non δι᾽ ἑαυτῦ, ut dicitur, sed alienô nomine negotia exercent: haud supervacaneum esse duximus, paucis hîc, pro more, de his perspicere.

1 Nam ejusmodi personis, alienô sc. nomine negotia exercentibus, in commerciis terrâ marique gerendis, apprimè opus esse, vita quotidiana ostendit, dum mercatores, periculorum metu vel laborum tædiô & negotiorum multitudine impliciti, sibi alios substituunt, quibuscum suô nomine contrahatur. Wesemb. *π. de*
2 *Exerc. act. n. 1.* Possunt autem hi in quadruplici constitui differentiâ: vel enim sunt 1. Negotiorum gestores, vel 2. Institores, seu Factores; vel 3. Magistri navium; vel 4. Proxenetæ.

Negotiorum gestor dicitur, cùm 3
mercator, vel alius, alterius ignorantis negotium gerendum absque mandato suscipit. *l. si remunerandi. 6. §. si passus. 2. & in l. qui patitur. 18. ff. Mandat.* Nam, cùm sæpenumerò fiat, ut mercatorum, qui propter subitam festinationem, nulli demandatâ rerum suarum curâ, profecti sunt, negotia præsentes amici ultrò suscipiant, ne aut neglecta pereant, aut absentis non defensi bona possideantur; quàm utilissimi hi negociorum alienorum administratores seu gestores in jure reputantur, *de quib. tot. tit. ff. & C. de negot. gest.* quibus adde Althus. *lib. 1. Dicæolog. c. 91.* & infinitos alios. Et quamvis negotia ad alios pertinentia nomine propriô expedire aliàs improbetur. Ben. Strach. *de Adject. p. 4. vers. duodecimo n. 1. pag. 606. col. 1.* Consuetudo tamen 4
mer-

mercatorum,quòd aliena negotia nomine propriò expediant, excusat à culpâ.P.Paris.*Consf.47.vol.1.*qui citat Angel. Fulgos.& Jason.*in l.certi juris.C.de judic.* cum aliis textibus.Est autem hęc administratio alia spontanea,alia necessaria. *l.3.§.10.de neg.gest.l.20.C.d.t.l.52.§.7.ff.de*
5 *obl.&act.*Spontanea est,cùm mercator spontè, nullâ necessitate cogente, negociis alienis ex merâ liberalitate & amicitiâ se offert & immiscet; ita ut gerere & non gerere ei sit integrum & liberum ab initio,*d.l.3.§.pen. de neg.gest.*
6 *d.l.20.C.eod.l.58.ff.de solut.*Necessaria est, quando quis falsò existimat, sibi quid demandatū esse.*l.17.C.de negot.gest.* vid. *l.19.§.2. l.6.§.5.ff.d.t.*Vel quando necessaria primò administratio, sed eventu voluntaria apparet. *l.29.d t.*Alth.*d c.91. n.27.* Differt autem mercator negotia aliena gerens necessariò, ab eo, qui spontè gerit, in hoc, ut, qui necessitate cogente gerit, non directò teneatur ex verbis hujus edicti prætorii *in l.3.ff. h.t.* Paul.Paris. sup.alleg. *consf.47.n.27. vol.1.*
7 cum *ibi citatis Dd.* Hìc congruè Q? Si mercator spontè absentis & ignorantis negotia gerit,quid præstare debeat? ℞
8 Tria sunt genera negotiorū, Consuetum,Insolitum,& Desertum. Si consuetum gerit negotium mercator, regulariter saltem levē præstabit culpam *l.11. ff.de negoc.gest.l.20.C.eod.l.7. C.arbitr. tu-*
9 *tel.* Si insolitum vel novum negotium, quod non sit solitus absens facere, nomine absentis gerat,præter culpam,casum etiam præstabit fortuitum *d l.11.ff.*
10 *h.t.*Si deniq; ab omnibus desertum gerit negotium,dolus tantùm & lata culpa à mercatore erit præstanda.*l.3. §.9.ff. de neg.gest.*Adde Ben. Strach. *de Mand. merc.in fi.* Dn. Erasm.Ungepaur. *Exerc.*
11 *Justin.12.q.7.* Tenetur insuper hic, negotiorum gestorum rationes reddere, & reliquatum solvere.Rot.Genov. *decis.27.n.3.decis.20.n.6. decis.126.n.3.*& Decis. Gen.*165.& 163.* Sicut omnis aliena negotia administrans. *l.2. §.2.ff. de admin.rer.ad civ.pertin.* Althus. *d.c.91.n.18.*
12 Hæc autē rationū redditio quomodo fieri debeat,vid.ap.Alth.*d.l.n.19.*& Monoz.*de ratiociniis* hâc de re tractatum.
quod hîc attigisse sufficit. Et hi nego- 13
tiorū alienorum gestores (si ex definitionis nostræ præscripto veri mercatores sint) privilegiis mercaturæ commerciorumq; utilitati concessis, haud indigni judicandi sunt.

Hosce nunc seqvuntur INSTITORES, 14
qui & FACTORES & ACTORES appellantur à Capic. *decis.180.n.3.* Zanger.*de Except.p.2.c.1.*& Wesembec. *in π.h.t.n.1.* quamvis Treutl.*1.vol.8.th.7.lit E.*Factores semibarbarè sic vocari contendat. Et dicuntur, qui alicui negotiationi terrestri & quæstuariæ præponuntur, certô locô non designatô. *l.1. cum ll. seqq ff.de Instit.act.*Rot.Genov.*decis.14. n.1.* INSTITORIA vocatur ab Aristotele 15
negociatio domestica, quasi statuaria mercatura, quæ exercetur ab hominibus in foro sedentibus aut stantibus, secundùm Budæum; secundùm Ulpian.verò in *l.3.ff. de Instit. act.* ab Instando;quod sc.tabernæ,cui prępositi sunt, instent, h. e. cum curâ & sollicitudine incumbant; sicut hanc vocem ex Virgilio &aliis bonis auctoribus nobis explicuit Rittershus.*inComm. Instit.ad §.3. quod cum eo &c.*Dicuntur & àLabeone 16
prępositi negotii exercendi causâ.Rot. Genov.*decis.14. n.63.* Veteres eos Officinatores dixisse observavit Cujac. in *π.C de Instit.act.* Dupliciter autem ali 17
quē præponi,Dd.tradiderunt;Expressè, & tacitè. Tacitè autem præpositus ex eo censetur,quando dominô seu principali sciente & patiente pro tali publicè habetur.Sic enim Bart. *in l.1.§.familiæ in f ff.de Publican.& l ectig.* ait: Probatur,aliquē ad aliquod officiū prepositum,eô ipsô quòd officium exerceat, dominô sciente. Hocq; convenientissimum esse Ronchegall. *in l. eandem, in pr. ff. de duob. reis. n. 135.* tradit, ne cogantur, qui cum Institoribus contrahunt, veram & expressam præpositionem docere,vel si non adsit,ne contrahentes facilè decipiantur, & præponenti sit parata via fraudandi.facit *l.qui patitur. ubi gloss. ff. Mand. l. si Institorem. 29.ff.si cert.pet.* Rot. Gen. *dict. decis.14. n.4 & 42.* Quamvis autem Institor, 18
seu Factor alienô nomine contrahat, pro-

propriô tamen nomine regulariter conveniri nequit. *l. fin. ff. h. t.* Cujus textus vigore Simon de Pratis *conf. 193. cent. 2. in fin.* provocat omnes Dd. dissentientes, ut sibi monstrent textum, quo Institoris obligatio expressè sancita reperiatur. Quamvis communiter *l. 7. §. 11. ff. ad SC. Maced.* in contrarium adducatur. Quarum duarum LL. conciliationes vid. *in disp. Inaug.* Christoph. Marci. *c. 4. & 5.* ubi variæ Dd. opiniones de hâc quæstione recensentur; his adde Angelum in *l. eandem. ff. de duob. reis* Castrens. *in l. si quis. 3. §. Si procurator. 1. ff. Quod quisq. jur.* Decium *in l. si Institorem*
19 *29. Si cert. pet.* Juris etenim certi est, præponentem Institorem seu administratorem tabernæ & negotiationi quæstuariæ, regulariter ex ejus facto in solidum teneri. §. *eâdem ratione. Inst. Quod cum eo. l. 5. l. 17. & t. t. ff. h. t.* Christ. Mar-
20 ci *d. l. c. 9.* Et hoc quotidianum est in nostræ ætatis mercatoribus, in tantum, ut si Institor, vulgò Factor mercatoris, scribat Chirographum, in quo se constituit debitorem alicui, Principalis sui nomine, & promittit solvere intra certum terminum, possit & debeat conveniri dominus tabernæ seu negociationis *per l. fin ff. de Inst. act. & l. 1. ff. eod.* unde illud πολυθρύλλητον Dd. Factores licet mille litteris sese debitores scribant ac se obligent, tamen non posse conveniri, quia videntur scribere ut FACTORES & FACTORIO NOMINE, quod ex Angelo *ad l. 9. ff. de duob. reis* refert Decius *Cons. 510. n. 5.* & ante Angelum ita senserunt Jac. de Aren. Butrigar. Cyn. *in l. 7. C. qui cum eo.* nisi se in specie fidejubendo obligaverint. Christ. Marci. *d. tr. c. 5. §. 3.* Et ita intelligendus Dn. Carpzov. qui in *præf. defin. forens.* asserit, Institorem durante officio teneri, prout se ita declarat celeberrimus hic Practicus *lib. 4. Consil. tit. 10. Cons. 18. n. 6.* quatenus autem Institor conveniri possit *vid. nos hoc cap. n. 42.*
21 *inf.* Prætori enim, qui hanc actionem dedit, æqvũ visum est, sicuti commoda sentimus ex actu Institorum, ita etiam obligari nos ex contractibus ipsorũ & cõveniri. *l. 1. in pr. ff. d. t.* Wesemb. *in pr. d. l. n. 2.* Jo. Christ. Marc. *d. l. c. 8. §. 7.* D. Mev. *tit. 6. art. 5. n. 1. & seqq. de Empt. & Vend. Stat. Lubec.* Hoc autẽ procedit 1. Si In- 22
stitor seu Factor generale mandatũ in promovendis mercantiis vel negotiis cum liberâ habet, prout inter mercantes quotidiè usu venire tradit Joh. Köppen. *decis. q. 21. n. 1.* Secus verò, si agitur 23
de eo ministro, qui nullum de tali negotio tractando, e. g. mutuò sumendâ pecuniâ, aut aliter contrahendo, mandatum habet, sed propriô motu, nomine Domini Chirographum dat; de illis jure communi concluditur, quòd dominos per sua Chirographa non obligent. Joh. Köpp. *d. q. n. 3. & seqq.* Ubi plures allegat; & hanc sententiam communem dicit, ad contraria respondens, *n. 12. & seqq.* Idem obtinet, si 24
talis Cambiô pecunias capiat. Decis. Rot. Gen. *14. n. 88. & seqq.* Institor nam- 25
que regulariter mutuum sumere non potest, nisi id expressè mandatum sit. *l. 1. C. h. t. ubi text. apert. l. cuicunq. 5. §. si quis pistor. 9. ff. eod.* Sed quia mutuum hôc 26
locô secundùm Bald. considerari potest, vel tanquam negociatio per se distincta; vel tanquam deserviens merci exercendæ; dicendum est, hôc posteriori casu licitum esse Institori mutuum accipere; quatenus ex necessariâ consequentiâ mercis exercitatio id requirat; & hæc tacitè veniant in consequentiam mandati. Mastrill. *decis. 204.* 27
n. 7. Ut cùm præpono aliquem emendis pannis, tunc, si non trado pecunias, censeor præposuisse ad accipiendam pecuniam mutuò, pro illâ re emendâ. *l. cuicunq. 5. §. sed et si pecuniam. 13. ff. de Instit. act. l. ult. §. 2. inf. ff. de Exerc. act.* ibi *necessariam mercis comparationem, cui emendæ servus sit præpositus.* Rot. Gen. *decis. 14. n. 88. & seqq.* Sed quid si 28
magister navis mutuò sumptam pecuniam non in navis, sed suos usûs converterit, num inde detur Actio in Exercitorẽ? vid. *l. 1. §. 8. 9. 10 ff. de Exerc act.* & Loccẽ. *de jur. mar. lib. 3. c. 7. n. 7.* & nos hîc *n. seq. 29. & seqq.* negativã amplectentes.

Deinde requiritur ad obligandũ præ- 29
ponentem; ut in causam seu negocium cõmissum contraxerit Institor, & ma-

 gister

gister navis. Non enim ex omni causâ Prætor dat actionem in Exercitorem; sed ejus rei nomine, cujus ibi præpositus fuerit. *l.1.§. non autem ex omni.7.ff.*
30 *de Exerc.act.* Præpositio enim certam legem dat contrahentibus. *d.l.1.§. igitur præpositio.d.t.*Loccen.*de jur.mar.lib.3.c.7.§.5.6.cum seqq.*Rot. Gen. *decis.14. n.14.& seqq.& n.100.cum seqq.*Jo.Christ. Marc.*d.l.c.7 §.3.& seqq.* Secus ergò, si in aliam causam quàm ipsi commissum, per *l.1.§.non autem.* Et in *§.igitur præpositio.* & *§. si plures.ff. de Exerc. act.* Nicol.Everh.Jun.*Cons.6.n.36.vol.1.* Ut si Factor extra Commissionis limites, merces ad transferendum pro certa provisione missas pignori daret; quô casu Oppigneratio tanquàm rei alienæ & in aliam causam quàm ipsi Commissum, facta, planè est invalida, non obstante *art.9.lib.3.tit.4.de Pignor.stat.Lub.* de quo nos luculentius *infr. lib.2.c.9.n.*
31 *14. huj.Tract.* Hîc ergò meritò Q? An, ob nautæ vel magistri navis culpam, quam in fraudando vectigali commisit, Dominus mercium, **der Fracht-Herr**/ an verò Exercitor, **der Rehder**/ teneatur actione exercitoriâ? Et respondet ex prædictis rationibus Dn.Mevius *ad art.6.tit.3. lib.2.Stat.Lub.n.20.* dominum ob hanc culpam in damno esse, non exercitorem. Ubi tamen ex prædictis *n.21.* addit, quomodo ex facto ma-
32 gistri navis Exercitor teneatur. Nam etsi regula sit, omnia facta magistri cũ præstare debere, qui eum navi præposuit; ne contrahentes decipiantur. *d.l.1. §.5.ff. de Exerc. act.* ea tamen ita intelligitur, si in eam rem, ob quam quid fa-
33 ctum est, præpositus sit. Domino autem incumbere solutionem mercium, non exercitori, notum est; cùm non sit pars vecturæ; nisi consuetudine aliter introductum sit. Mev.*d.l.* quæ consuetudo cùm sit facti, meritò probanda. Ruland. *de præm.assecut. vid. tamen infr. lib.2.c.4.n.25.*& Jo. Loccen. *de jur.marit.d.lib.3. c.7.n.6.& 7.*
34 Tertiò, ut nomine præponentis negotium gesserit, per *d.l.1. & l.6.§.1. ff. de neg.gest.* & Nicol. Everh. *d. cons.6. n.35.* Confessio enim Institoris & Procuratoris etiam in Chirographo facta, nõ probat regulariter, nec Domino seu Præponenti nocet, nisi Ipsa Præpositio, & cujus nomine venditio à tertio Institori facta sit, aliunde scil.per famam, Instrumenta & libros rationum probetur. Mascard. *de Probat. Concl. 369. n.6.& seqq.* Köpp.*decis.21.n.2.* h.e. **Daß uff des** Principalen **Credit uñ Rechnung der Verkauff geschehẽ/ und daß nach itzigem Kauffmans** Stylo **der Verkäuffer solches dem abwesenden Käuffer (so ferne auff Zeit gekaufft) für dem Verfall-tage** notificire. **Oder auch von dem** Factoren **einen Schein nehme/ uff welches Rechnung solches gekaufft.** Atq; ob causam, ut casu intervenientis decoctionis Factoris, futurę lites, cujᵒ nomine & contemplatione venditio facta, evitentur. Si enim Procurator seu Factor non habet mandatum ad certum hominem in Emendo, neq; contemplatione Domini *d.l.6. §.1. de neg. gestis* seu Principalis cum aliquo Contractum sit, ipse solus, non etiam principalis tenetur. Gloss. *in l.6.§.1. in verb. quia ex abundanti.ff.de negoc.gest. l.13.C.si cert pet. l.7. §.1.ff.quod cũ eo qui in alien.pot.* Cui concordat Jus nostrum Lubec.*artic.1.& 2. de Commod.* **Hand muß Hand wahren/ uñ wo einer seinen Glauben gelassen/ da muß er ihn wiederum suchen.** Accedit. 2.) **daß** in foro Mercatorum **gebräuchlich / daß die heutigẽ** Factores, **was sie für ihre** Principalen **einkauffen / gemeiniglich uff ihr Eigen/ und nicht der** Principaln Credit **Kauffen/ und für dẽ Einkauff** Provision, **und für die Gelder so sie vorschiessen/** Interesse **rechnen.** *vid. sup.c.7. n.59.* Et in hanc sententiam decisum in Curiâ Lubec. 10. Maji. Anno 1661. Principalis ergò & perpetua in hac controversia hypothesis, ut Contractus fiat nomine & ex re Domini seu Principalis. *d. l.6. §.1.ff. de negoc.gest. l.68. ff. de Procurat. l.fin. ff. de Inst. act.* Non tamen necesse est semper conceptis verbis Institorem dicere: **Im Namen seines** Principalen: sed sufficit, saltem officii qualitatẽ nominâsse, quô factô nascitur continuò præsumptio pro Institore, eum suam personam excipere voluisse. Ber-

lich.

lich. *deciſ.15. n.5.6.* & alterum in con-
templatione hujus officii contraxiſſe.
Menoch.3.*præſumpt.49. n.19.* Alciat. *de
præſumpt.reg.24.in med.* Mantic. *de tacit.
& ambig. convention. lib.7. tit. 18. n.17.*
add. Chriſt. Marc. *d.l.Cap.12.per tot.* me-
lius tamen conſulunt ſibi Inſtitores,
ſi ſemper expreſſè nomine domini
contrahunt. Marc. *d.l. §.3.* ubi & *ſeqq.*
§§. quando Inſtitor nomine proprio
35 conveniri poſſit. Quartò, ne in ma-
jorem ſummam contrahat, quàm ſit
neceſſe, v.g. ne major ſumma, quàm
ad negociationis actum ſit neceſſaria,
mutuò ſumatur. Alex. *Conſ. 44. lib.2.
D.l. in l. fin. ff. de Exerc. act.* Rot. Gen.
deciſ.24. n.100. cum ſeqq. Ubi plura vi-
de requiſita. His adde Nic. Everh. *d.
Conſ.6.* Coler. *de proceſſ. exec. p.2. c.3. n.
354.* Tiraq. *de Nobil. c.27. n.7. cum ſeqq.
& cap.33. n.22.* Weſemb. *in π. h.t.* Vid.
tamen omninò de hâc quæſt. *d.
diſputat. Inaug.* Ioh. Chriſtoph. Mar-
ci. *Argentorati Anno 1644. habitam.*
36 Exiſtentibus hiſce & aliis requiſitis,
mercatores plures, qui præpoſuerunt
factorem, tenentur omnes in ſolidum
ex contractu illius miniſtri ſeu Factoris
generalis. *l. ſi tamen. verſ. ſed ſi unum.
& ibi* Br. *& Dd. ff. de Exerc. act. d.* Rot.
Gen. *d. dec.14. n.20.* Paul. de Caſtr. *in
37 l. ejus qui. in f. ff. ſi cert. pet.* Sed habent
beneficium diviſionis. Br. *in auth. hoc
ita. C. de duob. reis.2. q. ſecund. part. pr.*
Anton. Capyc. *deciſ. Neapol. 180. n.3.*
Sunt enim Inſtitoria & exercitoria non
tàm actiones, quàm actionum quali-
tates, quæ ipsô jure naturali nituntur.
[Diſſent. Oldendorp. *Claſſ.4. Act.4. n.8.*]
Unde malè Romanis legibus introdu-
ctum adſerit Doctiſſimus H. Grotius
38 *lib.2. de jur. bell. c.11. §.13.* Ut ex facto
magiſtri exercitores in ſolidum ſingu-
li teneantur: Nam hoc nec naturali
æquitati convenit; quæ ſatis habet, ſi
pro ſuis ſinguli partibus convenian-
tur; nec publicè utile eſt; abſterreren-
tur enim homines ab exercendis navi-
bus, ſi metuant, ne ex facto magiſtri
quaſi in infinitum teneantur. Atque
39 adeò apud Hollandos, ubi mercatura
pridem maximè viguit, & nunc & olim
lex illa Romana obſervata non eſt:
Imò, contrà conſtitutum, ne Exerci-
toriâ, etiam univerſi amplius tenean-
tur, quàm ad æſtimationem navis, &
eorum, quæ in navi ſunt. Grot. *d.l.* qui
allegat *l. qui abſenti. ff. de acquir. poſſeſſ.*
Gomez. *tom.11. c.9. n.1.* Vid. Peck. &
Vinn. *ad h.t. pag.m.93. & ſeqq.* Et Loc-
cen. *de jur. mar. lib.3. c.7. §. cum ſeq.*
Contrarium tamen, nimirum quòd 40
Exercitores prout ac jure congruum
in ſolidum teneantur, deciſum in curiâ
& Senatu Lubec. in cauſâ Stralſund.
Anno 1651. 16. April. vid. tamen Loccen.
d.c.7. n.9. & 10. ubi quid ſit In Solidum,
explicatur. Ipſi Inſtitores ſeu Facto- 41
res tenentur de negligentiâ & leviſſimâ
culpâ. Br. *in l.1. §. & qui plerumq. ff. de
off. præf. vigil.* Et in *l. quod Nerva. ff.
depoſ.* Præſertìm ſi ſalarium, quod Pro-
viſionem vocant, Scacc. *de Commerc.
§.3. gloſſ.3. p.412. n.11.* lucrantur. Paul.
de Caſtr. & *Dd. in l. qui mercedem. ff. lo-
cati.* Et addit rationem Thomas Garz.
*nella piazz. univerſ. de tuttele profeſſ.
diſcorſ.67.* his verbis: *Poiche à queſta* 42
*profeſſione deue eſſer raccommandata in-
nanzi tutta la Fede, la diligenza, la ſol-
lecitudine, la prattica, la prudenza, l'eſ-
peranza. l'accortezza la carita, la bon-
ta, la corteſia* &c. *Si non voglion fare,
come i più fanno, che traſmutati in Aſini
como Apulejo, danno bando perpetuo alle
buone opere, & hanno per ſolenne gloria
eſſer chiamati poltronj, ignoranti, & ar-
ciaſini in tutte le loro attioni;* Tenetur 43
itaque & Inſtitor omninò ſervare con-
tractum, quem nomine Domini iniit
boni Viri arbitratu, nec ipſe ex ſuâ per-
ſonâ illi contractui contravenire pot-
eſt, ſed quia verba ligant homines,
ſtabit contractui, nec reſiliet, ſed ta-
men quia hæc obligatio ex re & nego-
cio Domini deſcendit, quantum in ſe
eſt, Grot. *lib.2. de jur. bel. ac Pac. c.10. n.1.*
h.e. quàm diu officio Inſtitoris & Fa-
ctoris fungitur, tenebitur ex re & de
bonis Domini ſeu Principalis, quæ in
manibus habet omninò ſatisfacere,
ideoque non audietur Inſtitor, ſi forte
nomine Domini contraxerit & inde
conveniatur, ſtatim Dominum ſuum

 dele-

delegare: Sie an seinen Principal
weisen/ nec quantum in se est stare velit
contractui, cùm ad hoc ut pro quali-
tate officii satisfaciat ex illo suo facto
omninò teneatur. *l.42. ff. de pignorat.
act.* Imò etsi à Domino contractui
satisfacere prohibeatur, ipse tamen ad-
huc habeat tradendi facultatem, o-
mninò ut solvat, à judice cogi poterit;
vel si pecunia Domini seu Principalis
parata non adsit, ut cedat bonis præ-
ponentis Domini sui, eaque Credito-
ribus relinquat, siquidem & ille defen-
dit, qui patitur. Creditores in bono-
rum possessionem venire. *l.35. §. ult. ff.
de Procurat. adde* Decis. Rot. Genov.
33. n.6. Capyc. *decis.132.*

44 An verò quis Institorem etiam ex
Contractu ipsius Domini alibi cele-
brato convenire possit, quàm consue-
tudinem Venetiis esse scribit Cæpoll.
vol.2. Cons.14. n.15. & 34. præter Jason.
in *l.29. ff. de reb. Cred.* affirmantes, pau-
cos reperias: nisi forte Jasonem ex si-
mili consuetudine locutum fuisse be-
nignè interpretari velis. Ubi de dif-
ferentiâ nostrorum licitorum & illici-
45 torum Factorum. Ab hisce differt
Exercitoria, primò, in eo, quod Insti-
toria terrestrem concernat negocia-
tionem; Exercitoria verò maritimam,
eique magistrum præponat. *l.1. de ex-
erc. act.* Wesemb. *in π. de Exerc. act.*
46 *n.2.* 2. Quòd exercitoria ad unicum
ferè negocium; nempè ad navim re-
gendam; quæ est in se unitum nego-
tium. Institoria verò latius sese ha-
beat; quia est multiplex. Rot. Gen.
47 *decis.14. n.107.* 3. Quòd major dili-
gentia semper requiratur in Exercito-
riâ, quàm in Institoriâ; idque ob ne-
48 cessitatem contrahendi, & incertitu-
dinem itineris navium; quæ aliquan-
do in terras incognitas vi ventorum
impelluntur, ut ibi pecunias capere
aliaque negotia contrahere cogantur
Magistri navium; qui ob id habent
quædam singularia, ut inquit Cujac.
*in tract.8. ad African. in l. ejus. ff. si
cert. pet.* prout refert Rota Gen. *d. decis.*
49 *14. n.107. & 110.* 4. Differunt obliga-
tione. Grot. *d. c.11. §.13.* de quo supr.
n.22. huj. cap. Plur. de Exercitoribus
vid. ap. Peck. & Arnold. Vinn. *ad tit.
ff. de Exerc. act.* Hos modò dictos 50
ministros & personas, cùm non sua sed
aliena negotia tractent, quoad hos
actûs propriè mercatores nec dici nec
esse; præter adducta in fin. cap. præce-
dentis, ipsa experientia docet.

Restat, ut brevibus de proxenetis, 51
vulgò Meckelern/ agamus. Proxene-
tæ dicti ἀπὸ τοῦ προξενεῖν, quod concilia-
re, ac propriè interpretem aut parari-
um significat; cujus sc. beneficiô aut
interventione inter duos negotia
contrahuntur, vel nomina, vel nu-
ptiæ, vel amicitiæ, vel judici consiliari-
us adjungitur. Cujac. *11. obs. 18. post
princip.* Proxeneta, ait Budæus, est
conciliator, interventor, mediator,
quasi conglutinator hominum inter
se stipulantium & spondentium, aut
quemvis contractum conventumque
ineuntium. Sic accipiendus est *in l. fin.
ff. de Proxenet.* Tiraq. *de utroque retra-
ctu. §.29. gl. 4. n.5.* Cypræ. *de nupt. c.9.
§.14. n.2.* eos definit esse personas in-
quirentes in voluntates aliorum, vel
ad contractûs vel ad amicitias facien-
das, per glos. Cujac. *d. l.* & Molinæ. *ad
l.1. §. ult. n.27. de V. Obl.* Brisson. *de V. S.
lib.14. in verb. Proxeneta.* Marc. Anton.
Delrio *ad l. contractus 23. c.18. vers. Pro-
xeneta: de R. J.* & prolixè Strach. *de pro-
xenet. p. 1. per tot.* Hunc Hieronym.
Cardanus de Prudentiâ Civili ita de-
scribit *c.65. pr. Quæ verò per alios agen-* 52
*da sunt, auxiliô proxenetæ indiget. Eliga-
tur igitur vir impiger, callidus, versutus,
comis, nugax,* (nam in emtionibus ven-
ditionibus &c. verba loco pretii haben-
tur) *efficax in rationibus & argumentis
promtus; & occasionum maximus capta-
tor, exercitatus in omnibus ejusmodi ne-
gotiis, quod summum est denique.* Nos, 53
illum hoc loco ita describimus, quod
sit persona, operam suam navans illis,
qui negociationes & mercaturam ge-
runt, quæstum inde faciens, gloss. *ad
rubr. ff. de Proxenet.* Pruckm. *cons.50. n.
241.* In quibus potissimùm requiritur 54
Fides. Eorum enim officium est, ne-
gotiô adhuc perficiendô intercedere.

l.2.

l.2. l.3.ff.de Proxenet. & inquirere, quis velit cambiô accipere, quis dare, quove pretiô; idque iisdem indicare absque nominatione personarum, *arg. l. 2. C.de alim.pup.præst.* Donec appareat, utrumque ad contrahendum non esse alienum. *l. 8. C.de resc.vend.* tunc enim potissimùm in id incumbunt, ut diffidentium animos in unam sententiam trahant, & omnia fideliter exequantur. Raph. de Turr. *de Camb. disp. 1.q. 2.n.2. & seqq.*
55 Sunt & Proxenetæ, qui hoc egentissimô rei argentariæ seculô operam suam in eo collocant, ut indagatâ pecuniâ fœnebri egentibus, viã ejus impetrandæ monstrent, ex quo
56 magnum sæpè quæstum faciunt; neq; tamen ptopterea fidem suam interponunt, vel alioquin cavere tenentur; sed sufficit, eos pecuniam fœnebrem indicâsse, & negotium promovendo Proxenetæ partes egisse, præsertim verò mercatoribus magnas negociationes exercentibus, cùm id sine ære alie-
57 no facere neqeant. Horum opera admodùm est necessaria, usque adeò, ut magni beneficii locô habere soleant, si quis pecuniam fœnebrem ab aliis ipsis impetraverit, licet nullas obligationis partes susceperit. Hartm. Pistor.
58 *lib.3. q. 3. n. 24.* Hinc proxeneticum salarium. *l.1.ff. de proxenet.* Brisson. *d.l.* quod aliô nomine Philantropum. *d.l. 1.ff. de proxen.* Cujac. *d. obs.11. c.18.* seu, ut in vetustissimo codice, philotropum. Fr. Prückm. *d.l. n.240.* aliàs Græcè ἑρμηνευτικὸν indigitatur; quod etsi
59 sordidum; cùm tamen usus horum hominum in magnis emporiis sit necessarius, (*text. in l.fin. circ. fi.ff. h.t.* ibi: *est enim Proxenetarum modus, qui emtionibus venditionibus, commerciis, contractibus licitis, utiles non adeò improbabili more se exhibent*) extra ordinem licitô jure petitur. *l.1.2.3.ff. de Proxenet.* idque eò, quòd humanum sit, *d. l.2.* qualem qualem operam remunerari. *d.l. verb. Philantropi.* Wesemb. *in. h.t. n.1.* Frid. Prückm. *d.cons.50. n.245.* ipsos Proxenetas sordidum vileque genus
60 hominum esse attestatur; Quemadmodum etiam apud nos Cerdones & Veteramentarios, ut cum Suetonio loquar. In Poloniæ Regno Judæos Proxenetarum officiô defungi, totô die videmus. Pruckm. *d. l.n.246.* ad experientiam provocans. Commu- 61
niter verò ex decoctoribus, fallitis, & foro cedentibus hoc hominum genus pullulat; idque autoritate Horatii, qui *lib.2. Satyr.3. de* Damasippo Conturbatore & Proxenetâ ita canit:

-- Postquam omnis res mea Janum
Ad medium fracta est, aliena negotia curo,
Excussus propriis.

Unde vulgò apud nos de ejusmodi Damasippis redivivis, & nostri seculi exmercatoribus dicitur: **Ein bedorven Koopman / ist ein gut Mekeler.** Exinde 62
ortum, quòd nemo in benè constitutis rebuspub. & feriis nundinalibus proxenetæ munus exercere possit, nisi à magistratu & duabus tertiis votorum favorabilium approbatus fuerit, & cautionem certæ pecuniæ præstiterit, quòd benè & secundum leges Civitatis & feriarum, munus suum obire velit. In repub. Placentinâ cautionem 100. 63
scutatorum auri præstare tenetur. Leg. *Feriar. Placentin. cap.7. che al uno.* De 64
ordinatione Lubecensium requiritur, ut Proxeneta à magistratu, seu tribuum magistris, vulgò **die Wette-Herren/** ordinetur; juramentô & cautione præstitâ, se omnibus mercatoribus bonâ fide satisfacturum, nullis nisi præsentibus operam navaturum, nec ullô modo peregrinos adversus statuta loci conglutinaturum, **Kauffmans Ordnung** *de Anno 1607. 28. Augusti. art.8.* Differt autem Proxeneta à mediatore 65
sive compositore amicabili; quòd hic sit persona electa super lite transigendâ & ad concordiam viâ æquitatis inter partes inducendam; definiente gloss. *in additam. ad* Spec. *Rubric. de Arbitr. in pr.* Borell. *in tract. de Compromiss.* §.*3. gl.1.n.18.* Frid. Pruckm. *d. cons.50. n.217.* Rude itaque ac imperitum erit, à Pro- 66
xenetis nostris ad id genus mediatorum argumentari velle. Quî enim illi, cui definitio non competit, definitum competiturum est? Everh. *in Top.*

Top. in loc. à definit. n.2. Alciat. *paradox. lib.6. c.9. n.4.* Borch. *tr. feud. c.1. n.11.*
67 Schrad. *intr. feud. p.9. sect.3. n.115.* Nam non simpliciter proxeneta in jure dicitur mediator; sed quôdam tantùm modô. Br. *ad l. ult. n.1. ff de var. & extraord. cognit.* Quomodo itaque à dicto secundum quid ad dictum simpliciter ratiocinatio rectè efformari potest?
68 Everh. *in praeamb. Top. n.24. ad fin.* Hic autem proxeneta mediator, an possit vel non possit esse testis super contractum initum, in quo mediator fuit? Et respondet Dn. Ben. Stracha *in Tract. suo peculiari de Proxenet. 1. part. 4. pag. m. 129. n. 2.* Proxenetam quando utriusque partis assensu dicit testimonium, plenè probare: per *ibid. alleg. Dd.* exemplô in Chirographis assecurationum additô. Secùs si alterâ tantùm parte volente, quô casu interdicitur ejus Testimonium. Strach. *d. l. n.4.* ubi plura. Quibus adde Mascard. *de prob. conclus. 1040.* & Wesemb. *in pr. h. t.* Rot. Gen. *decis. 97. n.3. & decis. 188. n.7.*
69 Hisce ita praemissis, apparet ex nostrorum proxenetarum mercantilium, vulgò Mekelern / definitione, quòd eorum officium sese ulterius, quàm interveniendo & operam navando contractum concludere, non ex-
70 tendat; nec ad solutionem recipiendam regulariter in foro mercato-
71 rum pertineat. Unde patet, quòd si assecuratus praemium sive periculi pretium non assecuratori, sed proxenetae realiter persolverit, hâc pecuniae oblatione à damno subseqvuto haud liberetur. Rutg. Rul. *relat. sing. de assecur. praem. non soluto. edit. Hamburg. Anno 1630. n.290.* prout nos infrà, ubi de solutionibus erit agendum, paulò luculentius deducemus. Prae caeteris autem 72
hodiè in foro Mercatorum observent Proxenetae, ne quem alteri mercatori tanquam idoneum laudent aut affirment, cujus patrimonii vires non benè noverint. Nam si hoc lucri causâ fecerint, & talem mercatorem paulò post decocturum, ut sibi pecunia crederetur, scientes laudaverint, de dolo tenentur. Strach. *de Decoctorib. quomod. proced. contr. illos, qui Decoctores laudaverint. n 34. Et ejusdem Tractat. Special. de Proxenetis. Francofurti An. 1593. excuso. p.3. per tot.*

An autem Proxenetae possint esse 73
Mercatores: meritò hic Q? Et Respondent Dd. cum B. Strach. Licet quidem mercatura ipsis expressè in LL. non videatur prohibita, & proxenetae quodammodo duarum personarum vicem sustineant. *arg. l. fin. C. de assess.* aequè ut Factores, in Contractibus tamen in quibus interveniunt, ob summam fraudis suspicionem, mercatoris personam exuere & deponere debere. Quapropter illorum Emporiorum statuta valdè probantur, quae ob praedictam rationem Proxenetas ab officio mercaturae sub certis poenis abstinere dictitant. Prout Anconae & caeteris Italiae & Germaniae Emporiis obtinent. De Assignatione Proxe- 74
netae nomine Peregrini emptoris, quae dicitur ad fideles manus facta. *vid. infr. lib. 2. c. 9.* circa finem.

Caput IX.

De

His, qui mercaturam exercere prohibentur, & per consequens horum privilegiorum sunt expertes.

Summaria.

1. Connexio Capitum.
2. Prohibitionis divisio & subdivisio.
3. Naturâ prohibentur pupilli sine authoritate Tutorum.
4. Secus si hic adhibeatur eorum consensus.
5. Tutor de Jure Lubecensi, mercaturam à Patre cultam continuare tenetur.

6. Idem

6. *Idem de jure Civili.*
7. *Tutores ex tali mercaturâ damnum non sentiunt.*
8. *Prohibentur à Mercaturâ Furiosi.*
9. *Furiosus absentis locô habetur.*
10. *De quibus furiosis hæc intelligenda.*
11. *Unde cognoscitur, tempore furoris, an intervalli quem contraxisse?*
12. *Prohibentur Mente capti & Lunatici.*
13. *Fatui.*
14. *Minores 25. annorum.*
15. *Nisi se pro Mercatoribus gerant albôq; inscripti sint.*
16. *LEGE prohibentur Prodigi, quibus bonis interdictum.*
17. *Quid hôc casu Constitutionibus Wirtenbergicis obtinet?*
18. *An ad hanc prohibitionem expressô Prætoris interdictô opus sit?*
19. *In delictis prodigus punitur sicut alius.*
20. *Prohibentur à Commerciis Clerici.*
21. *Quod probatur textibus Juris Canonici & Civilis.*
22. *Negotiatio detinet animum ab Ecclesiasticis curis.*
23. *Artificium non prohibetur Clericis.*
24. *Doctoribus & Professoribus Academiæ Marpurgensis Philippus Landgravius Hassiæ inhibuit negociari.*
25. *Assessoribus Cameræ prohibitum negotiari.*
26. *Quod & obtinet in Legatis.*
27. *An Professores negociantes privilegiis Academicis reddantur indigni?*
28. *Affirmantium opinio.*
29. *Causa privilegiorum Academicorum ut Professores à Commerciis abstineant.*
30. *Argumentum à Contrario sensu in Jure validum.*
31. *Privilegium mutatur alteratâ personâ.*
32. *Negativa 1. ratio. Quod Præcipuum in unaquaq; persona semper considerandum.*
33. *Principaliora hominum officia & actiones considerandæ.*
34. *Necessitatis & humanitatis ratio hîc habenda. Ubi, &* wie heut die Kunst nach Brod gehe.
35. *Explicatio L. qui sub prætextu. 9. C. de SS. Eccles.*
36. *De Lubecensium & Hamb. Clericorum Papistarum sordido & illicito cerevisiæ quæstu.*
37. *Multæ Academicorum privilegiorum dantur causæ.*
38. *Literati regulariter à negociationibus abstinent.*
39. *Literati secundariò Commerciis operam navant.*
40. *Prohibentur à Mercaturâ Milites.*
41. *Militia & Mercatura non conveniunt.*
42. *Sidonii Apollinaris hac de re locus.*
43. *Beneficiô Principis milites negociari possunt.*
44. *Declaratio L. fin. C. de Jurisd. omnium judic.*
45. *Milites qui honoris causâ militant vulgò Voluntiers, non prohibentur à Mercaturâ.*

1 EXaminatâ qualitate Mercatorum, progrediemur ad eos, qui mercaturam exercere prohibentur. Facilè enim, qui possint mercaturam tractare, intelligemus, si cognoverimus, qui non possint; ut in simili nos admonet Imp. *in pr. Inst. de his qui sui vel al. jur. & l. 1. ff. eod. pr. Inst. de Tutel. l. qui accusare. 8. ff. de accusat.*
2 Prohibitio autem hæc est vel generalis, vel ad speciem directa. In genere prohibentur omnes, qui emere, vendere, seu permutare & contrahere nequeunt. In specie quidam Naturâ, quidã Lege.
3 Naturâ, ut pote qui destituuntur perfecto consensu; prout sunt 1. Pupilli, sine tutorum vel curatorum autoritate. *l. 5. §. 1. ff. de author. tut. l. pupillus. 9. ff. de acq. hered.* ratio, quia nec scire nec decernere talis ætas potest. *d. l. pupillus.* cùm quod videt ignoret. *l. 1. §. impuberes. C. de fals. monet. l. ult. ff. rem pup. salv. for.* Secus verò, si adhibeat 4
consensum & autoritatem sui tutoris. Nam tunc omnia gerere potest. *l. 5. ff. de R. J.* & ibi Philip. Matth. Hîc obi- 5
ter notandum, quòd, tali casu, de jure Lubec. Tutor mercaturam à patre cultam si è re pupillorum putaverit continuare, & inde alimenta illis quære-

rere

rere cogatur. *lib. 1. tit. 7. art. 13. Statut.*
Lubec. Sicut & ex jure communi tu-
tor pupillorum nomine mercaturam
exercere poteſt; ita, ut compendium
omne ad iſtos ſpectet. *l. qui negociatio-*
6 *nem. 58. pr. ff. de admin. tutel.* Eò ta-
men non tenetur, niſi fortè teſtator
præcepiſſet, vel parens negotiari con-
ſueviſſet, & ea continuanda ſit. Br. *in*
l. Titium §. *altero. n. 21.* Cuman. *n. 2. ff.*
d. t. Bl. *in l. ſi patruus. n. 7. C. commun.*
utr. jud. Alex. *conſ. 132. n. 14. vol. 5.* Ma-
gon. *deciſ. Flor. 1. n. 48.* Quæ diverſi-
tas diſtinctionem circà damnum ex
7 mercantia ortum inducit. Nam, ubi
ad continuationem mercantiæ tuto-
res obligantur, illud ſi non culpâ cau-
ſam dederint, non ſuſtinent, ſed pupil-
lorum eſt; ubi voluntate ſuâ ſuſcepe-
rint, quia eos neceſſitas officii non ex-
cuſat, damno involvuntur, in pœnam
quaſi ſuæ imprudentiæ; quòd non ex
præſcripto legum ſecurius in emtio-
nem prædiorum, aut fœnus collocâ-
rint pecuniam. Vid. Br. *in d. l. n. 4.* Cu-
man. *d. n. 2.*
8 2. Furiosi. *l. 1.* §. *furioſum. 12. ff. de*
Act. & Obl. d. l. 5. de R. J. l. qui ad cert.
temp. 14. ff. Locati. dum enim animum
judicii & voluntatis expertem habent,
nullum negotium gerere poſſunt. *l. 2.*
§. 1. de Procur. d. l. 5. l. 40. de R. I. Imò
nec cenſentur quicquam velle vel
9 agere. *l. 47. de acqu. hered.* Sed per o-
mnia & in omnibus abſentis locô ha-
bentur, ut ait Julian. *in l. 2. §. furioſus.*
pen. ff. de jure codicill. ignorantium lo-
10 cô. *l. 4. ff. de divort.* Hæc autem de
ejusmodi furioſis dicta ſunt, qui per-
petuô furore agitantur, ſive, ut loqui-
tur JCtus *in l. D. Marcus. 14. ff. de Offic.*
Præſid. continuâ mentis alienatione
omni intellectu carent. Nam, ſi dilu-
cida furoris intervalla habuerint, vo-
luntas ipſorum tempore intermiſſi fu-
roris ita attenditur, ut tum omnia ne-
gotia rectè gerere poſſint. *arg. l. qui te-*
ſtamento. 20. §. ne furioſus. 4. ff. qui te-
ſtam. fac. poſſ. l. 1. & 2. C. de contrah. emt.
nam nullum negotium rectè geſtum
furor poſtea ſuperveniens perimit. §. 2.
Inſtit. quib. non eſt permiſſ. fac. teſtam.

Si verò non certò conſtat, numne in- 11
termediô tempore, an verò tempore
furoris quid actum vel contractum ſit,
maximè diſtinguendum puto cum
Dd. imprimis cum Hering. *tr. de fide-*
juſſ. c. 7. n. 116. Utrum actus iſte more
ſapientis geſtus fuerit, necne? priori
caſu præſumendum, illum furioſum
non fuiſſe; & propterea valere hunc
actum: poſteriori verò caſu eum fu-
rore laboraſſe putamus. Adde Bl.
d. l. furioſum. 9. C. qui teſtam. fac. poſſ.
Jaſon. *l. patre furioſo. n. 1. ff. de his qui ſui*
vel al. jur. Curt. Jun. *conſ. 151. n. 7.*
3. Idem obtinet in mente captis. *l. 4.* 12
§. 3. ff. de ædil. edict. Phreneticis & Lu-
naticis, quamdiu mens, propter Lu-
nam officium non facit, *l. bovem. 43. §.*
aliquando. 6. ff. d. t. & ibi Dd. 4. Pro- 13
hibentur fatui, qui per vicos, inſano-
rum more deridenda loqvuntur. *l. ob*
quæ vitia. 4. §. 1. & 3. ff. de ædil. edict.
Decius, *conſ. 86. n. 7.* Nicol. Böer. *deciſ.*
23. His annumerant quidam mino- 14
res, curatores habentes; quod non eſt
ſimpliciter concedendum. Quid e- 15
nim, ſi tanquam idoneus approbatus
mercator. *l. ſi alterius 3. C. ſi minor ſe maj.*
dix. mercatorumque albo ſit inſcri-
ptus? Minor utique hoc in caſu mer-
caturam exercebit, ejusque privilegiis
utetur, fruetur. Cyn. Bart. *in l. 1. C. qui*
adverſ. quos. arg. l. 1. C. de his qui ven.
æt. impetr. nec reſtitutionem in inte-
grum tunc prætendere poteſt. Dn.
Mev. *lib. 3. tit. 6. artic. 21. n. 26. & 27. Stat.*
Lub. niſi expreſſè & clarè probet, ſe
tunc eſſe læſum. Sfort. Odd. *part. 1. q. l.*
23. art. 6. de reſtit. in integr. n. 310. & 313.
LEGE prohibentur 1. Prodigi, quibus 16
bonis à Prætore interdictum eſt. *l. Ful-*
cinius. 7. §. idemque. 12. ff. quibus ex cauſis
in poſſ. eat. per. l. 40. de R. J. & ibid. Dd.
præſertim Phil. Matth. Hoc eſt, quod
tunc demùm regulariter irriti reddan-
tur prodigorum contractûs, ſi illi pro-
clamati, ipſisque dati fuerint Curato-
res. Ubi tamen notandum, non eſſe
abolitam legem XII. tabb., ſed ejus au-
toritate etiamnum hodiè notoriè pro-
digis ipsô jure bonis interdictum cen-
ſeri. *l. 2. l. ſi quis. 8. ff. pro Emt.* Illi verò,
de

de quo dubitatur an re verà prodigus sit, per Prætorem bonis interdici debet. Bocer. *tr. de Invest. feud. cap. 3. n. 38.*
17 Quæ distinctio jure quoq; Wirtembergicô strictè servatur. Landrecht *part. 2. tit.* Von unnützen Haußhalten / *fol. 249. vers.* Wann einer ꝛc. Ubi ita habetur: **Wann einer ein kündlicher Offenbahrer Geuder und Verschwender seiner Haabe und Güter / so er dann mit einem andern einen** Contract **und Handlung trifft und eingehet / darinn eine öffentliche Verschwendung scheinbarlich gesehen wird / der selbe** Contract **ist unbündig nichtig und Krafftloß / ob gleich solchem Geuder die Verwaltung seiner Güter / durch ein Erkäntnüs noch nicht benommen oder abgestricket.**
18 Dissentiunt tamen nonnulli, & prodigo rerum suarum administrationem haud adimunt, nisi ei per Prætorem fuerit interdictum. Anton. Merend. *controv. jur. lib. 1. cap. 27.* Marc. Lyclama, *membran. lib. 7. Eclog. 11.* Besold. *tr. d. tutel. cap. 16. n. 1. & tract. de Mutuo. cap. 19. n. 1. & seqq.* Ac etiam in notoriè prodigo sententiam declaratoriam requiri, tradit Cævallos. *pract. quæst. 109.* eamq; opinionem veriorem esse & receptiorem: neq; sufficere, prodigo bonis interdicere, nisi interdictio publicetur, eâq; publicatione omnibus notorium fiat, ne quis amplius contrahat cum ejusmodi prodigo, velut attestatur Paul. Christin. *vol. 1 Decis. Belg. 163.* Et hæc quidem in mercaturæ exercitio &
19 contractibus locum habent. In delictis autem prodigus punitur, sicut quilibet alius; quia vitium conjunctum vitio non excusat maleficium; nemoq; ex delicto suo commodum sentire debet. *l. 1 §. 1 ff. de dol. mal. & met. exc. l. sive hereditaria. 23. ff. de neg. gest.* Dec. *d. l. furiosi. n. 6.* Cævallos. *q. 143. n. 1. & seqq.* Bocer. *tr. de quæst. & tort. Cap. 4.*
20 *n. 11. & seqq.* Prohibentur. 2. à mercaturâ CLERICI. Canonum enim statutis firmatum est, ut, quicunq; in Clero esse voluerit, emendi vilius & vendendi carius studiô non teneatur; quod doctiss. Salmasius æquè de vocabulo πωλεῖν, quàm τραπεζιτεύειν intelligit. *tract. de fœn. trap. p. 71.* ubi ipsum vide uberius; quod si exercere voluerit, cohibeatur à clero. *c. Canonum. 14.* 21
q. 4. Hinc D. Hieronymus dixit, Negociatorem clericum quasi pestem esse. *c. fornicari. dist. 88. Cas. 2. c. 2. ne* Clerici vel Monachi. *c. qualitas. de Pœn. dist. 5. Cap. null. dist. 44.* tales enim Clerici mercatores, fori privilegium perdunt. *l. qui sub prætextu. 9. C. de SS. Eccles. l. fin. C. de Jdict. om. jud.* & ibi Castrens. Cyn. Heig. *p. 1. q. 14. n. 33.* Henr. Klock. *de jur. vectig. Concl. 28.* quem allegat Dn. Arum. *vol. 3. discurs. Acad. 18. th. 32. lit. H.* Nider. *de Contract. Mercat. Cap. 1. n. 18. & fin.* quia Clerici tunc non vice Clericorum, sed Laicorum, uti videntur, & ideò non jure petunt ad Episcopum remitti. Franc. Munoz. de Escobar. *tract. de ratioc. administ. c. 7. n. 39.* quem cum aliis adducit Casp. Klock. *de contrib. & collect. cap. 12. n. 253. 254.* Panorm. *autem c. ex literis. in notab. n. 5. x. de vit. & hon. Cleric.* ad hoc requirit, ut tertiò monitus fuerit à suo superiore. Kirchof. *tom. 2. var. cons. 14. n 96. & seqq.* quia non perdit privilegium, si non admonitus fuerit ut à negociatione de- 22
sistat, *d. l.* Ratio, quòd negociatio nimium implicet animum secularibus curis, & per consequens à spiritualibus retrahat. *1. ad Timoth. 3. vers. 3. & ad Tit. cap. 1. v. 7.* nemo autem militans Deo, implicare se debet negociis secularibus, eleg. Alph. de Azeved. *ad Const. Hisp. lib. 9. tit. 18. L. 7.* Quæ autem dicantur negociationes licitæ & permissæ Clericis, vid. ap. Spec. *in tit. de Bigam. in 2. q.* quem allegat Guid. Pap. *decis. Gratianop. 196. n. 2.* & Salmas. *d. l. p. 71.* Artificium verò, exmplô Apo- 23
stolorum, non prohibetur Sacerdotibus; possunt enim hi emere corium & sibi calceos facere, ut dicit *gloss. ad d. c. negociatorem.* Ad horum exemplum 24
Landgravius Hassiæ Philippus, Doctoribus, Professoribus & membris Academiæ Marpurgensis negotiari non permisit; ut est in quodam articulo privilegiorum dictæ Academiæ de Anno 1527. Herm. Kirchner. *disp. de Repub.*

25 *Repub. 13. thes. 1. lit. d.* Sicut & Ordina-
tio Cameræ Spirensis Assessoribus; ver-
bis: **Daß Cammer-Richter und Bey-
sitzere sich aller Geschäffte/ Kauff- und
ander Händel gäntzlich enthalten sollen.**
Ordinat. Camer. Spir. *part. 1. tit. 6. pr.*
26 Quæ prohibitio & in Legatis procedit,
quos, etiamsi hujus sint professionis,
tamen eô tempore mercimoniorum
exercitio se implicare non decet, pro
ut olim Senatus Lubecensis decre-
27 vit, *17. Octob. Anno 1581.* Quæ conside-
ratio commodè ventilandi occasio-
nem suggerit, An Professores, Docto-
res, & alii literati, si negociationem
simul exerceant, privilegiis Schola-
rium Academicis se faciant indignos?
Quod primâ facie affirmari videtur.
28 Nam id satis disertè probat Imperiale
rescriptum *in l. qui sub prætextu. 9. C. de
SS Eccles.* Quando autem juris textum
habemus in terminis, non est quòd
multùm & frustrà laboremus; id enim
perinde esset, ac si contrà stimulum cal-
citraremus. cum quo textu coincidit.
Matth. Brun. *de Cess. bonorum q. 10. 4. q.*
29 *in pr. n. 17.* Deinde, causa Academi-
corum privilegiorum haud postrema
hæc est, quòd nimirùm Academici à
negotiationibus abstineant, nihilque
eâ negociandi industriâ lucrentur;
Ideoque justum & æqvum sit, ut in ali-
quam compensationem privilegiis
perfruantur. Ergò à contrario sensu
inde efficitur, Academicos, si negoci-
entur, & mercimonia exerceant, privi-
legiis & immunitatibus indignos cen-
30 seri; quod argumentum in jure nostro
est fortissimum. *l. 1. ff. de off. ejus cui
31 mand. est jurisd.* Tertia dubitandi ra-
tio accedit, quòd privilegium, ob per-
sonæ qualitatem indultum, non videa-
tur deberi, qualitate personæ semotâ,
vel exstinctâ, vel alteratâ. At constat,
privilegia literatis ob qualitatem dari
in eo consistentem, ut literis sive lite-
rariæ negociationi operam sedulam
impendant, *auth. Habita. C. ne fil. pro
patre.* Proinde, qui hanc qualitatem
exuit, hic seipsum privilegiis & immu-
nitatibus privat. Verùm hisce, & si
quæ sint ejus farinæ similia, minimè re-
sistentibus, verius, justius, rectius &
æquius est, ob negociationem vel
mercimonia Academicos aliosque
privilegiis & immunitatibus præcisè
privandos & spoliandos non esse; mo-
tus hisce rationibus. Primò, in ho- 32
minibus singulis principaliter id intue-
ri & considerare oportet, quod in iis-
dem prævalet & præcipuum est. Idque
imprimis in naturalibus. *l. quæritur. 10.
ff. de stat. hom.* tùm verò etiam in civi-
libus causis & negociis receptum est.
*l. cum aurum. 19. §. perveniamus. 13. & §.
fin. ff. de aur. & arg. leg.* Secundò, ut
ab hoc generaliori juris axiomate ad
speciem descendamus, certi indubita-
tique, pluriumque interpretum con-
cordibus placitis firmati juris est, in
hâc quæstione distinguendum esse &
expendendum, utri rei hæ personæ stu- 33
dium, curam & operam principaliter
impendant; & si rei literariæ eos præ-
cipuè incumbere appareat, tunc ne-
gociationis exercitio & privilegiis ne-
quaquam privandos esse; *d. l. qui sub
prætextu. & ibi* Guiliel. de Cun. *n. 1. &*
Cyn. *ibid. circ. med.* Barthol. Salicet.
n. 5. Albert. de Rosat. *n. 2.* Paul. Castrens.
n. 1. Franc. Aretin. *n. 1.* Andr. Alciat.
n. 10. Alber. de Rosate *in l. Scriniarios.
n. 2. circ. fi. C. de Testam. mil.* Andr. de
Isern. *in d. auth. Habita. n. 14. circ. fi.*
Marcell. Crescent. Rot. Rom. *decis. 15.
al. 119. n. 2.* Tertiam decidendi cau- 34
sam suppeditat humanitatis ratio. Nam
exigua sunt in Academiis Professo-
rum, & in Civitatibus, præsertim hisce
maritimis, Doctorum stipendia &
occasiones, ex quibus rem domesti-
cam instituere & locupletare licet, ut
proinde nihil sit aliud, quàm necare, si
omnem negociationem, quæ panis
quotidiani causâ per consequentiam
& secundariò exercetur, hisce eripias.
l. necare. 4. ff. de agnosc. liber. Unde Jo.
Petr. de Ferrar. *form. libell. tit. 39. gl. ult.*
authoritate Senecæ, admonet cunctos
literatos, ut rem aliundè faciant,
quàm ex litteris. *Cùm enim doctus sit,*
inquit, *& prudentissimus quisque, negotiosus
quoque maximè sit, & nemo ingenium sine
corpore exerceat, Itaque crede mibi,* per-
git,

gir, *ne attendas ad nudam scientiam, si Laicus es, quia vives in miseria & paupertate, sed velis negociari & mercari, tàm per te ipsum, quàm per alios, & conformare te cum gestis prudentum antiquorum.* Und thut manchem die Noht bey dieser Zeit ein anders lehren. Sagt Maxim. Faust. *de Ærar. Cl. 8. ord. 702.* Und will es nunmehro kaum mehr heissen / *quòd Leges neminem in paupertate vivere neq; in anxietate finire permittant,* per. *Novel. 1. in f. Sed ea est calamitas postrema hujus mundi senecta, ut litterarum studia paupertas comitetur, vera Doctrina de Deo ut & vera Philosophia sit odio hominibus. Juris & Medicinæ doctrinæ irrideantur.* Daß also die Kunst itziger Zeit nach Brod gehen muß / doch leichtlich geschehen mag / weil alle Schulen hin und wieder abgehen / und auß Armuth die Studiosi nicht erhalten werden mögen / daß das Brod der Kunst wieder wird nachlauffen / aber nicht finden. Lather. *de Cens. cap. 14. num. 10. &*
35 *seqq.* Nec obstat 1. objectio. Nam Impp. in *d. l. qui sub prætextu. 9.* loqvuntur de Clericis sive scholaribus, qui vel nihil in Ecclesiis & Academiis agunt, vel fraudem admittunt, quos immunitatibus perfrui indignum est. *l. 6. §. & philosophos. 5.* verb. *qui publicè Juvenibus præsunt. ff. de excus. tut. l. in honorib. 8. §. Philosophos 4. in pr. ff. de vacat. & excus. mun. l. semper 5. §. licet. 6. ff. de jur. immun. l. professio. C. de munerib. patrim. l. reddatur. 8. C. de profess. & med. lib. 10.* Interppr. *unanimi-*
36 *ter in d. l. qui sub prætextu. 9.* Qualem in vendendâ cerevisiâ fraudem olim circa annum 1497. admisit Clerus Lubec. & Hamb. de quorum sordido & illicito quæstu ita Alb. Crantz, Clericus & Canon. Hamburg. *lib. 14. Wandal. c. 23. Per eandem tempestatem Clerus in urbibus L. & H. felicius agere videbatur quibusdam quàm vellent. In Lubecâ quidam abusi sunt permissâ libertate, quòd cerevisiam invectam sine discrimine minutatim venderent, & rem usibus permissam necessariis verterent in quæstum. Constituit Senatus, ut quoniam privilegiô abuterentur, amitterent, solverentq; in reliqvum accisam (sic vocant vectigal) cùm, cæteris omne onus Reipub. incumbere populo, cùm Clerus nihil faceret, nihil in tantis opibus Clerum conferre publicis impensis, videri onerosum. Clerus papalia & Imperialia sui ordinis præferebat indulta, permissionis usum diuturnum, & in his orare, ut sinerentur permanere, alioqui nosse illos, quomodo quemq; oporteat pro suo ordine decertare. Magnô quidem apparatu res inchoata, interventu Pontificis conquievit, abusibus reformatis;* hactenus Crantz. *d. l. ubi seqq.* de Hamburgensis Cleri ob eandem causam cum Senatu populoque discordiâ. Nos verò loquimur de his, qui principaliter rem literariam curant. Altera 37
objectio non est solida; quia plurimæ possunt esse litteratorum & Academicorum privilegiorum causæ. Dd. *ad d. auth. habita. C. ne fil. pro patre.* Et certum est, omnes ferè gradu in- 38
signitos & literatos à negotiationibus abstinere, præter unum vel alterum, qui ob singulares causas ex negociationibus secundariò exercitis, vitæ subsidium sibi comparant. Tertia etiam objectio nihil planè permovet. Nam qualitas genuina est in hisce Doctoribus & literatis, cùm professionibus & advocationibus aut 39
Principum ministerio incumbant, & secundariò forsan mercimonia exerceant; ideòque negociatio literaria, circa quam præcipuè occupati sunt, hoc casu intuenda sit. Guil. de Cun. *& alii suprà allegg.*

Tertiò prohibentur lege à merci- 40
moniis agendis, ut cum Comico loquar, Milites armatæ militiæ: per *l. un. C. negociator. ne mil. l. milites qui à Rep. 15. C. de re milit. & l. 12. C. eod.* ubi Imp. Leo ait: *Milites, qui à Repub. armantur & aluntur, solis debent utilitatibus publicis occupari; nec agrorum cultui & custodiæ animalium, vel mercimoniorum quæstui, sed propriæ muniis insudare militiæ.* quibus adde *l. milites. 31. C. locati. Quomodo* enim, inquit Clau- 41
dius

dius Cotiræus, *lib.1. de jure & priv. mil. cap. 8. fieri potest, ut & negocientur milites, simul & inimico resistant? rationes suas simul & excubias agant?* Institorum causis simul & castrorum munitionibus sint solliciti? Negociatores nec civilem nec armatam militiam habere possunt; exceptis argentariis, qui civilem; & armorum negociatoribus, qui fabricensium militiam adipisci possunt. *d. l.*
42 *un. C. negot. ne mil. & ibi Dd.* Unde Sidon. Apoll. *1. Epist.* dum rerum omnium legem perverri significat: *Vigilant*, inquit, *fures; dormiunt potestates; fœnerantur Clerici, student pilæ senes; aleæ juvenes; armis Eunuchi; negociatores militant, milites negociantur.*
43 *&c.* Beneficiô tamen Principis militari & negociari his personis permissum, *l. 1. C. in quib. cau. mil. for. præsc.* & ibi Cujac. Vid. Cl. Salmas. *de Trapezit. fœn. p. 540. & seqq.* Nec obstat *l.* 44
fin. C. de Jurisd. om. Jud. Hæc etenim lex, attestantibus Bartolô & Accursiô, de inermibus militibus intelligitur, qui (ut inquit Br. *d.l.*) non jurabant, se pro Repub. mortem non evitaturos; sed aliam militiam consequebantur, ut in Italiâ Florentini milites, qui 45
honoris saltem causâ militant, mercaturamque non ideò minus exercent, & dicuntur populares, Gallicè Voluntiers. Hi tamen fori privilegium amittunt, sicut & Clerici aliique. *l. pen. & ult. C. d. t. de jurisd. om. judic.* Caccialup. *de debit. susp. & fugit. n. 15. insert. tractat. de Mercat. pag. m. 672.*

CAPUT X.

Quid de Principum, Provinciarum & Urbium Gubernatorum; Itemque Nobilium negociationibus sentiendum? & Num iis ipsis Commerciis incumbere conveniat?

SUMMARIA.

1. *Negociationes privatis non publicis personis conveniunt.*
2. *Illustrium & Nobilium negotiationi adversatur L. 3. C. de Commerc. & Mercator. & sim.*
3. *Recessib. Imperii & Cameræ Spirens. Assessoribus & Cameralibus interdicta commercia.*
4. *Provinciarum gubernatoribus prohibita Commercia.*
5. *Hujus prohibitionis ratio.*
6. *In Gallia Officiales Regii arcentur à Mercaturâ.*
7. *Authoritas officialium vilescit Mercaturâ.*
8. *Lazii rebellarunt ob mercaturam Præfectorum.*
9. *De Recessibus Hanseaticis nullus Præfectorum Livoniæ potest mercaturam exercere.*
10. *Magistratui omnis quæstus indecorus.*
11. *Alexandri M. & Theodosii Impp. hoc in passu heroicum & laudabile factum dictumq́.*
12. *Imp. Rudolphi Rescript. ad Ducem Brunsvicensem, Principum splendori non convenire Mercaturam.*
13. *Privatis compendia, Principibus famæ publ. cura incumbit.*
14. *Principes honestè Commercia tractant, si privatorum inopia exinde sublevetur, & publica salus suadeat.*
15. *Idq́ exemplô Salomonis.*
16. *Consultius, ut Principes Industriis Mercatoribus pecuniam contribuant.*
17. *Idq́ exemplô Lusitaniæ Regum, Venetorum & Genovensium.*
18. *Hispaniæ & Angliæ Reges olim Antvverpiæ suos habuerunt negociantes.*
19. *Mercatura cum decoro exercita, Nobilitatem non dehonestat.*
20. *Hujus Commercii ratio ex utilitate publica desumpta.*
21. *Idq́ exemplo Portugalliæ.*
22. *Princeps rectè Commercia exercet, quando id flagitat ærarii inopia.*
23. *Rudolphus Bohemiæ Rex mercaturam ita gessit.*
24. *Præstat negociari quàm subditos deglubere.*

25. Prin-

25. Principes exemplum Josephi in commerciis imitari possunt.
26. Quò ditiores Mercatores, eò majora Reipublicæ subsidia.
27. Emolumenta Reipubl. ex Illustrium Commercio.
28. Turcarum, Parthorum & Persiæ Regum potentia ex Commerciis.
29. Lusitaniæ Regum potentia ex mercaturâ maritimâ.
30. Principes copiosam non vilem exerceant mercaturam.
31. Idq; exemplô Ducum Holsatiæ & Curlandiæ.
32. Regum Persiæ Commercium depingitur.
33. Locus Traj. Boccalini de copiosâ mercaturâ.
34. Venetorum prudentia in cöemendis aromatibus.
35. Principibus divitias legitimô modô quærere non inglorium.
36. Venetorum Encomium.
37. Cynosura Commercii à Principib. observanda.
38. Alphonsi Regis Neapolitani sordida mercatura.
39. Antonii Levæ Præfecti Mediolanensis impia mercatura taxatur.
40. Princeps in Commerciis salutem subditorum observet.
41. Quibus Commerciis sese immisceat Princeps.
42. An Mercatura Nobilibus conveniat.
43. Neapolitani & Lombardi Nobiles contemnunt Mercaturam.
44. Veneti Lucani & Genovenses magni æstimant eandem.
45. Veneti negociationem animam suæ Reipubl. dicunt.
46. Veneta Resp. Commerciis crevit.
47. Genovensis Respublica similiter.
48. Ejusdem Statutum quod Commercia nobilitati non derogent.
49. Eadem Florentiæ & aliorum Italiæ locorum Statuta & Consuetudines.
50. Apud Germaniæ nobiles, quali in pretio mercaturæ exercitium.
51. In Gallia quid hoc in passu obtineat.
52. Gallicæ nobilitati Commercia prohibita.
53. Quid in Hispania & Polonia consuetudinis?
54. Legum negantium, Nobilitati mercaturam convenire, enumeratio.
55. Nobilitati derogatur per mercaturam, tanquàm per actum contrarium.
56. In Germania Nobiles mercaturam exercentes arcentur à Torneamentis, idq; LL. Henrici Aucupis & Recessibus Imperii.
57. Quod ibidem ampliatur & extenditur.
58. Ex Nobilium negociatione sequitur Ordinum confusio.
59. Ad quod respexit Rex Poloniæ Sigismundus, triplex hominum genus in regno ordinans.
60. Defensio Patriæ, cum aucupio lucri vix consistere potest.
61. Emendi & vendendi Contractus, Juris Gentium, nobilibus non interdictus.
62. Ratio, Nobilium familiarum Conservatio.
63. Quod exemplis confirmatur.
64. Nobilis pecora macilenta cöemens, ac glandibus suis saginata iterum divendens, non mercari, sed fructûs agri sui colligere censetur.
65. Nobiles investiti de Brauhauß/ Schenckstet *etc. non solùm citra notam coqvunt, sed & divendunt cerevisiam.*
66. Nobilis ad suæ familiæ sustentationem potest braxare cerevisiam.
67. Cum quo coincidit Constitutio Brandenburgensis.
68. Lubecæ hoc in passu quid obtineat inter familias.
69. Nobili & Patricio cui permissum vendere frumentum, non est concessum vendere Cerevisiam & cauponari.
70. Non negociatio honesta & copiosa, sed sordida Nobilitatem obfuscat.
71. Hanc distinctionem demonstrant Leges.

72. Lex. 3. C. de Commerc. & Mercator. declaratur, cum aliis textibus. 81. 70.

73. Constitutiones Henrici Aucupis Torneamentariæ, & Imperii Recessus, quas prohibeant negociationes.

74. Sordida Commercia Equestri ordini Gallico interdicta.

75. Copiosa & ampla negociatio Galliæ nobilibus commendatur.

76. Amplum & maritimum Commercium tractantibus in Gallia, portæ dignitatum aperiuntur.

77. Elegans in hanc sententiam Gallici Scriptoris locus.

78. Utilitas publica quæ ex maritimo Commercio descendit.

79. Utilitas Privatorum quæ ex maritimo Commercio nascitur.

80. Abusui & Piraticæ quomodo hîc possit obviari.

81. Nobiles tenuioris fortunæ licitè commercia tractant.

82 Quod in Anglia moris.

83. Probatur idem exemplis ex Republica Romanâ desumptis.

84. Melius est nobiles negociari, quàm prædari, in otio & egestate vivere.

85. Negociatio nobilium honesta, si qualitas regionis aut Civitatis id suadeat.

86. Quod exemplis probatur.

87. Consuetudini hoc in passu multum tribuendum.

88. In Nobilitate Consuetudo attenditur.

89. Patricii Civitatum Germaniæ sine honoris imminutione mercaturam exercent.

90. Mercatura alia Oeconomica, alia Politica, alia merè lucrativa: & cui qualibet competat.

1 CUm negotia privatis potius, quàm Principibus aliisq; in eminentioris dignitatis gradu constitutis convenire videantur. *l. 3. C. de Commerc. & mercat.* operæ pretium me facturum duxi, paucis indigitare, an & quomodo iis commercia tractare, eorumque privilegiis frui liceat? Hîc primâ facie Principum æquè ut nobilium negociationi vehementer adversatur *d. l. 3. C. de Commerc. & mercat.* ubi Impp. Honorius & Theodosius ita:
2 „*Nobiliores natalibus & honorum luce „conspicuos & patrimonio ditiores perniciosum urbibus mercimonium exer„cere prohibemus; ut inter plebejos & „negociatores facilius sit emendi & ven„dendi commercium*, Huic addi potest *l. ne quis. 6. C. de Dignit. lib. 12. ibiq; Luc. de Penna. l. si cohortalis. 12. §. fin.*
3 *C. de Cohort. Princ. lib. 12.* Convenit his Ordinatio Cam. Spirens. *p. 1. tit. 6. pr.* ubi sancitum: Daß Cammer-Richter unnd Beysitzer sich aller Geschäffte Kauff- und ander Händel gäntzlich enthalten sollen: *& nuper. Recess. Imp. de Anno 1654. §.* hingegen aber. verbis: Cammergerichts Verwante sollen sich keiner Wirtschafft oder
4 Kauffmanschafft gebrauchen. Secundò; Principalibus Constitutionibus cavetur, ne hi, qui provincias aut Rempubl. regunt, quive circa eos sunt, negocientur. *l. principalib. 33. ff. si cert. pet. l. unic. §. 2. C. de Contract. Judic. l. non licet 46. l. qui officii 62. ff. de contrah. emt. l. quisquis 16. ubi Dd. C. si cert. pet.* & Br. *in l. aufertur. §. quod à Præside. ff. de jur. fisc.* Cujus prohibitionis ratio ex Saliceto 5
hæc sumi potest, ne provinciales aut Cives ipsis gratificari cupientes, vilius vendant. vel, ut Accurs. *de Palatinis & Proceribus Palatii, cum gloss. ad l. vestium. 18. C. de Rescind. vend.* putat, quia subditis minacem fervorem in emendo & vendendo possint ostendere. Inde veterum legibus, præfectis eô locô, ubi præsunt, neque negociari neque emere licebat, aut filiam elocare; &, si quid horum egerint, lex irritum fecit. Simanc. *lib. 8. de Repub. c. 34.* *En France* 6
les officieurs Royaux non peuuent faire office de Marchands, comme les Conseillers du grand Conseil; Conseillers du Parlement; maistres des Comptes, Thresorieres & Procureurs generaux sur peine deperdre leur marchandise Ordonnanç *du Roy Fraçois 1 de Jan. 1539. & ibi Rebuff.* 2. Non tolerent Principes, 7
ut gubernatores provinciarum, exerceant eam in illis locis, ubi degunt; ne autoritas, quâ pollent, inducat eos

eos ad injustitiam; quò fit, ut subditi
8 deficiant & rebellent, exemplô Lazorum, qui rebellârunt ob mercaturam cum eorum detrimento exercitatam à Joh. Zibo, Præfecto. Procop. *de bell. Pers. lib.2.* Frachett. *cap.38. del. seminar.*
9 *polit. mass.36.* De Recessibus Hanseaticis anni 1417. nullus Præfectorum in Livonicis urbibus commercia exercebit; cùm mercatoris & præfecti discrimen ingens sit; quod non confundendum, multas avaritiæ ob rationes, si verò præfectus quis se ad mercaturam convertat, Præfecturæ munus resignet. Werdenhag. *part.4. Rer. Hans.*
10 *cap.11. pag.118. insi.* 3. Horum conditio ea est, ut à plebe distincti Reipub. honores & munera capessant; ad quæ minus idonei judicantur, quos rei familiaris augendæ urtica nimium sollicitat. Quapropter etiam Thebanorum lege olim ejusmodi viri ab omni gubernatione reip. excludebantur. Arist. *3. polit. c.3. & lib.5. Polit 8.* Caput, ait, est in omni republicâ, ut legibus & omni aliâ ratione provisum sit, ne qua facultas quæstûs faciendi magistrati-
11 bus relinquatur. Quò magnificè respexit olim Alexand. Magnus, Parmenioni Duci ita respondens: *Et ego pecuniam quàm gloriam mallem, Si Parmenio essem. Nunc Alexander de paupertate securus sum, & me nō MERCATOREM memini esse, sed Regem; nihil quippe habeo venale &c.* Q. Curt. *lib.4.* Et Theodosius (vel, ut Zonaras & Cedrenus volunt) Theophilus, Imperator Constantinopolitanus. Hic enim cùm aliquando ad Constantinopolitanæ Regiæ portum navim onerariam pondere sarcinarum gravem appellere vidisset, statim supernè prospectans, navemq; admiratus, per pedissequum, cujus ea esset percontatus; ut Augustæ suæ uxoris esse cognovit, recens à mercaturâ reductam quam ab Imperatrice missi in Syriæ partibus fecissent: si quid alii sarcinarum in navi haberent, id statim eos efferre jussit, & nihil, quod ad Augustam pertineret attingere. Quo facto, pulsis inde nautis, Græcô igni injectô, navim cum ipsis sarcinis cremavit, ad uxorem iracundus hôc se convertens sermone: Cùm me DEUS Imperatorem designavit, tu me mercatorem facere contendis. Scito autem, mercaturam privatis hominibus esse concessam, ut eâ tolerandæ vitæ occasionem habeant; nec mercaturæ emolumenta à Principibus intercipienda esse, unde tenuioris fortunæ homines victum comparant. Id ipsum innuit Imp. Rudolfus II. p.m. in scripto quodam ad *Henricum Julium* D. B. & L. de dato 4. Augusti, Anno 1579. (quod exstat ap. Goldast. *tom.2.* Der Reichssatzung / *pag.326.* und im ersten Theil gerichtl. Acten / der Stadt Braunschweig Huldigung betreffend) ubi inter alia: Bey Fürstlichen Ständen und wesens Personen / sey das Brauen zum feilen Kauff / und dergleichen Handlung / nicht allein ungewönlich / sondern auch etwas verkleinerlich. Quapropter hujus aulæ Consiliarius olim famosissimus, Conradus Heresbach; 12
de educand. & erud. Princip. lib. 2. ita conqueritur: Nostris temporibus eò avaritia crevit, & nobilitatis honestatisque ratio degeneravit, ut non pudeat Reges, Pontifices & Principes negotiatione exercendâ turpem quæstum facere; cùm καπηλική olim & Principum Constitutionibus (uti paulò ante, n. 3. demonstravimus) tanquam res sordida, honestis familiis interdicta esset. Jam lucri bonus odor 13
quibuslibet ex re quâlibet gratus est. Et egregiè Tiberius Cæs. ap. Tac. *4. Annal.* *Cæteris mortalibus in eo stare consilia*, ait, *quid sibi conducere putent; Principum diversam esse sortem; quibus præcipua rerum ad famam dirigenda.* Vid. *infr. n.30. hujus cap.* Hisce tamen minimè refragrantibus, cum Joh. Boterô, Bornitio, P. Gregor. Tholos. aliisque Politicis, Principes viros sine existimationis jacturâ in tractandis commerciis versari posse statuo. Primùm, cùm id Necessi- 14
tas Reipub. efflagitat, quando aut facultates subditorum exactionibus & vectigalibus crebris nimiisque impensis aliis jam sunt exhaustæ, nec tamen indigentiæ Reipub. sufficienter adhuc provi-

provisum est: aut cùm non aliâ ratione Respub. aut provincia à debitis contractis, aliisque difficultatibus liberari potest. Totum quippe Reipub. corpus ipsique Principes eam honestissimè exercent mercaturam, quam singula membra non possunt. Bornit.
15 *h.2. Cap.1. & 2.* Sic de Salomone dicitur, *1. Reg.10. vers.22. & 2. Paralip. 8. vers.30.* quod cum Rege Hiramo maritimam mercaturam, cujus nempè sumtûs tolerare subditi non potuissent, exercuerit. Quæ ratio etiam Xenophonti *tract. de Reditib.* placet, ubi suadet, ut respub. undique sumtibus collatis, mercaturam navigatio-
16 nesque instituat longinquas. Consultius tamen est, ut Principes adjuvandam patriam, industriis mercatoribus pecuniam contribuant. Petr. Greg. Tholos. *d. c.7. de Repub.* exemplô
17 Venetorum, Lusitanorum & Genuensium; cujus verba: „Non improbandum, si ad juvandam patriam rebus „extremis necessariis principes contribuant pecunias industriis & fidelissimis mercatoribus: unde etiam suam „utilitatem augeant cũ publicâ; quemadmodum inter Venetos, Lusitanos, Genovenses, & aliquot alios factita-
18 tum est. Ita nec Regem Catholicum, sicuti nec Anglorum Reginam existimare sceptris suis indignum, in Antvverpiensium mercatorum societate homines etiam suos, & perillustres quidem, habere, qui postulante Regum suorum usu, mercatoriò ritu negotientur, refert Guicciard. *in descript. Antvverp. pag. 227.* Et distinctione similiter hanc Q. resolvit. Il Contè Annibale Romej. in suis discursibus gjornata quinta ubi de *Nobilitate tractat.* pag. 281. „*La Mercantia*, inquit, „*si può essercitar in due maniere, l'una col far' condurr da provincie lontane di quelle merci, que nella sua propria non si trovane, per gjovar con suò guadagno alla Republica; l'altra col non mirar al utile publico, ma solamente ad arricchir se stesso, nella sua propria provincia, comprar di quelle cose, di che ve n' à abondanza, coll' aspettar occasione di rivender la à maggjor prezzo: & questo essendo fondata sa l'avaritia, & il bruto guadagno, si come è dalla virtu lontana, così quell' altera non macchia la Nobiltà nel far mercantia, se non tralasciarà per questa l'arti liberalj; ma farà essercitar per mano de Suoj Agentj, è venderà le merci non minutò, facendo botteghe ma al ingrosso è per honesto prezzo, havẽdo sempre l'occhio non meno al beneficio publico, che al suo utile privato. Con questo docore l'essercita la Nobilta Vonotiana.* h.e. „*Mercatura duobus modis exerceri potest, unô, cùm merces, quas in nostrâ Regione invenire non datur, à longè dissitis advehi curamus, atq; sic lucrô nostrô Reipubl. subveniamus: alterô, cùm non habitô respectu ad utilitatem publicam sed ditescendi solùm animô in nostra provinciâ emimus, quæ ibidem abundant, expectantes occasionem carius eadem vendendi. Sicut autem posterior hic modus, ut qui fundamentum avaritiam habet, à Virtute longè recedit; ita prior nobilitatem non dehonestat, maximè si cum decore exerceatur. Decorum* 19
autem mercaturam faciendo ita observabit nobilis, si liberalibus artibus ipse vacans, illam exerceri faciat per suos Institores, mercesq; non minutatim, ut propolæ solent, vendat, sed integras & honestô pretiô, semper ante oculos habens utilitatem publicam, æquè ac Compendium privatum. Atq; hoc servatô decorô Nobilitati Venetæ mercatura usitata est...
Cujus consilii non steriles sese offe- 20
runt rationes. Sic enim Princeps commissâ aliis suâ negociatione suspicionem avaritiæ effugiet, subditis juxtà opitulabitur, & sibi ipsi planiorem viam ad publicorum officiorum dextram administrationem sternet: assuetus quippe lucrandi studiô & artificiô, vix abstinebit, quin etiam in rebus Reipub. suæ negocietur; atque ita munus suum obliviscatur, negociationis consuetudine immutatus. Quid, quod mercatura, ut inquit Besold. *d.l.* totum exigat hominem, & plerumque fiat, ut Principes ab Institoribus decipiantur; Ubi notandum, quod de 21
Portugalliæ regno scribit Compilator *Thesauri politici part. 1.* his verbis: *Queste*

Queste tante mercantie, che dal India & da tutte le parti del mondo vengonô in questa città (Lisabona) *si spargono per tutta l' Europa con moltà utilità de Portughesi; & multò maggiore sarebbe stata quella del Rè, che haueua le specirie per suo conto se dalle proprii ministri non fosse stato gabbato, ma si puo veramente dire, che da alcuni anni in qua il Re si sia più tosto impouerito, con tutto che le mercantie siano utilissime; inde ha concesso à particolari di poter le fare, con riserbarsi alcuni datii, de quali ne ha trovato sette cento mila Ducati, oltre ogni spesa, per*
22 *conto delle mercantie.* Et quòd Principi, cùm ærarii tenuitas id efflagitat, per negociationem illud augere, sine ullâ dignitatis suæ imminutione, liceat, docent Læl. Zechius *lib. 2. in Princip. c. 2.* Busius *de Repub. lib. 3 c. 1.* & hoc exemplô Regum Hispaniæ, Venetorum, Ordinum Belgii, & Genovensium. Sic refert Roderic. Dubravius *lib. 9. Constit.*
23 *Bohem.* Rudolfum Bohemiæ Regem, Alberti Cæsaris filium, negotiationem in argenti fodinis Cathuensibus exercuisse; & se hâc necessitate compulsum hucce descendisse dixisse; ut hôc modô summam ærarii inopiam sublevaret, & debita, per utrumque Wenceslaum, Reges, contracta, dis-
24 solveret. In hanc partem etiam inclinat Bodinus *lib. 6. de Repub. cap. 2.* Ego verò, inquit, si statuendum mihi sit, Principem inopiæ Reip. mederi, quàm vel violentâ aliquâ exactione vel fortunarum subditorum suorum depopulatione vitiosam animi libidinem adimplere malo. Et ec Cynie d'Estat. *pag. 172. Si le Prince veut bien faire son profit, il trafiquera & aura des vaisseaux sur mer pour negoiter, aussibion que les particuliers. Pourquors ne prendra il pas le train d' un marchand plus tost, que d' un tyran ou exacteur? C'est folie de penser que la negociation deroge à la neblosse. Cola est bon à diro pour des merciers taverniers, & autres petits Courtaux de boutiqve, & non pour des hommes qui envoyent leur factorers en diverses provinceers, pour faire profit honeste en accommodent le public. Aussi beaucoup. des Princes aujoureluy se mocquent de tol scrupule, recognoissans, qu' il n 'y gain plus legitime, que celuy du trafiq.* H. e. Si *Princeps sibi vult comparare divitias, mercaturam exerceat, & navigatione utatur æquè ut privati. Cur enim non potiùs mercator fiat, quàm tyrannus & tributorum exactor? Ineptum est dicere, Mercaturam Illustri Statui derogare. Hoc enim verum esse potest in negociatione, qua utuntur illi qui merces humeris portant, & vicatim venales proclamant, ac cauponæ vel tabernæ adscriptitii; non autem de illis dici poterit, qui Institores suos in varias ablegant provincias & utilitati publicæ inserviendo, lucrum honestum quærunt. Multi sanè Principes hodiè in opinione vivunt, nullum quæstum magis legitimum esse, quàm qui ex mercaturâ percipitur, & contrarium docentes irrident.* Sic 25
nonnunquam potentiores Principes extremâ annonæ difficultate pressis subditis aliunde frumenta coëmi, deinceps verò subditis exemplô Josephi venditum distribui curarunt, non sine maximâ in Vasallos beneficentiâ. Boter. Huic accedit & hæc boni publici 26
ratio, quòd, quò potentiores in provinciâ mercatores, eò plura sint provinciæ & Reipublicæ subsidia; nam variarum rerum copiam ad omnes eventûs habere, Reipub. utilissimum est, juxta opinionem Callistrati JCti elegantissimi, ut à Tiraquello vocatur *in l. 2. ff. de Nund.* Et magna Reipublicæ e- 27
molumenta afferuntur, si Præsides ejus negocientur; tûm quia variarum nationum ingenia, opes, conditionesque hôc mediô pernoscent; tûm, quia facili negociô, moderatô pretiô, quæ ad urbis tutelam pertinent, etiam arma, pulverem pyrium, tormenta bellica comparabunt. Quid, quod mercatura maximè polleat comparandis & conservandis Regum amicitiis ac barbarorum gentibus conciliandis, ut ex Plutarch. in Solon. Cœl. Rhodigin. *antiq. lect. lib. 26. cap. 5.* & Petr. Gregor. Tholos. *lib. 4. cap. 7.* proferunt. Vid. nos *supr. cap. 2. n. 27. huj. lib.* Sul- 28
tanis Ægyptiis ad Imperii sui conser-

vationem, commerciorum beneficiô pueros, qui ad armorum usum habiles videantur, undecunque coëmere usitatum fuisse, scribit Boter. *de rat. stat.* Hinc tantam potentiam, quâ ultrà trecentos & quinquaginta annos incolumes steterunt Ægyptus, Syria, Arabia & Cirenacia, sibi conflârunt. Id ipsum quoque longè antè usurpatum à Parthis; & adhuc à Persarum regibus, ut paulò post audiemus, historiæ testan-
29 tur. Portugalliæ, seu Lusitaniæ Regibus magna fuit Civium solitudo, miserunt itaque quotannis in portûs Guinæos suas naves, variis mercibus onustas; quas multis millibus Sclavorum seu mancipiorum permutârunt. Deinde hos secum in Insulas S. Thomæ, in Capo Verde, in Brasiliam, & aliò, ut saccarum conficerent & rus colerent, abduxerunt, eosque vendiderunt Castilianis, qui in Insulâ Spagniolâ, & alibi, eos certis laboribus adhibuerunt, prout testatur Boter. *d. l. del ragion. di stato.* Hanc Regum Portugalliæ mercaturam fusius describit Bodin. *lib. 6. de Repub. c. 2. p. 1016. & seqq.* quem vide.
30 Veruntamen Princeps negotiationem suam certis conditionibus definiet: ac imprimis non è rebus tenuibus minutisque instituet eam, sed è rebus majoris momenti, raris & caris. Vulgò quidem jactatur, Bonus odor lucri quâlibet ex re, sive unguentum sit, sive corium. Id verò Princeps non attendat. Sciat se esse Principem; & omnia sua, uti paulô ante *no. 13.* diximus, consilia ad famam stare debere. Proinde, ùt aliàs semper, ita in mercaturâ tractet, quæ ceteri suspiciant & admirentur; quia tunc in confesso est, quæcunque Regis & Principis virtutem ac potentiam requirunt, sive ad bella sive ad alia quævis, famæ Principis non ob-
31 stare. Hinc videmus cum Ill.mis Ducibus Holsatiæ, Curlandiæ, & alijs hodiè ipsos Persarum Reges ejusmodi amplas tractare negociationes, quæ non nisi summâ cum difficultate à privatis mercatoribus ejus loci, maximô verò cum Regni emolumento ab ipsis
32 Regibus exerceri possunt. Ut autem hoc eò melius appareat, operæ pretium me facturum existimavi, huc inserere memorabilem locum ex Commentario Petri de la Valle, *qui in commentario suo de Conditionibus Abas Regis Persiæ* ita: ***Et quia**, inquit, **suprà facta est mentio de commerciis, quæ ipse Rex exercet; ob quæ ab aliquibus, qui minus rationes illius intelligunt, accusatur animi vilis & abjecti, non possum omittere, hæc ab ipso consultò fieri, & quidem salutari regno suo consiliô, atque adeò maximè necessariô. Solent continuò Provinciæ ejus frequentari à numerosissimis Caravanis, ut vocant, sive numero mercatorum, qui ex Indiâ, Tartariâ, & aliis longinquis regionibus merces varias adducunt, immensâ copiâ; & tantus est mercium numerus, ut difficillimè reperiri possint mercatores, qui universas emant; nam exempli gratiâ, interdum adveniunt trecenti Cameli onusti pipere; aliquot centeni Cameli, onusti turbantis; atque ad eundem modum pluribus mercibus exoticis, ita ut aliquot millia Camelorum quotannis adducantur, & omnimodæ merces immensô numerô; quas & minutatim vendere mercatoribus longum & magnæ expensæ foret. Quare Rex, ut hisce incommodis obviam eat, & merces exoticas universas simul emit, & in regno suo natas aut vendit aut evehendas curat, magnô tàm exterorum, quàm suorum commodo: contrahitque cum exteris pro immensis summis, eisque solvit partim nummis, partim mercibus Persicis, aut etiam exoticis, quas sibi comparavit, ita ut exteris brevi tempore, & regnicolis quàm optimè necessaria subministrentur. Quare nulli fas est cum exteris contrahere, antequàm ministri Regis ad id deputati, merces lustraverint, & aut illas in usum Principis emerint, aut refutaverint, factâ aliis easdem emendi facultate.*** *Cogitur quoque Rex in regno suo altam mercaturæ formam inire: nam cum universi penè illius redditûs promanent è terris, quas possidet, ad modum privatorum (nam pauca sunt in regno illius tributa, aut vectigalia, aut saltem non magni momenti) fructûs, qui ex iisdem ad ipsum perveniunt (postquam aula ipsius abundè fue-*

fuerit proviſum, & militibus itidem,
quibus illos elargitur, juſtò pretiô ſtipen-
diorum locó) aliis, quibus opus eſt, vendit.
Neceſſarium quoq; eſt, ut venundet fru-
ges terrarum, quas infinitô numerô poſſi-
det, in omnibus regni ſui provinciis, pro-
portione ferè Regiâ. Præterea cùm mili-
tiæ illius robur conſiſtat in numeroſis e-
quitibus, quibus ſanè Turcis præcellit, &
numerô & velocitate plurimos equos ſo-
let alere & propagare, quos aut benè de ſe
meritis donat, aut militibus ſuis, locô ſti-
pendiorum venundat. Merces quoq;, quæ
in regno illius proveniunt, ingenti qui-
dem numerò, ſed parcè in ſingulis locis, ut
goſſypium & ſericum; quorum penè ſingu-
li oppidani in univerſis urbibus aliquan-
tum colligunt, à nemine coëmi prærer
terquàm ab ipſo poſſunt, inſigni opportu-
nitate & compendiô exterorum mercato-
rum; qui hôc pactô ingentem copiam & ali-
quot navium interdum onera (uti Anglos
& Belgas facere ſatis conſtat) brevi tem-
pore ab ipſo Rege poſſunt comparare, &
ſuorum quoq; levamentô, quibus nihil ne-
ceſſe eſt urbes ſuas egredi, & merces ſuas
cum moleſtiâ & ſumtu aliò traducere.
33 Hæc ille. Unde Trajan. Boccalini *2.*
ragg. de Parnaſs. 7.1. Prencipi tra i loro
ſudditi laſciaſſero il Commercio del ven-
dere, & del comperare i frutti, è le
rendite de loro terreni è il quadagno de
loro traffichi; ma che ogni induſtria
doveſſero impiegar nella glorioſa & ric-
ca mercantia di empir i maggazini, de
gli ſtati loro di grano, è di ogni ſorte di
biade neceſſarie al viver de gli huomi-
ni, comparate ne paéſi lontani, traffícho
34 *feliciſſimo & richiſſimo.* Hoc optimè
obſervans Veneta Respub., triremes
publicas amandavit allatum aromata;
quæ Alexandriæ primùm coëmta, de-
inceps verò in Angliâ, Flandriâ, atque
alibi magnô Reipub. bonô, & nullâ
35 ſubditorum injuriâ ſunt vendita. Ec-
quis enim Regi, Principi, aut Reipub.
minus decorum, divitiis, quæ ejusmo-
di perſonis conveniunt, legitimis me-
diis inhiare, niſi abſurdus Euricles, au-
ſit adſerere, Calcan. *Conſ. 8. in cauſa*
36 *pendent.* Nec hoc in actu timeri po-
teſt injuſtitia Illuſtriſſimorum Vene-
torum, qui apud omnes gentes repu-
tantur ſanctiſſimum Juſtitiæ & æquita-
tis templum, ut inquit Tib. Decian.
Vol. 2. reſp. 37. n. 43. Et omnis Civilis
prudentiæ officina. Jac. Aug. Thuan.
hiſt. lib. 23. pag. m. 471. Præterea non 37
cum damno ſubditorum mercato-
rumquè negociabitur; ſed, ſi fieri po-
terit, ut diximus. *ſup. n. 16. & ſeqq.* quod
laudabilius eſt, per induſtrios aliquos
mercatorum ſuorum negociationes
exercebit. Priorem partem hujus mo-
niti confirmat Bodinus, inquiens; Id
autem in Principe minimè ferendum,
ut ſubditos exportare frumenta resq;
venales prohibeat, quibus ipſe quæ-
ſtum faciat; turpius etiam ac fœdius
vili pretiô mercari à ſubditis, ut eos-
dem cariùs res emtas emere cogat. Ea 38
enim res Alphonſum Regem Neapo-
leos ſuis æquè ac exteris odioſſimum
fecit. Greges enim porcorum ſub-
ditos alere, & in demortuorum locum
alios ſubſtituere cogebat: olei ac fru-
menti quicquid in Apulia concrevis-
ſet, viliſſimô pretió emebat, ut ſummâ
egeſtate ac inopiâ annonæ arbitriô ſuo
addiceret. Hujsmodi mercatura, tan- 39
quam ſordida ac impia reprehenditur
etiam in quodam Antonio Leva, *Ca-*
roli V. Imp. Mediolano Præfecto;
dum lege prohibuit, ne quis Civium
triticum moleret, aut panem penes ſe
faceret; ſed cogeretur emere à taber-
nis, eâ de re aquilæ ſignô Imperatoriô
ſignatô, quò loci pro arbitrio panem
pluris vendebat. Cùm tamen maxi- 40
mè proſpiciendum ſit Principi, non
ut per ipſius mercaturam commerci-
um emendique & vendendi commo-
ditas difficilior reddatur: ſed potiùs
ut ſubditi à mercatorum improborum
impoſturis liberentur. Beſold. *de Ærar.*
Cap. 3. n. 6. Poſteriorem hujus axio-
matis partem. *vid. ſupr. n. 16. hujus Cap.*
deductam. cum ſeqq. numm.

Denique, non ei mercaturæ ſe im- 41
miſcere ſtudeat Princeps, quæ peregri-
nis potius mercatoribus, quàm incolis
emolumentum affert. Haud quippe
improbandum videtur, ſi potius publi-
ca res, quàm exteri ejusmodi percipi-
ant

ant utilitatem. Besold. *d. l.* qui de hâc materiâ alios quoque adducit autores, putà Bodin. *6. de Repub, 2. n.650*, P. Gregor. *3. de Repub. 6. n.45. cum seqq.* Læl. Zecch. *de Princ. lib. 2. cap.3.* Hipp. à Coll. *in pr. c.34.* Keckerm. *disp. pract. 34. q 12.* quò studiosum lectorem remittere volo.

42 Principibus proximè succedunt Nobiles. Quibus an mercatura conveniat, & num illi hujus exercitiô nobilitatem perdant, gravis inter Dd. suboritur disputatio. Pro utrâque enim parte non levis armaturæ rationes militant. Priusquam verò ad ipsam ventilationem procedamus, mirā hâc in re gentium, potissimùm verò unius ejusdemq; Italię varietatē libet indica-

43 re. Et enim. *I Napolitani & i Lombardi nissuna cosa stimano piu contraria alla nobilità che 'l fare alcun essercitio mercantile; dal' qual' dicono dover si li huomini nobili astener, come da cosa che possa machiare la candidezza dolla nobi-

44 lita* At in contra. *I Venetiani, Fiorentini, Luchesi & i Genovesi indifferente mente essercitano la mercantia in modo che i piu nobili tra loro sono per il piu mercanti di maggior facende.* Parut. *dell. Perfett. dell. vit. Polit. liv. 3. p.3.* Hoc est: *Neapolitani & Lombardi nullam rem magis contrariam reputant Nobilitati, quàm aliqualem exercere mercaturam, à quà dicunt Nobili abstinendum, tanquam à re, quæ possit commaculare candidam nobilitatis puritatem.* In tantum enim Neapolitani negociationes vitant atque devovent, ut fame perdi, & furtis latrocinioque operam impendere malint, quàm opulentissimo mercatori filiam nuptui dare, vel honesto quæstu vivere. Barth. Chassanæ. *in Catal. glor. mund. part. 8. Consid. 49. E contrario Veneti, Florentini, Lucenses, & Genovenses indifferenter mercaturam exercent, eô modô, ut nobilissimi ex ipsis amplissimæ mercaturæ operam na-

45 vent. In tantum, ut Venetorum Nobiles negociationem animam suæ Reipub. dicant.* Justin. Barbar. *in discurs. de bello cum Austriac.* & à suâ dignitate minimè alienam; ut & Mediolanensium & Genovensium nobilitati ob id adeò nihil decedit, ut potius augeatur. Hinc 46
Paul. Jov. *histor. lib.1. Urbs Venetiarum ampla atq; magnifica, mercaturæ & rei navalis studio à parvis initiis crevit. Ipsa etiam nobilitate totius maritimi negotii & navalis disciplinæ munera gnaviter implente, exutisq; togis arma rursum desumente, &c.* Chassanæ. *d. l. consid. 49.* Joh. Arz. ab Otalor. quem refert & sequitur Knich. *de pact. investit. p. 2. c. 4. n. 111.* Genovæ quippe tàm Nobi- 47
les, quàm plebeji, tàm privati, quàm magistratûs, cambia exercent. Sigism. Scacc. *de Commerc. & Camb. §. 1. q. 7. p. 1. n. 65. fol. 145.* Imò Genovenses nundinas facere Cambiorum, in Civitate Placentiâ, attestatur modò dictus autor *d. l. §. 2. gl. 4. n. 7. fol. 333. & fol. 410. n. 10.* adeò ut in Italia valeat consequentia, est Genuensis, ergò mercator. Rot. Genuæ. *decis. 139. n. 10.* Rationem verò 48
hujus & modum, ex parte suppeditant leges Reip. Genovensis *c. 3. p. 4.* ubi ita legitur: Angustiæ loci, & hominum multitudini, ac regionis sterilitati compatientes, ipsius deniq; Civitatis antiqvum morem maturè considerantes, declaramus, artes infrà scriptas, si modò quæ infrà exerceantur, nihil præjudicare noblitati; artes sc. sericæ lanæ & pannorum, quas vulgus Scateriam lanariam & draperiam vocat. Florentiæ. *L'arte de la lana & de la se-* 49
ta è usitata da piu nobilj con honore è utile lore. Lanificium & ars serica à nobilioribus cum honore & utilitate exercetur. Pierre de l' Ancie *an tabse au de l'inconstanie liv. 4. disc. 4. p. 436. La Noblesse en la plus part d' Italie ne s' esloigne du Commerce, mais ce Commerce lest par lear advis si noble, qu'ils n' estiment nul autre exercice, ny maniement si precieux, ne si complaisant universellement à l' homme que le leur: Car il consiste tout en argent. Et le vray les banquiers ou les Signeurs d' Italie, qui par assous main leur fournissent des grosses & notables Sommes sont les Principaux marchands: & à peu ac bruit un quaisse d' Escus vaut plus, que toutes les boati quos & magasins d'une bonne ville.* h. e. *Pleriq;*

rique Nobiles in Italia non abhorrent mercaturam, at hoc Commercium eorum opinione adeo nobile est, ut nullum exercitium aut opus ejus pretio comparandum, aut hominem magis delectare existiment; totum enim in pecuniâ consistit. Sanè mensarii aut dynastæ in Italia, qui ipsis magnam pecuniæ vim clam subministrant, sunt inter Mercatores maximi: estq; cista pecuniæ, parvo strepitu majoris lucri, quàm omnes tabernæ & officinæ mercium, magnæ alicujus Civitatis.

50 Patriæ nostræ Germaniæ quod attinet morem, de eo præter Guicciard. *in descript. Belg. pag. 103.* hæc Cluver. *lib. 1. antiq. Germ. c. 18. Mercaturam nobilitas Germanica nullo seculo exercuit, nisi hôc postremô, quô jam pleraq; præclara instituta majorum in pessimos mores abiverunt.* Quanquam ne hodiè quidem omnibus per universam Germaniam nobilibus decorum est id studium; sed iis tantùm, qui exteris provinciis circa Rhenum ac Danubium Alpesq; contermini, apud reliquos nobilitatem, ut olim, nunc etiam amittere censentur, qui negotiatione, ut re servili, & liberali ingenuoque ac generoso animo minimè digna sese contaminant.

51 In Galliâ quid obtineat, Stephan. Pasquier. *de recherches de la France lib. 2. ch. 16. p. m. 128.* his exprimit verbis: *Le semblable avens nous garde religieusement en France entre les nobles: tenans non seulement pour chose indigne d'une Noblesse: mais aussi estre faict acte derogeante au privilege d'icelle, lors que l'on en trouue aucun au lieu de l'estat de la guerre exercer un estat mechanique, ou bien faire traind' une marchandisse, c'est à sçauoir en achetant quelque denrees pour le puis àpres debiter à son profit.* Hoc est, *consimile religiosè observavimus in Galliâ inter nobiles, existimantes, non solùm rem indignam Nobilitate, verùm etiam derogantem privilegiis ejusdem, quando aliquem deprehendimus in vicem militiæ exercere artem mechanicam aut mercaturam, hoc est, emendo aliquid mercium, easq; posteà lucri causâ vendendo*; id quod etiam de Gallis attestatur Casp. Klock. *de Contribut. c. 11. n. 92.* adeò ut qui ex Gallicâ nobilitate aliàs immunes sunt à collectis, gabellis & vectigalibus. *S'ils trafiquent ou marchandent.* Si lucri causâ mercaturam 52 exercent, privilegiô Immunitatis eatenus destituuntur, atque oneri collectarum denuò subjiciuntur. Papon. *arrest. lib. 5. tit. des Taillos. n. 21.* quem allegat Mindan. *de Processl. extrah. lib. 2. c. 46. n. 15.* adde Bodin. *lib. 6. de Republ. c. 2.*

In Hispaniâ mercator nobilis non 53 perdit nobilitatem, nisi sit decoctor, Alphons. ab Azeved. *ad Constit. Hisp. lib. 5. tit. 20. leg. 4* Joh. Arz. ab Otalor. *d. l. de Nob. Hispan.* Idem obtinet in Poloniâ. Verùm enim verò, cùm judicia hæc gentium diversa admodùm sint, proindeque in consonantiam amicabilem redigi facilè nequeant, videbimus, quid de jure civili statuendum. Pro Negativâ, Nobilitati vide- 54 licet mercaturam non convenire 1. communiter adducuntur leges suprà allegatæ. *d. l. 3. C. de Commerc. & Mercat. l. ne quis. 6. C. de dignitat. lib. 12. l. si cohortalis. 12. §. fin. C. de cohortal. princ. lib. 12. t. t. C. negotiat. ne mil. l. 31. C. de locat. & conduct.* Franc. Pfeil. *Cent. 2. Consl. 202. n. 30. 31. & seqq.* & alias, quas cum authoritatibus Dd. allegat Ludolph. Schrader. *Consl. 44. n. 4. vol. 2.* Quibus sibi multi persuasum habent probare, exercitium mercaturæ nobilitatis officere splendori, & solum *il mestiero della guerra, l'essercitio delle armi, esser i veri traffichi, le proprie mercantie delli genti Nobili.* Trajan. Boccalin. *Cent. 2. ragg. di Parnass. 39. per tot.*

Secundò. Videtur Nobilitati dero- 55 gari per mercaturam tanquam per actum contrarium. *arg. l. 2. C. de Carb. edict. l. privileg. 27. C. de Decur.* Jac. Phil. Port. *Consl. 167. n. 89. Vol. 4.* Illi enim tunc renunciare videntur. Strach. *de Mercat. p. 3. n. 14. & seq.* Guid. Pap. *decis. 196. n. 1.* Tiber. Decian. *vol. 3. Resp. 7. n. 45.* Tiraqu. *de Nobil. c. 33. n. 2. & seqq.* Quod evidentius ex legibus torneamentorum, Anno 938. ab Henrico I. Imp. latis, patet, *art. 11.* ibi: Daß / 56 welcher vom Adel geboren und herkommen were / der seinen Stand anders denn

in

in Adelichen Stand hielte/ sich nicht von seinen Adelichen Ständen / Renten und Gütern / die ihm sein Mann und Erblehn / Dienstlehn / Rathgeld / Herren-Sold oder Eigenthumb jährlich ertragen mag; sondern mit Kauffmanschafft / wechseln / fürkäuffen / und dergleichen Sachen nehren / oder sein Einkommen mehren wolte / dadurch sein Adel geschmähet und verachtet würde / wo er auch seinen Hintersassen und Anstössern ihr Brod für dem Munde abschneiden wolte / derselbe / so der Stück eins oder mehr überfahren / soll im Turnier nicht zugelassen werden (idem testatur Munsterus *lib 5. Cosmogr. cap. 118. pag. m. 1224.*) Wo er aber darüber einreiten und Turnier halten wolte / soll man mit ihm umb das Roß (maximum olim Nobilitatis dedecus. R. A. *de anno 1226. c. 10. ap.* Goldast. *Constit. Imp. p. 82. tom. 1.*) Turnieren / und ihn auff die Schrancken setzen / nach Turniers Freyheit. &c. Franc. Pfeil / *consil. 202. n. 37. Cent. 2.* Thoming. *consil. 24. n. 2. in f. vol. 3.* Cæs. Barz. *Decis. 99. n. 19. & seqq.* Marant. *spec. aur. p. 4. dist. 9. n. 57. & seqq.* Chassan. *consuet.*
57 *Burg. rubr. 4. §. 1. n. 3.* Neque in societate aliorum, sive per alios mercaturam talem exercere possunt. Fr. Pfeil *d. consil. 202. n. 27. Cent. 2.* Sic etenim in legibus torneamentorum Heilbronnæ, *anno 1485.* decisum fuit, daß eben auch die jenigen / so nicht selbst Kauffschlag und Handel als andere gemeine Kauffleute ungefehrlich treiben / sondern die auch mit ihnen zulegen / begriffen und straffbar sein sollen / Dissentiunt Mynsing. *Cent. 6. obs. 54. n. 13.* Tiraq. *de Nobil. c. 27. n. 7. cum seqq.* Guttierez. *1. pract. quæst. 137. n. 20.* Cravett. *cons. 549. n. 11.* Paul. Christinæ. *decis. Belg. 106. n. 6. vol. 3.*
58 Huic accedit tertiò. Si promiscua nobilibus & plebejis esset negociatio; quòd ordinum confusio in Repub. sequeretur; neque alii essent nobiles, alii mercatores, alii artifices, alii infimæ sortis homines; id quod innuere vult *d. l. 3. C. de Commerc.* dum rationem hanc annectit, ut inter plebejos & mercatores facilius sit emendi & vendendi
59 commercium. Ad quod etiam in regno suo respexit Sigismundus Polon. Rex; quando Nobilibus nonnullis, jus negociandi petentibus, respondit: *Oportet me in regno habere triplex genus hominum; nempe rusticos, qui agrum colunt; mercatores, qui necessaria importent & exportent; & deniq; nobiles; qui me & patriam defendant.* Quæ defen- 60
sio patriæ, cùm per se ardua sit, & cum aucupio lucri & quæstûs vix consistere possit, nolim generosa pectora, patriæ defendendæ causâ nata, mercatorum negociis implicari; aut, si hoc cupiant, permittant mercatores in suum locum concedere & patriæ defendendæ curam suscipere. Quod quidem, cùm facturi generosi nobiles nunquam sint, idcircò mercatoribus suum permittant statum, & proprium tueantur. Barthol. Keckerm. *lib. 1. System. Pol. cap. 14.* his adde Forstner. *in Not. ad C. Tacit. pag. 302. & seqq.* Sed, ut ingenuè dicam quod res est; nunquam ego his aut aliis potui induci, ut crederem Nobilitatem per quodlibet mercaturæ exercitium, splendoris sui pati eclipsin. Quapropter hujus quæstionis, tàm variô, uti audivimus, Marte discussæ, decisionem ex æquo partientes, in sequentes rejiciemus conclusiones:

Primò, quòd Nobilibus non sit in- 61
terdictum emendi vendendique commercium, atque adeò negociationum usus, quatenus est juris Gentium: *§. 2. in fin. Inst. de I. N. G. & C. l. ex hoc jure. 5. ff. de J. & J.* Petr. Gregor. Tholos. *lib. 4. c. 7. n. 2.* Fr. Pfeil. *Cent. 2. cons. 202. n. 3.* & quatenus ratio familiaris id exigit, quæ vocatur à Dd. negociatio emergens, sive extraordinaria; exinde liquet, quod Nobiles, ut in aliis, ita vel 62
maximè in hoc juris gentium negotio, non debeant esse deterioris conditionis, ac plebeji; præsertim, cùm pluribus indigeant pecuniis ad autoritatem & familiæ dignitatem conservandam; & quidem, si Nobilibus non turpe vel prohibitum est, quibus opus habent ab aliis emere; neque non licebit, quæ superflua habent, aliis vendere; Cùm correlativorum eadem sit expressa ratio

tio & disciplina. *arg. l. 1. C. de Cupress. ex luc. Daphn. lib. 11. cum simil.* E. g. Si frumentum in prædio sibi natum nobilis ad emporium devehat, & à mercatore pecuniam non accipiat, sed aliam aliquam mercem, utique licebit ei, salvis tamen Civium privilegiis & Statutis, mercem ipsam rursus vendere, ut

63 pecuniam inde conficiat. Eâdem ratione venditiones lignorum ex sylvis cæduis à Polonicâ & Lithuanicâ nobilitate sunt frequentatæ & quotidiè usurpatæ. Item venditiones piscium, fructuum distractiones, bituminis metallorum ex metalli fodinis erutorum; *car des choses qui nous sont provenües de nostre creu, le commerce ne nous en fut onques defendüe.* h. e. harum rerum, quæ ex nostri agelli proventu nobis obtigerunt, commercium nunquam fuit interdictum. Estien. Pasquir. *d. chap. 16.* Faciunt autem hoc nobiles non ut mercatores, sed, ut quilibet alii boni patresfamilias. Bertazol. *Cons. crimin. 256. n. 7.* Hieron. à Laurent. *decis. Avenion. 14. n. 7.* Decius *Cons. 472. n. 27.* Cravett. *cons. 549. n. 9.* & alii allegati à Knich. *p. 2. de Vestitur. pact. c. 4. n. 110.*

64 Facit hic ad rem quod scribit Author Gallus loquille *sur les Coustumes de Nivernois tit de droit d' ainesse. art. 1. pag. 924. Si Nobilis forsan* (ex Gallico in latinum translatis verbis) *paupertate inductus, manu suâ proprios agros colat, aut si pascua habeat, vel arbores glandiferas, nec sit cui aquô pretiô hæc possit locare, ideoq; ipsemet pecora macilenta emat & saginata vendat, non credo eum quicquã committere, quod Nobilitati derogare possit.* Quod primum casum, culturæ scil. attinet, Guido Papæ *quæst. 41. & 392.* author est, sine dedecore eam à Nobili exerceri posse; ac Tit. Livius *lib. 3. decad. 1. de* Quintio Cincinnato magno illo Duce refert, quòd postquã Consul fuisset, & in extremâ Reipubl. necessitate ad Dictaturam vocaretur, inventus fuerit arans agrum, quatuor jugerum. Quod verò secundũ concernit casum, lex decidit, non esse negociationem, sed collectionem fructuum agri sui, quib. aliter uti non potuerit. Cæterùm Nobiles qui ex agricultura vivunt, vocantur in Suevia: Die Sammeten Bauren Mantz. *in Patrocin. debitor. decad. 4. q. 4. n. 48.* Hinc videmus, in plerisq; Germa- 65
niæ locis, Nobilibus nonnunquam Investiturâ aut privilegiô concedi, Brauhauß/ item Maltzhauß/ Schenckstädt/ Schänckrecht/ Knich. *d. l. n. 107.* Franc. Pfeil *cent. 2. cons. 202. n. 25. & per tot.* Berlich. *decis. aur. 31.* Unde si iidem non solùm coquant pro familiâ suâ cerevisiam, sed & eam aliis divendant, dũ jure suô utuntur, nemini faciunt injuriã. *l. 55. l. 155. de R. J.* Rauchbar. *q. 27.* nec Nobilitati suæ ullã accersunt maculã. Mynf. *decad. 15. Resp. 1. q. 3. n. 77.* ubi in terminis: Ob die von Adel/ welche von ihrem Zuwachs Bier brauen/ und dasselbe verkauffen/ sich dadurch ihrer Adelichen Freyheit und Privilegien verlüstig machẽ/ ita consuluit. Quod item Nobilis in 66
civitatem receptus cum hâc conditione, daß er sich keines Brauens noch ander bürgerlichen Nahrung gebrauchen wolle/ nihilominus possit braxare cerevisiam ad suæ familiæ sustentationem, observavit Harm. Pistor. *obs. 49. per tot. ubi n. 13.* ita à Scabinis Lipsiensib. respõsum fuisse ait. Quibus ferè omnibus assensum accommodat dispositio Brandenburgensis, quâ cavetur: Daß die 67
Prælaten und die vom Adel sich Kauffmanschafft zu treiben enthalten/ und dieselbe den Bürgern in Städten/ als ihre zugehörige Nahrung und Gewerb allein bleiben/ was aber einem jeden wachse/ oder er selbst gezeuget und gewonnen/ ihme gesambt seinen Pächten zu verkauffen frey stehen solle/ Joh. Schepliz. *Consuet. Brandeb. part. 4. tit. 4. §. 1.* A quibus tamẽ dissensit Dan. Möll. *4. semestr. c. 17.* & novissimè Bened. Carpz. *in suâ Jurispr. Rom. Sax. For. p. 2. Const. 6. defin. 4.*
Cum quibus coincidunt Concordata 68
Lubecensia inter Senatum & Cives *An. 1605. 14. Jun. art. ic. seu §.* Diesem nach ist man zum gravamini wegen Abschaffung der Mültzerey und des Brauwerckes ausserhalb der Stad auff den Landgütern und Dörffern/ dieser Stadt Bürgern zugehörig/ geschritten; und ist derselbe Punct dahin verabschiedet/

 daß

daß den Possessoribus auff ihren Land-gütern nicht mehr denn allein die Notdurfft für sich und ihr Hoffgesinde zu brauen frey stehen; aber das cauponiren und Brauen auff die Krüge / sich hinfüro enthalten sollen. Quamvis possessores horum prædiorum re adhuc integrâ de hoc articulo protestati fue-
69 rint. Nobili enim & Patricio, cui permissum vendere frumentum, non esse concessum, vendere cerevisiam, & cauponari, Fr. Pfeil *cent.2. Cons. 202. num.96. & per tot.* statuit; quem
70 consule. Secundò, distinguendum omninò erit inter negociationem honestam, rerumq; omnium affluentiâ copiosam, & inter mercaturam sordidam, tenuem, & reipub. perniciosam. Ita enim *Cic.lib.1.offic.* ex albo mercatorum aut sordidorum hominum exemit eos, qui uberem, quæstuosam & Reipub.proficuam, non qui vilem aut sordidam exercent mercaturam. Sordidi verò, quod item Cicero scribit, judicantur, qui mercantur à mercatoribus, quod eodem locô ac momento vendunt, qui nihil proficiunt, nisi admodum mentiantur. Confer huc, quæ tradit Matth. *de Afflict. ad tit. quis dic. Dux, Comes, &c. n.16.* Bocer. *de Regal. cap.2 n.52.* Bodin. *de Repub. c 8.* Hillig. *ad Donell. lib.18. c.6. lit. J.* Kec-
71 kerm. *System.Pol.lib.1.cap.14.* Hanc distinctionem expresè demonstrant Leges Civiles *in l.6.C.de dignitatib.Ne quis*, ait ibi Imp., *ex ultimis negotiatoribus* (quinam sint ultimi Mercatores vid.ap. Cl.Salmas.*de Usur.c.18.* qui ibi cum Philosopho tria genera μεταβλητικῆς recenset *p.531. usq. ad p.537. 538.*) *vel monetariis abjectisq. officiis, vel deformibus ministeriis vel stationariis, omniq. officiorum fece, diversisq. pactis, turpibus lucris, aliquâ frui dignitate pertentet, sed & si quis meruerit, repellatur &c.* Aliud de honestâ mercaturâ sentit Constantinus *in l.2. C. de Episc. & Cler.* Juxta quas duas Constitutiones si interpretatus fueris, benevole Lector, *l.*
72 *famosissimam 3. C. de Commerc. & mercat.* aliasq; supra adductas, quæ obstare videntur, salva res erit; nec quicquam nobilium dignitati ob honestam illam mercaturam (illam dico, quâ nihil humanis rebus conducibilius, quâ omnia ad victum, ad cultum & præsidium, ad delitias deniq; vitæ pertinentia comportantur, ut fiant quodammodo cunctorū cuncta communia. Cæl. Rhodigin. *antiqu. lect. lib.26. c.5.*) imminuetur. Loqvuntur enim illæ saltem de pernicioso urbibus mercimonio, quod tale est, quando opibus & potentiâ suâ commerciorum totam utilitatem ad se trahunt Nobiles, atq; ita plebejos & infirmiores negociatores opprimunt, *d.l.3.* Hæc illa 73
quoq; est perniciosa mercatura, quam Henricus Auceps Imp. tā vehementer nobilibus Germaniæ prohibuit, verbis: Fürkauffen und dergleichen ; rc. Item Wirtschafften. *nup. Recess. Imp. de Anno 1654. §.* hingegen aber. Huc pertinet etiam *l. eos q. 12. ff. de Decur.* ubi ex sententiâ Callistrati, mercaturæ incumbentes non sunt personæ viles, quia nec prohibeantur Decurionatum vel alium honorem in suâ patriâ petere. Et ex *l. Reus. 7. ff. de munerib. & honorib.* probatur, Decuriones esse nobiles; itaque si Decuriones potuére mercaturam exercere *d.l.12.* nobilibus personis idem hodie, juris Civilis concessione erit integrum. Talis quo- 74
que Commerciorum usus, tractatioq; mercimoniorum sordida, Equestri ordini Gallico à Francisco II. interdicta, Aurelianensi Edicto de Anno 1560. Deque tali loquitur Pasquerius *sup. alleg. loc. cap.16.* & Jac. Phil. Port. *d. Cons. 167. n.90.* Estque communis, secundùm Matth.Steph. *de Juris dict. lib.2.p.1.c.7.membr.2.n.93.* Cùm è 75
contrario tantum absit, ut ampla hæc & rerum affluentiâ locuples mercatura nobilitati Gallicanæ interdicatur, ut etiam à sanioribus illius nationis Politicis scriptoribus ea graviter suadeatur, prout hoc superius ex uno & altero eorum demonstravimus. Hi etenim perspicacibus oculis intuentes, commerciorum generi humano tàm necessariorum, cumque ipsius Reipub. detrimento conjunctorum

rum

rum imminutionem, non nisi ex con-
temtu eorum, qui iis animum appli-
cant, nasci, prudenter monens, ut et-
iam nobiles se huic exercitio, sine ullâ
76 dignitatis diminutione immiscere stu-
deant; imò ob id mercatoribus com-
mercia ampla & imprimis maritima
tractantibus, dignitatum ut & ipsius
77 nobilitatis portas aperiant. Ita enim
eleganter præter adductos Autor *des
Considerations servans, au maniment des
affaires publiques ou Conseiller d'Estat.
chap. 42. p. 219. & seqq Il y a un autre
poinct le quel diminue grandement le
Commerce, qui est le mespru que l'on fa-
ict en plusieurs Estats de ceux qui s'en
meslent, estimant, que cette vacation est
vile & sordide. De façon que ceux qui ont
tant soit plus acquis de bien, s'en retirent
aussi tost, pour prendre une vacation, à
la quelle, le peuple porte plus d'honneur
qu'à celle là. A la verité il faict aduoüer,
qu'il y a bien certains negoces que l'
on doit laisser aux pauures & au menu
peuple, pour s'enrichir. Mais s'il y en a d'
autres que ceux la peuuent seulement fai-
re, qui sont desia riches, comme est celuy
de la mer, qui est le plus utile en un estat,
& au quel on deuroit attacher plus d'hon-
neur que l'on ne fait parmy nous.* Et paulò
post: *Car si la Noblesse à prus son fondement
du courage des hommes, & de leur va-
leur; il ny a vacation en la quelle il en
faille tant qu'en cellecy.* per ea, quæ supr.
cap. 4. demonstravimus. Et mox: *Cela à fait qu'aucuns ont esté d'ad-
vis, que l'on deuuroit ouurir cette por-
te aux marchands, pour parvenir à la
Noblesse, pour veu que le pere & le
fils eussent continuë ceux mesmes ces
negoces, & de permettre aux Nobles,
qui sont ordinairement les plus riches
d'un estat, d'exercer eux mesmes sans
prejudicier à leur condition ce commer-
ce maritime que leur seroit beaucoup
plus honorable, que d'estre Vsuriers ou
Banquiers comme en Italie; ou bien
de s'appauurir en ne faisant que de-
pendre, sans rien amasser honorable-
78 ment, de la proviendrojent, plusieurs ad-
advantages & au public, & au particulier:
Au public d'autan que ceux, qui se
meslerojent de commerce, ayans moyens,
courages & suffisance pour cette conduit-
te, il en seroit beaucoup plus grand, met-
tant plus de Vaisseaux sur mer & mieux
armez des quels l'Estat en un besoin se po-
urroit servir pour la seureté, & porte-
rojent la reputation de leur nation plus
loing. Ce que ne peuuent pas ceux qui
estans pouures, & n'ayans fond que de l'
autruy, n'ont pas la hardiesse ny le
courage de se hazarder à une entreprin-
se si grande. Et pour la particulier, 79
ce commerce estant sagemant mesnagé,
quelque risque que l'on coure, il y a
plus à gaigner, qu'à perdre. Et le
gentilhomme s'y adonnant, au lieu
de se ruiner en despense, sans impor-
tuner le Prince de demandes, peut
plus faire de fortune dedans un an sur
la mer, qu'en dix ans à la cour. Il 80
ne sert rien de dire, que le Gentilhom-
me deviendra plus tost pirate, qua mar-
chand. Car tenant aux embarquements
l'orde qui s'y peut presérire, l'on
peut si bien les mesler les uns avec les
autres, qu'il sera difficile que touth s'
accordent pour faire une mechanceté.*
Hucusque Gallicus scriptor, cujus
locum hîc inseruisse exoticæ linguæ
gnaris haud, ut spero, erit ingratum.
Huic accedit Tertiò, quòd Nobiles 81
tenuis fortunæ, pro necessariâ vitæ su-
stentatione, mercaturam licitè ex-
erceant. Luc. de Penn. *ad l. ult. C. de
fund. limitroph. lib. 11.* Henr. Bocer.
d. c. 2. de Regal. n. 52. prout quoque in
Angliâ nobilibus tenuioris fortunæ, 82
quos primogenitus ab hereditate ex-
clusit, quæstuarias artes permitti tra-
dit Bets. *de pact. Illustr. famil. fol.
620.* Hinc Jac. Curt. *lib. 2. Conje-
ctur.* Illud haud scio, scribit, an„
operæ pretium sit tentare, minuen-„
damque esse eorum opinionem,„
qui pollui nobilitatem putant, si„
difficultatem rei familiaris mercatu-„
ris faciendis, aut publicô redimen„
do levet nobilis; quippe nihil offecit 83
nobilitati M. T. Ciceronis, nihil No-„
bilitati M. Æmilii Scauri Principis,„
temporibus belli Jugurthini, quod„
illius Consulis Rom. potentissimi„

 pater

„pater mercator fuerit; hujus, quòd „Pater paupertate coactus carbonariam
84 exercuerit; melius enim est, nobiles negociari, quàm cum Neapolitanis & quibusdam Germanis, prædari; quod vulgò dicitur, Auff die Wurst oder auffin Pusch reiten/ *ut supr. n.74.* ex Bodin. *lib.6. de Repub.c.2.* diripiendoq; nil nisi vanum nudumq; nobilitatis nomen prætexere. Wilhelm. Possard. *de Magistr. Athen. cap.33.* Creditoresq; suos ignominiosè fraudare. Conz. *lib.8. Polit. cap.10.* qui hîc consulendus; cùm nullâ lege exprimatur. *Che l'gaudagno con la mercantia per se sia riputata cosa vergognosa; il rubbar con li armj altri sia creduto essercitio honorato.* Trajan. Boccalin. *2. ragguagl. di Parnass. 39. in fin.* Et eleganter Otalora Hispanus. *Præstat* inquit, *Cambia & mercaturam exercere, quàm otiosè vitam more Nobilium Neapolitanorum & forsan aliorum agere, utpote qui in otio intenti sedendo & oscitando ex suis possessionibus vitam degunt, existimantes, Viro-Nobili nefas esse, si rei rusticæ, aut suis rationibus cognoscendis operam ipsi darent, sedentes in Atriis & equitando tempus terunt, etiamsi improbi absurdiq; fuerint, dummodo priscis domibus orti, Nobiles se profitentur, Mercaturam, ut rem turpissimam exhorrent, adeò fastu nobilitatis tument, ut quantumvis egenus atq; inops sit talis, citius fame intereat, quàm filiam vel opulentissimo Mercatori matrimonio collocet, mavultq; otiosè & malis artibus quàm honesto quæstui vacare.*

85 Quartò, Si qualitas regionis ac civitatis non aliter tulerit; in quâ sc. nulli alii reditûs, quàm ex mercaturâ haberi possunt, juxta not. *in Cap. quod non est. de R. J.* Matth. de Afflict. *ad tit. quis dicatur Dux &c. n. 16.* Mynsing. *d. Obs.54. n.12.* Horat. Carpan. *in lucubrat. ad Jus municip. Mediolanens. cap.415. n.13.* Guttierz. *lib.1. pract. qq. 137. num.19.* Quid enim si locô tàm sterili condita sit urbs, aut eô locô posita, ut sine mercaturæ exercitio in eâ non commodè vivi quidem pos-
86 sit? Cujusmodi Athenas fuisse accepimus, qualis etiam Limogeam Galliæ urbē, Ambstelrodamum, ipsiusq; Mediterranei maris decus Venetias (ut à Bodino *de Repub. lib.3. c.8. describitur*) item parvas Venetias Noribergam & Genuam esse, paulò ante demonstravimus. Quintò, tribuendum denique 87
nonnihil est inveteratæ consuetudini; quæ, si nobilibus negociationem concedit, ferenda est. Tiraq. *de nobil. c.33. n. 21.* Horat. Carpan. *d.l. n.13.* nam dignitas censetur, quicquid ex consuetudine sic existimatur. Guil. de Monferrat. *de success. reg. dub.1. n.46.* Bertrand. *cons.2. n.20. & cons.32. vol.3.* Et in nobilitate 88
consuetudo attendenda est, ut nobiles esse censeantur, qui ex eâ tales habentur. Br. *in l.1. C. de dignit.12.* Castrens. *cons. 66. lib.1.* Guid. Pap. *q.88.* Cravett. *cons. 489. n.7. & cons.757. n.1. & n.3.* Mynsf. *d. Obs.54. n.11. & 12.* quem allegat & sequitur Joh. Drezeler. *in disp.* Bald. de Ubald. *de viturbativ. § igitur.7. in addit. n.28.* ubi subjicit hæc verba: Sicut apud 89
Venetos & Genovenses Patricios fieri in comperto est; quibus Augustani, Norici, Lubecenses, Colonienses, Francofurtenses, Argentinenses, & similes, haud inconcinnè adjici possunt; qui citrà Patricatûs (qui infimus Nobilitatis gradus à Dd. reputatur, post Joh. ab Hoeckelshov. *lib.3. philos. pract. part.3. cap.10.* Ludov. Schvvartzmey. *lib.1. Miscell. Jur. c.13.* cui adde Dn. Knipschild. *de jurib. & privileg. civit. lib.2. c.29. n. 61. & seqq.*) imminutionem mercaturas exercent; maximè, si Institorum operâ, ut diximus, hac in re utantur. Jo. Vincent. Hondedæ. *Consult. 87. n.60. & 61. vol.2.* Paul. Christinæ. *vol.3. decis. Belg. 106. n.6.* Et ut integram hanc queſtionem compendiosè contraham & concludam. Distinguendum inter 90
Negociationem Oeconomicam, Politicam & merè Lucrativam. Prima fit ad sustentandum se & domum suam, prout necessitas postulaverit. Secunda fit, ut publicis populi necessitatibus succurratur, & hæc Negociatio Principibus & Gubernatoribus convenit cum prima. Tertia verò solis mercatoribus: post Domin. Gail. Scacc. *de Camb.*

Caput

CAPUT XI.

De

Commercio cum Peregrinis Infidelibus, Judæis, Hæreticis & in Religione discrepantibus seu schismaticis.

SUMMARIA.

1. *Utrum ob Commerciorum facilitatem Urbes ad mare & flumina extruendæ?*
2. *Platonis negativa ratio. Quod Extranei mores Civitatem corrumpant.*
3. *Quod authoritatibus firmatur & exemplis.*
4. *Arcanum Reipublicæ, præcavere ne pecunia exportetur, per exempla.*
5. *De Jure Lubecensi mulier peregrina commerciorum favore, nihil amplius efferre debet, quàm marito intulit.*
6. *Quod peregrinorum admissione observari non potest.*
7. *Exportatione argenti & auri moneta facilè potest mutari & depravari.*
8. *Damna quibus patria Exterorum Mercatorum Commerciô afficitur.*
9. *Invehitur in peregrinos ἀγοραίους, merces nocivas apportantes, adducendo exempla ex bonis authoribus.*
10. *Invectione mercium ad luxum & luxuriem pertinentium corrumpuntur mores.*
11. *A maritimis locis remoti, vitiis minus inquinati censentur.*
12. *Idq́ exemplo Carthaginensium.*
13. *Proverbium, Insulani plerumq́ infidi.*
14. *Vinculo societatis humanæ constringimur admittere peregrinos.*
15. *Indigentia necessariorum suadet admissionem peregrinorum.*
16. *Aristotelis adversus Platonem de situ urbium sententia approbatur.*
17. *Delectus Extraneorum Mercatorum in Republ. habendus.*
18. *In bene constitutis Rebuspubl. Immunitatibus attrahuntur & alliciuntur Mercatores peregrini.*
19. *Hujus rei ratio.*
20. *Reipubl. Romanæ peregrinos Mercatores admittentis emolumenta.*
21. *Reipubl. Spartanæ & Atheniensis damna ob exclusionem peregrinorum.*
22. *Alexandriæ Opulentia ex admissione peregrinorum Mercatorum.*
23. *Peregrinorum Mercatorum Privilegia in Galliæ Emporio Burdegalensi.*
24. *Ludovicus XII. Rex Galliæ Protector peregrinorum.*
25. *Regni Scotiæ Incrementa ex peregrinorum negociantium admissione.*
26. *Londinensis Angliæ Civitatis opulentia ex Peregrinorum admissione.*
27. *Jus Civitatis 10. annorum incolatu comparatur.*
28. *Belgarum affluentia ex admissione peregrinorum Mercatorum.*
29. *Non cum quibusvis Peregrinis Commercia exercere licitum.*
30. *Platonis sententia adversus Aristotelem, conciliatur.*
31. *De quibus Urbibus sententia Platonis intelligenda.*
32. *Paupertas æquè ut Divitiæ homines ad vitia adigit.*
33. *Ad conservandos Civium mores incorruptos, facit, ut forum Mercatorum Extraneorum sit extra Civitatem.*
34. *Quod observârunt Carthaginenses:*
35. *Et Græciæ prudentiores Civitates.*
36. *Epidauriorum hoc in passu cautela.*
37. *Ægyptiorum Institutum circa Commercia exotica.*
38. *LL. & Statuta de Peregrinorum Commercio.*
39. *Hamburgensium ordinatio antiqua, Peregrinorum Commercia concernens seu:* Freyen Güter/ damit Gast mit Gast handeln mag.
40. Bürgerliche Güter/ damit Gast mit Gast nicht handeln mag.
41. Bürgerliche Güter damit Gast mit Gäste Pfenningen nicht handlen/ auch kein Factor an frembde verkauffen mag.
42. *In Republica Lubecensi Peregrinorum Commercium quomodo limitatum;*

tatum; cum dilucidatione art. 7. De Empt. & Vend. Statut. Lubec.

43. *In peregrinorum Commercio justa Civium Commoda præ cæteris observanda.*

44. *In Republ. Lubecensi exteris aliter emere & vendere non licet, nisi à Cive, & Civi.*

45. *Quod & Civibus strictè observare competit.*

46. *Peregrini deponere,* ufflegen / *possunt merces; non verò in peregrinos alienare.*

47. *Exportare merces cuilibet liberum.*

48. *Idq; sine vectigalis solutione.*

49. *An Liberi Civium in numerum Civium nondum recepti, hoc jure singulari gaudeant?*

50. *Hujus contraventionis pœna est arbitraria, cum confiscatione conjuncta.*

51. *Turpius Cives quàm Extranei contra has Leges fundamentales peccant.*

52. *Frequentiores Civium quàm extraneorum hoc in puncto Collusiones.*

53. *Cognata circa hanc materiam Statuta in maritimis hisce Civitatibus sæpè controversiis ansam dedêre.*

54. *Anglicani Parlamenti Edictum de Anno 1651. de non advehendis mercibus nisi patrio solo natis.*

55. *Idem de mercibus Anglicanis non nisi Anglicis navibus evehendis; & simile Gallicum edictum.*

56. *Lutheri monitum, ne subditi pecuniam extra territorium fœnori collocent.*

57. *Præcipuæ Cautiones quæ in recipiendis peregrinis Mercatoribus in Rep. Lubecensi observatæ.*

58. *Peregrinorum Commercium quomodo cum fructu & emolumento instituendum, & conservandum, ex Gallo Scriptore.*

59. *Opulentia Reipubl. ex tribus rebus nascitur.*

60. *Merces nobis abundantes ad Extraneos evehi possunt.*

61. *Monita quæ in exportatione auri & argenti observanda & 62.*

62. *Materiæ Crudæ possunt evehi.*

63. *De Rebus ab Extraneis importandis.*

64. *In moneta cursu facile circumvenitur.*

65. *Quomodo huic circumventioni obvictur.*

66. *Quæ merces importari prohibitæ,*

67. *Merces luxui inservientes impositionibus possunt gravari.*

68. *Principum Holsatiæ hac de re Statutum.*

69. *De Peregrinis Mercatoribus hostibus. Et quæ requisita, ut hostes dicantur.*

70. *Utrum cum Ethnicis, Turcis & Infidelibus commercium intercedere possit?*

71 *Jure Romano Pagani inter Christianos tolerati.*

72. *Pagani superstitionis suæ Ethnicæ exercitium introducere non possunt.*

73. *Pagani qua tales à Christianis expelli non possunt de jure Gentium.*

74. *Hoc ampliatur. Si Pacta intercedunt, quorum aliquot exempla recensentur.*

75. *Exempla fœderum cum Infidelibus mercatoribus.*

76. *Num in benè Constituta Rep. Judæorum Commercium tolerandum?*

77. *Jure Romanô Judæis Securitas concessa fuit.*

78. *Hodie autem Judæis regulariter commercio interdicitur in Romano Imperio.*

79. *Nisi ad hoc speciale privilegium nacti sunt.*

80. *In quibus regnis & Provinciis Judæi non tolerentur.*

81. *Causæ, cur, ubi recepti non sunt, nec tolerari nec recipi debeant Judæi.*

82. *Summa Judæorum usuraria pravitas.*

83. *In hac pravitate nihil illis patrocinatur Lex Mosaica.*

84. *Explicatio textus Deuter. cap. 23. vers. 20.*

85. *Japhetani hodie Semi tabernacula ingressi.*

86. *Nequitia Judæorum in Contractibus.*

87. *Statuta, ut non nisi cum receptione pretii Judæi res furto ablatas restituant, non valent.*

88. *Judæi certis sub conditionibus recipiantur.*

89. *Judæi blasphemiis abstineant.*

90. *Sine scandalo vivant.*

91. Lites coram magistratu Christiano disceptent.
92. Jure Communi utantur.
93. Magistratui Christiano se subjiciant.
94. Judæi discreto habitu & signis utantur.
95. Imperatori certum recognitionis nummum aureum solvant.
96. Judæi à Cristianis expulsi, Barbaris multis in rebus fuerunt proficui, maximo cum Christianorum damno.
97. Non probanda magistratuum Superiorum consuetudo, quâ Judæi privilegiis Christiano subdito nocivis donentur.
98. Ab Imperatoribus RomanoGermanicis Judæi privilegiis dotati sunt.
99. Idem factum in Poloniâ.
100. Rex Daniæ Christianus IV. Hebræis Privilegia concessit Glückstadii.
101. Judæi Privilegiis hisce abutentes meritis subjiciuntur pœnis.
102. Magistratus circa annonam cura & circumspectio, ne Judæi hoc in passu subditos decipiant.
103. Judæorum pleonexia insatiabilis.
104. Cum Judæis nulla societas navalis ineunda.
105. Alii Contractus cum Judæis celebrari possunt.
106. Hæretici qui propriè dicendi.
107. An hæretici communi commerciorum libertate frui possint?
108. Hæretici quomodo distinguantur ab Infidelibus, Impiis, & Schismaticis.
109. Ab Hæreticorũ Commercio abstinendũ.
110. An & quatenus in Republ. Christiana Schismatici, seu alterius religionis mercatores tolerandi?
111. Cultus Divinus mixtionem respuit.
112. Negociatores Schismatici in republ. certis sub legibus & Statutis tolerentur.
113. Societas humana suadet hoc Commercium.
114. Iniquum quod diversæ religionis homines in Hispania aliisq; in locis non tolerentur.
115. Rex Daniæ Christianus IV. Negociatores Belgas reformatæ religioni addictos privilegiis ornavit.
116. De commerciis excommunicatorum vel bannitorum, remissivè.

GRavis est magnorum Philosophorum, Aristotelis adversus
1 Platonem disputatio; Utrum, propter commerciorum facilitatem, Urbes ad mare ponendæ, & extranei mercatores liberè in Urbem, mercatu-
2 ræ gratiâ admittendi & tolerandi? Utrumque fieri debere negat Plato, *lib. 4. de LL.*, ne boni Civitatis mores ab extraneis corrumpantur; vel Civitatibus insidiæ ab extraneis struantur; non enim abs re peregrini apud antiquos dicebantur hostes, teste Festô *de verb. signif. lib. 8.* eò scilicet, quod civium vitam malis moribus inficerent, & arcana Reipub. pervestigarent. Xenoph.
3 *lib. 1. de Repub. Lacedæm.* Ac ideò Honorius & Arcadius vetuerunt Persicos mercatores promiscuè nundinas exercere in Imperio Romano; ne arcana alieni regni scrutarentur. *l. mercatores. 4. C. de Commerc. & mercat.* Hincque Machiavell. *lib. 1. discurs. c. 6. & 2. discurs. c. 3.* Stabilitatis Reipub. Rom. inter alias hanc quoque reddit rationem, quòd non receperint peregrinos (licet ex Plutarcho, & Dionys. Halicarn. dissentiat P. Gregor. Tholos. *lib. 4. de Repub. cap. 4. n. 19.* uti paulò post dicemus) Quod & in Turciâ, Chinâ, aliisque regionibus adhuc fieri solet. Idem apud Græcos, Carthaginenses & Epidauros fuisse receptum, refert Thomas Garz. *discors. 65. pag. m. 237.* Jo. Boter. *lib. 1. de illustr. Stat. & Polit. cap. 14. pag. m. 104. cum seqq.* cujus locum vid. *infr. lib. 4. cap. 3. n. 9. hujus tract.* Censetur maxi- 4
mum Politicorum arcanum, cavere, ne à peregrinis pecunia & aurum è territorio exportetur. Et Bodin. *de Repub. lib. 6. c. 3.* ait: Principum & Rerumpubl. ferè omnium legibus severissimè caveri, ne aurum & argentum extra Imperii & regni sui fines evehatur. Hinc tot elegantia à Politicis notantur Inventa, quib. Civium opulentiæ consulitur, inter cætera autem hoc, quô præcluditur via, quâ citra Commercia, exportetur pecunia. Quod in Gallia & Angliâ strictè servatur, severè vetitâ exportatione plurium numorum, quã ad viaticum opus est. Sic ad exem- 5
plum

plum horum, in Statutis nostris patriis *artic.* 4. *de Success. ab Intest. tit. 2. lib. 2.* bono publico indultū, & vigore mercaturæ facultatumq; augmento provisum, ne vidua vel virgo peregrina, quæ Civi Lubecensi nupsit, hócque rursus mortuô emigratura est, nihil amplius quàm ad maritum intulit, efferre liceat. Frigent namque Commercia sine opibus mercantium, quas sustinere oportet, quibus curæ est ditare Emporia. Dn. Affin. & Vice-Præf. Mæv. *add. art. 4. n. 3.* Pœnam aurum & argentum exportantis *de Recess. Hanseati-*
6 *cis. vid. infr. lib. 3. c. 5. n. 12.* sed vix obtineri poterit, ut legibus hisce pareatur, quamdiu commercia cum finitimis, ubi necesse est, intercedant; ut paulò post uberius ex Auth. Gall. demonstrabimus. Quod & in Imperio Romano An. 1524. & aliis diversis temporibus, per varias Imperii Constitutiones & edicta omnibus & singulis ordinibus & subditis Imperii sub gravi pœnâ interdictum esse constat ex Six-
7 tin. *de Regal. lib. 2. c. 7. n. 74.* Hujus autem Interdicti duas reddunt rationes Politici, I. ne argenti & auri exportatione aliqua suboriatur causa legitimam & anteâ in Imperio comprobatam monetam mutandi. Sixtin. *d. n. 74. II.* Ne, prætextu mercium exoticarum, Germanorum argentum in linum lanamque degeneret. Besold. *de Ærar.*
8 *c. 4. §. 10. n. 1.* Exempla enim, nî odiosa essent, adduci possent, multorum exterorum mercatorum, qui in alienâ patriâ magnas divitias, sed irreparabili & latenti totius territorii damnô acquisiverunt; cùm, è contrario, certum sit, nullum è talium mercatorum numero mille florenis patrimonium locupletius reddidisse, qui non multa millia exportârit, aut in tales merces insumserit, quibus, remotô luxu, Resp.
9 potuit carere. Pertinet huc, quod Herm. Latherus *lib. 1. de Censu. c. 12. n. 29.* conqueritur de Peregrinis hisce ἀγοραίοις, qui vestium & ornamentorum luxum, cum summâ seculi nostri pernicie regionibus nostris important; ut videlicet horū ope non solùm privatarum personarum, verùm etiam nationum & Provinciarum facultates attenuentur; cùm v. g. pro aureis, argenteis, sericisque indumentis byssinis, aliisque peregrinis pannis, trajiciatur atque avehatur in peregrinas & exteras regiones ingens pecuniarum copia; ac Germanorum argentum in linum lanamque degeneret. Non addemus hîc quæ scriptores nonnulli contra peregrinarum mercium invectationem utpote inutilem, superfluam & damnosam generi humano afferre solent. ut Plin. *lib. 19. nat. hist. 4. & lib. 22. c. 2. lib. 25. c. 24. lib. 24. c. 1. lib. 26. c. 8.* præsertim MARGARITARUM. Plin. *lib. 9. c. 35. & lib. 12. in pr. & c. 8.* Senec. *Epist. 115. & in Consolat. ad Hebr. c. 9.* Item contra pellium mercaturam. Jornand. *de reb. Getic. fol. 82.* Adam Bremens. *in hist. Eccles. c. 227. & 229.* Ob quam causam Lycurgus Spartanorum legislator non solum Cives suos peregrinari, sed etiam peregrinos in urbe negociari vetuit. Plutarch. *in Lycurg.* quod plurib. exemplis comprobat Piccart. *decad. 2. observ. hist. polit.* 3. Itaque Cæsar, cùm 10
de Nerviorum moribus quæreret, sic inquit, *lib. 2. de bell. Gall.* Nullum aditum esse mercatoribus; nihil pati vini reliquarumque rerum ad luxuriem pertinentium inferri; quod his rebus languescere animos, eorumque remitti virtutem existimarent, esse homines feros magnæque virtutis. Quamo- 11
brem Josephus *adversus Appionem*, eos, qui Spartam ad Hierosolymam à maritimis locis remoti incolerent, peregrinorum vitiis minus inquinatos fuisse tradit. Carthaginenses, inquit Tul- 12
lius, fraudulenti & mendaces, non genere, sed naturâ loci, quòd propter portûs suos multis mercatorum sermonibus ad studium fallendi, studiô quæstûs, vocabantur. Eoque pertinet, 13
quòd proverbiô jactatur, Insulanos omnes infidos haberi, vid. Gryphiand. *de Insul. c. 31. n. 187. & ibid. Sparsim.* quibus cum peregrinis assidua sunt commercia; Qui verò mercaturâ quæstum faciunt, eosdem mentiri, ac sæpè fallere; tùm etiam vultu multa simulare, ac

variis

variis hominum moribus assuetos, callidiores effici necesse est. Bodin. *lib. 5. de Repub. c. 2. pag. m. 808.* ut ita non immeritò civitatem procul à portu fundari vellet Plato.

14 Verùm enim verò, cùm negari non possit, sapientissimam rerum matrem naturam firmissimô quodam vinculô homines ad communem societatem & convictum constrinxisse, ac inter omnes cognationem quandam introduxisse, *l. 3. ff. de Just. & Jur.* Universumque terrarum orbem hominum domicilio & hospitio destinasse, non ut in lucis, abditisque terræ cavernis delitescerent, aut in partes divisi, intestinis odiis, ferociâ & invidiâ sese consumerent; sed ut amicabili societate & harmoniâ, mutuis beneficiorum commerciis se colerent; jura penatium, & si quæ sunt domestica sacra per hospitalitatis canales quaquaversû in omnes & singulos derivarent. Si quoque verum est, providam rerum matrem Naturam, nullam regionem sibi sufficientem suisque abundantem copiis, sed, ut suprà demonstravimus, alterius indigam formâsse, ut, qui nollent suâ sponte, eos indigentia & necessitas ad societatem cum extraneis mercatoribus ad mutua benevolentiæ & commerciorum studia impelleret.

15

16 Si, dico, hæc vera sunt, ut certè sunt, quàm prudentissimè summus ille Philosophiæ Antistes Aristoteles *lib. 7. Polit. cap. 5.* contra hanc Platonis opinionem, eum situm urbis, qui ad mare est, ad faciliorem majoremque cum extraneis comerciorum commoditatem maximè probat. Non enim ita simpliciter peregrinorum cõtemnendum commercium; sed ut arbores transplantatæ deponunt noxiam substantiam, mutatâ culturâ & terrâ, ut fertur de Persicis; sic quidam aliò commigrantes, meliores effici possunt, ut ex malis optimi; ut contrà boni, transeuntes ad infectos mores, infici possunt. Proinde hîc delectus habendus peregrinorum mercatorum, ut suspecti quidem haberi possunt multi, antequam cognoscantur: at ubi cogniti fuerint tales, qui nihil officere societati Reipub. possint, non eô nomine solô, quòd alienigenæ sint, contemni aut rejici debent; non secus ac merces à Barbaris translatæ, nobis commodæ, non ideò reprobantur, quòd à Barbaris processerint; mores & virtutes non nascuntur cum hominibus, sed fiunt, mutantur, emendantur, & poliuntur, neque tàm ortus, vel à quibus natus, inspiciendum, quàm qualis sit, qui ex peregrinis dicitur mercator. Quapropter ab omni tempore ad nostra usque secula, in multis benè constitutis Rebuspub. peregrini mercatores privilegiis & immunitatibus ad civitates attrahuntur. Aristot. *3. pol. 3.* cùm ad juvandum & admittendum peregrinos mercatores propensio Reipub. admodùm sit proficua. Alexand. *conf. 130. ante fin. lib. 7. cit.* à Peck. *de jur. sist. c. 5. n. 2. Est enim utile & honestum*, inquit Xenoph. *de reditib. illos ad hospitii necessitudinem invitari, qui navibus ac mercibus egregiis civitati prodesse viderentur. Hôc enim honore affecti, non tàm quæstûs, quàm honoris causâ redire ad amicos properarent. Nam quò plures in urbem admitterentur, Athenasque venirent, eò plus mercium importaretur, exportaretur, emeretur, venderetur, mercedis ac tributi acciperetur. Nec ad hæc proventuum incrementa sumtûs ulli requirerentur, præter decreta humanitatis plena, & ipsam diligentiam.* Huc usque Xenoph. *d. l. p. m. 288.* Ita legimus apud Plutarch. & Dionys. Halicarnass. Romulum civitatem suam conflasse non ex uno genere hominum, sed ex Albanis & peregrinis, & auxisse ita posteà successores. Id ipsum apud Romanos, videlicet Jus commercii, peregrinis nominatim datum fuisse, indicat quoque Ulpian. *fragm. Tit. 19. §. 4.* attestante Becht. *Cap. 4. de salv. conduct. th. 81.* Quâ arte sibi Romani Imperium dilatârunt, & tutius confirmârunt; ut contrà nihil aliud Lacedæmoniis & Atheniensibus videatur fuisse exitio, quàm quòd peregrinos nullô commercii jure dignos ducerent, prout testatur P. Gregor.

17 18 19 20 21

præ-

22 *præalleg. loco.* Sic Alexander M. urbem ad oſtium Nili conditam, quam Alexandriam appellavit, propoſitis peregrinis præmiis, omnium Ægypti urbium ampliſſimam & mercaturâ quæſtuoſiſſimam reliquit. Joſeph. *lib.3. bell.*
23 *Jud.* Sic Ludovicus XI. Rex Galliæ, jura Civium Burdegalenſium, quæ maxima ſunt, peregrinis mercatoribus omnibus, præterquam Anglis, propoſuit; modò in Civitate ſedes conſtituiſſent. Vid. Böer. *deciſ.13.* ubi hæc
24 privilegia deſcribit. Et Ludovico XII. laudi datum, quòd non minus eſſet protector peregrinorum, quàm populi ſui PATER. Thuan. *continuat. lib.7.*
25 *p m 404.* Sic de Jacobo I. Scotiæ Rege refert Buchanan. *lib. 10. de Regno Scot.* Cùm per aſſidua bella, quæ poſt Alexandri III. mortem, propè 150. annos Scotiam exercuerunt, toties ſpoliatis atque incenſis urbibus; juventute ad ſtudia armorum conversâ, cæteræ artes negligerentur; opifices omnis generis ex Flandriâ præmiis & immunitatibus expoſitis, excivit; urbesque propè vacuas hoc genere hominum replevit: neque ſpeciem tantùm & frequentiam antiquam oppidis ita reſtituit, ſed & magnam otioſorum turbam ab inertiâ ad laborem traduxit, effecitque ne quod parvô ſumtu domi confici poſſit, magnô pretiô foris
26 compararetur. Londinum verò Angliæ, nec tantis opibus, nec tantâ multitudine civium abundaret, niſi Richardus, Rex Angliæ, omnes immunitates, Civibus tributas, peregrinis quoque mercatoribus propoſuiſſet, qui modò decem annos urbem inco-
27 luiſſent; quod quidem ſpatium temporis ad civitatem adipiſcendam, peregrinis mercatoribus æquè propoſuerunt ex Helvetiis plerique ac Germani; id autem Romanorum legibus conſentaneum eſt. *l. Cives. 7. C. de Incolis.*
28 Bod. *lib.2. c.6.* Unde hæc Belgarum affluentia & potentia? Nullâ equidem aliâ ex re, niſi ex mercatorum & artificum peregrinorum copiâ, & commerciorum opificiorumque eorum præſtantiâ? Joh. Sibr. *p.1. Jur. Lub. ſect. 29. n.3.* & nos alibi prolixius. Quam- 29
vis autem Civitas, negotiationibus dedita, hoſpitalitatem (& ut jus æquâ lance tàm civibus quàm peregrinis adminiſtretur) maximè curare, & quandoque exteris mercatoribus collegia concedere debeat, ut infrà pluribus videbimus, non tamen cum quibusvis peregrinis jure Juſtinianæô Commercia exercere licuiſſe, oſtendit prohibitio *l.4. & ult. C. de Commerc & mercat.* Arcendi itaque ſunt è Repub. ex doctrinâ Platonis *lib.4. de Legib.* qui inutiles, falſas, moribusque nocivas merces important, & pecuniam, quæ quaſi lac & ſuccus Reipublicæ eſt, civibus ſubducunt. Quò ſine dubio 30
collimabit opinio & conſilium Platonis, ab Ariſtotele diſſentiens; quod ſecundùm quosdam aut commodâ aliquâ interpretatione eſt ſalvandum, aut omninò repudiandum. Salvari 31
poteſt, ſi intelligatur de illis urbibus, quæ planè abſque negociationibus mari inſtitutis commodè vivere posſunt; quales urbes non inquiro an alicubi gentium reperiantur; Simpliciter autem ſumtum, nequaquam meretur fidem. vid. Fr. Stypm. *tr. de jur. maritim. lib.1. c.1. n.18. cum ſeqq.* Quid enim ſi ſolò tàm ſterili condita ſit civitas, aut eô locô poſita, ut in eo non modò commodè vivi, ſed ne vivi quidem ſine peregrinorum commercio poſſet; quales aliquot Civitates ſuprà enumeravimus; deferendane iis eſſet mercatura, peregrinorumque commercium, ob cauſam Platonis, aut anima fame efflanda? Sanè non minus 32
paupertas quàm divitiæ hominibus, ad ſcelera & vitia propenſis fomenta ſubminiſtrat; ſolus autem virtutis amor ſingulos in officio detinet. Vid. Bodin. *tr. de Monet. c.30. 31.*

Ne verò boni civium mores ſecun- 33
dum Platonis ſententiam ab extraneis mercatoribus deteriores fiant, aut ne qua conjuratio ab iisdem ineatur, jubet ſuadetque Ariſtoteles, ut forum extraneorum mercatorum cum civibus ſit extra civitatem, ubi ſua illi hoſpitia commodè diſpoſita habeant.

Id quod etiam Xenophon *lib. de Re-*
ditit. probat. Forum autem civium
inter ſe, in ipſomet ſit oppido, intra
34 ipſius Civitatis mænia. Sic Cartha-
ginenſes ejusmodi hominibus diſtin-
cta ſtatuerunt diverſoria, nec ea illis
cum civibus volebant communia.
Cæterùm patebat illis in forum via.
Ad navalia autem & ſecretiora urbis
loca ne aſpectus quidem concedeba-
35 tur. Græci autem, ex doctrinâ So-
phorum, nequaquam eos intra urbes
recipiebant; ſed quò cives à periculi
ſuſpicione eſſent immunes, à pome-
riis non longè forum venalium ſta-
36 tuebant. Epidauri, teſte Plutarchô,
cùm cives ſuos Illyricorum commer-
ciis improbos fieri animadverterent,
veriti à peregrinorum contagione,
corruptis civium ſuorum moribus,
res novas Civitati ſuæ excitari, unum
imprimis gravem & circumſpectum ex
omni civium multitudine virum in
ſingulos annos eligebant, qui ad Illy-
ricos accederet, & quæ quisque ſuo-
rum mandaſſet, mercaretur atque con-
traheret. Jo. Boter. *lib. 1. de Illuſtr. Stat.*
37 *& Polit. cap. 14. p. m. 105. 106.* Atque
etiam illud eſſe obſervandum monet
Lambertus Danæus, quod ab Ægy-
ptiis ſapienter inſtitutum fuiſſe ſcribit
Herodotus *lib. 2.* de Naucrate Oppido
loquens, ut unius ejusdemque mer-
cium generis extranei mercatores o-
mnes ad unius, eandemque regni vel
provinciæ partem & urbem ſemper
accedant, quæ pars regni ſit illis com-
modè deſtinata; non autem per to-
tam regionem liberè vagentur, ne pro
38 mercatoribus fiant exploratores. In
univerſum autem illud probandum
erit ex ſententiâ Ariſtotelis *lib. 7. Polit.*
c. 6. ut, ſi quid boni proveniat ex pere-
grinorum commixtione, civitas id bo-
num ſuſciperet: ſin aliquid mali, ca-
veri ab eo facilè erit per leges, jubentes
ac determinantes quos oporteat, &
quos non oporteat admittere merca-
tores; quas oporteat, & quas non o-
porteat admittere merces. vid. Fr.
Stypm. *jus maritim. lib. 1. cap. 1. n. 28. &*
ſeqq. Sic novimus ex Cæſare *lib. 1. de*
bell. Gall. Belgas olim vinum & alias
merces non recepiſſe; Sic & de Ara-
bibus Nabathæis teſtatur Strabo *lib 17.*
Εἰσαγώγιμα δ' ἐστι τὰ δ' οὐ παντελῶς. Im-
portare quasdam merces licet, quas-
dam non item. Id quod prudenter
obſervavit Respub. Hamburgenſis,
Emporium totius Germaniæ floren-
tiſſimum; cùm magnô civium emo-
lumentô ſanciverit, in quibus merci-
bus, civibus cum extraneis commer-
cium intercedere poſſit, & in quibus
non. Ita enim Hamburgiſcher Schra- 39
gen und Kauffmans Ordnung; ſo vor
wenig Jahren allda in ſchwange gewe-
ſen / Tit.

Frey-Güter / damit Gaſt mit Gaſt handeln mag /

Alle die Wahren / die auß frembden Landen und Königreichen anhero gebracht / und ferner gebracht könten werden / und in dieſer Stadt vor 30. Jahren und drüber nicht gebräuchlig geweſen / oder in ſo groſſer Anzahl nicht geführet oder verhantiret ſeyn worden / mögen / ohne verletzung der Bürgerlichen Freyheit / von frembden an Frembde wol verkauffet werden; doch nicht bey Elen oder Pfunden / ſondern Stückweiſe / und ins groſſe; Als alle Italiäniſche / Hiſpaniſche / und andere dergleichen Nationen Wahren / Reiniſche Weine / Unaerſch Kupffer / Edelgeſteine / Perlen / Colzemielle / Indige / und andere teurbare und köſtliche Farben / Parkenholtz / Ebenholtz / Braſilienholtz / und dergleichen / Elephantenzähne / Zucker / Pfeffer / Negelken / Muſcatenblumen / Jngfer / und allerley Spécereyen und Gewürtz / Untzengold / Seiden / Sammet / Seidengewand / Grobgrün / Sayen / Enſteyen oder Parchet / doch nicht bey Stücken / ſonder bey Zahlen / Breßlauſche Röte / Engliſch Zin / weiſſe Engliſche Tücher / Wachs / Flachs / Nürembergiſche Wahren / Schleſiſche Leinwand / und andere dergleichen Wahren / die in 30. und mehr Jahren / wie obgemelt / allhie in Hamburg nicht gebräuchlich geweſen / vorbehaltlich der Bürgerlichen Freyheit / und daſſelbe zu mindern und zu mehren /

als

als man befindet/ daß es gemeiner Stadt und Bürgerschafft wird nütz und dienstlich seyn;

40 2. **Item Bürgerliche Güter damit Gast mit Gast nicht handeln mag/**

Dagegen aber unsere Bürger vor sich alleine/ als eine Bürgerliche Freyheit halten sollen/ Hanff/ Pech/ Theer/ Klappholtz/ Wagenschott/ Leinwand/ gefärbete Englische Lacken/ auch Saltzwedelsche Märckische/ Oßnabrügische/ und allerhand andere gemeine Wollen-Lacken/ gefärbete und ungefärbete Poye/ alle Munition, Takel oder Taue/ Wolle/ Blei/ Eisen/ Osemund/ und andere dergleichen Wahren/

41 3. **Bürgerliche Gütere damit Gast mit Gast/ auch mit Gäste Pfenningen nicht handeln oder kein Factor an Frembde verkauffen mag/**

So sollen auch unsere Bürger vor sich/ als eine bürgerliche Freyheit/ behalten alles Korn/ benedden und oben dieser Stadt gewachsen/ auch Frantzösische und heisse Weine/ Brod/ Butter/ Kese/ Heringe/ Schullen und Bücklingen/ Saltz/ Berger- und Ißländische Wahren/ und alle andere und dergleichen Wahren/ wie die Namen haben mögen/ keine außbescheiden/ dann alleine dieselben die vor ein Zeitlang/ so lange es E. Ehrb. Rathe und der Bürgerschafft geliebet wird/ in der Frembden Handlung eximiret und außgestellet seyn/ additâ hâc clausulâ, wofern nun von Frembden oder Factorn hiergegen gehandelt/ und diese vorgeschriebene bürgerliche Wahren an Frembde verkaufft werden/ soll von solchen Gütern die Helffte/ ohne Gnade und Abkürtzung/ an das gemeine Gut verfallen seyn/ vid. item *infr. art. 2. Tractatus cum Anglicis mercatoribus hic in fin. annex. sub lit. D.*

D

42 Simile in Repub. nostrâ Lubecensi viget Statutum, ein ankommender Gast/ mit seinen Gute in unser Stadt/ der kan dasselbe niemand anders/ dann unsern Bürgern verkauffen/ will er auch dasselbe Gut oder Wahren allhier aufflegen/ so hat er doch die Macht nicht/ solche als dann Frembden zuverkauffen/ wie unsere Bürger/ denen diese Freyheit alleine zustehet; würde er aber solches thun/ darüber betroffen oder überwiesen/ der soll bey der Wette/ nach grösse der Verbrechung gestraffet werden/ *art. 7. Statut. tit. de Emt. & Vend. lib. 3. tit. 6.* Interest quidem Civitatis, multos, 43 mercandi causâ eam frequentare, & juxtà, ut ad mercatũ veniant, allicere; sed cùm præcipua civium cura esse debeat, quò ditescant, & illorum patrimoniis locupletetur bonum publicum, etsi mercaturæ causâ exteris favendum est, nunquam tamen justa civium commoda istis postponantur. Per se id æqvum est, ut Cives in Civitate non minus atq; oneribus, sic etiam privilegiis atque favore peregrinis potiores sint. *l. 2. C. de Offic. Præt.* Beuther. *in tr. de Privileg. credit. lib. 1. c. 42.* Mynsing. *Cent. 4. obs. 30.* Ea consideratio 44 movit conditores juris hujus Lubecensis, ut permittere nollent de mercibus ad urbem transvectis inter peregrinos ibidem commercia; ne illis accrescerent lucra, civibus civica remanerent onera. Id est, quod hôc articulô cautum exstat, daß ein Frembder mit Frembden nicht handeln solle. Permissum igitur est exteris emere & vendere, sed non nisi à cive & civi, cui hoc libertatis & privilegii civilis locô indultum est, verbis, denen diese Freyheit zustehet; De cujusmodi Statuti æquitate eò minus ambigendum est, quòd etiam peregrini, territorium alicujus ingredi volentes, accessû prohiberi possint, ne cum incommodo civium alicubi negotientur. *Novell. 39. c. 1.* Ben. Strach. *de Mercat. p. 2. n. 33.* Tib. Decian. *Cons. 25. n. 62. lib. 1.* Menoch. *cons. 901. n. 11. & nos infr. cap. 17. & fin. huj. lib.* Et è contrario civibus quoque 45 mandatô injungi valet, ut, quæ ad victum necessaria sunt, solis civibus, non autem extraneis vendant; præsertim cum penuria imminet. *l. 2. ff. de Nund. l. un. ut nem. lic. in emt. spec.* Surd. *in tr. de alim. lit. G. privil. 94. n. 4.* Köppen. *decis.*

46 *decis. 59. n. 5. p. 1.* Quòd si merces, quas vendere nequeunt, deponere ad occasiones cupiant, id quod Germanicè aliàs **aufffollern** / hîc **aufflegen** vocatur, id quidem ipsis permittitur, ut tamen nec tunc in peregrinos alienare liceat; quò vel hinc appareat, ne quidem, cùm nullus civis adest emturus, inter peregrinos esse venditionis commercium, ut multis fraudibus, quæ Statuto aliàs fieri possent, oc-
47 curratur. Eas tamen iterùm exportare integrum est. Invitus enim nemo cogi potest, ut in loco aliquo merces suas vendat. Valasc. *decis. 22. n. 1.* Molin. *de Justit. tom. 2. disp. 341. n. 3.* Vasq. *illustr. controv. 17. n. 4.* Morla *in Empor. Jur. tit. 9. q. 1. n. 2.* nisi vel summa annonæ caritas ibi adesset. *l. 1. l. 2. C. ut nem. lic. ab emt. spec. lib. X. l. 1. C. de Episc. audient.* vel civitati competat *jus* Stapulæ, per ea, quæ *infr. Cap. 17. n. 18. & seqq. hujus libri, & lib. 2. c. 6. n. 28. huj. tr.* demonstravimus.
48 His exceptis casibus, mercator, quando nec vult nec potest advena civibus vendere merces, exportet sine vectigali, si importans vectigal solverit, ad cujus iteratam solutionem nemo cogi debet. Göden. *cons. 7. n. 8.* P. Anchoran. *quæst. fam. 17 part. 5.* Et hoc de Cive. Quis autem Civis sit & dicatùr de jure Lubecensi, expositum est à Dn. Mevio ad *rubric. & art. 2. tit. 2. lib. 1. Statut.*
49 *Lubec.* Sed, anne liberi Civium, qui solitô more in numerum recepti non sunt, jure hoc speciali & singulari commerciorum gaudent? Vid. Carpzov. *in jurispr. Rom. Sax. part. 2. Constit. 6. defin. 6.* ubi parem, quoad mercaturæ compendia, constituit civium & eorum liberorum conditionem, ex eâ præprimis ratione, quòd onera publica simul sustineant.
50 Adjicitur tandem in hoc articulo VII. pœna contravenientis, eaq; arbitraria, pro ratione delicti. Quod si sæpius idem repetatur, non injuriâ merces, tanquam commissas, fraudulento venditori aut emtori auferri existimo. Eô enim respectu, quòd peregrinis tale commercium interdictum est, merces illicitæ & interdictæ censentur, quarũ certa justaque ex legibus est confiscatio. *l. cotem. §. Dominus. ff. de Publican.* Strach. *de mercatur. part. 4. n. 28.* Böer. *decis. 178.*

Quòd si autem peregrinorum facta, 51
tàm acriter favore Civium punienda sunt; multò magis Cives, utpote turpius contra Statuta & commoda civilia peccantes, castigandi sunt; cùm adversus tot salutares Hansæ & hujus Statuti ordinationes peregrinis suum nomen mutuantur, ac in concivium necem & perniciem colludunt; non sibi sed exteris ementes, aut exterorum bona, tanquam sua vendentes.
Quamdiu ego in hoc loco publicè vi- 52
xi, ubi hujus aut similis Statuti sancta debuit esse observantia, multas civium contra magistratus vanas audivi querelas, quòd peregrinis conniveant; sed ipsorum Civium, & sæpè ipsorummet conquerentium frequentiores &, quotidianas reperi collusiones,
quàm peregrinorum injurias. Ad 53
observationem hujusmodi Statuti alibi alia in usu aut tabulis publicis sancita sunt; veluti, quòd nemo alienâ pecuniâ & alterius nomine frumenta, lanam, linum, salem, aut similes merces, quas peregrini in urbes apportant, comparare debeat. **Lübeck. Kauffmans-Ordn.** *de Anno 1607. art. 7. dilucidat. Anno 1610.* Item, quòd exteris suas merces per urbem apportare aut exportare non sit permissum. **Es soll Frembden nicht verstattet werden/ihre Kauffmans-Güter in die Stadt zu Lande zubringen/ und hernach zu Schiffe an andere Oerter außzubringen/ oder** vice versâ, **zu Wasser außzubringen/ und an andere Oerter/ zu vertreibung Handels und Wandels zu schicken/** *de quo. cap. 17. huj. lib.* Id quod inter Pomeraniæ Civitates maritimas, & cives vicinarum urbium non maritimarum nobilesque sæpè, controversiis ansam dedit. Tale quid est, quòd Nobilibus in pagis & ruri permitti non solet cerevisiam coquere, aliudve Civitatibus perniciosum mercimonium exercere. Quale privi-

legium singulas Civitates jure fundatum habere ait Carpz. *Jurispr. Rom. Sax. part. 2. Constit. 6. def. 4.* Berlich. *decis. 31. per tot.* præsertim *n. 6. in fin.* Id tamen non pertinet ad Cerevisiam aliasque merces, queis personæ, quibus mercatura prohibita est, ad suos familiæque usûs indigent. Sic enim illud jus declaratur. Moller. *lib. 4. Semestr. cap. 17.* Hartm. Pistor. *obs. 49.* Rauchbar. *part. 2. quæst. 12. per tot. Et nos supr. cap. 10. n. 62. cum seqq. hujus lib.*

54 Prædictum in finem Respub. seu Parlamentum Anglicanum An. 1651. & mense April. An. 1660. constituit, & publicô, impreßôq; decretô cavit, ex Hispaniâ non nisi merces Hispanas, & navigiis Hispanis; è Galliâ non nisi merces Gallicanas & navigiis Gallicis; è Norvvegiâ non nisi merces Norvvegicas & navigiis Norvvegicis in Angliam afferri posse: nec Hispanos, & cæteras nationes omnes, alias quàm suas posse advehere merces,
55 alioquin fisco addicendas. Caverunt item, merces Anglicanas, non, nisi navibus Anglicanis, evehi posse ex Angliâ. Idq; in odium quarundam nationum & populorum pleonecticorum, qui peregrinas ad oras navigare, & merces ibi vili cōemtas, suis navibus in Angliam advehere & carè vendere solent; quibus, hâc ratione ea navigatio, quâ alios perdere solent, prorsus præcisa est. Verùm hoc Edictum paulò post revocatum fuit. Huic edicto non multùm absimile nuper mense Martio Anno 1659. Rex Galliæ Ludov. XIV. Imperavit, prohibens sub certo pretio onerario vulgò Last-Gollen / ne in portub. Gallicanis extraneæ naves onerentur, si domesticæ adsint, cui tanquam libertati commerciorum & privilegiorum tabulis adverso, Hanseatici cum Hollandis contradixerunt, atque alia Edicta in contrarium publicarunt. *vid.* Placaet. im Haagh *publiciret. d. Anno 1659. 20. Augusti,* de quorum Edictorum ratione & Justitia infrà disserendi
56 dabitur occasio. Hîc & monitum illud Latheri *de Censu lib. 2. Cap. 2.* non est negligendum, ut subditis non prohibeatur pecuniam extra territorium fœnori legitimo collocare. Princeps verò non à peregrinis pecuniam mutuò sumat; damit die Zinse in/und nicht auß dem Lande gehen ꝛc. Die Lübeckische Kauffmans-Ordnung *de Anno 1607. 28. Augusti, art. 7. & 10.* Præ- 57
cipuæ itaque cautiones, quæ in hâc Repub. patriâ, in recipiendis peregrinis mercatoribus ditioribus adhibendæ, sunt 1. Ne quid admittatur contra leges fundamentales Reipub. 2. Ne aliena negotia ut Factores curent. 3. Ne plus quàm civilia tentent. 4. Ne negociatio eorum vergat in detrimentum reipub. 5. Certis cum ipsis agendum conditionibus, quas merces liberè transvehere, & quas contra jus Stapulæ, contraque vigorem hujus articuli & ordinationis de anno 1607. non transvehere possint.

Hisce nunc omnibus ut colophonem addamus, libet annectere locum elegantissimum ex Gallico Scriptore, Statûs & coronæ Gallicanæ Consiliario & Informatore desumtum, In- 58
titulé le Conseiller d'Estat, ubi prudenter simul ac graviter docetur, quomodo extraneorum commercium cum emolumento Reipub. instituendum, institutum cum fructu continuandum, quidve in illo considerandum & prohibendum sit. Sic enim ille *Chap. 41. des Considerationis servants au* 59
maniment des affaires publiques L'Abondance en un Estat provient de trois choses necessaires: De la terre: de la manifacture, qui comprend tous les Arts manuels & mecaniques: & Du COMMERCE QUI LE FAICT AUEC LES ESTRANGERS. *Duobus prioribus relictis, ad tertium nos convertimus punctum; de quo Autor noster ita pergit: Le Commerce & trafic, qui se fait avec l'Estranger, est le troisiesme poinct; qui produit l'abondance en un estat; pour l'establissement de quel il y a trois considerations a faire.*

La premiere est des choses que nous deu- 60
ons porter ou ne point porter à l'Estranger.

La

La seconde des choses que nous deuons receuoir des Estrangers & laisser entrer en nostre estat; ou ne point receuoir & en bannir le Commerce. La troisiesme est la facilité & aisance du Commerce accompagné de seureté. Les Marchandises que nous deuons porter aux estrangers avec les quels nous avons commerce, sont celles que nous avons en abondance: des quelles apres que l' estat est, suffisamment fourny, l' on peut permettre la traicté comme au contraire, celles dont nous avons disette, ne doivent aucunement estre transportées; ne pareillement celles des quelles nos voisins se peuuent servir à nostre dommage; comme armes, chevaux, voiles, & autres choses destinées a l' usage de la
61 *mer ou de la guerre.* 2. *Le transport d' or & d' argent est ausi defendu en tous estats. Mais ces deffences sont tres mal observées. Et comme elles sont necessaires pour empescher que la faute de ces metaux qui sont recherchés de toutes nations ne nous oste le moyen de nous en prevaloir pour estre secourus de nos amis & alliez: ausi doit on prendre garde, qu'elles ne troublent & alterent le commerce. Et à vray dire ces deffences ainsi generales, que l'on à faites sont d' impossible execution, voulant maintenir le commerce avec nos voisins: si ce n' est que l' on deffende de negocier autrement, que par eschange & permutation de marchandise. Ce qui se pourroit pratiquer pour raison des marchandises qui ne sont trop necessaires, & non pour le regard de celles, qui nous sont necessaires & des quelles nous ne nous pouuons passer; &c.*
62 3. *Entre ces choses qui ne doivent estre transportées hors d' Estat, sont les matieres crües*, vid. Bodin. *lib. 6. de Republ. cap. 2. pag. m. 1021. & seq. & non manufacturées, pource que vous ostez le moyen à vos ouuriers de se employer & de vivre &c.* Et paulò post:
63 *Voila les choses que nous ne devons point porter aux Estrangers parles quels il est eisé de juger celles que nous devons desirer, que l' Estranger nous apporte, car si nous retenons celles-la pour l' utilité qui nous en peut venir par la mesme raison, si elles nous manquent nous devons rechercher les moyens pour le tirer de nos voysins. Et pour le regard de l' or & de l' argent l' entrée en doit estre permisse: Mais non pour* 64
cela le cours de la monnoye estrangere parmy le peuple, pource qu' il n' y a aucune asseurance entre les Princeps sur NB
le fait des monnoyes, chacün jouint à tromper son compagnon, & tirer l' or & l' argent de l' Estat l'un de l' autre, &c. Pour emphescher donc 65
cet eschange de monnoye, l' on empeschera le cours des Estrangers, parmy le peuple, à finque ceux qui en auront les portent aux changeurs ordonnez, pour cet effect, qui leur en bailleront la valeur estimée, selon leur bonté interioure &c. Ainsi l' on ne craindra, ny la falsification des monnoyes estrangeres, ny le surhaussement du prix: & ne pourra on tirer de Vostre Estat vostre monnoye forte qu' en vous raportant marchandisse, qui la vaille. Les choses des quelles nous devons em- 66
pescher l' entrée, & le commerce en nostre estat sont celles que servent au luxe (de quibus in principio hujus capitis quadam attigimus) le quel est le Principal moyen d' appauurir un Estat; commeles Pierrires parfums exquis, espiceries peu necessaires, & les estoffes les quelles ne servent qu à la pompe & bombance. Que si l' abus 67
est, si inveterè, que nous ne les puissions empescher par une deffence, il foudra les charger de tant de daçes NB
& impos, que l' estranger perde l' envie d' en apporter, craignant de n' en retirer pas son argent, & le sujet de achepter à cause de la cherté: car encores que quelques fois cette consideration n' empeche pas se sujet d' achepter telles marchandises: toutes fois si par ce moyon il s' appauurit, le publique sera fait plus riche, par les grandes daçes, les quel-

les tiendront, lieu de peines & de chastiment du luxe des particuliers. Hucusque *Le Conseiller d'Estat.* Quod
68 postremum novissimè valdè prudenter obsérvârunt Serenissimi Principes, Rex Daniæ Christianus IV. & Fridericus, ambo Holsatiæ Duces p. mem. qui ad refrenandum luxum, vitiisque frequentibus obviandum, merces luxui inservientes, maximis impositionibus & tributis onerarunt, prout patet ex edicto de Anno 1636. 9. April. Die Licenten belangent/ Holsteinsche revidirte Landgerichts-Ordnung/ *part. 4. tit. 26. p. 108.*

Quæ de Peregrinis, eorumque commercio hactenus dixi, de non-hostibus intellecta volo. De hostibus autem quid habendum sit, se-
69 cundò nunc locô. Ubi prænoscendum est, ut hostes dici possint mercatores, requiri, I. Ut sint peregrini; quia cum non peregrinis non est bellum justum, sed civiles defensiones atque factiones. *l. 21. §. 1. ff. de Captiv. & postlim. revers. l. 1. pr. C. de caduc. toll. & aliis textibus.* II. Ut justa adsit causa, ob quam bellum justum decerni possit. *per Dd. in l. 5. ff. de J. & J. ubi Br. num. 3. Bl. n. 17.* III. Ut bellum ab Imp. seu Rege Rom. aut viceversâ publicè decretum & indictum sit. *l. hostes. 24. ff. de Capt. & postl. rev. l. 118. de V. S.* ubi hostes per hoc separentur à latronibus & prædonibus. P. H. O. *art. 129.* Gail. *1. de P. P. 4. num. 41.* Boër. *decis. 178. num. 34. & alii.* Sed cùm de his alibi forsan sese offeret disserendi materia, hîc saltem ea attigisse sufficiat.

70 Succedit nunc tertia quæstio, de Ethnicis seu Infidelibus, sive ut Jus nostrum vocat, Paganis & Barbaris, num cum his emendi vendendique commercium intercedere possit? Vel, ut Politici hanc proponunt quæstionem: Utrum in Repub. piâ & Christianâ concedendum sit, ut Turcæ, Saraceni, Barbari, & alii infideles mercatores aditum, liberumq; in eâ commercium habeant? Et sanè, licet Judæis olim in veteri Testamento præceptum à Domino datum fuerit, ne infideles secum habitare paterentur, ne ab iis seducerentur: ex jure ta- 71
men Romano, post abolitam pridem Politiam Mosaicam constituto, liquidò constat, quòd Pagani, olim inter Christianos tolerati, habitationis commerciorumque libertatem habuerint: iisque inter Christianos quietè degentibus, nec quicquam tentantibus turbulentum legibusque contrarium, Christiani, religionis autoritate abusi, manûs inferre non ausi: sed imò, si contra securos fuissent violenti; vel eorum bona diripuissent, duplum restituere compulsi; Magistratûs quoque & eorum officiales, talia non vindicantes, sed facientibus popularibus conniventes, eâdem lege puniti fuerint. *l. 6. C. de Pagan.* Quanquam illi non hostes, su- 72
perstitionis Ethnicæ exercitium introducere, neque politicas leges de mercatoribus ab eâ Republicâ positas violare, neque ullam impiam ceremoniam, quâ veram publicamque religionem labefactarent, usurpare ipsis fuerit integrum. Danæ. *lib. 2. Polit. Christ. l. 2. t. tit. C. de Pagan. Sacrific. & temp.* Herm. Lather. *de Censu. lib. 3. cap. 14. n. 2. & seqq.* Cujus nostræ sententiæ perspicua confirmatio exstat *Nehem. 13. vers. 21.* Et è contrario laudabiliter facere judicati sunt, qui ipsis concionari ordinaverunt magistratûs. *C. 10. X. de Jud. & Sarac.* Cæ- 73
teris itaque paribus, infideles inter Christianos habitantes, ob hoc solùm, quòd infideles sunt, regulariter sine peccato à terrarum dominis expelli, nec cum iis commerciorum exercitium interdici posse, rectè concludunt Danæ. *d. l.* Martin. Laudens. *de Principib. q. 101.* & Alberic. Gentil. *lib. 1. Advoc. Hisp. Cap. 25.* ubi in pr. *Commercium*, inquit, *cum Turcis vetitum dicere leges omnes videntur. Et mihi tamen non libet facilè discedere à regulâ certissimâ juris gentium in l. 5. de J. & J. quod constituit commercia, nec distinguit aliquid de gentibus,* &c. ubi &

cap.

cap.20. latè, quomodo cum his commercium intercedere possit, differit.
74 Et hoc quàm maximè obtinet, quando pactô fœdere commercium ipsis pateat. Sicut in Tartaris cum Hispanis commercia, vigore pacis cum Rege Philippo I. conventæ, exercentibus; exemplum superioris seculi annales suppeditant: Similiterque Gallos & Venetos cum Turcis ex fœdere commercari notorium est. Vid. Alexandrum, indefinitè infideles commerciorum cum Christianis communicatione dignantem. *Conf.130. per tot. lib.7.* Et H. Grot. *lib.2. de jure B. ac P. c.15.* §.9. Fœdera commerciorum & quæ his similia ad utilitatem communem pertinent, inire cum profanis licere per legem adserit, cùm nihil reperiatur quod
75 obstet. Idque exemplô Regis Salomonis cum Rege Hiramo comprobat. Quibus addi potest, quod 1582. Turcici Imperatoris legati, octodecim mercatoribus Turcicis sedem in urbe Antvverpiensi præberi petierunt; ad quos merces Turcicæ ex Asiâ & Græciâ, hinc terrestri itinere Burdegalam, inde per mare Gallicum & Britannicum Antvverpiam advehendæ essent: D. Chytræ. *lib.25. Saxon. c.4.* & Thuan. *sub eod. anno 1582. lib.76. histor. p.117.* In-
76 fidelibus, inter Christianæ fidei hostes, proximi sunt JUDÆI; de quibus pro quarto controvertitur, num eorum commercium in piâ & benè constitu-
77 tutâ Republ. tolerandum? Et sanè, quin sub prioribus Impp. communi legum & Imperii securitate gavisi fuerint, indubium est; cùm eos, cæteroquin innocentes, solô Judaicæ superstitionis intuitu, neque in personis neque in bonis offendi debere, sit textus apertus *in l. nullus. 14. C. de Judæis.* & *l.6. C. de Pagan.* Vasqu. *lib.1. illustr. contr. c.8. n.12.* præsertim si nulla obstet specialis sanctio, eos salvâ conscientiâ tolerari posse asserit. *cap. etsi Judæos. 13. X. de Judæ.* & *cap. Judæi. X. de testib.* quò facit, quòd communibus legum beneficiis etiam in commerciis, *l. nemo. 9. C. de Judæ.* & aliis plerisque minimè caruerint, ut sigillatim edocet Wesemb. *in Paratit. C. de Judæ. n.2.* idque ob insignes aliquot rationes, quas enumerat H. Ulric. Hunn. *in disp. sing. ad tit.6. lib.5. Decret. de Judæ. θ.4.* & *seqq.* vid. das Privilegium der Judenschafft *tom.6. Symphor. fol.258. 268.* & P. Santern. Lusitan. *tract. de Assecur. & sponsion. mercat. part.5. n.16. usq. ad fin.* Ho- 78
diè verò, juxta vaticinium *Ps.59. vers. 12.* disperge eos in virtute tuâ, & *Ps.109.* Christianis, in benè constitutis Rebuspub. omni cum eis commercio interdicitur; & tantùm ex gratiâ terras Christianorum habitare tolerantur. *c. etsi 13. de Judæ.* Wesemb. *d. l. n.3. in fi.* Jo. Ceph. *cons.549. n.63. lib.4.* nec præterquam ab iis, qui regalia ab Imp. aut 79
speciale eorundem recipiendorum privilegium habent, in ditione recipi possunt, de quibus quamplurimi loqvuntur textûs in Recessibus Imperii A. B. T. *9. inf. Recess. de anno 1530. 1532. 41. 48.* & *51.* & *Ordinat. Polit. de anno 1577. Tit. 20.* Heig. *p.1. q.4. n.30.* Thom. Michaël *de Jurisdict. concl.48. lit. B.* Nonnullis autem in locis tàm Catho- 80
licæ quàm reformatæ religionis, Judæi mercatores palàm non tolerantur; ac item quarundam regionum fundamentalibus legibus; ut in Hispaniâ, Galliâ, Ducatu Wirtembergensi, hoc planè interdicitur &c. Marquard. de Susan. *tract. de Judæ. p.1. c.2. n.1.* Videatur der Stadt Franckfurt Historischer Verlauff *pag. m. 72.* & *seqq.* Quapropter in Ducatus Wirtemb. *Ordinat. fol.62.* §. und sollen/ & *fol.63.* **Den Unterthanen verboten wird mit den Jüden etwas zu hantieren/ oder sich in einen wucherlichen Handel einzulassen / bey Straffe Leibes und Gutes / und darzu vermeydung dieses Hertzogthumbs/ die Juden sollen aber wegen solcher mit den Unterthanen gepflogener Handlung sich des Gleits verlustig und anderer Straffen aufflagen verschuldet haben/** Suntque & multæ & prægnantes cau- 81
sæ, cur, ubi recepti non sunt, nec recipi nec tolerari debeant; putà quòd nil nisi meras blasphemias, execrationes & mendacia horribilia in Christum & Christianos evomant, ac de genere suo vanis-

vanissimè gloriantes, susque deque Christianos præ se habeant, & extremè contemnant. Vid. D. Luther. *in lib. de Judæ. oper. Germ. tom. 8.* & Joh. Boxtorff. *in Synag. Jud.* Selnecc. *in Pædagog. expos. 7. præcept. fol. 212. in octavo.* E quibus duas solùm hîc annotasse sufficiat, quæ satis demonstrabunt, quàm veri sint versiculi:

Ut damno absq; caper nunquam retinetur in horto:
Sic nec Judæus sine damno in plebe fovetur.

82 Prior est SUMMA ILLORUM PRAVITAS, quâ Christianorum facultates (alterum hominis sanguinem nostri vocant. *gl. in l. Advocati 14. in verb. vitam. C. de advoc. div. Jud. uti &* Bl. Rip. *in c. 1. n. 18. de Judic.* Afflict. *decis. 24. n. 4. & alii)* immoderatissimô fœnoris exercitio exsugunt. *c. post miserabilem. 12. & c. quanto. 18. de usur. c. ex parte eod. T. in 6.* (cujus Clementini Rescripti occasione Judæos Anno 1339. sub Ludov. IV. usuras acceptas reddere, & sortem sine usuris recipere coactos, refert Seb. Franc. *Chron. Germ. f. 204. inf.*) *Recess. Imp. sup. allegati.* Speckh. *in dia-*
83 *tagm. Jud. th. 13.* In quo illis exercitio nihil patrocinatur, quòd Judæi à Peregrinis, quales iis sunt Christiani, olim, lege Mosaicâ, indistinctè & licitè usuras exigere potuerint. *Deuter. 23.*
84 *vers. 20.* Nam, ut silentio præteream, quòd Theologi nostrorum temporum, τὸ ῥητὸν sacræ Scripturæ urgendo, & maximè in V. T. inter peregrinos & populum DEI distinctio facta sit; tamen hunc textum pro Politicâ quâdam permissione exaudiant; quæ non relevat conscientias coram DEO; non aliter ac si leges regni permittant fortè concubinatum. *l. 1. ff. de Concub.* item publica lupanaria, ne quid deterius fiat. *l. 1. 3. 4. & t. t. ff. de Concub.* junct. *cap. duo mala. distinct. 13.* Item, quòd istud fortè ob σκληροκαρδίαν & duritiem Judæorum olim concessum; sicuti permissa fuerunt divortia eôdem jure. *Deuter. c. 24. vers. 1.* quod Christus, Salvator noster, reprehendit *Matth. 5.* Vid. Luther. *1. Tom. Jenens. sub Rubr.* grosser Sermon vom Wucher / de anno 1519. *fol. 139.* aliique Theologi promiscuè. Et post veteres Theologos, qui in eâ interpretatione cum Neotericis concesserunt eleganter *c. examinavit.* Covarruv. *lib. 3. var. resolut. c. 1. n. 7.* Adde Molin. *tr. de Commerc. & usur. n. 9. & ad Consuet. Paris. p. 1. T. 1. gl. 9. n 19.* Burgal. *de dolo lib. 1. c. 5. n. 28. & seqq.* Quid 85
quod hodiè omnia, in hoc passu, inversò procedant ordine, & Japhetanis Semi tabernacula, secundùm vaticinium Noæ ingressis, nos non Judæis, sed Judæi nobis peregrini existant. Vid. *Cons. anonym. in caus.* der Stadt Franckfurt am Mayn / *contr. Judæ. in puncto Usurar. pravit. Scriptum Spiræ 17. Septembr. An. 1613.* Ubi statuitur, quod nec observantiâ contrariâ, nec tacitô populi consensu, utpote contra bonos mores, hæc Judæorum pravitas usuraria convalidari possit. Posterior, est 86
nequitia ipsorum in emendis, pignori capiendis occultandisve rebus furtivis aut raptis. *Ord. pol. de anno 1530. 1548. & 1577. tit. 20. §.* daß sich auch. Decian. *lib. 5. prax. Crim. c. 12. n. 19.* quas domino vindicanti, ohne alle Entgeltnüß / ut omnes alii *l. 3. l. 23. C. de R. V. l. 2.* ubi omnes *Dd. C. de furt.* restituere coguntur, *d. Ord. Pol. de Anno 1548. & 1577.* nullâ obstante consuetudine vel loci Statutô. Hostiens. *in summ. T. de Pœn. §. quâ pœnitentiâ. vers. quid de prædam ementibus.* Unde Statuta Civitatum, 87
nobilium, vel etiam privilegia, quæ ipsi dant Judæis subditis suis, ne cogantur res furtivas veris dominis restituere, nisi receptò pretiô, omnia esse invalida, rectè docet Sichard. *ad d. l. 2. C. de furt. n. 2. ubi tamen n. 4. limitat;* quam limitationem & cautelam reprobant Gothofr. Alciat. Alii, & nos *infr. lib. 2. c. 9. n. 85.*

Quapropter, ubi receptantur Judæi, 88
non simpliciter hoc fiat, sed certis sub conditionibus, ut supr. de Turcis & aliis infidelibus monuimus, scil. 1. ut à 89
blasphemiâ, contemtu religionis, & Christianorum expilatione abstineant. Thessaur. *decis. 241. & decis. 7.*
2. modestè absque ullius scandalo vi- 90
vant.

91 vant. 3. lites item ac causas suas coràm magistratu Christiano disceptent. R. A. *de Anno 1538. rubr.* Form des Juden Eyds. *Ord. Cam. part. 1. tit. 86.* R. A. zu Augspurg *Anno 1551.* §. diesem zubege-
92 gnen; imò 4. communi jure Romanô, Constitutionibusq; Principum Christianorum, non juris Mosaici, æquèut alii obligentur. *l. 7. l. 8. C. de Judæ.* Corne. *Cons. 114. n. 12. & 14. vol. 1.* Hyppol. Rimin. *Cons. 203. n. 36.* Decian. *in d. tr. Crim. cap. 11. n. 5.* Cavalc. *de Brach. Regn.*
93 *p. 1. n. 41.* Et 5. tàm in secularibus, quàm Ecclesiasticis & Spiritualibus, Principibus & magistratui Christiano subjiciantur. Covarr. *3. resolut. c. 3. n. 9 vers. 7. inf.* Soc. *cons. 119. vol. 4.* Card. Tusch. *pract. concl. lit. J. conclus. 377. n. 2.* aliisque certis vivendi legibus adstringantur; de quibus accuratè Everh. Speckhan *in dd. diatagm. Judæor.* oder Juden-Ordnung. Et Ludov. Dunt. *in collect. casib. conscientiæ, cap. 16. sect. 2. q. 18. pag.*
94 *m. 336.* in quibus est hæc, ut 6. discretò vestitû utantur. *arg. l. 15. §. 27. & l. 39. ff. de Injur. l. mimæ. 4. ubi* Bl. Castrens. & *Dd. C. de Episc. audientiâ. text. in c. in nonnullis 15. de Judæ.* & Mascard. *Concl. 264. n. 6. vol. 1.* & signa aperta portent, ut Francofurti, per quæ à Christianis dignoscantur. Schneidvv. *ad rubr. de success. ab Intestato n. 12.* Decian. *d. l. c. 12. n. 16.* & in specie quidem pileô rubrô, ut in Italiâ, putà Romæ, Ferrariæ &c. Clavô seu annulô flavô ab aliis discriminentur. *Ord. Pol. de anno 1530.* Justin. Gobler. *in Latin. Ord. Polit. Car. V. c. 20. fol. 94.* ubi ex Baptista Guarino ad Cælicianum tres causas sublepidè 4. distichis comprehensas, cur sc. Judæi ferant literam O. adducit. Ut quoque
95 7. Imperatoriæ Mti, in supremæ protectionis signum, tempore inaugurationis, imò quolibet annô, ipsô Nativitatis Domini festô, de singulis capitibus unicum offerant aureum, prout hoc liquet ex mandato Imp. Matthiæ de Anno 1617. Hisce, & aliis observatis conditionibus, Judæi ob emolumentum publicum tolerari, & eorum commerciô uti frui possunt Christiani.
96 Memorabile namque est, quod Philipp. Camerar. *Cent. 1. mediat. histor. cap 89.* annotat, Judæos, qui à Christianis expulsi fuerunt, primò omnium ad Turcas attulisse varia artificia, & perfectiorem usum machinarum bellicarum, aliarumque multarum rerum, quibus anteà barbara Turcarum gens destituta fuit; id quod incredibili Christianæ Reipub. damnô accidit. Etsi autem, de jure communi, nemini vel in corpus vel in bona Judæorum sævire liceat. *l. 14. C. de Judæ. Nov. 45. & 46. & Nov. Leon. 55. c. Sicut Judæi 9. X. de Judæ. & aliis supr. alleg. textib.* attamen an probanda sit consuetudo 97
illorum magistratuum, qui quæstus causâ Judæos ejusmodi privilegiis dotant, quæ ipsis Christianis subditis possint esse præjudicio & detrimento, hæsito. Qualia ipsis privilegia tributa 98
cernimus à Cæsaribus Carolo V. Maximiliano II. Rudolfo II. *Anno 1544. 551. 76. 77. & 82.* Privilegiaque illa prægnantibus clausulis munita existunt, de quibus videri potest. Jul. Benedict. Crescent. *Cons. supr. Judæ. privil. fol. 16.* Symph. Gylm. *tom. 6. cap. 8. fol. 198. & seqq.* Ruding. *Cent. 3. obs. 13. n. 14.* In regno Poloniæ quantæ sint Ju- 99
dæorum immunitates, Vid. Statut. Schelasii *lib. 1. c. 21.* A Serenissimo 100
Rege Daniæ Christiano IV. p. m. qualibus ornati sint immunitatibus, vid. Privilegia oder Freyheiten/welche die zu Dennemarck/ Norwegen/ Königliche Majest. der Portugiesischen Nation Hebraischer Religion/ auch ihren Adhærenten und Familien/ so in der Veste Glückstadt anjetzo residiren/und in künftig kommen möchten/ allergnädigst hat mitgetheilet und gegeben/ den 19. Junii *An. 1630. annexa huic tractat. sub lit. K.*
Nullô autem modô prædicta hæc Prin 101
cipum privilegia pro fœdissimarum usurarum exercitio allegare possunt Hebræi; utpote quæ partìm sub: et obreptitiè ab Impp. extorserunt, partìm verò certis conditionibus limitata sunt; quas si excedant, imminente præsertim periculô vel scandalô, impunè expelli atque adeò etiam bonis spoliari possunt. *cap. 3. & 9. X. de Judæ.*

Wesemb. *d. l. in pr. n. 3. & 4.* vid. *Reform.*
Polit. Francof. de An. 1577. tit. 20. Tes-
saur. *d. decis. 57.* cùm & aliàs privilegi-
gium perdatur propter delictum vel
abusum. *l. 3. C. de Veteran. lib. 12.* prout
infr. lib. 4. c. 3. pluribus docebimus;
quibus adde Hyppol. Rimin. *Consil. 275.*
n. 34. ubi in specie dixit: quòd Judæi
ampliantes privilegium limitatum,
atque illud prorogantes extra limites
suos, illud in totum perdant, propter
illius abusum. *text. in l. eos. C. de A-*
102 *quæd. lib. 11.* Imprimis verò à Magistra-
tu per Statutum caveri debet, ne Judæi
frumentum, aliaque ad victum perti-
nentia in magnâ copiâ coëmant, ea-
demque Christianis inopiâ pressis ma-
jori posteà pretiô vendant; sed, ut co-
gantur ipsi expectare, usque dum Chri-
stiani, quæ sibi comparatu necessaria
sunt, ad sui sustentationem comparâ-
rint. Joh. Köppen. *decis. 59. n. 21. p. 1.* Me-
noch. *lib. 2. arb. JJ. qq. cas. 384. n. 1. &*
seqq. Gomes. *tom. 2. var. resolut. tit. de*
Emt. & Vend. cap. 2. n. 51. Molin. *de J. &*
103 *J. tom. 2. disp. 341. n. 4.* Sunt namque
illi voraces quasi corvi in Repub. &
quasi lupi insatiabiles, quorum sitis
non extinguitur; quorum hydrops
nullis curatur herbis aut medicinis.
104 Cas. *in Sphær. Civit. lib. 1. cap. 6.* Impri-
mis autem dissuadent Theologi, ut nul-
la societas navalis cum iis ipsis sit ine-
unda. Vid. Loccen. *de jur. marit. lib. 3.*
c. 6. §. 3. tot. Ita enim Jenenses in quo-
dam responso ap. Ludov. Dunt. *d. sect.*
2. q. 20. Ob ein Christ möge mit einen
Juden Schiffspart halten/ und also sei-
ne Nahrung gewinnen? Resp. 1. Die
Sprüche der Schrifft/ welche uns für
der Gemeinschafft der abergläubischen
Warnen/ seind zwar von der Gemein-
schafft des Geistes/ Gemüthes/ Glau-
bens zuverstehen; secundariò aber und
consequenter warnen sie uns darneben
für gar zu grosser leiblicher und euserli-
cher Geselschafft/ denn es hat einen
Schein des Bösen/ und bringet auch viel
Böses zu wege. Eine solche enge und
genaue Geselschafft wehre es mit dem
Schiffspart/ da man gutes und böses
wolte mit den Jüden wagen/ und gleich-
sam seine Güter mit ihnen lassen einen
Klumpen seyn. 2. Josaphats Schiffe
seind zerbrochen/ da er sich mit dem Aha-
sia einließ/ und mit demselben abgötti-
schem Könige Schiffspart hielt. 3. Alia los
est ratio aliorum contractuum im
Kauffen und Verkauffen/ da nicht eine
so genaue und sonderbare Gemeinschafft
ist als in Schiffsparten/ Hactenus Je-
nenses Theologi. Quamvis in con-
trarium inclinet Dn. Mevius *lib. 3.*
Comm. in Jus Lub. tit. 9. artic. 2. n. 2. De
Hostibus Ecclesiæ, qui extra Ecclesiam
sunt, putà Infidelibus & Judæis, præce-
dentibus egimus. Quintò, nunc in- 106
quirendum est de Hæreticis, quales
non sunt qui non credunt, quod Ca-
tholico-Romana Ecclesia sentit, sed
qui pertinaciter in fundamento fidei
aberrant. Dn. Theod. Reink. *de R. S. &*
E. lib. 3. class. 1. c. 5. n. 7. & seqq. ut ex
seqq. patet; ac qui per Baptismum, &
quatenus largè veniunt nomine Chri-
stianorum, ad discrimen à Paganis &
Judæis largô & vulgari modô in Eccle-
siæ visibilis gremio constituti dican-
tur. Ambros. *in 2. Tim. 2.* Alphons. de
Castr. *lib. 2. de just. hæret. punit. c. 24.*
An hi communi commerciorum li- 107
bertate uti frui permittendi sint? Pro 108
præcognitione subjectæ quæstionis
sciendum, Hæreticos propriè esse per-
sonas in Ecclesiæ gremio constitutas,
(quo distinguuntur ab infidelibus &
Judæis) quæ doctrinam falsam (ut se-
cernantur ab impiis, qui non doctri-
nâ, sed vitâ & moribus Christianismum
maculant) fundamento fidei contra-
riam, (quo discriminantur à Schisma-
ticis, qui saltem in circumstantiis fidei
errant, per ea, quæ paulò post dicemus)
perversè, & magnô Ecclesiæ
scandalô, pertinaciter tuentur. Con-
fer *l. 2. in fin. & l. 12. C. de hæret. l. 12. in*
f. C. de Judæ. Nov. 109. c. loquitur. 18. &
2. seqq. c. advocavit. 23. c. quoniam 25. c.
didicimus. 31. c. 24. q. 1. c. hæresis 27. c. hæ-
reticus 28. c. qui in Ecclesiâ. 31. & 2. seqq.
& c. ult. d. caus. 24. c. 3. c. ad abolendam 9.
in pr. de hæret. & Dd. plenè congestos per
Dauth. *de testam. n. 243. & seqq.* ubi ipse
rectè notat, dignoscendos illos esse
ex

ex solâ scripturâ; utpote quæ est fidei mensura, errorum censura, ad cælos cynosura. *Jesai. 8. vers. 20 Ezech. 20. vers. 19. Matth. 22. vers. 29. ad Galat. 1. vers. 9. & c. 6. vers. 16. 1. Tim. 3. vers. 14. 1. Joh. 3. vers. 4. & 2. & aliis SS. textibus.* Augustin. *lib. 2. de Baptism. contr. Donatist. & lib. 2. contr. Crescent. Grammat. c. 31.* Basil. *lib. 1. contr. Eunom. & epist. 80. ad Eustath. Med.* Aliique Sancti Patres passim, quod certò & liquidè constare debet, probat *l. 5. in fin. C. de Summ. Trin.* & contra Jul. Clarum rectè tenet Wesemb. *w. C. de haret. n. 6.* Ubi de modo procedendi contra hæreticos egregiè tractat.

109 Hi itaque Hæretici, isthoc modô descripti, legitimeque agniti & condemnati, cùm Ecclesiæ pacem & unitatem perturbent, *l. inter claras. 8. §. 5. & 6. C. de SS. Trin. Nov. 103. c. 2. & passim in Jur. Canon. præsertim c. 13. & c. pen. de hæret.* adeoque sese odiô dignos. *Nov. 45. pr.* illius verò beneficiis indignos reddant. *l. 4. & 19. d. Nov. 45. pr. & Nov. 109. c. 1.* quinimò velut æternam offendentes Majestatem, gravius peccare dicantur, quàm qui temporalem offendunt. *auth. Gazaros. C. de hæret. c. vergentis. 10. Eod. c. 2. de Præscr. in 6to.* Communi commerciorum libertate & hinc dependentium immunitatibus æquè ac γνησίως Christiani vallati simpliciter non videntur, à quâ tamen nec absolutè & indistinctè, certisque, ut suprà adjecimus, conditionibus adhibitis, extorres dicendi sunt. Quapropter cùm nobis non tàm cum illis, quàm cum Schismaticis (qui non tàm in fide seu principali aliquo fidei articulo, quàm in circumstantiâ fidei errant. *c. Schisma. 34. Caus. 24. q. 1. c. inter hæresin & schisma. d. caus. 24. q. 3. & 1. Tit. X. de Schismat.*) negocium sit, me-

110 ritò & congruè hîc Q? An in Repub. quæ vere Ecclesiæ hospitium est, etiam hujus monetæ & religionis homines tolerandi, nec tolerandi modò, qui jam ante reformationem ibi domicilium habuerunt, sed etiam, si necessitas postulet, & publica id Commerciorum suadeat utilitas recipiendi, si non in aliis urbibus, an in emporiis, quæ sine diversorum hominum, nationum & religionum conversatione & confluxu nunquam esse possunt, hoc sit admittendum? Ardua certè hæc, & inter Theologos & JCtos ventilata quæstio; de quâ unius saltem Theologi Reformati pro negativâ ap- 111
ponemus opinionem. Religio, inquit Jo. Wolff. *in contin. Comm. P. Martyr. lib. 2. Reg. cap. 17. pag. 348.* ut conveniens sit cultus ei qui colitur, commixtionem & confusionem, tanquam rem abs se prorsus alienam, respuit. Nihil enim ferre potest, quod sit permixtum & compositum, velut lege Mosis cautum est, ne diversi generis sementem in eundem agrum jacerent, neve ex duobus contextâ veste uterentur. Quibus typis sunt illæ dissimilium & inter se pugnantium religionum confusiones reprehensæ, &c. Vid. Mengering. *Informat. Evangel. Domin. 15. Trin. q. 4.* Nobis tamen affirmativa, 112
remotis, ob brevitatem ambagibus, ex ipsius naturæ & legis divinæ Institutis, ex sincериorum populorum moribus, ex sensu communi, ex sanioris rationis dictamine, magnorumque Theologorum & JCtorum authoritate, videtur verior & æquior; ita tamen, ut hæ diversæ, & quidem in Imperio Rom. permissæ religionis homines mercatoresque sine aliquo publico religionis exercitio, sineq; privatis conventiculis degentes, sese legibus & statutis Civitatis per omnia adtemperent. Non videmus enim quô pactô, differens illa de religione opinio, observatis his, quas diximus, conditionibus, & certis præscriptis vivendi legibus, prohibere possit, quò minus nobis mutuum rerum externarum sit commercium. Si enim, ut suprà innui- 113
mus, ea est naturalis hominum inter se Societas, si communis ratio hoc Nobis præscribit, ut homo homini, quicunque sit, ob eam saltem causam, quod is homo sit, consultum velit. *l. 3. ff. de J. & J.* Denique si ea est, ut in pr. hujus capitis diximus, commerciorum necessitas, ut iis quasi vinculò quô-

quôdam humana societas & vitæ quasi communitas contineatur, consequens certè fuerit, si quis instituat, ut aliter cum mercatoribus diversæ religionis procedatur, & rationi illum & naturæ rerum bellum illaturum, & quantum in ipso sit, humanæ vitæ societatem
114 dissoluturum esse. Iniquissimum itaque est, quod in quibusdam exteris locis, mercatores eorumque ministri, ob differentem de religione Sacrorum opinionem, in tanto sæpiusculè versentur periculo, ut, ob inventum fortè in navibus suis elixæ carnis frustum, capitis discrimen ipsis injectum sit. Videatur Dn. Georg. Stampel. Superint. Lubec. gründliche Verantwortung auff Anthon Burchardi Anklag; *an cum diversæ religionis mercatoribus conversari liceat?* Hoc *optimè* intelligens Sere-
115 niss. Daniæ Rex, Christianus IV. p. m. qui Belgas mercatores, Reformatæ Religioni addictos & in urbe Glückstadiensi commerciorum gratiâ commorantes, maximis & egregiis ornavit privilegiis & immunitatibus, prout patet ex privilegiis oder Freyheiten/ welche Ihre Maj. ꝛc. der Niederländischen Nation, und ihren Familien/ Adhærenten und Mitbeschriebenen/ so in der Veste Glückstadt anjetzo residiren / und in künfftig umb Gewerbe zu treiben kommen möchten/ Allergnädigst hat mit getheilet und gegeben/ am *17. Octobr. Anno 1631. in fine annexis sub lit. L.* Hæreti- 116
corum & Schismaticorum occasione, de excommunicatorum & bannitorum commercio quædam fuissent adjicienda; verùm, cùm horum tractationem ad *libri quarti cap. 1.* certas ob causas, reservaturi simus, hîc quoque eos, sicuti paulò antè de Hostibus innuimus, prioribus saltem attigisse digitis sufficiat.

Caput XII.

De Negociatione Fœminarum.

Summaria.

1. *Fœminarum in Jure deterior conditio quàm masculorum.*
2. *Mulieres munera publica non gerunt.*
3. *Mulieres tutores dari non possunt, uti nec postulare & fidejubere &c.*
4. *Mulieres ob sexûs fragilitatem à muneribus publicis abstinent.*
5. *Mulieres à mercaturæ exercitio non arcentur.*
6. *Mulier Mercatrix contrahens non utitur SCtô Vellejano.*
7. *De Jure Saxo. Mulieres mercatrices validè contrahunt.*
8. *Quæ hujus rei ratio.*
9. *Lipsiensium hoc in casu responsum.*
10. *An mulier mercatrix in judicio agere & conveniri sine Curatore possit?*
11. *An mulier mercatrix pro mercibus emptis bona oppignorare possit?*
12. *An mercatrix ædes vendere possit?*
13. *Valet Statutum, quòd uxor pro marito teneatur.*
14. *Quod exemplis probatur.*
15. *Ordinatio Provincialis Hassiæ de Contractibus mulierum.*
16. *Statuta Lubecensia quid de fœminarum negociationibus disponant.*
17. *Mulier mercatrix Lubecæ majori gaudet privilegiò cæteris.*
18. *In dubio, acquisita per uxorem constante matrimoniô, ex bonis viri acquisita præsumuntur.*
19. *Acquisita per uxorem mercatricem non ex Mariti, sed ex propriis præsumuntur acquisita bonis.*
20. *An uxor publicè gerens mercantiam, videatur gerere de voluntate mariti, ita ut is ipse teneatur?*
21. *Quomodo mulier ex intercessione & fidejussione teneatur de jure Lubecensi.*
22. *An & quare mulieribus contrahere Cambium sit prohibitum.*
23. *Mercatricis singulare jus, ultra actûs mercaturæ congruos non extenditur.*

24. Cautio de Judicio sisti, & judicatum solvi, ad actus mercatorios non pertinet.

25. Mercatrix in dubio in causâ negociationis contraxisse censetur.

26. Actûs ad Mercaturam pertinentes censentur, sine quibus illa consistere non potest.

27. Mutuum ad mercaturam spectat. vid. sup. n.11. huj. cap.

HActenus de masculorum commercio, paucis nunc quoque, de
1 fœminarum dispiciemus. Quanquam inter plurima fœminarum in eo quoque deteriorem esse conditionem quàm masculorum ex jure communi constet. *l. in multis. 9. ff. de stat. hom.*
2 quòd munerum officiorumque publicorum sint incapaces. *l.2.ff. de Reg. Jur. & ibi gl. & Dd. Comm. l.3. §. inter corporalia. ff. de muner. & honor.* Spec. *tit. de Procur. §.1. n. 2. vers. 22.* Nevizan. *Sylv. nupt. lib.1. n.9.* Jo. Ceph. *cons.526. n.39. vol.4.*
3 Unde nec postulare. *l. 1. §. Sexum. ff. de postul.* nec fidejubere. *l. de die. 8. §.1. ff. qui satisd. cog. l.3. ff. de fidejuss.* nec tutores dari. *l. fœminæ. ff. de tutel. l.1. C. quand. mul. off. tut. l.26. ff. de testam. tut. l.21. ff. de tut. dat.* (quamvis de jure Novellar. secus. *Nov. 118. c.5.*) etiam in feudis. Curt. Sen. *Cons.66. n.16.* P. Heig. *2. quæst.13. n.40.* Melch. Kling. *Instit. de Tutel. & de leg. agn. tut.* Modestin. Pist. *p.1. q.27. per tot.* JCti & Scabini Lips. *in decis. p.5. q. 23.* Berl. *p. 2. Concl. 12. n. 34.* Rittershus. *ad Novell. p.8. c.9. n.1. & Dd. Comm.* licet dissentiat Schrad. *de feud. part. 10. sect.19. n.24. & seqq.* nec nummularii vel argentarii officium exercere. *l. fœminæ. 12. ff. de edend. & ibi* Br. vel alia, quæ virilis sunt officii, regulariter præstare possint, *d. l. 2. de R. J.* cùm non hisce officiis, sed lanificio sint aptæ. Coras. *lib.2. miscell. c. ult. n.7.* juxta illud Ovidii 12. *Metamorph. de Caneo:*

- - - - - columq;,
J, cape cum calathis, & stamina pollice torque.

4 Et hoc propter imbecillitatem naturalem, imprudentiam & fragile judicium; unde illas fluxæ fidei esse, unà cum juris nostri volumine adserit Aristoteles *9. histor. animal. c. 2.* & Justinian. *in l.6. C. de recept. arb.* ita notabiliter disponit: *Sancimus, mulieres, suæ pudicitiæ memores, & operum, quæ eis natura permisit, & à quibus eas jussit abstinere &c.* Imò, tàm antiqui quàm moderni humanarum & legalium literarum interpretes, undique id exclamant, ut post Tiraq. *de LL. Connubial. lib.9. n.619.* scribunt. Prosp. Farinac. *de Testib. q.59. n.4.* & Mascard. *de Probat.* 5
concl.762. n.3. & seqq. nullibi tamen eas ipsas à mercaturæ exercitio arceri; sed potiùs illud fœminis permissum esse, me leges & consuetudines modernæ docent. *l. pendiculis 32. §. idem cum quæreretur. 4. de aur. & arg. leg.* his verbis: *cùm testatrix negociatrix fuerit. l. sed etsi quis. 7. §.1. ff. de Instit. act.* verb. *parvi refert, quis sit Institor, masculus an fœmina. & l.1. §.16. ff. de exercit. act. l.7.* ibi *quæ mercimoniis publicè præfuit. C. de Incest. & inutil. nupt.* Alphons. de Azeved. *lib.5. Comm. in Hispan. constit. tit.18. de los cambios y cambiadoros, y corredores de illos, &c.* idquod experientia quotidiana probat, & in specie de fœminis Belgicis attestatur Alb. Gentil. *lib. 2. de nupt. cap.20.* in tantum, ut mulieri negotianti æquè debeatur Interesse lucri cessantis, & damni emergentis, ut cæteris mercatorib. Rot. Genuens *decis. 28. n.4.* Hinc mulier, contrahens & ex- 6
ercens mercaturam communem cum marito. *l. si sine voluntate. 5. C. ad SC. Vellej.* si recipit credita negotiationis, vel etiam consentit in obligationem bonorum mariti, non habebit SCti Vellejani beneficium, sed tenetur solvere æs alienum mariti. Sim. Pist. *cons.3. in 1. qu. n.9.* & ita passim in Germaniâ receptum esse probat Gail. *2. obs.90. n.5.* per pulchras rationes. Quib9 adjunge Anton. de Gamm. *decis. Lusitan. 186. & decis.188. decis.200. & 366. per d. l. si sine voluntate. & auth. ad hoc. C. de Latin. libert. toll.* Ex quibus duabus constitutionibus repulsa est mulier Coloniensis, quæ cùm unà cùm marito suo negocia-

gociata fuisset, & se semper Creditoribus obligâsset, maritô facultatibus lapsô, beneficiô SCti Vellejani uti volebat.
7 De jure Saxonico mulieres mercari & negotiari consuetæ, in emendis & vendendis mercibus, etiam sine curatore firmiter contrahunt, seq; obligant, per *text. in novell. Elect. Aug. p. 2. Const. 15. sub fin.* ubi habetur: Daß den Weibes Personen / so zu handtieren pflegen / mit Kauffen und Verkauffen in Krähmen und andern dergleichen Wahren / ohne Vormünden beständig und verbindlich zuschliessen und zu handeln hiermit unbenommen seyn soll. Dan. Möller, *in Comment. hujus Constit. n. 76.* Quod idem de jure Hamburg. *p. 2. tit. 8. art. 1.* ut nempè sine curatore contrahere & obligari possint.
8 Et hoc sine dubio. Quod in causis mercaturam attingentibus, ut sæpius monitum, non juris solennitas aut subtilitas, sed æqvum & bonum attendi debet; ne impediantur aut fallantur commercia; quod utilitati publicæ adversum foret. Idcircò, sicut minor ex læsione non restituitur adversus contractûs, quos gessit ut mercator, si mercaturam publicè exercet; Strach. *de mercat. p. 3. n. 26.* Campan. *in Statut. Med. c. 416. n. 201.* ita nec mulieri, quæ minoribus in Statutis æquiparatur, adversus contractûs succurri debet, si mercatrix est. Unde ad coëmendas merces absque consensu curatorum, pecuniam mutuò accipere, imò & creditoribus suis bona hypothecare optimè possunt, quia mercaturâ concessâ, etiam contractus mutui, & obligatio hypothecæ, sine quibus ea expediri vix potest, concessa videntur. *Dd. per l. cui jurisdictio. 2. ff. de jurisd.*
9 Prout etiam Lipsenses Anno 1608. ad consultationem G. W. responderunt: Hat M. S. einen eigenen Tuchhandel gehabt / und zu dessen verbesserung etzlich Geld von euch auffgenommen / und euch alle ihre Güter / mit der Gerichten Gunst / jedoch ohne Einwilligung ihres Kriegischen Vormundes / zum würcklichem Unterpfand gesetzet / Ob nun wol die andern / Gläubiger die Hypothecam dahero zu nichtes machen wollen / weil ermelte M. S. euch dieselbe ohne ihrem Kriegischen Vormunden verschrieben / dennoch aber / und dieweile sie das Geld zu ihrem Handel auffgenommen / und ohne Versicherung kein Geld auffbringen können / so ist die Hypotheca vor beständig zu achten / und mögen euch die andern Gläubiger / so hernacher arresta angelegt / nicht vorgezogen werden / Berlich. *p. 2. Concl. pract. 17. n. 92. & seqq.* & Anton. de Gamm. *dd. ll.* qui in praxi admodum utilia de mulierum obligationibus, debitis communibus viri & uxoris, ac eorundem solutione & executione congesserunt, quib. adde Dn. Vicepræsid. Mevium, *affin. meum* 10
plur. honor. part. 1. Comm. in jus Lub. lib. 1. tit. 10. art. 1. n. 57. & seqq. & tit. 7. art. 8. ubi hanc movet quæstionem: Numne mulier mercatrix, sine Curatore in judicio subsistat? Seu ut clarius dicam, An ex contractibus, quos ut mercatrix iniit, sine Curatore agat, aut conveniatur? Et ex Chassan. affirmando concludit, mercatrices per Statutum exemtas esse à conditione mulebri. Non enim putandum est, Statutum sine Curatore permittens contractûs mulierum, negare voluisse judicia. An au- 11
tem mulieris actus, si ut mercatrix suis Creditoribus pro mercibus emptis, vel pecuniâ ad emtionem mercium insumptâ, bona quæpiam hypothecæ constituerit, sine Curatore valeat? Negativ. Moller. *ad Constit. Sax. 15. n. 82. probat.* Affirmativam autem cum Dn. Berlich. *vol. 2. concl. 17. n. 94.* veriorem puto, cùm ad commercia tendat ejusmodi contractus, nec impedimenta sint ea, quæ ad finem semel 12
concessum tendunt; ædes autem vendere aut simile ad mercaturam non spectans, sicut ipsi mercantiæ Consules non valent. Strach. *quom. proced. in caus. merc. n. 12.* ita & illa negocium agere non potest, per ea quæ *infr. n. 21. h. cap.* deduximus, licet in venditione ædium, ex certis rationibus & circumstantiis in Senatu nostro dispensatum meminerim.

Eôdem modô valet etiam Statu- 13
tum vel consuetudo loci particularis,

quòd

quòd uxor teneatur pro marito; & quòd simul cum marito debita solvere necesse habeat. Mynſ. *cent. 1. obſ. 29.* Gail. *1. obſ. 36. num. 2. & d. obſ. 90. n. 1.* Coler. *de proc. execut. part. 1.*
14 *cap. 3. n 39. & in deciſ. Germ. 31.* ubi testatur, talem consuetudinem Coloniæ & Noribergæ vigere, Quâ de re vid. ulterius gloſſ. Lehnrecht / *cap. 31.* Joach. Mynſ. *reſp. 38. n. 3.* Georg. à Rotſchitz *in proceſſ. tit.* Vom Leibgeding. §. Ob aber und was Geſtalt. Statut. Lub. *lib. 1. tit. 5. art. 7. & lib. 3. tit. 1. art. 9. & 10.* Statut. Lunæb. *art. 28.* & ibi Hartvv. à Daſſel *in Comment.* Dan. Moll. *lib. 2. Semeſtr. cap. 41. n. 8.* Andr. Rauchbar. *part. 1. q. 36. n. 12.* & noviſſ. Dn. Mev. *Comm. in jus Lubec. p. 1. tit. 5. art. 7. per tot.*
15 Quibus omnibus pro majori declaratione meritò subjicio verba ordinationis provincialis Haſſiacæ *de An. 1497. cap. 5.* §. und ſeind dieſe / quæ ita habent: Die Perſonen / ſo mit einander zu bezahlen ſchuldig / ſeind Gewandſchneider / Krahmer die zu Gewelbe oder Krahm ſitzen / und gemeines Kauffes warten / Wechßler / offene Wirte / die gemeiniglich frembde Leute und Gäſte halten / auch die zu offenen Marckt ſitzen / oder pflegen zu handeln / und ihre Haußfrauen ſo ihre Kauffhantierung und Gewinn ihnen beeden zu Nutz und Nahrung kompt / in ſolchen und dergleichen Fällen iſt einer für das ander Pfandbar / ſo ſpan und irrung der Bezahlung an ihre gemachte Schuld fiele; und ſollen Mann und Weib in gemelter Hantierung gleichen Gewinn nehmen und empfahen / wie oben gemeldet.
16 Ad idem propoſitum ſpectat etiam Statutum Reipub. Lubec. *lib. 3. tit. 6. art. 21. ibiq;* Dn. Mev.. ubi dicitur, & mercatrix deſcribitur, Eine Kauffrau / waß ſie kauffet / muß ſie zahlen / eine Kauffrau aber iſt / welche auß und einkäufft / offene Laden und Fenſter helt; mit Gewicht / Wage / Maaß und Ellen auß und einwieget und miſſet. Et rurſus, *lib. 1. tit. 5. art. 7. ſup. alleg.* in verb. Es wehre dann / daß die Frau mitgelobet; welches doch dahin zuverſtehen / wann ſie eine Kauffrau geweſen; & iterùm *lib. 1. tit. 10. art. 1.* in verbis: So mag auch keine Frau höher Bürge werden / ohne Willen der Vormünder / dann vor drittehalb Pfenning / auſſerhalb derer / welche Kauffmanſchafft / Handel und Wandel treiben / was dieſelbe geloben / das müſſen ſie gelten und bezahlen. Quæ autem ſit & dicatur mercatrix; hujusque illuſtrationem prolixiorem vid. apud Dn. D. Mevium *Comm. ad jus Lub. lib. 1. tit. 5. art. 7. num. 113. & ſeqq. & tit. 10. art. 1. n. 57. cum ſeqq.* Et hæc mulier 17
mercatrix, gaudet inſuper de Jure Lubec. majori privilegio & libertate, quàm aliæ. Poteſt enim 1. de rebus & bonis negociatione acquiſitis, teſtamentum condere; quod reliquæ mulieres prohibentur. *lib. 2. t. 1. art. 14.* ibi: Wehre ſie aber eine Kauffrau / und alſo vor dem Raht gezeuget / ſo mag ſie ein Teſtament machen von ihren wolgewonnenen Gute. 2. Quam- 18
vis, in dubio, acquiſita per uxorem conſtante matrimonio, ex bonis viri de jure communi acquiſita præſumantur, Gail. 2. *obſ 78. num. 9.* Maſcard. de probat. *concl. 30. & 214.* Menoch. *3. præſumt. 51.* Petr. Surd. *de alim. tit. 4. qu. 29.* Decian. *reſp. 47. vol. 2.* Mynſ. *obſ. 92. Cent. 2.* Ceſſat tamen 19
iſta præſumtio, tàm de jure communi, quàm noſtro Statutario, ſi mulier eſt mercatrix, nam iſtô caſu ceſſat turpis lucri ſuſpicio, & ex induſtriâ ſuâ quæſiviſſe præſumitur. Mynſ. *d. l. n. 9.* ubi hoc autoritatibus & præjudiciis Cameralibus roborat. An autem uxor 20
publicè gerens mercantiam (uti loqvuntur Interpretes) eam videatur gerere de voluntate viri, ita, ut ex contractibus per eam initis teneatur? disquirunt Dd. Inter quos affirmativam amplectuntur Barthol. Chaſſan. *in Conſuet. Burgund. Des droicts & apperten: rubr. 4. §. la femme ſoyt, pag. m. 491.* Petr. Foller: *in additam. ad Marant. ſpec. aur. part. 4.*

dist.9.n.134.per l.Barbarius.ff.de Off.Prat. & *l.ejus qui in Provinciam. 41.ff. Si cert. pet.* & *text.in l.1.§. item Præpositio. ff. de Exerc.act.* Cui adde Jo.à Sande. *lib.2.defin.Frisic. tit.4. defin.3.* & *4.* item Grot. *1.introd.Jurispr.Batav.c.5.* Quod declarat D. Pirrh. Angel. in Consiliis *tit.de Societ.int.vir.* & *ux.cap.3.* qui *c.4.* dicit, quod ipsa uxor possit convenire & conveniri, & maritus ejus obligetur ex ea re. Cujus ratio secundùm dictum Pirrhum, quia uxor publica mercatrix, est tanquam procurator cum liberâ *per d.l.sed etsi quis. 7.junct.gl.ff.de Instit. act.* & tunc in hujusmodi contractibus uxor locô Institoris habetur. Joh.Fab. *in §.1.Inst.quod cum eo, qui in al. pot.* Chassan. *d.l.verb.si ille n'est. n.1.* & *9. inf.* ubi utilem Institoriam, de in rem verso, aut quod jussu actionem, contra

21 maritum locum habere ait. Quamvis de Jure communi provisum sit, Mulieres nec fidejubere, nec earum bona pro aliis obligari posse, & si forte fidejusserint, obligationem nullius momenti esse, & beneficiô SCti Vellejani infringi posse. *l.1.* & *t.t. ff.* & *C. Ad SCt. Vellej.*

Nomothesiâ tamen Lubecensi hæc Regula notoriè limitatur. Si Mulier Mercatrix est, die Kauffmanschafft Handel und Wandel treibet/ qualis non tantum pro marito *art.7.tit.5.lib.1.Statut.* & quidem contra dispositionem Juris communis, quô amoris & metus reverentialis causâ Intercessio pro marito nullatenus valet. Castrens. *in auth. Si qua mulier. C. ad SCt. Vellej. n.2.* Salyc. *ibid. n.3.* Cujac. *ad Novel. 134.* Sed etiam pro aliis ex fidejussione ad solvendum efficaciter obligatur, *art.1. tit.lib.1. Stat.* Imprimis si uxor Mercatrix Improlis pro marito intercedat. *d. art. 7. tit. 5.* quo casu efficaciter etiam exclusô dotis privilegiô, ejusque retentionis beneficiô, in Concursu Creditorum pro marito obligatur. *d. art. 7.* nec aut renunciatione aut Curatoris præsentiâ eget, *art.13. tit. 6. lib.3.* aut SCto Vellejano adjuvatur talis sponsio. Cùm Mercatura, cui Lubecana Jurisprudentia, ut sæpè in hoc tractatu monitum, consulere studeat, & pro sua securitate postulasse videatur, ut ei operam navantes fidem limitare non possint. Imò fieri non possit, ut cum iis secura essent Commercia, si competerent beneficia, quæ meritò negantur iis, qui suscipiunt virilia negotia, quorum fide & securitate nititur Respublica, Dn. Mev. *ad hos art. 1.* & *7.* cui adde Hering. *de fidejuss. cap.7. n.389. cum seqq.* & *n.410. cum seqq.* An autem, & quare mulie- 22
ribus, seu fœminis, contrahere cambium sit prohibitum; & quid in Repub. Genuensi hoc in punctoobtineat, vid. Sigism. Scacc. Roman. *tract. de Commerc.* & *Camb. §.1. q.7. p.3. lim. 17. n.7. 15. 25.* Conclusivè tamen no- 23
tandum, quòd omnia illa, quæ hîc de mulieris mercatricis obligatione & fidejussione dicta sunt, non extendantur ultra commercii fines. Extra ea enim, quæ intuitu mercaturæ fiunt, agentes & fidejubentes mulieres æquè beneficio SCti Vellejani frui reor. Semper enim, cùm aliquid de mercatoribus speciale seu singulare disponitur, id intelligi saltem debet de negociis ad mercaturam pertinentibus. Alex. *cons. 13. num.3. vol.7.* Marsill. *in l. fin. n.168. ff. de Jurisd. om. jud.* Et nos *infr. suô locô prolixius.* Quare, si mulier, ut merca- 24
trix, de judicio sisti & judicatum solvi pro aliquo intervenerit, non tenebitur; cùm id ad commercia non spectet. Idem judicium est, cùm mercatrix conveniretur ex fidejussione pro conductore fundi, qui nihil ad tabernam pertinebat. De similibus idem judicium esto. Etsi autem in iis, quæ ad negociationem spectant, SCtô Vellejano mulier non juvatur, à cæteris tamen beneficiis, veluti excussionis, cedendarum actionum, &c. non exclusa reperitur. Dn. Mev. *d.art.1.n.80.* In dubio autem, quæ mercatrix est, in causâ negociationis contraxisse, & accepta 25
in mercantiam vertisse præsumitur. Strach. *in tr. quom. in caus. merc. proced. p.1. n.41.* Jason. *in l. admonendi. lect.2. n. 132.*

n. 132. ff. de jurej. Hartm. Pist. 1. q. 14. n. 16. Campan. in Stat. Mediol. p. 2. c. 416. Chassan. in consuet. Burg. rub. 4. §. 1. verb. au quel ces pour faict. n. 1. ubi addit rationem, quod limitata causa li-
26 mitatum producat effectum. Neq; verò ad mercaturam illi saltem spectant actûs, quibus aliquid emitur aut venditur, sed etiam sine quibus ad eam pervenire nō licet. Concessò autem consequente, necessariū antecedens quoq; concedi fas est. l. 2. & ibid. Dd. ff. de Jdict. Unde, si mulier negociatrix, pecuniâ egens, mutuū ab alio sumit, & pro securitate crediti bona sua oppignorat; etsi 27
nec mutuum nec pignus mercaturæ species sit; tamen, quia hæc sine istis contractibus subsistere non valuit, tàm ex mutuo, quàm ex pignore obligatur, quia mercaturæ causâ contraxit, utut non mercata. Ideoque quòd curator vel maritus non consenserit, nullum vitium contractui accedit. vid. Berlich. p. 2. Concl. 17. num. 15. & seqq. Carpz. Jurispr. for. p. 2. Const. 15. def. 16. & nos hic supr. n. 10. & sequent. plurib.

Caput XIII.

De Privilegiis & beneficiis Mercatorum Personalibus. Ubi primò de securitatis præstatione, seu salvo Conductu, vulgò Glayd & quidem eô, quô tempore Nundinarum fruuntur.

Summaria.

1. *Connexio Capitum.*
2. *Privilegia Mercatorum Personalia consistunt in Securitatis præstatione.*
3. *Securitas duplex, Generalis & Specialis seu Legalis.*
4. *Immunitas Mercatorum in quo consistat.*
5. *Fluminum & viarum publicarum usus mercatoribus sit liber.*
6. *Mercator ob testimonium dicendum ab itinere destinato non potest detineri.*
7. *Mercator transiens non potest conveniri.*
8. *Quæ hujus ratio.*
9. *Mercatori in via publica damnum passo tenetur Dominus ad refusionem, & num. 36. 37.*
10. *Ob quam causam Imp. Fridericus I. Mercatoribus Jus gestandi gladium concesserit.*
11. *In Portugallia Mercatores licitè portant arma, cæteris prohibita,*
12. *Lubecenses primò à Regibus Daniæ pro exercendis Commerciis liberum & Securum impetrârunt accessum & recessum.*
13. *Primus gradus fœderis Hanseatici.*
14. *Idem liber aditus Hanseaticorum in Sueciam & Norvvegiam concessus & confirmatus.*
15. *Libertate accedendi & recedendi Hanseatici in Muscovia fruuntur.*
16. *Jura Singularia quæ Lubecenses in Muscovia obtinuerunt.*
17. *Securitatis concessio Mercatoribus Germanis à Persarum Rege data.*
18. *Hanseatici in Hispanicis Regnis maximâ gaudent libertate.*
19. *Quâ securitate Hanseatici Mercatores in Gallia polleant.*
20. *Mercatores peregrini pro alienis delictis arresto & repressaliis detineri & pignorari non possunt.*
21. *Ministri & Subditi pro debitis Dominorum arrestari non possunt.*
22. *Quali privilegio in Angliâ utuntur Mercatores Hanseatici.*
23. *Mercatorum Germanorum libertas in Gallia.*
24. *Securitas à Mercatoribus tempore nundinarum competit.*
25. *Utilitas publica suadet hanc Nundinarum securitatem.*
26. *Immunitas Salvi Conductus seu Glaydes.*
27. *Vocabulum Salvi Conductus ambiguæ significationis. 1. quæ competit ad sui defensionem, Glayd zum Recht.*
28. *Salvus Conductus Superioritatis Symbolum.*

71. Quod

71. *Quod probatur privilegiis Regum Galliæ.*
72. *Bona Mercatorum in Hispaniâ mortuorum ad suos hæredes legitimos deferuntur.*
73. *Statutum Hanseaticum de hac securitate legali tempore mortis.*
74. *Exempla aliorum Mercatorum peregrinorum, qui hac securitate in Gallia fruuntur.*
75. *Gallici Mercatores nullis hoc in passu fruuntur beneficiis in Græcia & Asia.*
76. *Singularia de Testamentis, legatis & successionibus nauticis remiss.*

1 VIdimus præcedentibus de subjecto horum privilegiorum, commerciis videlicet & negociatione utriusque sexûs, tàm fœminarum quàm masculorum, eorumque in perfruendis hisce juribus qualitate & capacitate. Sequitur objectum, ipsaque jura singularia, quæ concernunt vel ipsas mercatorum personas primariò, vel eorum res, vel judicia &
2 processus. Privilegia, eorum personas concernentia, consistunt vel in SECURITATIS PRÆSTATIONE vel MUNE-
3 RUM VACATIONE. Illa rursùm vel in universali omnium securitate seu aureâ pace publicâ; de quâ Andr. Gail. & alii; vel particulari & legali; de quâ hîc propriè agimus, & quidem ea, quæ ratione privilegiatæ personarum qualitatis, quatenus videlicet mercatores in vitæ genere ad conservationem humanæ civilisque societatis maximè ne-
4 cessariò degunt, competit. Hæc autem consistit generatim quidem in immunitate à personali offensione, injuriis, rerumque damnis. In specie verò in libero tutôque, mercatoribus legitimâ & *supr. cap. 7. n. 3.* præmonstratâ qualitate preditis, usu commerciorum. *§. 2. inf. Inst. de J. N. G. & C. l. 5. ff. de J. & J. l. 1. ff. de contrah. emt. & allat. jur. relat. à* P. Gregor. *lib. 21. Syntagm. c. 1. n. 3.* Rosenth. *Syn. feud. c. 5. concl. 21. lit. C. per text. in l. 1. 2. C. de Navicular. lib. 11. ibi: Omni securitate.* Mercatores enim in negociationibus suis congruâ lætari securitate debere; salubriter in Concilio Lateranensi constitutum est. *c. fin. de Treuga & Pace. arg. l. 2. §. eadem lege. ff. ad l. Jul. de Annon.* Quô ipsô Conciliô quoque sancitum, ne decipiantur sub fide publicâ, potissimùm cùm commercia sint de jure Gentium. *d. l. 5. de J. & J.* Hugo Grot. *de mar. lib. cap. 8.* Deinde consistit in 5
libero tutoq; usu viarum publicarum. *l. fluminum. 24. in pr. ff. de damn. infect. l. 2. §. viam pub. 21. inf. ff. ne quid in loc. pub. Dd. in l. 1. ff. de viâ publ.* M. Anton. Peregrin. *de jure Fisc. T. 1. n. 22.* Gail. 2. *de P. P. 1. n. 13.* Sixtin. *de Regal. lib. 2. c. 2. n. 23. & seqq.* quia publicè utile, sine impedimento, metu, & periculo mercatores per itinera commeare; semperque debent ea loca, per quæ vulgò iter faciunt, eandem securitatem habere. *l. 1. §. 1. & 2. de his qui dej. & effud.* Strach. *in præfat. de assecurat. merc. n. 61. circ. fi.*
Unde quamvis de Jure Communi quis 6
invitus ad testimonium dicendum cogi. Gail. 1. *obs. 100. per tot.* & nisi ob absentiam necessariam à testimonio dicendo excusationem impetrare possit. *l. 8. ff. de Testib.* Ruland. *de Commiss. p. 2. lib. 2. c. 6. n. 21.* Jure tamen Lubecensi ob Commerciorum facilitatem Mercator ob testimonium dicendum à suo itinere detineri non potest, sed jubet potius Statutum differri examen, ex qualibet absentia voluntaria & probabili, quę oritur ex negociatione vel occasione istius conditionis; Justum quippe reputans, officium suum testi mercatori non esse debere damnosum, nec ob alterius commoda detineri, quo minus sua procuret. Ita enim *art. 10. de Testib. tit. 7. lib. 5. Stat. Lub.* Wann ein Bürger seinen Mitbürger zum Zeugen vorstellen will / so mag der Zeuge derentwegen seiner Nahrung nachzuziehen nicht uffgehalten werden / sondern hat der Producent denselben in seiner Wiederkunfft gleichwol vorzustellen. Et mercator, transiens per ali- 7
quam provinciam aut Civitatem cum mercibus, non potest ibi conveniri, etiamsi ibi reperiatur cum majori parte facultatum suarum; ratio, quia non sorti-

sortitur forum transeundo. Br. *in l. de jure. ff. Ad Municip.* Quod & Constitutiones Imperii & Circulorum volunt, R. A. *de Anno 1548.* §. Ferner. R. A. *de Anno 1555.* §. Nachdem aber. R. A. *de Anno 1566. vers.* Nachdem aber. *p. 598.*
8 Denays. *tit. 211. §. 3. & aliis.* Cùm enim pro mercibus, quas consequenter boni publici ergò emunt venduntque, investigandis & perquirendis eant & redeant, ubique hoc securè facere permittendi sunt. *d. c. fi.* ibi: *eundo & redeundo securi.* & Pet. Bell. *de re milit. p. 9. tit. 3. n. 12.* quem allegat Georg. Becht. *de secur. & salv. cond. class.*
9 *4. th. 241.* quapropter si mercator in territorio cujusdam Domini rapinam passus sit, tenetur ipse Dominus specialiter ad refusionem damni, vel ad exhibendum latronem. Myns. *cent. 5. obs. 70.* & ita judicatum in causa quâdam contra Episcopum Herbipolensem dicit Andr. Gail. 2. *obs. 64. n. 1. & 2.*
10 Ob hanc causam Imp. Fridericus, *in §. si quis rusticus. 5. de pace ten. 2. feud. 26.* mercatoribus jus gestandi gladium (quamvis arma portare regulariter de jure Civili prohibitum sit, *rubr. & l. un. C. ut armor. usus. lib. 11.* prout alibi latius deducemus) in itinere concessit. Sic enim ille *d. l. Mercator, negociandi causà per provinciam transiens, gladium suæ sellæ alliget, vel super vehiculum suum apponat. ut à prædone se defendat.* Par. de put. *de Synd. tom. 14. vers. tortura. vers. an in causà pecuniariâ.* Menoch. *lib. 2. arb. jud. quæst. Cas. 3444.* Decian. *in prax. crimin lib. 8. c. 3.* quos allegat Althus.
11 *lib. 1. Dicæol. c. 106. n. 4. & 5.* Ita Hanseaticis mercatoribus in regno Portugalliæ seu Lusitaniæ concessum, ut illi eorumque famuli & ministri, qui ex iisdem partibus oriuntur, sclopeta & gladios ferre, interdiu noctuque, tàm sine lucernâ, quàm cum eâ, etiam post signum campanâ datum (quod aliis sub vitæ periculo prohibitum) ire & tutò ambulare possint; dummodò ne cui rei illicitæ operam dent; vel in quempiam injuriosi sint. *Privileg. Hispan. Portug. 31. confirm. Anno 1607.*
12 Lubecenses sub initio regiminis Henrici Leonis, invigilando commodis, per dictum Principem apud Woldemarum II. Daniæ Regem obtinuerunt, ut pro exercendis commerciis, illis liber & securus accessus & recessus in regnum Daniæ pateret, qui ipsis etiam pactis posteà confirmatus fuit Anno 1159. Atque iste primus gradus fuit, 13
ex quo posteà fœdus plurium Civitatum eò facilius contrahi potuerit. Joh. Ang. à Werdenh. *p. 3. de Rebuspub. Hanseat. cap. 12. p. 274.* Quale privilegium securitatis eundi & redeundi cum mercibus, & quod per nullum advocatorum & officialium in regnis impediri, occupari, vel quôvis modô molestari debeant, posteà mercatoribus Han- 14
seaticis quoque concessum, & confirmatum à Magno VI. & Haquino VII. Regibus Seciæ & Norvvegiæ Anno 1319. & sub dato Kallingburg, An. 1376. Sigismundus, liber Baro, in rebus Mu- 15
scoviticis refert; quô tempore Legati Muscoviam proficiscuntur; omnes undecunque mercatores in eorum fidem & protectionem susceptos, Muscoviâ liberè & sine portoriis aliisque impedimentis, ire posse & consuevisse. P. Gregor. Tholos. *lib. 4. de Repub. cap. 7.* Hanc securitatem sub tuto accessu, commoratione & recessu in Muscoviâ seu Russiâ negociandi, Reipub. Lubecensis mercatores, additis 16
aliis quoque immunitatibus & privilegiis, largiter adepti sunt, à Magno Muscoviæ Duce Boris Federovvitz. Anno 1603. mens. Junio, vid. Muscowitischer Privilegien Brieff *Boris Federowiz sub lit. G.* Eandem libertatem Schah- 17
Abas Sophi, Magnus Persarum Rex, universis Germaniæ mercatoribus per Legatum Antonium Schirle, Anglum, missum ad Rudolf. II. Anno 1600. obtulit; quæque gratô animô ab Imperatore accepta fuit. Hæc eun- 18
di & redeundi cum mercibus libertas, Hanseaticis quoque in Hispaniâ privilegiô concessa est, ita, ut in viis vel diversoriis illi & ipsorum naves & bona arrestis detineri, multò minus ullis repressaliis prægravari, nisi justissimam ob causam, haud possint. *privileg. 42.*

De

De causis autem repressaliarum navium vid. Loccen. *injur. mar. lib.3. c.4. per tot.* Similiter ut in Lusitaniæ & Castiliæ regnis, securè & tutò absque salvo conductu speciali, cum mercibus intrare & commorari possint, *art.2. privil. Portug. & 1. Castil.* imò, ut merces & naves eorum ab omni visitatione, militum & ministrorum importunâ

19 sint immunes & liberæ. In Galliâ mercatores extranei non solùm à Repressaliis (de quarum notatione & jure vid. Loccen. *d. l.3. c.4. §.1. & seqq.*) quæ ibi nominantur *Droict de Marque*; sed & ab omni molestiâ, tàm in itinere, quàm certo quodam loco degentes, sunt immunes; idque sub fide publica, inquit Mr le Bret *de la souuerain. du Roy, liv 2. chap. 14.* Alber. Gentil. *2. de jure bell. cap.22. p. m. 432.* Hinc Joh. Papon. *lib.6. tit.1. Arrest.6. Cest un poinct principal de la Police d' une province, d' Empecher que les marchands, qui amenet vivres & autres necessaires, ne soyent molestez, & de leur tenir la main contre*

20 *tous.* Nam & de jure Civili mercatoribus peregrinis pro alienis debitis vel delictis jure repressaliarum, nisi fortè in casu denegatæ justitiæ, pignorari haud posse obtinet. *l.3. C. de O. & A. l.3. inf. C. ne ux. pro mar. l. un. C. ut null. ex vic. lib.11. l.12. & fin. C. de omni agr. desert. eod. lib.11. Nov.52. c.1. Nov. 134. c.4. & 7.* Joh. Jacob. à Canib. & Laudens. *de Repress.* Claud. Cotiræ. *lib.3. de jur. & privil. mil. c.22.* Bodin. *1. de Rep. c.6. n.64. & c.10. n.172.* Heig. *1. q.12. per tot.* Ruland. de Commiss. *p.1. lib.8. cap.9.* Mindan. *lib.1. c.48. & 49.* Guid. Pap. *decis32.* Myns. *Cent.6. obs.1.* Gail. *de pignor. obs.2.* Cothm. *vol.1. Cons.33. n.158.* His adde Joh. Köppen. *decis. 41.* & novissimè H. Grot. *lib.3. de J.B. & P. cap.2.*

21 *n.7.* Unde nec ministros, subditos aut cives pro debitis dominorum posse arrestari, multò minus ob privatorum civium delicta rempub. luere, do-

22 cet Loccen. *d. l.3. c.4. §.6.7.8. & 9.* Hinc inter privilegia, mercatoribus Hansæ à Regibus Angliæ data, hoc fuit, Mercatorem, qui deliquisset, puniendum; nec cæteros innocentes, propter aliena debita plectendos, prout infr. *libr. 4. c.3. n.18. & seqq. plurib.* Quapropter 23

cùm ante Centum & quod excurrit, annos, de Germanorum in Galliâ persecutionibus, & illatis ob religionem molestiis & afflictionibus, rumor sparsus esset; Civitates quædam Imperiales, solenni legatione hâc de causâ coràm Francisco I. Rege graviter conquestæ sunt; qui exemplô iis rumorem hunc falsò de se suisq; per Germaniam sparsum, nec extraneos ullam querulandi causam, ipsis id attestantibus mercatoribus, habere demonstravit. Rem ita recitat Mr de Bellay *en ses memoires l' An 1536. Le Roy Francois estant à Lyon, le viendrent trouuer les Ambassadeurs des Villes Imperiales d' Allemaigne, ayants charge de faire plaincte à sa Maiesté, de ce qu' en France on faisoit prisonniers les Allemauds pour la Religion, & qu' on les troubloit en leur commerce & traffies. Sur ce le Roy qui recogneut bien que c'estoit un artifice des partisans d' l' Empereur, prit la peine de promener luy mesme ces Ambassadeurs par Lyon, & leur faire voire les boutiques des marchands Alemands ouuerts & eux y trafficants en toute liberte. Et pour les contenter, fit convoquer tous les marchands Alemands, qui lors estoyent à Lyon en son hostel, & la en presence des dicts Ambassadeurs, il s'enquit d' eux s'il leur avoit este fait aucun mauuais traictement en France, ou trouble au faict de leur Commerce, sub pretexte de la Religion. Les dicts marchands, tous d' une voix respondirent, que non: & remercierent le Roy pour le favorable traictement en France &c. Ce que puis ces Ambassadeurs: aux quels le Roy fit tres bonne chere, rapporterent leurs Signeurs.*

Imprimis autem hæc securitas vigere 24 debet tempore Nundinarum solennium, Principis summi privilegiô munitarum, *l. unic. C. de nundin.* cujus L. enodationem vid. *in d. tr.* Fritzsch. *de jur. nundin. cap.7. per tot.* vid. Carpz. Jurispr. *for. p.1. Const.30. defin.23.* quô nimirùm & ipsis mercatoribus eorumq; mercibus tutus sit accessus, commoratio, & recessus. *c.2. de Treug. & Pac.*

& ibi *Panorm. Bella. 5. contr. 3. c. 15.* quem allegat Alber. Gentil. *d. cap. 22. p. 431.* vid. Ahasv. Fritzsch. *nup. tractat. de jur. Nund. cap. 6. per tot.*

25 Finis quippe præcipuus Nundinarum privilegiatarum est utilitas societatis humanæ; cui facilius consulitur datâ immunitate datâque securitate, & sub tutelâ publicâ extraneis mercatoribus receptis, qui alioquin sibi metuentes non vellent sua nobis communicare. Paul. Christinæ. *Vol. 3. decis. Cur. Belg. tit. de Nund. decis. 99. n. 16.* Unde laudabili more receptum videmus, mercatoribus à Principe territorij concedi sal-
26 vum conductum, vulgò das Glayd/ per quem securè transeunt territorium illius Principis, qui hoc superio-
27 ritatis jure pollet. Est autem vocabulum salvi conductûs ambiguæ significationis. Primò enim significat salvum conductum, qui homicidis, Decoctorib. *vid. infr. lib. 4. cap. 9. n. 36. & seqq.* vel aliis conceditur, ut defensionem suam aut innocentiam assertam deducere & probare possint. de quo Wehner. *verb.* sicher Glayd zum Recht. Domin. Arumæ. *discurs. 1. ad A. B. thes. 17. cum seqq.* & plenè Joh. Sibrant. *de jure Lub. Sect. 24. in enodat. artic. 11.*
28 *tit. 1. lib. 1. Stat. Lubec.* Secundò sumitur pro superioritatis symbolo, cùm Principes per territorium alterius transeundo & pernoctando conducuntur.
29 Sic Electores tenentur conducere Coelectores ad locum electionis, secundùm dispositionem *A. B. tit. 1. in pr. & ibi* Arumæ *disc. 1. vid.* Sixtin. *lib. 2. de re-*
30 *galib. c. 2.* Tertiò denotat vectigal mercium & gabellam rerum minutarum, putò animalium, klein und Marckt-glayd/ Baldus capitationem nominat, quæ pro quolibet capite bestiarum ex-
31 solvitur. *l. 8. n. 1. C. de SS. Eccles.* Quartò, & quidem hôc locô, sumitur pro assecuratione, à Principe concessâ mercatoribus cùm ad nundinas eunt, nomina sua profitendo, & guidagium vulgò das Glaydgeld/ solvendo. Cujus conductores dicuntur Convoyen à Gall. Convoyer, quod idem est, ac
32 Glayten/ Mitgehen. Et conceditur hæc securitatis immunitas solis mercatoribus, non aliis Civibus & opificib. Fritzsch *de Nund. c. 7. n. 11.* vel ante nundinas in viâ publicâ; vel in ipsis nundinis, earumque tempore & locô; vel denique post completas nundinas. Quoad 33
primum. Quamvis hisce conclamatis temporibus in conservandis securitatibus viarum maxima in dominis territoriorum animadvertatur negligentia, adeò ut in desuetudinem quasi abierit, curam viarum agere. Joh. Köppen. *decis. 37.* Certi tamen juris est, in- 34
cumbere unicuique magistratui, qui viam publicam concessione, præscriptione, vel consvetudine legitimâ habet, ut curet ea, quæ ad securitatem hujusmodi viæ spectant, quò videlicet à malis hominibus purgetur, & ne à latronibus, plagiariis, prædonibus & furibus infestetur. *l. 1. §. summa ff. de his qui effud. l. 3. inf. l. congruit. ff. de offic. Præsid. cum aliis supr. alleg. legib.* Atq; hoc 35
ipsum, ut & probam monetam, ac observationem fidei datæ, tanti fecit Philippus Hassiæ Princeps laudatissimus, ut dicere solitus sit: **Man sol einen Fürsten kennen bey keiner Straffen/ guter Müntze/ und haltung beschehener Zusage/** Quæ autem sit Via publica, & alia circa hanc materiam, vid. ap. Lud. Horneck. *de jur. postar. cap. 18. theorem. 13. & nos. infr. cap. 17. n. 32. huj. lib.* Et sanè, ut hæc securitas quàm strictissimè & præ cæteris omnibus, mercatoribus ad nundinas proficiscentibus servetur, publica, uti diximus, svadet commerciorum necessitas & utilitas, Sixtin. *d. l. de regalib. lib. 2. Cap. 2. n. 38.* Hinc Constitut. 36
Elect. Augusti de Anno 1571. Die Placterey belangend/ §. Mehr haben wir/ ita cautum: Mehr haben Wir/ vieler Ursachen halber bedacht/ und befehlen demnach ernstlich/ daß die Händeler/ so sich ehrlicher Nahrung und Gewerb halben auff oben benandte Messen und Jahrmärckte verreisen wollen/ einen gewissen Tag auff unsere Gräntzen zugleich ankommen/ und alda mit dem Glayd/ das darzu angeschafft/ fortziehen sollen rc.
Hinc multis in locis aluntur stipendia- 37
rij, vulgò Außreuter/ Stallbrüder/ Einspänniger/

spänniger/ ad hoc deputati, ut viarum curam habeant, und das Glayd bereiten müssen. Joh. Köppen. *d. decis. 37. n. 2.* quò mercatores tempore nundinarum eò tutius ire & redire possint. Derowegen wann das Glayd genommen/ und in des Glaidsherrn Land etwas verlohren/ oder den Glaydsleuten abgenommen wird/ muß er/ der Glaidsherr solches wieder erstatten; Darumb werden die Kauffleute in Messen mit lebendigem Glayd/ durch die Gleidsleute begleitet. Matth. Wehner. in *obs.* verb. Glayd. Sixtin. *d. c. 2. n. 35.* Adam Keller. *de offic. Jur. pol. lib. 2.*
38 *cap. 12.* præsertim, si, ut hodiè communiter fieri consuevit, à mercatoribus pensitatio aliqua sumatur, ut prolixè ostendunt Germaniæ JCti. Zas. *cons. 14. n. 8. & seqq. lib. 1.* Gail. *2. obs. 64.* Myns. *obs. 70. cent. 5. & alii relati à* Sixtin. *d. n. 35.* & Koepp. *d. l.* Quibus adde elegantissimum consilium Hieron. Pansemanni *de Immunitatibus, Salvo conductu & Praeeminentiis Mercatorum q. 1.*
39 *per tot.* (quamvis mercatores ad solvendum guidagium, adeoque redimendum salvum conductum propriè cogi non possint, Georg. Becht. *in fin.*
40 *tract. de Salv. cond.*) Quibus accedit, quòd etiam Constitutione Imperii *de Anno 1559.* Damit dann die Obrigkeiten &c. expresse cautum sit, damnum ab illis, qui salvum conductum mercatoribus dederunt, refundi debere. Con-
41 cordat Jus Sax. *lib. 2. art. 27.* Adeò verò certum est, Jus salvi conductûs habentes ad securitatem præstandam teneri, ut, etsi salvus conductus petenti mercatori denegetur, & is posteà in viâ publicâ spolietur, mandata sine clausulâ decerni possint contra eum, qui salvum conductum denegavit. Ord. Cam. *part. 2. tit. 23.* & P. Frid. Mindan. *de Mandat. lib. 2. cap. 57. n. 2.* ubi præjudicium Camerale affert. Atque ita ejusmodi mandatum decretum est ad Instantiam Civitatis Francofurtensis, contrà Ducem Wirtembergensem, quô Duci mandatum fuit, ut secundùm petitionem restitueret mercatoribus spoliatis merces ablatas, & imposterum, tempore nundinarum Francofurtensium salvum conductum petentibus mercatoribus, ut in Imperio usitatum est, concederet. Hujus mandati meminit Rosacerb. *Practic. obs. cap. 18. n. 3.* Similiter, ut à recentioribus ad antiqua perveniamus, olim circa annum 1184. Philippus ArchiEpiscopus Coloniensis, mercatorum Augustanorum per fines suos transeuntium bona ablata, ab Henrico VI. Imp. restituere jussus est. Arnold. Lasten. *Chron. Slavorum lib. 3. c. 11.* Cæterùm de pœna fractæ securitatis des Glaydbruchs. vid. apud. Mynsing. *dec. 6.* Kiock. *tom. 3. cons. 135. n. 200. & seqq.* Observandum 42
autem hîc erit mercatori, qui hoc beneficiô uti frui cupit, ut viâ regiâ solitâ incedat, nec ab eâ deflectat. Gail. *2. obs. 64.* Coler. *decis. 159.* Myns. *5. obs. 70. & 71.* His enim mercatoribus damnum quod passi sunt, sicuti aliis, non resarcitur. Br. *in d. l. 1. §. summa. ff. de his qui dej. vel effud.* Gail. *d. l. n. 11.* Sixtin. *d. l. n. 40.* Joh. Koppen. *d. decis. 37. n. 12.* cum ibi citatis Dd. Deinde Mercato- 43
rum in ipsis nundinis earumque loco degentium securitas, præter Immunitatem à Pedagiis & vectigalibus, *de quib. infr. lib. 2. c. 3. n. 5. & 6. huj. tr.* consistit in eo, ut pro debitis alibi contractis, eô tempore arrestari, aut merces eorum à nundinarum loci civibus sub quocunque privati debiti prætextu, sequestrari non possint, per eleg. *d. l. un. C. de Nund.* & Ang. *in l. hæres. §. 1. in f. ff. de judic.* Felin. *in c. dilectus filius. n. 26. de Rescript.* Marant. *in spec. aur. part. 4. dist. 9. n. 82. cum seqq.* Wesembec. *tr. de Nund.* His adde Bertachin. *de gabell. p. 8. memb. 2. n. 19.* Jo. Jac. *de Canib. & Laud. Repress. p. 1. vers. 44. vers. fallit. 28.* Rhen. Choppin. *de Doman. lib. 1. tit. 11. n. 24. & lib. 3. tit. 25. c. 3. n. 6.* Vincent. Caroc. *in tr. de refurt. pen. q. 27. n. 2. & seqq.* Joh. Samson. *ad Consuet. Turon. tit. 5. art. 1. gl. 3.* Nicol. Everh. *cons. 21. vol. 1.* Camil. Borell. *de Reg. Cathol. præst. c. 36. n. 35. & seqq.* Ita & in Camerâ judicatum 19. Augusti An. 1528. Concordat Jus Sax. Constitutione Electorali *part. 1.* ibi: Wir wollen aber 44
sonderlich/ daß in allen Fällen innerhalb

der offenen Märckte der Handel und Werbung halben / die Freyheit gehalten / kein Arrest stat haben / auch bürgerliche Sachen und Obligationen wegen / niemand angehalten werde. Matth. Berlich. *p.1. Concl.77.* Dan. Moll. *Semestr.* *12.* Rutg. Ruland. *de Commiss. p.2. lib.4. c.6. n.21.* Petr. Peck. *de jur. sist. c.10. n.30.* Spilker. *Synops. process. propos. 29. 30.* & novissimè B. Carpzov. *Jurispr. Rom. Sax. p.1. Const. 30. def. 24.* ubi solis mercatoribus indultum esse hoc privilegium ab Elect. Sax. non etiam aliis civibus, qui mercatores non sunt, docet. Consonat huic Rescriptum Electoris Saxoniæ Joh. Georgii. *p. m. ad Senat. Lipsensem emiss. sub dato. 25. Jul. Anno 1621.* verb. **Jngleichen wann wegen anlegung der Arreste verordnet / unter ihnen den Handelsleuten allein stat haben soll.** Et paulò post. **Zwischen den Märckte aber unter den Kauff- und Handelsleuten selbsten / wie auch sonsten außerhalb der Kauffmanshandlung zwischē andern Parteyen in gemein es bey unsern Lands Constitutionen, üblichen Rechtē / Arresten und Processen allerdings verbleiben soll.** Securitas enim illa data est à Lege, idque ratione *à gloss. ad d. l. 1. C. de Nund.* traditâ; quandoquidem tales mercatorum nundinæ impinguant locum, in quo celebrantur; eique quàm plurima commoda afferunt, attestante Paul. Christinæ. *d. de-*
45 *cis. 99. Cur. Belg. n. 4.* Et notandum hîc, quòd Creditor, qui ita in Nundinis, mercatoris alicujus bona vel personam frivolè arrestari curat, non solùm injuriarum conveniri possit. *l. 31. § fin. ff. de reb. auth. jud. possid. l. 15. §. 31. ff. de Injur.* Guid. Pap. (ubi ita in Curiâ Parlamenti Delphinalis in Galliâ judicatum fuisse refert) *decis. 324.* Peck. *de jur. sist. c. 18. n. 3. & seq.*; sed etiam debitori ad refusionem sumtuum, damnorum & interesse, non modò damni accepti, verùm etiam lucri cessantis. Dn. Mevius. *de Arrest. cap. 23. n. 11.* & Dn. Peck. *d. l. n. 4.* teneatur. Frid. à Tautenb. *L. B.*
46 (ubi Senatum Coloniensem cuidam Petro Quinting. in Camerâ Imperiali, propter incarcerationis injuriam, tempore nundinarum factam, in 900. aureos condemnatum fuisse testatur) in suo viridario *conclus. 98.* quem refert & sequitur Mynsing. *5. obs. 69. in fin.* Coler. (ubi ita in causa cujusdam mercatoris Antvverpiensis Anno 1578. practicatum refert) *de Process. exec. p. 2. c. 3. n. 39.* Et Carpz. *in jurispr. for. Const. 30. defin. 12.* ubi hunc favorem nundinarum solennium extendit etiam ad ministros 47
mercatorum. Quæ immunitas non 48
tantùm in ipsis nundinis obtinet, sed & intelligendum venit etiam de illis locis, sine quibus mercatores ad nundinas venire non possunt, prout Nicol. Everh. Præses *Cons. 21.* decidit; quod duobus exemplis illustrat Christinæ. *d. decis. 99. n. 8.* Restringunt autem 49
hanc mercatorum securitatem Doctores I. Si debitum fuerit juratum. Peck. *d. l. de jur. sist. c. 10. n. 3.* Pacian. *cons. 64. n. 16. & seqq.* Christinæ. *decis. 99. n. 7.* ubi ita in Senatu Neapolit. conclusum & judicatum fuisse refert. Matth. Afflict. *decis. 5.* incipit Dominus Rex. His add. Fritzsch. *de Jure Nund. c. 7. n. 40. & seqq.* qui dissentire videtur. 2. Si in ipsis nundinis fuerit contra- 50
ctum, Peck. *ibid. c. 4. n. 6.* & Christinæ. *d. decis. 99. n. 10. præalleg.* per Bald. Salicet. & Fulgos. *ad d. l. 1. C. de nund.* Joan. Papon. *ad consuet. Borbon. tit. des Executions. §. 133.* Petr. Rat. *ad consuet. Pictav. art. 63. tit. de la distinction des Jurisdictions.* & plenè Dn. Ahasv. Fritzsch. *in tract. suo noviss. de Jur. Nund. cap. 7. n. 21. & seqq.* 3. Si quis 51
nundinarum favori renunciârit. Jo. Parlador. *lib. 2. rer. quotid. c. fi. p. 5. §. 4. n. 13.* Fritzsch. *d. c. 7. n. 63. & seqq.* 4. Si fi- 52
nitarum ut inceptarum nundinarum signum per campanam publicè detur. Matth. Coler. *d. p. 2. c. 3. process. execut. n. 156.* Dan. Möll. *lib. 1. Semestr. quæst. c. 12.* Bocer. *de Regal. c. 2. n. 239.* Carpzov. *de Regal. th. 40. & Jurispr. Rom. Sax. for. p. 1. Const. 30. def. 28.* Fritzsch. *d. l. n. 68. & seqq.* 5. Si consuetudine aut 53
privilegiô contrarium obtineat. Sic Francofurtenses vi privilegiorum, etiam in nundinis, tàm ex consuetudine inveteratâ, quàm Friderici III. indultu, 54
jus

jus arrestandi sibi vindicant; quod disputatum in causâ Oppenheim & consortum. Casp. Klock. *de Contrib. & Collect. d.c.3.n.83.*
55 6. Exules & proscripti mercatores, vel qui crimen aliquod contraxerunt, hâc immunitate & securitate nundinarum non gaudent, etiamsi injustè proscripti essent, donec proscriptio illa declaretur injustè facta. Bl. *ad l. primò. vers. sed nunquid Banniti. &* Peck. *pracisè d.l.c.10. n.7.* Ahasv. Fritz. *d. c.7. n.74. & seqq.* nulla enim securitas intelligitur iis data. Bald. *in l.*
56 *relegati. ff. de pœn.* Quod autem hæc securitas *leg. un. C. de Nund.* non procedat in maleficiis, generale est; quia privilegia nunquam sunt ejus naturæ, ut extendantur ad sceleratos aut maleficos, per ea quæ inferius *lib.* 4. *cap.3. hujus tract.* luculentius deducemus.
57 Sed quid juris, si mercatores, durantibus nundinis fiant fugitivi, aut de fugâ suspecti? Carpz. *d. Const.30. def.25. n.4.* illis vigore d. Constitutionis Electoralis hanc securitatem non denegat; quod tamen ex circumstantiis cum grano salis intelligendum arbitror. vid. Fritzsch. *d.c.7.n.30.* Quis verò & quomodo de fuga suspectus censeri debeat mercator, arbitrio judicis committendum. Joh. Köpp. *decis.29. n.10.* illum sic describit: qui non possidet immobilia, & sæpius interpellatus non solvit, frequenter lusit, sumptuosè vixit, sua consumpsit & dilapidavit, & de quo fama est, quod plus debeat, quàm in bonis habet, & fugam machina-
58 tur. Tertiò deniq; non solùm in accedendo nundinas & commorando, conveniri aut molestari non possunt mercatores, sed nec in recedendo à mercatu. Bart. *in d. l.1. C. de Nund. & ad l.1. ff. ad l. Jul. Maj.* Christinæ. *d. decis. 99. n.5.* nam non venit securè, qui non potest securè recedere. Br. *in l. relegati.* Et, sicut in confesso est, secundùm Peck. *de jur. sist. c.10. n.3.* tempore nundinarum, res & personas alicujus mercatoris sisti aut arrestari non posse. *d. l.1. de Nund.* & secundùm Franc. Magon. *ad Consuet. Antegav. tit. Des signeurs Barons. art.49.* sic nec in recessu.

Paul. Christinæ. *d. decis. 99.* Unde *prædict. Constitut. Elect. Augusti de An.1571.* habetur: **Würde auch ausserhalb der Märckte von Kauff- oder Fuhrleuten zu Roß und Fuß umb lebendig Glayd angesonnen/ soll ihnen dasselbe zu jeder Zeit auch vergönnet und mit getheilet werden.** An autem salvus conductus, conces- 59
sus ad eundum, redeundi quoque facultatem semper contineat? Vid. ap. Dom. Arum. *discurs.1. ad A. B. thes.20.* An & quibus Decoctoribus Salvi conductus beneficium concedendum. *vid. nos infr. lib.4. c.9. n.36. & seqq.* De 60
Salvo Conductu maritimo, Item **Seepässen** eorumque effectu, & magistratûs circa hæc officio vid. Fr. Stypman. *de Jur. marit. p.5. c.1. n.12. cum seqq.* Huc ultimô locô referri potest 61
securitas, quâ mercatores peregrini, eorumque bona in ipsâ etiam morte fruuntur. *Auth. omnes peregrini. C. Commun. de succes.* Quamvis enim successio dicatur esse Juris Civilis. *§. fi. Inst. de usu & hab. l.1. & 3 ff. de hered. petit.* sive ex testamento deferatur. *d. l.1.* Br. *in l.1. ff. de J. & J.* Vasq. *lib.1. de success. creat. §.1. n.1.* & alii. cuj⁹ factio regulariter neque activa peregrinis est. *l.1. in pr. ibi: Qui cives Romani. ff. ad L. Falcid.* neq; 62
passiva. *l.1. §.2. ff. de legat.3.* sive ab intestato obveniat. §. *1. Instit. de hered. quæ ab intest.* quæ & inde quòd lege, h.e. jure Civili immediatè defertur, legitima dicitur. *l.8. de hered. pet. l.17. §.1. l.77. ff. de acq. hered.* Goedd. *ad l.130. n.2. de V. S.* Sciendum tamen est, 63
mercatoribus peregrinantibus & extraneis quidem testamenti factionem non esse ut Civibus Rom.; esse verò ut peregrinis. Ulpian. *Fragm. tit.20. §.14.* & intestatorum hereditatem jure naturæ ad liberos eorum & proximos agnatos devolvi. *l. scripto.7. §.1. ff. si tab. test. null. exst. l. ult. C. quor. bonor.* Juri itaq; congruum, quòd peregrinorum mercatorum bona, & ultimâ voluntate, quibus illi voluerint. *l.28. §3. C. de Episc. & Cler.* & ab intestato heredibus deferantur. *d. Auth. omnes peregrini. C. comm. de success. huic. add. l.1. C. de hered. Decur. & navic.* Si autem navicula- 64
rius

rius seu mercator navigans in exoticis oris sine testamento & liberis vel successoribus defunctus sit, hereditas ejus, jure Rom. non ad fiscum, sed ad corpus naviculariorum, ex quo fatali sorte subtractus est, jure singulari defertur *l.1. C. de hered. decur.* Non obstante prædictis ullô statutô, consuetudine cujusque loci aut privilegiô. *d. auth. omnes. desumta ex Constit. Friderici Imp. de Stat. & Consuet. §.10.* de cujus clausulæ derogatoriæ, cassatoriæ seu irritantis effectu consulendi Dd. relati per
65 Gail. *lib.1. obs.18. n.2.* Si mercator, in terrâ Barbarorum, testamentum sine solennitatibus condidit, an & quomodo idipsum valeat, vid. ap. Dd. relatos à Ben. Strach. *tr. de navigat. n. fi.* & Paul. Castrens. *l. qui à Latronib. ff. de Testam.* Bl. *cons. 265. vol.4.* vid. & Dn. Mev. *ad artic. fin. lib.2. tit.1. Stat. Lub.*
66 Quibus ita stantibus, consequitur, Jus Albinagii, in Galliâ introductum, quod sua lingua *le Droict d'Aubaine* vocant, quô peregrinorum illîc decedentium bona fisco regio cedunt, dum nullus forensium morti vicinus testando quicquam de iis disponere possit. Relati à Covarruviâ *c. peccatum. p.3. relect. §.1. n.4. in fi.* & præter illos Papon. Chassan. Choppin. locis citatis ab Arnis. *lib.3. de jur. Maj. c.6. n.20.* plenè Bodin. *lib.1. de Repub. cap.6. n.62. & seqq. alleg.* à Dauth. *tr. method. de testam. n.69.* non immeritò iniqvum judicari; quò fit, ut iidem Galli id quoque restringant, ut locum non ha-
67 beat, 1. in bonis confœderatorum & sociorum. Gothofr. *ad d. l.7. verbo do-*
68 *minium. ff. de Captiv.* 2. Scholasticorum & præsertim Germanorum, in Aurelianensi & Bituricensi Academiâ studiis invigilantium. post Rebuff. Papon. & Gothofr. *in Auth. omnes peregrini.* Mr le Bret. *de la Souuer. du Roy*
69 *liv.2. chap.8.* 3. Litteras naturalitatis consecutorum ex Papon. Gothofr. *ad l.11. C. de Episc. & Cler. & in l. un. C. non licer. habitat. metrocon. loc. sua ad extran. transf. lib.11.* 4. aut alterutrô parente Gallô natorum ex Papon. ibid. Gothofr. *ad Ulpian. Fragm. T.5. §.8.*

5. Mercatorum extraneorum ad nundinas proficiscentium, & inter hos imprimis Hanseaticorum, qui ab hujus legis fundamentalis rigore sunt exemti, dum de bonis secum absportatis & acquisitis tàm in ultimâ voluntate, quàm inter vivos, sine ullius fisci regii prætensione, liberè & securè disponere possint. Mr le Bret. *de la Souuer. du Roy. liv.2. chap.8.* idque ex concessione 70
Ludovici XI. & confirmatione Caroli VIII. aliorumque Galliæ Regum, Rhenat. Coppin. *de doman. Franc. lib.1. tit. 11. n.22.* Joh. Bodin. *lib.1. de Repub. Cap. 6. p.99.* vid. privileg. *Gall-Hanseat. in fin. annexum.* Simili fruuntur securita- 72
te & privilegiô mercatores Hanseatici in regnis Hispanicis. Inibi enim autoritate Regiâ approbatum & indultum est, si quando contingat, aliquem ex ipsis in Regnis Hispanicis, vel dum ad ea contendit, in ipso mari ex hâc vitâ decedere, & bona in regnum perveni- re, ut bona istiusmodi à judice suo & Consule, duobusque nationis ejusdem senioribus asservanda committantur, & ab iisdem heredibus bonâ fide, sine ullo onere & tergiversatione restituantur. *art 34.* impetrati *privil. Hispan. de Anno 1607.* Huc spectat Sta- 73
tutum Recessûs Hanseatici de Anno 1434. quando mercator Hanseaticus moritur in civitate aliquâ Hansæ, ubi domicilium non habuerit, Senatus loci poterit bona relicta tàmdiu adservare, donec heres ejus adveniat, ubi portionem bonorum sibi talem vindicabit, velut extraneus pensare solet: Ita tamen, ut Statutorum ratio & jura observentur. Dn. Angel. à Werdenhag. *part.4. Rerumpub. Hanseat. cap.11.*

Eôdem jure Mercatores Angli in 74
Aquitaniâ fruuntur; Artesii verò, Hannones, Turnesii, Cameracenses in eôdem jure sunt in Galliâ, quô Cives, quantum attinet ad jura successionis. Idque Principum & Regum Galliæ *edicta Anno 1406. & 1462. 1497. & 1549.* resque judicatæ, sæpius comprobârunt; iis tamen conditionibus, ut idem Gallis liceat, Jo. Bodin. *d. l.1. de Repub. cap.6. p.99.* Beneficium tamen,

mén, mercatoribus illis tributum,
non pertinet ad mercatores peregri-
nos, qui jura Civium adipiſcuntur,
ut Senatus Regius decrevit Anno 1569.
75 Bodin. *d. l.* Ex his verò tot ac tantis
Regum Galliæ in peregrinos mercato-
res beneficiis, nullum in Græciâ,
nullum in Aſia, nullum in Africâ
Gallici mercatores impetrare potue-
runt. Nam ætate avorum noſtrorum
Crozilus Turonenſis, qui mercaturam
quæſtuoſiſſimam antea fecerat, cū mo-
riens ducenta ferè aureorū millia re-
liquiſſet, nihil ad proximos pervenit;
ſed omnia Turcarum Princeps Abra-
hamo Præfecto prætorii dono dedit.
Bodin. *d. c. 6.* ubi quomodo hic rigor
moderno tempore in hiſce regioni-
bus ſit moderatus. Cætera ad dona- 76
tiones mortis cauſa, teſtamenta, legata
& ſucceſſiones nauticas ſpectantia ju-
ra ſingularia vid. ap. Jo. Loccen. *de jur.
marit. lib. 3. c. 1. per tot.*

Caput XIV.

De
Aliis quibusdam ſecuritatis Legalis ſpeciebus; videlicet Ceſſione bonorum & Induciis Moratoriis.

Summaria.

1. *Beneficium Ceſſionis bonorum locò ſecuritatis legalis Mercatorib. datum.*
2. *Beneficium Ceſſionis locum habet & tunc, ſi Statutum capturam ordinet.*
3. *Pactiones Obſtagiorum receſſibus Imp. prohibitæ.*
4. *Ampliatio bujus beneficii, & quomodo Statutum Lubec. ceſſionem probibens intelligendum, quæq; hujus Juris ratio.*
5. *Subſtantialia hujus beneficii.*
6. *Ad fruendam ceſſionem bon. requiritur, ut debitum ſit liquidum.*
7. *Modi ex quibus debitum liquidum apparet.*
8. *In omni debito liquido requiruntur nomina contrahentium, vid. Creditoris & debitoris.*
9. *Debiti quantitas requiritur in debito liquido.*
10. *Cauſa obligationis ſeu debiti ſit honeſta.*
11. *Cauſa obligationis in foro Mercatorum eorumq; chirographis non ſemper requiritur; ſed ſufficit eam per æquipollens ſeſe oſtendere.*
12. *Fides Contrahentium debet eſſe certa.*
13. *Neganti debitum beneficium ceſſionis non datur.*
14. *Quibus Ceremoniis more Gallico bonis cedatur.*
15. *Peregrinis Mercatoribus in Gallia hoc beneficium denegatur.*
16. *Citatio & Concurſus Creditorum requiritur in Ceſſione.*
17. *Ritus qui in Ceſſione bonorum obſervantur alibi.*
18. *In Rom. Imperio quomodo hodiè bonis ceditur.*
19. *An omnes Creditores ad Ceſſionem bonorum citandi.*
20. *Creditorum officia in Ceſſione bonorum.*
21. *In concurſu Creditorum ſolent eſſe contentiones.*
22. *Beneficium ceſſionis ſecundariò competit etiam aliis quàm Mercatoribus.*
23. *Qui de prioritate Creditorum in Concurſu ſcripſerint.*
24. *Indicatio omnium bonorum requiritur in ceſſione.*
25. *Debitor de veritate ſuſpectus tenetur ſe purgare juramentô.*
26. *Debitori victus quotidianus relinquendus.*
27. *Debitori relinquuntur veſtes quotidianæ; Ibid. quid Beneficiū competentiæ?*
28. *De jure Lubecenſi mulierib. mercatricibus ære alienô gravatis, ſuperior veſtis* daß oberſte Kleid oder Heucken/ *detrahi poteſt.*

29. A debitore cedente cautio præstanda si ad pinguiorem fortunam perveniat, ut solvat.
30. An & quando bonis cedens liberetur ab obligatione, Si ad pinguiorem fortunam pervenerit.
31. Qua moderatione Creditor à cedente & ad pinguiorem fortunam perveniente debitum exigat.
32. An mulier hac cessione liberetur imposterum à Creditoribus mariti?
33. Bona Cedentis non dividuntur sed subhastantur.
34. Fidejussori & correo debendi beneficium cessionis personale non competit; Sicut nec securitatis principali datum.
35. Beneficio Cessionis renunciari non potest.
36. Parlamentum Parisiense cassam pronunciavit renunciationem cessionis.
37. Securitatis legalis Species est Beneficium quinquennalis spatii seu Induciarum moratoriarum.
38. Hujus variæ denominationes & Synonyma.
39. Moratoria in Emporiis maritimis non usitata.
40. Quando Induciæ Moratoriæ concedantur.
41. Hoc beneficium decoctoribus malitiosis non datur.
42. Tempus Induciarum moratoriarum an ultra quinquennium extendatur.
43. Quæ debita hoc beneficium Quinq. admittant.
44. Pauperibus debitum, hoc beneficium excludit.
45. Similiter quod mercenariis debetur.
46. Debitum post rescriptum moratorium contractum.
47. Debitum rerum Commestibilium.
48. Debitum quod ad pias Causas pertinet.
49. Debitum alimentarium.
50. Debitum dotis & Studiorum.
51. Restitutio Depositi excludit beneficium moratorium.
52. Commodatum, It. pignus non admittit resc. moratorium.
53. Pensiones & Locationes rerum & fructuum non admittunt Inducias moratorias.
54. Mendacium debitoris excludit Inducias.
55. Si Juratò in obligatione huic benefic. renunciatum est, excludit.
56. Nisi rescripto inserta clausula, Juramento non obstante.
57. Ex delicto debitum non admittit Inducias, nec fugientibus debitoribus datur hoc beneficium.
58. Debitum fiscale non admittit morator. Inducias.
59. Mercator beneficiò moratorio utens cavere tenetur.
60. Hæc Cautio per Rescriptum Principis remitti non potest.
61. Juratoriæ Cautioni hic locus non datur.
62. An durantibus Induciis, si debitor ad pinguiorem fortunam perveniat, excussioni locus? remiss.
63. Moratoriâ dilatione concessâ an mediò tempore usuræ currant? Aff.
64. Beneficium moratorium & fidejussori datur.
65. Utrum Creditores plures paucioribus refragantibus Quinquennii beneficium debitori rectè concedant? remiss.
66. An impetratæ Moratoriæ Induciæ cessioni adversentur.

1 INter causas securitatem legalem parientes justâ quoq; causâ mercatoribus lege Juliâ, seu ex antiquâ lege Petiliâ, Tacit. & Suet. *in vit. Cæs.* asserente Bodin. *lib. 1. de Repub. c. 6.* & hoc beneficium indultum est, ut si ex accidenti, solius fortunæ injuriâ, ἐκ τοῦ συμβεβηκότος καὶ οὐ ῥαθυμίᾳ, non verò culpa aut dolo res suas amisisse probaverint, cedendo bonis, Vinculorum, servitutis, carcerisque injurias, quibus olim ex L.XII.Tabb. præter æqvum & bonum gravabantur, authore A.Gellio *lib. 20. noct. Att. cap. 1.* Cujac. *1. obs. 39.* subterfugere possint. *l. 1. 4. & 7. C. & t.t. ff. de Cess. bon. Novell. 135. per tot. & ibi* Cujac. Becht. *de secur. & salv. cond. class. 4. th. 241. in fi.* Matth. Brun. *tr. de Cess. bon.* Cothm. *vol. 1. cons. 19. num. 34. cum seqq.* Fr. Hoffman. *quæst. illustr. 26.* Decis. Wittenberg. *pag. 2. cap. 24.* Nevi-

Nevizan. *cons.52.n.30.* Did. Covarr. *var. resol. lib.2. cap.1. n.5.* Alphonſ. de Azeved. *in Conſt. Hiſpan. lib.5. tit.20. L.5. n.1.*
2 quod beneficium & tunc locum habet, quando Statuto nominatim & ſimpliciter cavetur, ut mercator ſolvendo non exiſtens, capiatur; nam Statutum iſtud hanc interpretationem accipit, niſi bonis cedat. Bl. in *d. l. 1. n.3.* Brun. *de Ceſſ. bon. quæſt. princ.3. n.4.* Heig. *p.1. q.35. n.42.* Cothm. *vol.1. d. conſ.19. n.27.* Carpz. *Juriſp. for. p.2. Conſt. 22. def.11. n.5.* Sed & qui ſub pœnâ obſtagii vel carceris ſe obligavit, ceſſione bonorum ac obligatione liberatur.
3 Quod hodiè tamen non habet magnam utilitatem; cùm pactiones obſtagiorum lege Imperii, Receſſ. Imp. de An.1577. §. wiewol auch. ſolâ Holſatiâ per privilegium & Inſtrum. Pacis Germaniæ excepta, damnentur. Gail.2. *obſ. 45. n.6. & ibi Grava.* Vid. tamen Joh. Köpp *deciſ. q.3.* Berlich.2. *concl.28 n.106.*
4 cùm ibi allegat. Dd. Imò, quantumvis contumax & ingratus inveniatur, tamen carceri mancipari nequit, ſi bonis cedat iſtiusmodi mercator, qui fati inclementiâ bonis exutus fuerit. *Cyn. in d. l.1. num.1. circ. fi. & n.10. inf.* & Jo. Platea. *in l. nemo carcerem. n.15. circ. fi. C. de exactor. tribut. lib.10.* & ita quoque intelligendus *art.1. lib.1. tit.3. & art.1. tit.1. lib.3.* noſtrorum Stat. Lubec. quibus ceſſio bonorum non videtur ſublata, ſecundum quorundam etiam magni nominis JCtorũ opinionem, ſed hoc jure, ut & Saxonico, Electio carceris à Creditore facta excludit ſaltem ceſſionem bonorum, non verò planè tollit. *d. art.1. verbis.* Wann einer bonis cediren will. *& artic. 3. de Arreſt.* vid. Dn. Vice-Præſes. Mev. *n. 14. & 37. d. art.1. de his qui ſunt ſui vel al. jur.* Ratio autem Statuti noſtri ceſſionẽ Excludentis hæc eſt, ut debitorũ latenti Improbitati, atq; perfidiæ, cui ex ſperato beneficio licentia, obex poneretur, ac iſti qui aſtu faſtuq; profligatis bonis hodiè proh dolor! ad ceſſionẽ & concurſum Creditorum, tanquã ſacrã anchorã confugere ſolent, cauti⁹ mercari, fidemq; unicum ſocietatis humanæ vinculum ſanctius & arctius conſervare diſcerent. Unde COMMERCIIS ſuis vigor, & Reipub. ſalus. Dan. Sauter. *in prax. Bancoruptorum. c.2. n.2.* cui adde Joh. Sibrant. *in differ. Jur. Civ. & Lub. th 71. 72.* qui eum ita temperat. Hic autem notandum, in ELECTORATU SAXONIÆ obæratum debitorem improbum, æquè ut de Jure Civili per Ceſſionem bonorum ſe â Carcere publ. liberare non poſſe. Carpz. *p.2. Conſt.22. defin. 12. Jur. For.* Ad hoc verò Ceſſionis beneficium conſequendum, melioris & planioris cognitionis gratiâ hæc præcipuè quatuor veniunt conſideranda ſubſtantialia: 1. Ut debitum ſit liquidum. 2. Citatio & concurſus Creditorum. 3. Vera indicatio omnium bonorũ. 4. Cautio fidejuſſoria, ſeu juratoria. 5

6 Primum itaq; in Ceſſione bonorum ſubſtantiale eſt, quòd debitum ſit liquidum, ſeu liquidatum, hoc eſt certum, expeditum & definitum. Sæpè enim contingit, quòd debitores obærati, quando pecuniam ſolvere non ſunt parati, creditoribus ſuis futiles ac inutiles quæſtiones de illo debito liquido moveant, & ſubterfugia ſolutionis atq; executionis quærere ſoleãt. *l. quod te. 5. ff. ſi cert. pet.* E contrario non pauci inveniuntur creditores, quorum debitum vel planè nullum vel non ex omni parte liquidum eſt. Joh. Köpp. *deciſ.34. n.1. & 2.* 7 Quoniam autem in conſtituendis modis, ex quibus debitum liquidum apparet, Dd. inter ſe non conveniunt; nam Treutl. *vol.2. diſp.24. th.4. lit. C. duos ex l.8. ff. de ceſſ. bon.* proponit; ut ſc. debitor debitum agnoſcat; deinde de eo condemnetur; quem ſequitur Hunnius *in diſp. de ceſſ. bon. th.6. &* Gail. *2. obſ.17. n.11.* Aliter ſubtilis Bachovius ſentit, improbans Treutler. *d. l.* atque ex tribus modis hoc fieri concludit; per agnitionem debiti, confeſſionem in jure, & condemnationem; quorum opiniones à P. Frider. Mind *de Proceſſib. lib.2. cap.59. n.2.* in ampliorem explicationem deducuntur; ubi quatuor, ad cognitionem debiti liquidi pertinentia, recenſentur. I. Ex- 8

guntur

guntur nomina contrahentium mercatorum, Creditoris nimirùm & debitoris; quæ ad omnem obligationem & contractum pertinent. *l. 6. ff. de V. O.* & debent esse in illo expressè posita, & non incerta. *l. 1. ff. ad SC. Maced.* V. G. **Ich A. B. Burger und Handelsman zu C. thue Kund und bekenne / daß ich von D. E. Bürger und Handelsman zu F. habe empfangen** 1000. **fl** **rc.** aliàs incerta, vaga, ac inepta videtur obligatio. Mindan. *d. l. cap. 60. n. 1.* neque displicet, quòd locus in quo habitant contrahentes, addatur. Quæ certè nominatio contrahentium, non solùm idcircò fit, quòd debitor Creditori ob tantum pecuniæ est obligatus, sed præcipuè respectu obligationis, ut, spondeo, promitto, **Rede / gelobe / und verspreche mich.**
9 Mindan. *d. l. n. 2.* II. Certa debiti quantitas in obligatione nominari ac exprimi debet. *l. certum. 6. ff. si cert. pet. l. stipulationem. 74. ff. de V. O.* Nam, quamdiu quantitas certa ex Instrumento vel alio documento non apparet, tàm diu debitum non esse liquidum probat Joh. Köpp. *d. decis. 34. n. 4.* Ubi non solùm opus est instrumento sive obligatione generis expressione, sed & specificatione, **Ich habe empfangen** 1000. **fl an guten Reichstalern**; alioquin, si generaliter saltem sonet obligatio, sufficit fieri executionem in eo quo obligatio verificari potest. Mindan. *d. l. n. 4.*
10 III. Causa obligationis debet esse honesta, non turpis, vel usuraria; quia hujus nulla habetur ratio; & videtur invalida. *l. 26. ff. de V. O.* neque permittitur pro tali fidejubere. *l. 70. §. fin. ff. de fidejuss.*

11 Causam verò obligationis seu debiti in Chirographo mercatorum nō semper claris verbis requiri, sæpiùs decisum est in curiâ nostrâ Lubec. Sed sufficit pro qualitate debitorum & Creditorū vel aliarum circumstantiarum eam se tacitè ostendere, & ex æquipollente colligi. P. Frid. Mindan. *tr. de Mandat. lib. 2. cap. 64. n. 7. & 8.* Mascard. *de Prob. Concl. 345. n. 51. Vol. 1.* Carpz. *J. F. p. 1. Const. 17. n. 7. & 8.* Vid. tamen Carpz. *Jurispr. for. d. p. 1. Const. 17. defin. 39.*

IV. Est Fides certa, sive probatio tàm 12
debitoris, quàm Creditoris, quando ille Instrumentum Chirographi, manûs & sigilli agnoscit, vel coràm judicio confitetur. *l. 56. ff. de re jud.* Un- 13
de si Chirographum, ac consequenter debitum negat, cessat hoc beneficium; cùm non neganti, sed confitenti attribuatur. Brun. *de cess. bon. q. 2. pr. n. 6.* Hic autem, si non falsum Chirographum exhibet, vel semel solutum denuò repetit per idem Chirographum: aliàs pro liquido habendum esse, quod statim per jusjurandū alterius ex collitigatoribus liquidari posse tradit Anton. Fab. *C. tit. qui bon. ced. poss. defin. 2. n. 8.* Ex quibus quatuor prædictis apparet, debitum esse liquidum, licet debitor sit in vel extra judicium, sive per nuncium, sive per Epistolam fiat. *l. fin. ff. de cess. bon.* His adde Dn. Mev. *art. 1. tit. 1. lib. 3. n. 7. cum multa seqq.* Sed cùm ea res in Galliâ de- 14
coctoribus nimiam fraudandi ansam daret, Ludovicus XII. *in Constit. art. 70. Anno 1512.* sancivit, ut nemo, nisi præsens in judicio, discinctusque ac nudâ cervice bonis cedat, ut hujus dedecoris metu, pauciores in perniciem Creditorum ad hoc miserabile subsidium confugiant. Duaren. *ad t. ff. de Cess. bon. c. 2.* P. Gregor. Tholos. *Syntagm. jur. lib. 22. c. 11. n. 4.* Gothofr. *ad l. 8. & 9. ff. eod. lit. Z.* Bodin. *lib. 1. de Repub. cap. 6.* Peregrinis mercatori- 15
bus hoc cessionis beneficium planè denegat; & ita contra peregrinum mercatorem in curiâ Parisiensi Ao. 1565. judicatū esse testatur *d. c. 6. p. m. 100.*

Secundum substantiale, quod in 16
Cessione bonorum requiritur, est Citatio & concursus creditorum. Jure Rom. in cessione bonorum nullus ritus & nulla solennitas requirebatur. Duar. *ad tit. ff. de Cess. bon. cap. 1.* Quæ autem ab Amaltesanis (ubi lintea- 17
men & pecten habent, eorumq; caput, in terram sedendo pectinant, dicentes:

CEDO

CEDO BONIS, attestante Arum. *vol.3.disc. Acad.4.conclus.15.*) & ab Italis, ubi hæc inolevit consuetudo, quòd cedens bonis in publico & notorio loco incedat nudus, ut posteriora ter ad lapidem vel columnam percutiat, clamando: Cedo bonis; qualis lapis reperitur adhuc Patavii, in Curiâ, cui incisa sunt hæc verba:

LAPIS VITUPERII, CESSIONISQVE BONORUM)

observabantur, adhuc ibi sunt in usu, teste Matth. Brun. *d.tr.q.6. n.283.* quòd & in Sabaudia observari tradit Tes-
18 saur. *decis.36.in fin.* Sed, cùm tales consuetudines currant contra bonos mores, nostrô hôc imperiô illæ non usurpantur, nec ulla solennitas requiritur, sed tantùm solâ voluntatis expressione; *in l. in omni.6. C.h.t.* ad eam Creditores citantur, ut eleg. docet Matth.
19 Brun. *d.l.n.3.* non tamen necessum est, quòd omnes creditores ad actum cessionis citentur, sed tantùm eorum habeatur ratio, qui aut in loco, ubi cedunt, aut in lite pendente cum debitore sint. Brun. *d.tr.q.9.pr.n.3.* cùm effectus, qui hoc in casu in uno obtinet, ad omnes extendatur. Gothofr. *ad d.l.*
20 *4.ff. h.t.* P. Greg. *d.lib.22. c.7.n.3.* Citati itaque & præsentes Creditores debent, constitutis ad id certis curatoribus, à Judice inventarium seu descriptionem omnium bonorum, tàm mobilium, quàm immobilium petere seu impetrare. *l. mandatis. fin. in pr. ff. de req. reis vel absent. damn.* præcipuè autem cura eorum in libris, rationibus, scripturis omnibus cedentis mercatoris esse debet, ne in iis, in fraudem eorum, cancellationes, inductiones, superinductiones, interpositiones additionesque fiant, unde res amoveantur. Inventariô confectô publica proclamatio generalis, ne celentur occultenturque, facienda est. Strach. *de*
21 *decoct. n.15.* Cumque absque ullo dubio, in concursu Creditorum non desit lis & contentio de prioritate, meritò de illâ plura hîc dicenda essent, verùm cùm hujus non sit loci, nec nostri instituti, de hâc prioritatis materiâ luculentius disserere, sed saltem mer- 22
catorum debitorum (licet secundariò etiam aliis hoc ipsum competat) beneficium cessionis indicare & explicare; benevolus lector ad Mich. Beuther. 23
Joh. Koppen, *decis.28.* Matth. Berlich. *1. Conclus.63.cum aliquot seqq.* & novissimè Dn. Mevium, *lib.3. tit.1. art.9. & 10. Statut. Lubec.* qui hâc de re cum aliis ex professo rescripserunt, remittitur.

Tertiô locô quod requiritur, est ju- 24
dicatio omnium bonorum; publicatâ enim cessione, poterit executor officialis debitori dicere: Bona, in quibus executio fieri possit, omnia exhibeas; alioquin in personâ tuâ, te carcerando, executionem faciam. Brun. *d.tr.q.5.pr.n.1.* vid. Damhoud. *in prax. civ. cap.70.* Hillig. *Donell. enucl. lib.27. cap.9. lit.P.* vid. Dn. Mev. *discuss. levam. debit. cap.5. num.133. & seqq.* Quòd si de veritate suspectus, ut non indicet 25
omnia bona, tenetur juramentum interponere, quòd nihil quicquam patrimonii sui, vel auri vel argenti retinuerit, unde creditum hoc solvere possit. *Nov.135. c.4.* quo in loco formulam sententiæ præscribit Hering. *de fidejuss. c.5. n.82.*

Non tamen bonis cedere cogitur 26
ita, ut nec quicquam ad victum quotidianum remaneat; juxtà *l. inter eos.19. §.fin. & l.20. ff. de rejud. l.173. de R.J.* quia nemo est fraudandus alimentis. *l. qui bonis. ff. de ceff. bon.* & misericordiâ datum eripi, nisi immisericorditer, non potest, Gothofr. *ad d.l.6. lit.R.* Relinqvuntur ergò ei vestes quotidia- 27
næ, quas secum defert bonis cedens, quemadmodum damnato ad mortem. *l. divus. ff. de bon. damn.* cùm in obligationem generalem vestis venire non censeatur. *l. obligatione.6. ff. de pignorib.* Quod Beneficium COMPETENTIÆ vocant. Wissenbach. *disp.6. ad R.J. n.9. in fin.* & Manzi. *in patrocin. debitor. depauper. decad.3. q.1. n.2.* Wegner. *de Bancirupt. c.12. per tot.* ubi quib. personis hoc beneficium competentiæ detur. De jure Lubec. *art.1. inf. de his qui sunt* 28
sui vel al. jur. lib.1. tit.3. Mag der Creditor zu allen Zeiten/ wann er sie (videl.

fœminas mercatrices) **betrifft / ihnen das oberste Kleid abnehmen/ bis so lange sie bezahlen**; cùm denudatio totalis, turpis sit, *l. non patimur. C. de cursor. publ.* P. Gregor. Tholos. *d. lib.22. c.8. n.3.*

29 Quartum hujus beneficii requisitum est cautio, vel fidejussoria, vel juratoria, si ad pinguiorem fortunam pervenerit. *c. Odoard. de solut. l. sancimus. C. de V. S.* P. Greg. Tholos. *d. lib. c.11. Synt. n.14. & Dd. communiter.* vid. Dn. Mev. *tract. de levamin. inop. debit.*

30 *cap.6. n.136. & seqq.* Nam licet bonis cesserit mercator debitor, non tamen ideò liberatur ab obligatione & debito. *arg. l.7. C. qui bon. ced. poss.* Mynsing. *§. solvitur. Inst. de societ. n.7.* Sed si quid posteà acquisierit, in quantum facere potest, convenitur. *§. cum eo. Inst. de action. l.4. l.7. ff. de cess. bon.* Hillig. *ad Donell. lib.22. c.9. lit. N.* cùm immunitas propter paupertatem concessa, eâ facultatibus posteà auctis cessante, cesset. *l.4. §.1. ff. de muner. l. non tantum. 17. §. eos. 2. ff. de Excus. tut.* imò quod ita remissum condictione ob turpem causam repeti possit. Strach. *de decoctor. tit. Pact. inter Credit. & Decoctor. n.1.* vid. Brun. *de cess. bonor. q.22. n.7.* distinguentem inter remissionem quæ fit per gratificationem, & illam quæ fit per extorsionem. vid *infr. lib.2. c.8. n.17. & lib.4. c.8. n. fin huj. tr.* Quamvis rarò contingat, quod etiam à fraudatorib. id, quod semel remissum, repetendo tradatur, quin potius audivi & vidi non paucos, qui postea locupletiores fuerunt, lautiusq; vixerunt quàm anteà, nec tamen teruncium eo nomine Creditoribus solvisse. Dan. Moll. *lib.4. Semestr. cap.6. n. fin.* vid. plen. de hac. mat. Dn. Mev. *tract. de levam. inop. deb. c.8. n.72. & mult. seqq.* Quibus tamen ita simpliciter calculum nolunt addere Dn. Mev. *ad d. art.13. lib.3. tit.1. n.3. & seqq.* & Joh. Limnæ. *lib.4. Jur. pub. c.8. n.350.* asserens ex Carolo Tapiâ ad *l. fin. ff. de Constit. Princip. p.2. c.4. n.23.* non esse in jure generale, quòd, cessante causâ impulsivâ concessionis, su-

31 bitò cesset ipsa concessio. Non autem permissum est creditori, si aliquid statim post cessionem mercator debitor acquisierit, eum adire. *l.105. ff. de solut.* atque exigere; ne acerbum exactorem se præbeat. *l.33. ff. de Usur. l.6. §. ult. ff. de Offic. Præs.* Sed expectare tenetur, donec ad tales facultates, quibus Prætor moveri posset, pervenerit debitor. *l.7. ff. de Cess. bon.* & ad quantitatem redierit. Ubi intelligitur hôc locô non quantitas rerum, quas habet, sed quantitas redituum. Gothofr. *d. l.6. lit. J.* Brun. *de cess. bonorum. q.28.* Sic & decretum esse in Camerâ Imperiali, apud Raphaël. Seiler. *in select. sentent. ult. Maji Anno 1510.* latum tradit Anton. Hering. *tr. de fidej. c.5. n.98.* Quid au- 32
tem Juris in muliere seu uxore prolem habente. Numne & illa d. *art. 10. tit. de concurs. Cred. Statutorum Lubecensium* hac Cessione ab actionibus Creditorum Mariti liberatur? Reperti sunt inter Dd. qui opinantur, si illis non satisfieret ex bonis cessis, residuum peti posse, quando mulieri ex hæreditate suorum, sive aliunde quôvis titulô aliquid obvenit, idque porrigendum, donec vel ultimus teruncius solvendus restet. Movit eos cessionis conditio, nempè quod non sit modus tollendæ obligationis. *l.1. ff. qui bon. ced. poss.* Brun. *d. tr. de cess. bon. q.19. pr. n.1.* Guid. Pap. *dec. 343. & cons.124. n. 4.* ideoque actio adversus ipsum semper integra sit, cùm ad pinguiorem fortunam pervenerit intentanda. *d. l.7. C. h.t. l.2. C. de bon. auth. jud. poss.* & ibi Dd. Sed illis non adstipulatur Dn. Mev. *ad. d. art. 10. n.80.* tùm quòd uxor in hoc articulo per derelicta omnia bona se salvare dicitur. **Muß sich sechs Monat bergen.** Frustrà, si in priori conditione persisteret, tùm quia causa obligationis uxoriæ post semel factam cessionem cessat, nempè communio *§. pen. Instit. de Societ.* ideoque, nec effectus perdurabit, tùm quia communium bonorum onus est solutio. *art.7. lib.1. tit.5. d. Stat. Lub.* tùm quia Statuto id nullibi cavetur, ideoque recessus à jure communi non præsumitur. *l. quod constitutum, ibiq; Br. ff. de milit.*

lit. testam præsertim in materiâ adeò exorbitanti. Gail.2. *obs.33.n.9.& obs.124. n.2.* Et ita aliquoties in Facultatibus Juridicis responsum fuisse docet Dn. Mev.*ad prædict. art.10.n.8.* Ego autem in hac Q. difficili distingvendum puto, An uxor post cessionem omnium bonorum (secus post Immissionem & Executionem in parte bonorum) obvenientia bona ad maritum detulerit, ac Communioni seu Societati Conjugali immiscuerit; nec dubium est, ea rectè à Creditoribus peti; Quia interveniente hoc consensu, nova videtur, incipere Societas. Imp. *d. §. pen. Instit. de Societat.* quæ tam diu durare videtur donec exstant communes liberi, quia res quælibet ab origine sua judicanda est. *l. unic. C. de Impon. lucr. descript.*

An verò, quod prudentes facient, sibi tanquam receptitia reservaverit, nec post Cessionem in Communionem intulerit. Hoc casu non tenetur uxor Mercatoris cedentis ex istis Creditoribus satisfacere. Comunia quippe facta non sunt. Etsi enim in societate omnium bonorum, quæ tempore Societatis initæ sociorum sunt, statim & ipsô jure communicentur. *l.2.ff. pro soc.* postea tamen quæsita seu per hæreditatem obventa in societatem non transeunt, nisi revera inferantur. *l. 74. d.t.l.16. ibiq;* Costal. *ff. de Reb. Cred.* Nec socii ultra corpus societatis vel illata tenentur. Decius. *in l. si socius. n.4. ff. de Reb. Cred.* Strach. *tit. de Contract. n.10.* Hæc autem multò magis procedunt mortuô maritô. Tunc si uxor tempore mortis relicta bona cedat Creditoribus, ex postea quæsitis, modò non ex causis prioris matrimonii, præterita debita mariti non exsolvenda erunt.

Similiter mulier prolem habens bonisque cedens, de hæreditariis suis bonis ante nuptias in dotem non datis, nec illatis, nec à marito possessis, debita mariti solvere non tenetur. & hoc vigore. *artic.7. tit.5. lib.1. Stat. Lubec.* ubi dicitur: Debita solvenda de utriusque bonis. **Von beederseits Gütern.** Jam bona non illata inter mariti bona recenseri non possunt. Et juris cogniti, quòd dote non constitutâ non omnia bona uxoris ad maritum pertinere censeantur, nisi hoc expressè ex pactis constet, idque ex ratione 1. quod matrimonium etiam sine dote consistere possit. *l. fin. C. de Repud l. fin. C. de dot. promiss.* Gail.2. *obs.82.* 2. Quæ bona uxor præcipit, quando liberos ex marito non habet, ea saltem cedunt in concursu solutioni illorum. At improlis uxor saltem præcipit illata secundum dispositionem *huj. art.7.* E. Etiam saltem illata cedunt solutioni Creditorum; mens enim legis dubiæ semper in meliorem partem interpretanda. *l.18. & 19. ff. de L.L.* præsertim in odiosis & à jure communi exorbitantibus. Et pro hac sententia respondit nuper in simili *Facultas Jurid. Rostochiensis 27. Octobr. Ao. 1655.* Hisce præmissis, quan- 33
do nunc ita bonis debitor cessit, bona inter Creditores non dividuntur, sed publicè subhastantur & venduntur. *l. pro debito. C. de bon. auth. jud.* & si emtorem non inveniant, addicuntur Creditori pro eâ quantitate, quâ debent. *l. à Divo. § si pignora. ff. de re jud.* Si 34
autem habeat fidejussorem pro Principali obligatum, eum convenire potest, ut plenariè satisfaciat. *§. fin. Instit. de Replic.* Muscatell. *prax. fidej. p.2. q 8. n 21.* quia ei beneficium cedentis non competit *l.1. §. sed à proprio. ff. de obl. & Act.* cùm sit personalis exceptio, cohærens tantùm principali ex personali beneficio & privilegio, quæ ad alios non transit. *l. except.7. ff. de Except.* exemplo securitatis personalis, prout in *praced. cap.* quæ principali data, non prodest fidejussori. Hyppol. de Marsil, *de Fidej. n.284.* Idem obtinet in Correo debendi. *per l.51. §. fin. de Evic. l.31. §.1. ff. de Novat.* Hartm. Pist. *p.1. q.9. p. tot.* secus est in realibus. *per l. omnes, & l. 196. ff. de R. J.* Nicas. *ad §. Except. Inst. de Replic.* ut & in Induciis moratoriis. vid. nos hoc *cap. infr. n. 62.* quia hæ non personam tantùm respiciunt, verùm etiam bona. Wegn. *de Bancorupt. c.11. n.39.* Dn. Mev. *tr. de levamin. inop. debit. c.7. n 239. & seqq.* Sed quid sta- 35
tuendum de eo, qui huic beneficio re-

nunciavit, & pactus est cum Creditore suo, se bonis non cessurum? hoc pactum esse contrà bonos mores probat *l.14.* §.*1.ff.solut.matrim.* Dn. Ortolph. Fohman. *Sen.* *ium* *Acad. Jenens. Ordinar. in prælect. ad. l. ob as. C. de obligat. & act. q.4.* etiamsi jusjurandum additum sit. Paul. Christinæ. *Decis. Belg.*
36 *123. n.3. vol.4.* Unde & Parlamentum Gallicum cassam pronunciavit renunciationem juratam beneficii cessionis, etiam sine absolutione à juramento, uti ex Papon. *lib.10. tit.10. arrest.3.* refert Besold. *consid. vit. & mort. cap.3. &* Molin. *de Usufr. q.36.* plura de hâc materiâ qui desiderat, consulat Dn. David. Mævii *tr. noviss. in jus Lubec. lib.1. tit.3. art. 1. per tot. & de levam. inop. debit. c.9. n.8. & seqq.* & Dan. Wegner. *de Bancirupt. cap. 11. n. 12.* qui dissentire videtur cum Salycet. Bald. Cyno, Covarruv. & aliis. Verùm prior opinio communior est. Coler. *de processf. execut. p.1. c.6. n.44. & 96.* Et in Cam. Imp. recepta. Gail. de P.P. *lib.2. c.2. n. 23.* imò humanior & æquior, à qua in judicando non recedendum. Alias rationes vid. ap. P. Gregor. *Syntagm. lib.22. c.15. n.3. cum seqq.* Tessaur. *decis. 36.* Asin. *de Execut. §.2. c.1. n.5.* Brun.
37 *de cess. q.20. per tot.* Altera securitatis legalis species, mercatoribus præcipuè (licet & suô modô bona mercatorum debitorũ respiciat. Wegner. *d. c.11. n.39.*) ex privilegiatâ personarum qualitate competens, est Beneficium quinquennalis spatii, seu Induciarum moratoriarum, quæ & moratoriæ non merca-
38 toriæ (quemadmodum eas quidem à Schneidvvino vocari falsò asserit Manzi. *in patrocin. debit. depauperat. decad.4. q.9. n.11.*) præscriptiones nuncupantur *in l. quoties. C. de Precib. Imp. offer.* Gallis dicuntur *Lettres de Respit*; & nonnunquam simpliciter *Respits de cinq ans.* Rebuff. *tr. de litt. morator.* In Imperii Recessibus vocantur Moratoria oder Quinquennel-Brieffe; quòd regulariter ad quinque concedantur annos. *Reformation* guter Policey zu Augspurg *de An.1548. tit.* von verdorbenen Kauffleuten/ Policey-Ordnung zu Franckfurt *de Anno 1577. tit.23. §. ult.* Item Anstandsbrieff auff gewisse Zeit zu zahlen/ intra quod nemo Creditorum ab illis quid exigere, aut molestias creare illis possit, *per l. fin. C. quibus. ced. poss. & l.4. C. de Precib. Imp. offer.* ubi sedes hujus beneficii legalis, ut mirum sit, Antonium Fabrum aliàs JCtum acutissimum. *Error. pragm. decad.25. error.3. n.4.* scribere potuisse, nullum in toto jure locum esse, quô quis possit unum horum rescriptorum seu beneficiorum probare. Alph. de Azeved. *ad Constit. Hispan. lib.5. tit. 20. n.2.* Saxones dicunt, Eisern werden/ Wehner. *in pract. obs.* Besold. *in thes. pract. verb.* Anstandsbrieffe. Hering. *de fidejuss. c.5. n. 105.* Quamvis in hisce 39
nostris Emporiis maritimis hæc MORATORIA Indulta non æquè frequentata aut usu recepta sint, prout patet ex *Decreto Senatus Lubec. de Anno 1628. 25. Junii.* Conceditur autem hoc be- 40
neficium, quando vel à summò, vel, ut hodiè, territorii Principe aut Domino, humanitatis æquitatisque intuitu impetrârunt illi, qui extra culpam facultatibus lapsi sunt, ut intrà certum tempus dilationem solvendorum debitorum habeant, nec à Creditoribus pulsari aut inquietari queant, interim acquirentes, unde, dilatione elapsâ solvere possint. Dav. Doring. *intr. suo qui inscribitur Bibliotheca JCtorum lit. A. tit.* Anstandtbrieffe. Limnæ. *de jur. pub. lib. 4. c. 8. n.333. ubi n.336.* hæc duo ex reformat. Polit. de An.1548. & 77.
requirit: 1. Ut Imperator seu Princeps, 41
von der Obrigkeit/ darunter solche verdorbene oder auffgestandene Kauffleute (qui, ut Pragmatici loquuntur, bancam fecerunt ruptam; vel, cum Plauto, à mensâ surrexerunt) gesessen/ zuvor eigentlicher berichtet und vergewissiget/ daß sie aus unversehenen zugestandenen Unfällen ihr Leib und Güter verdorben/ und auffgestanden seyn/ nam & hîc militat ratio quæ in cessione bonorum attenditur, deceptis scil & decipientib. non æqualiter subveniri. *l. 1. §. 2. l. 2. §. 3. ff. ad SCtum Vellej.* neque dolum suum alicui per occasionem juris Civilis prodesse

desse debere. *l. 1. §. 1. ff. de dol. mal. & met. except.* II. **Daß dieselben Kauffleute glaubliche Urkunden oder Schein fürbringen / daß aus unversehenen zugestandenen Unfällen ihr Leib und Güter verdorben und auffgestanden seyn.**

42 De tempore harum Induciarum Doctores non conveniunt, quousque Princeps moratoria extendere possit. Plerique statuunt, si Principis rescriptum ultra quinquennium indulgeat, tùm in totum vitiari; & ne quidem ad quinquennium valere; attamen nos, cum Doringio, potestati & arbitrio Principis neminem hîc metam ponere, præter circumstantias, quæ tales esse possunt, ut ad annalium, biennalium triennalium, quadriennalium, quinquennalium, imò & ulteriorum induciarum terminum Principem permoveant, statuimus. Sicuti etiam novissimè octennales inducias, prægnantissimis ex caussis ab Imp. datas, refert Li-
43 mnæ *d. l. n. 341. & 332.* Sunt autem debita & obligationes nonnullæ, quæ vel respectu sui, vel respectu persona-
44 rum, moratoria non admittunt, ut, 1. quod debetur inopi, & majore paupertatis necessitate oppresso. Matth. de Afflict. *decis. Neap. 377.* Ant. Fab. *in Cod.*
45 *tit. 9. def. 20. n. 7.* 2. Quod debetur mercenariis vel operariis. Dan. Moll. *lib. 4.*
46 *Semestr. c. 6. n. 2.* 3. Quod debetur illis, qui post rescriptum contraxerunt, Guid. Pap. *decis. 109.* Fab. d. *tit. 9. def. 1.*
47 *n. 2. defin. 6. n. 4. & defin. 20. n. 2.* 4. Huc spectat quoque pretium rerum comestibilium, seu eduliorum, in foro venalitio emtorum, in quotidianum usum, quorum & inde major habenda ratio, ne imminuatur annonæ præ-
48 bitio. Ant. Fab. *d. t. defin. 11. n. 4.* 5. Quod ad pias caussas pertinet, aut debetur Ecclesiæ. Tiraq. *de privileg. piar. caus. pri-*
49 *vil. 148.* 6. Debitum alimentarium. Surd. *Decis. 323.* Menoch. *de arb. JJ. qq.*
50 *lib. 2. Cent. 1. Cas. 52. n. 12.* 7. Dotis & studiorum. Rebuff. *de lit. Morat. gl. 1.*
51 *n. 34.* Anton. Fab. *def. 20. n. 11.* 8. Restistitutio depositi. *arg. l. 11. in pr. C. deposit.* etiam nummorum. *Boer. dec. 296.*
52 *n. 4.* Surd. *d. decis.* Fab. *d. l. num. 12.*
9. Idē obtinet in caussâ comodati & pignoris. Hillig. *ad Donell. lib 22. c. 9. l. M.*
10. In pensionibus & locationibus re- 53
rum, quarum fructûs conductor percipit. Fab. *d. defin. 20. n. 5.* Debitoris 54
quoque factum, privilegium moratorium excludit: 1. **Wann er anderer Gestalt / als in der Oberzehlten** reformation **guter Policey gesetzet / und mit verschwiegener Warheit** moratoria **ausbracht uñ erlanget** / 2. Si debitū fuerit inficiatus & judiciô convictus; inficiantibus verò jura non favent. *l. 10. §. 1. ff. de fidejuss.* 3. Si in Instrumento obligato- 55
rio huic beneficio expressè juratò & injuratò renunciaverit. Osvvald. Hillig. *ad Donell. lib. 22. c. 9.* Diff. Moll. *4. Semestr. 6.*

Generalitas rescripti, etiam mora- 56
torii indulti effectum impedit. 1. in debito jurato; nisi speciatim in rescripto hæc inserta clausula, juramentô non obstante. Doring. *d. tr. &* Limnæ. *d. l. n. 344.* 2. in debito ex causâ delicti. *arg.* 57
l. 4. §. 2. ff. quod cum eo, qui in al. pot. l. 52. ff. de re jud. Fab. *def. 20. n. 9.* Thessaur. *decis. 72. n. 2.* Strach. *de Decoct. p. 6. n. 20.* ubi secundùm hanc sententiam in Galliâ judicatum esse ex Boer. *decis. 349. refert.* Sic F. G. non datur hoc beneficium, ut & cessio bonorum, debitorib. fugam parantib. quia hi dolô carere non videntur. Surd. *decis. 307. per tot.* Et fuga non modicum præjudicium affert creditori, in quo Princeps parti præjudicare non intendit. Mancin. *patrocin. debitor. depauper. dec. 2. q. 9. n. 5.*
3. In debito Fiscali. Chassan. *Catal.* 58
glor. mund. part. 5. Consid. 24. n. 199. arg. Novell. 17. c. 7. Fab. *defin. 20. n. 9.* Döring. *d. l.* Notandum tamen, quod ha- 59
rum litterarum privilegiô mercator frui non possit, nisi prius (ut paulò ante de Cessionis privilegio diximus) caveat creditoribus per satisdationem. *l. universa. 4. C. de precib. Imper. offer.* Limnæ. *d. l. n. 338.* Quæ cautio nec per 60
Imperii Jus novissimum. Wegner. *de banccruptor. cap 11. n. 34. & 35.* ubi quomodo hæc cautio requiratur; nec per rescriptum Principis remitti potest. Anton. Tessaur. *decis. 186. num. 7.*

Wurmbs.

Wurmbs. *pract. obs. tit. 29. obs. 9.* Finckelthaus. *disp. de morat. præscript. θ. 12.* Dissent. Trentacinq. *lib. 3. pract. resol. tit. de solut. resol. 1. n. 7.* Zanger. *de Except.*
61 *p. 2. c. 12. n. 4.* Num Juratoriæ cautioni fidendum, si fidejussores debitor invenire non possit, & in id Creditor consentire teneatur? Haud tutum arbitror. vid. Tessaur. *d. dec. 186. n. 4.* Peck. *de jur. sist. c. 10. n. 3.* add. Dn. Mev. *de Levamin. inop. deb. d c. 6. n. 138. & 171.*
62 An autem, durantibus induciis, si debitor ad pinguiorem fortunam perveniat, excussioni locus sit? vid. Limnæ. *d. l. n. 350. & passim.*
63 Moratoriâ hâc dilatione mercatoribus concessâ, an mediô tempore usuræ currant? non una est omnium sententia. De quo vid. Dan. Moll. *lib. 4. Semestr. c. 7.* ubi usurarum exactionem, hôc casu, inhumanam censet. Verùm inhumanius putandum, si Creditor per quinquennium ab exactione suspensus, lucrô suô carere, & illi invito jus quæsitum auferri debeat. Cùm Christiana charitas à semetipsâ initium capere, nec alterum plus justô lædere debeat: quippe non rarò plurimi Creditores reperiuntur, qui ipsi quoque non minori, quàm debitor illorum premantur ære alienô. Iniquum itaque, ut interusurium aliis præripiatur. Hanc sententiam probant Tessaur. *d. decis. 186.* Salicet. *in l. 2. C. de precib. Imp. off.* M. Anton. Cucch. *tr. de morat. præscr. n. 148.* Molinæ. *tr. de Commerc. & usur. n. 624.* & Doctores unô ore sententiam hanc probare auctor est Bonnius *in tr. de Censib. lib. 1. cap. 75.*
Quinquennii hoc beneficium etiam 64
fidejussoribus prodesse autumo; cùm accessoriæ obligationi non denegandum, quod principali prodest. Et ubi vel quoties principalis liberatur, etiam is, qui obligationi accessit, jure liberatus dicitur. Treutl. *part. 2. disp. 24. θ. 4. lit. E.* & plenè Joh. Limnæ. *d. lib. 4. Jur. pub. c. 8. n. 336. & seqq.* ubi ad contraria respondet. vid. Wegner. *de Banccirupt. cap. 11. n. 35. 36. 37.* & Hyppol. de Marsil. *de Fidejuss. n. 284. & seqq.*

Utrum verò Creditores plures, pau- 65
cioribus refragantibus, lustrum hoc moratorium debitori rectè concedant? vid. ap. Dan. Moll. *lib. 4. Semestr. c. 6.* Item, An impetratæ Induciæ 66
Moratoriæ cessioni adversentur, ita ut illis usus, ad hanc imposterum non admittatur? Affirmativa mihi cum Heringio, Wehnero & Fichardo placet *per l. fin. C. ht. Qui bon. ced. poss.* ubi per disjunctivas & alternativas particulas, duo hæc Beneficia Legalia sejunguntur, indeque alterutrum saltem locum habere posse ostenditur, non secus uti ex alternativis unô abstinente alterum exspirare solet. §. *11. Instit. de hæred. instit. l. 124. ff. de V. S.* Menoch. *de præsumpt. lib. 3. præs. 90. n. 5.* Et nos *sup. hoc. cap. n. 4.* in Cessionis & Incarcerationis Electione à Creditorib. Lubecensib. factâ, innuimus. Atque hæc de duobus hisce securitatis legalis privilegiis pro instituto nostro dixisse sufficiat.

CAPUT XV.

De

Securitate & Libertate Mercatorum commerciorumque in fluminibus, mari, littore & portubus,

tàm extraneorum quàm amicorum. Ubi de jure postliminii, an & quando hoc apud communem amicum locum habeat?

SUMMARIA.

1. Mercatorum Commerciorumque securitas in flumine, mari & portubus, Societati humanæ valdè expedit.

2. Commerciorum libertas nullibi impedienda, ubi de maris commoditate non impedienda.

3. Commerciis, portubus & mari interdici, Juri Gentium contrarium est. & n. 43.

4. Ob portuum & maris prohibitionem bella exstiterunt, quod exemplis ibidem demonstratur.

5. Jus

53. *Melius est non juvare, quàm lædere.*
54. *Respondetur duab. objectionib. Alb. Gentilis.*
55. *An in portu communis amici ab una belligerantium parte naves bellicæ extrui possint.*
56. *An naves extraneæ tempore belli ex portu communis amici tormentis bellicis solvere possint?*

HActenus de securitate Mercatorum terrestri, nunc de fluviali, maritimâ, & quæ iis in littore &
1 portubus competit. Non solùm enim in contractibus & viis publicis, verùm etiam in fluminibus, littore, mari & portubus mercatores publicâ & legali securitate frui, commerciorum flagitat libertas & necessitas. Hug. Grot. *de mar. lib. cap. 1. arg. §. 2. & 4. Instit. de rer. divis. l. 4. §. 1. & l. 5. pr. ff. eod. l. fluminum. 24. pr. ff. de damn. infect. l. 9. §. 1. ibi: Jus autem maris. ff. ad l. Rhod. de jact. l. 3. §. 1. ff. ne quid in loc. pub. l. 13. §. ult. ff. de injur. Nov. 134. c. 13. vers. eos. cum aliis textib.* Obrecht. *de Regal. θ. 293. & seq.* Sixtin. *de Regal. lib. 1. cap. 5.* Fichart. *cons. Latin. 22.* Mynß. *cons. 19. n. 3. & seqq.* & nuperrimè eleganter de fine, usu & privilegio portuum. Loccen. *de jur. maritim. lib. 1. c. 8. §. 4. & per tot.* cui adde si libet, Fr. Stypm. *Success. in conjug. continuat. de jur. marit. lib. 5. cap. 1. n. 12. & seqq.* Et licet quidem communis omnium securitas in hoc ipso quoque consistat. *d. §. 2. & 4. Inst. de rer. divis.* cum aliis suprà allegat. textib. quibus adde Becht. *de secur. & salv. cond. thes. 71. & seqq.* Præcipuè tamen & quàm maximè ea mercatoribus commerciisque competit. Grot.
2 *d. c. 1.* Nam quò minus gens quæque cum quâvis gente sepositâ commercium colat, impediendi nemini, nec ullo in loco, jus est; id enim permitti societatis humanæ maximè interest. Hug. Grot. *d. jur. bell. & pac. lib. 2. cap. 2. n. 13. p. m. 84.* Cujus rei testimonium adducit Philo in legat. ad Cajum Cæsar. his verbis. πᾶσα θάλασσα φορτηγοῖς ὁλκάσιν ἀκινδύνως διαπλεῖται, καὶ τὰς ἀντιδόσεις, ὧν ἀλλήλαις ἀγαθῶν ἀντεκτίνουσιν αἱ χῶραι, κοινωνίας ἱμέρῳ τὰ μὲν ἐνδέοντα λαμβάνουσαι, ὧν δ᾽, ἄγουσι περιουσίαν ἀντιπέμπουσαι. φθόνος γὰρ οὐδέποτε πᾶσαν τὴν οἰκουμένην ἐκράτησεν, ἀλλ᾽ οὐδὲ τὰς μεγάλας αὐτῆς ἀποτομάς. h. e. *Mare omne navibus onerariis mercenariis tutò satis navigatur eo Commercio, quod ex naturalis societatis desiderio inter nationes intercedit, cùm mutuo aliorum copia aliarum inopiæ succurrit. Nam invidia nunquam aut orbem universum aut magnas ejus partes invasit.* Unde eleganter Theodoretus *lib. 2. de provid.* Mare forum mundi, Insulas stationes in mari dixit. Adjungam hic Chrysostomi *ad Sielechium* ex Græco verba: *Quomodo enim satis dignè quis explicet facilitatem ad mutua Commercia nobis datam? Ne enim itineris longitudo impedimentum aliorum ad alios commeatibus adferret, breviorem viam, mare scilicet, ubique terrarum disposuit Deus, ut mundum tanquam unam domum communiter inhabitantes, crebrò nos invicem viseremus, & apud se nata quisque alteri communicans vicissim, commodè acciperet res apud illum abundantes, ac sic exiguam tenens terræ partem, ita tanquam si teneret universam, frueretur ejus, quæ ubivis sunt bonis. Licet itaque nunc tanquam in communi mensa Convivarum unicuique ea quæ sibi apposita, dare alteri longius accumbenti, ac contra quæ apud ipsum sunt, accipere manu tantum extentâ.* Idcircò graviter invehitur Ambrosius in eos, qui flumina & maria negociantibus claudunt; & Augustinus in illos, qui illis itinera obstruunt. Grot. *de mar. lib. c. 12. circ. fin.* cũ adeò naturalẽ esse commercio- 3
rum libertatem mercatorumque securitatem velint Dd., ut tolli jure nullibi posse dicant. Vid. Loccen. *de jure marit. lib. 1. cap 3. n. 2. & 3.* & Vasq. *illustr. quæst. lib. 1. c. 89.* Et jure Gentium nefas esse, mari, littore, portu, commerciô & navigatione mercatoribus interdici, nisi iis, quos ipse territorii dominus habet hostes, metuitque. Alb. Gentil. post Jas. *lib. 3. de jur. belli. c. 11.* Cic. pro *Rosc. Amerin.* Justa quo- 4
que

que bella, ob mare clausum, portum prohibitum, & commercia negata cepisse docent exempla Megarensium in Athenienses, apud Thucid. *lib. 1.* & Diodor. Sicul. *lib. 12.* Bononiensium in Venetos. Carol. Sigon. *de regn. Italiæ. lib. 20.* Hispanorum item seu Castellanorum in Occidentalis Indiæ incolas. Hug. Grot. *de mar. lib. c. 1.* Nam justam prætexunt viri doctissimi causam belli ab Hispanis in Americanos suscepti, ob communem portuum ac littorum usum prohibitum. Fr. Victoria *de Indis, tr. 2. §. 2. 3. & 4.* Jo. Selerzan. *de Indiar. jur. lib. 2. cap. 20. §. 34. & seqq.* Gregor. Lopez. *in partid. 2. tit. 23. lib. 2.* Sic cùm Elisabetha Regina Angliæ An. 1589. flagrante inter ipsam & Hispanos bellô, Hanseaticorum quorundam Mercatorum naves frumentô onustas intercipi mandasset, Illustris Thuanj *lib. 96. hist.* & aliorum Politicorum judiciô *imprudenter ab Anglis factum esse existimatum est*, videlicet, *ut tam alienô tempore Civitates Vandalicas cum Poloniæ, Daniæ ac Sueciæ Regibus societate conjunctas exigui lucri causâ irritaverint, nam inde evenire potuisse, ut ad tantam injuriam ulciscendam Hispanos annonâ, navibus & apparatu bellicô juvent, quibus ille instructus novam classem instruat, & rursus Angliam feliciore fortasse exitu adoriatur. Ad hoc exemplum ex ultima gentis origine repetitum adducebatur. Danos olim & Saxones ob consimilem injuriam gravi bellô Britanniam vexasse, cujus is exitus fuerit, ut illi genti subjugatæ tributum imposuerint, cui Denario Danico ob id nomen, quod usq; ad Guilielmi Nothi tempora pependerunt.* Hactenus Thuan. *d. l. 96. pag 309.* Atque huc trahitur illud Virgilii *lib. 1. Æneid.* velut ex jure Gentium pronunciatum:

> *Quod genus hoc hominum, quave hunc tàm barbara morem*
> *Permittit patria? hospitio prohibemur arena.*

Vid. Joh. Gryphiand. *de Insul. cap. 31.*
5 *n. 178. & seqq.* Quid, quod aliàs Jus fœderum & belligerandi defensivè & offensivè à jure Commerciorum non separandum. Casp. Klock. *de Contrib. cap. 14. sect. 3. n. 41. 47. 48. 50. & seqq.* Et per ea quæ habent Dn. Carpzov. *Capitul. Cæs. cap. 6. n. 13.* Wahrem. ab Ehrenb. *de fœder. lib. 1. cap. 2. n. 228.* Limnæ. *lib. 4. jur. publ. c. 8. n. 26.* Just. Sinold. *vol. 1. colleg. publ. disp. 8. th. 25. lit. F.*

Quapropter nemo se, cum Lusi- 6
tanis I. titulô Inventionis, ad coarctandam & intercludendam hanc commerciorum libertatem & communem maris usum prohibendum tueri potest, cùm ipsa naturalis ratio & legum diserta verba, & eruditorum interpretatio, manifestè ostendat, ad titulum dominii parandum eam demùm sufficere inventio- 7
nem, quæ cum possessione conjuncta est, ubi scil. res mobiles apprehenduntur, aut immobiles terminis atque custodiâ sepiuntur; quod in 8
hâc maris & portuum prohibitione dici nullô modô potest. Ex naturâ enim sui mare in momenta mutari, adeòque esse perpetuò aquis aliis aliisque in priorum locum nunquam non succedentibus fluxile, & tàm non sibi omninò idem, ut nec idem aut singularis possit esse ejusdem dominus, experientia docet; prout hæc pluribus autoritatibus & legibus eruditissimè & luculenter deducunt. Cl. Hug. Grot. Vir penetrantis Judicii & incomparabilis eruditionis. *d. l. de mar. lib. cap. 2.* & ipsius Antagonista Joh. Selden. *in mar. claus. seu de dom. mar. lib. 1. cap. 2. & seqq.* Cui adde nuperas *Maris liberi Vindicias* Th. Grasvvinckel. *adversus* Wilhelm. Welvvod. *Britannici maritimi dominii assertorem.* Et tractatum eruditissimum Fr. Stypm. *de Jure marit. lib. 1. cap. 5.* ubi ad argumenta Seldenii respondet. Secundò, nec donationis ti- 9
tulum ad prohibendum communem maris commerciorumque usum quis prætendere potest. Cùm donatio ejusmodi, ut rei alienæ, nullius sit momenti. Grot. *d. l. cap. 3.* Tertiò, nec belli titulum hîc quic- 10
quam juvare; Grot. *d. l. c. 4.* Quartò, 11
nec occupationem; eleganter Grot.

d. l. cap. 5. nec protectionem, eleg. Joh. Locc. *de jur. marit. lib. 1. c. 4. n. 5.*
12 Quintò nihil hîc patrocinatur præscriptio aut consuetudo. Roder. Zuar. *consf. 1. de usu mar. num. 4.* nam utrumque præsidium certissima juris
13 ratio præcludit. Præscriptio quippe à jure est Civili; unde locum habere non potest inter populos liberos; multò minus ubi jus naturæ aut gentium resistit, quod jure civili semper validius est. Quin & ipsa lex civilis præscriptionem hîc impedit.
14 Usucapi enim aut præscriptione acquiri prohibentur, quæ in bonis esse non possunt; deinde quæ possideri nequeunt, & quorum alienatio prohibita est. *l. Usucapio. l. fin. ff. de Usucap. l. diligenter. in fi. C. de Aqua d. lib. 11. l. viam. ff. de via pub. l. præscriptio. 6. C. de oper. pub. c. sine possessione. de R. J. in 6. & aliis textibus.* Hæc autem omnia de mari & usu maris portuumque verè dicuntur, Grot. *d. l. cap. 7.* Selden. *d. cap. 2.*
15 Quod autem in Præscriptione diximus, idem in consuetudine verum est. *Grot. d. l.* Consuetudo enim contra jus divinum, naturale, vel gentium, non consuetudo, sed usurpatio appellatur. Roder. Zuar. *d.*
16 *consf. 1. num. 6. in term.* Sextò denique nihil est, quòd MERCATURA hæc loca occupaverint. Commercia enim sunt Juris Gentium, quod causam naturalem sub se habet, quæ tolli nequit, & si posset, ab omnibus gentibus ut fiat, necesse est. Tum Jus mercandi incorporale est, quod apprehendi nequit; & licet primi cum Indis Commercia habuissent Lusitani (quod tamen falsum,) nullum inde specialius jus haberent; necessarium enim ut inter multos unus sit primus.
17 Stipm. *d. l. 1. cap. 6. num. 754.* Quapropter, quilibet mercatorum naves mercibus onerare & exonerare, cæteraque ad commercia promovenda in mari portuque alieno liberè & securè agere potest. Verba Hispanica ita refert Zuarius. *Cada uno des mercaderes puede hazer carga ò descarga en los puertos de la mar, que estan & caen en su territorio: ò estan mas cercanos à la villa, ò lugar, que quiere hazer la tal carga y descarga sin licencia del Principe.* Unde patet, quanta cum iniquitate conjunctum sit, quòd mercatores in exteris regnis tàm miserabiliter hoc passu affliganrur. Inter infinitas namque in- 18
commoditates & continuas molestias, quas mercatores cum mercibus peregrinantes in exteris regionibus subire coguntur, non minima existit, quòd, dum tanto cum vitæ discrimine fortunarumque jacturâ cum hostibus acriter pugnantes se in libertatem asseruére, & intra præsidia amicorum pervenére, in ipsis amicorum portubus nondum tuti sint, sed interdum huic, interdum alteri cum mercibus adjudicentur & prædæ exponantur, non attentis his quæ à Trismegisto sapienter *lib. de nat. Deor.* prolata sunt. In 19
portubus, navigationibus & communicationibus, alternæ humanitatis nexus est fortissimus. Et Senec. *lib. 5. nat. quæst. cap. 18.* Deus omnibus inter se populis per ventum & navigationem commercium dedit, & gentes dissipatas locis miscuit; ingens certè beneficium, si illud in injuriam non vertat hominum furor. Eam nunc tollit libertatem, & ingentia naturæ munera in injuriam vertit, qui publicam securitatem in portu denegat his, quos illuc longæ navigationis languor, aut tempestatum vis ex alto appulit. Et sanè cùm 20
hos in alienam fidem confugere, & se ac sua committere necessitas extrema & miserabilis casus adigat, propè est, ut hi in eâdem causâ esse videantur, in quâ sunt ii, qui periculi vitandi causâ, hoc est naufragii, ruinæ, tumultûs gratiâ res suas apud aliquem deponunt. Quod interpretes depositum miserabile & necessarium appellant, in quo fidem violasse gravius semper turpiusque

piusque existimandum est, ut etiam in duplum actionem Prætor dederit *l.1. §.1 ff. Depos.* Quemadmodum ex eâdem causâ idem quoq; Prætor in eum, qui ex incendio, ruinâ, naufragio, rate, nave expugnata quid rapuisse, recepisse dolô malô, damnive quid in his rebus dedisse dicetur, in quadruplum judicium promittat. *l.1.pr. & tot. tit. ff. de Incend. ruin. naufr.* & ibi Dd.
21 Imò Jus Canonicum eos excommunicationis pœnâ ferit, qui mercatorum ex naufragio amissa bona diripiunt, horumque libertatem & securitatem ejusmodi actibus impiis perturbant. *c. excommunicationi. X. de raptorib.* Nam & in naufragiis mercatorum bona secura esse debere, *auth. navigia. C de furt. l. Pompon. 44. vers. idem ait. ff. de A.R.D. l.1. in fi. ff. ad l. Jul. de vi priv. l.7. & passim sub d. t. ff. de incend. ruin. naufr. & T. C. de naufr. lib. 11.* per Gail. 1. *obs. 18.* docetur, prout suó locô, ubi de confiscationum singularibus, latius hæc deducemus. Ita miseratio & subdita periclitantium mercatorum necessitas magnum hujus juris patrocinium dedit, fidemq; etiam exegit uberiorem,
22 quàm in cæteris negotiis. Hoc tamen juri portûs debetur & Principis loci jurisdictioni, ut Præfectus portûs inquirat, quæ navis, & unde venerit, quid vehat. *l. un. C de litt. & itin. custod.* Cunæ: *in caus. postliminii, p. 279.* Loccen. *d. c.8. §5.* 2. Ut offerat magister navis designationem mercium, vulgò Certifica-
23 tionem. Locc. *d. l.* An autem Magistratus seu Superior loci prohibere possit, ne extraneorum mercatorum naves in portubus onerentur, quamdiu Subditorum prostent, aut si velint extranei, certó pretió id redimant, acriter adversus edictum Regis Galliæ Ludov. XIV. An. 1659. mens. Martió publicatũ à Belgis & Hanseaticis, ut privilegiis & juri quæsito contrarium disputatum est. vid. tamen Rutg. Ruland. *de Commiss. p.4. lib.2. c.11. n.13.* qui citra Iura Singularia quæsita statuit, multis in locis esse consuetudinis, ut non aliter extraneæ naves ad transvehendum merces conduci possint, quàm si domesticæ merces suscipere nolint, aut non possint. Cùm itaque status multarum 24
Rerumpub. & continuæ honestorum mercatorum querelæ hasce molestias & afflictiones ad oculum demonstrent, operæ pretium existimavi, quibusdam de hâc portuum securitate, & quod huic affine est, Postliminii Jure (de quo nihil fermè sani prodidisse hos, qui retrò actis seculis juris cognitionem professi sunt, testatur summæ doctrinæ & judicii vir Hug. Grot. *lib.3. de Jur. bell. & pac. cap.9. in pr.*) agere. Quò autem securitatis hujus qualitates & effectûs (ne forsan ex tuitione unius offensio alterius oriatur) eò evidentius cognoscantur, & ad faciliorem ejus deductionem unô quasi fasciculô comprehendantur, casum, qui effluxis aliquot annis meô tempore in Venetorum portu contigit, & in Consilio Sapientum graviter & maturè ponderatus fuit, per sequentia in medium proferam.

Causa, quæ proponebatur, ejus- 25
modi erat: Genuenses quidam mercatores, qui tribus navibus prætoriis per mare mediterraneum vehebantur, in navim Turcicam pretiosis mercibus onustam, quæ Constantinopoli veniebat, inciderunt: eamque aggressi, pro eo jure quô in Turcas hostes suos usi semper sunt, vi expugnârunt, ceperuntque; mox deinde, adversis ventis & tempestatibus diu acti, cùm aliter servare se suamque prædam non possent, portum Insulæ Cretæ, quæ sub Venetorum imperio est, subire coacti sunt, ut inde mox solvere & prædam suam perferre Genuam possent. Veneti, quemadmodum cum Genuensibus ita & cum Turcis pacem & amicitiam colunt. Quæsitum est, an Turcæ apud Venetos prædam eam à Genuensibus repetere, an verò Turcis eam adjudicare debeant Veneti, quibuscum neutrâ gente quidquam hostile intercedit. Disputationis ca- 26
put in eo est, ut excutiatur, an apud

communem amicum Jus postliminii in hâc specie admitti possit? Id Genuenses negant; quorum causa cùm justissima & æquissima sit, & grande momentum trahat, necesse erit, rationes eas in medium proponere, quæ ex Jure Gentium & Civili afferri pro illis possunt.

27 Ut igitur appareat, in hoc casu cessare postliminii jus, ante omnia statuendum pro certo est, in his quæ postliminii jus admittunt, ea demùm postliminio ad priorem causam & statum redire, quæ aut ipsa se ingeniò, arte, fugâque hosti subtraxerint, aut virtute aut vi militum nostrorum, hostibus pulsis superatisve, erepta iterùm sint; aut ita ab hoste redemta, ut redemtori restitutum pretium fuerit; aut denique postremò gratis & donationis causâ ab hoste dimissa sint. *l. in bello. 12. pr. l. nihil interest. 26. ff. l. 2. l. 5. l. ab hostib. 12. C. de postlim. revers.* Quæ tàm in personis, quàm in rebus postliminio idoneis locum habent, *per dd. ll. junct. l. cum dua. 14. pr. l. ult. ff. d. t.* Hæc, quæ in hunc modum per vim ac virtutem militum nostrorum recuperata sunt, aut seipsa ingeniô aut fugâ, aliâve arte hosti subduxerunt, si mox intra fines proprios esse ceperunt, aut si etiam ad Regem socium vel amicum venerint, statim postliminiò rediisse viden-
28 tur, h. e. nisi violentis actibus & hostilibus machinationibus potiûs hostem, quàm amicum se gesserit; qualiter se gessit navigium bellicum, cognomine David, ad portum Lubecensem Anno 1630. profugiens; quia tunc, etiamsi amicus, omnia postliminii jura cessant, tàm in territorio, quàm portu amicorum. *l. postliminio. 5. §. in bello. 1. & l. 19. §. 3. ff. h. t.* quos textûs solos in juris nostri libris, ad causam postliminii, quæ apud socios amicosve sit, pertinere
29 Dd. asserunt. Hujus juris causam JCtus *in d. l. 19. §. 3.* ex eo statuit, quòd publicô nomine tutus sit, qui ex hostis sui præsidiis ad Regem socium aut amicum ita profugit. Alber. Gent. *Advoc. Hisp. lib. 1. cap. 1.* nam par in utroque casu est ratio, Alber. Gent. *d. l.* Quare haud rectè 30
Anton. de Gamm. *in decis. Lusitan. 384. num. 5.* verba Pauli, *in d. l. postliminium. 19. §. 3.* ad Regem duntaxat ejusdem belli socium restrinxit, in quo nec probari potest sententia Hug. Grotii *lib. 3. de jur. bell. & pac. cap. 9. num. 2.* vid. Author. judic. inter Gentes. *part. 2. sect. 8. q. 2.* Cæterùm 31
casus noster, quô is ipse, qui hostilem prædam cepit, in Regis amici vel socii portum eam deduxit, non deciditur duobus illis textibus *d. l. 5. §. 1. & d. l. 19. §. 3.* Quare id nunc agendum est, ut casus iste, si non ex verbis legum; at ex ratione tamen & mente earum decidatur. Utique non hìc dicitur, eos, quos hostis nave & mercibus exuerat, statim animô recuperandæ prædæ, hostem navibus persecutos, aut pari velocitate ita præcessisse fugientem, ut is, ubi iterum cum iisdem de prædâ jam dimicandum inciperet, in portum Regis amici se reciperet. Quô casu 32
conflictus perdurâsse, & animus possidendi aut certè possessionem in continenti recuperandi non depositus fuisse videtur. *arg. l. Pomponius 44. de acqu. rer. dom.* Ripa *1. num. 4. de acq. poss.* Sed ille tractatur casus: Cùm 33
quis prædam, navali pugnâ ab hoste captam, per dies plures vexit, ac nullô hoste insequente possedit, eamque in portum ejus Principis, qui communis est utriusque amicus, deduxit, propterea quòd aut commeatu indigeret post longam navigationem, aut sævienti tempestati ventisq; adversis cederet? Quâ necessitate mercatores Genuenses nunc se in Cretam Insulam delatos fuisse dicunt. Et idem ab Ant. Gamm. *d. decis. 384.* de Gallis relatum est. Hìc verò nulla lex, nullus juris apex, sed nec ulla æquitatis ratio postliminium Turcis in regno communis amici admittit. Cunæ. *de jure postlimin.* Nam, quemadmodum eos, qui ex hostium finibus fallaciâ, soler-

solertiâ aut vi suâ suorumve ad communem amicum pervenerunt, plenô postliminii jure perfrui probatum jam ante est. *d. l. 5. §. 1. & l. 19. §. 3. h. t.* quia id industriæ & virtuti bellicæ adscribitur: ita è converso postliminium attribui his non potest, quibus nec ulla virtutis militaris subest causa, & nihil prætexitur nisi pax, quæ cum communi amico est. *per dd. ll.* Et rursus, si inter duos hostes pax mox inita non prodest ad postliminium eis, qui ante bellô capti sunt, nisi inter paciscentes partes sic convenerit. *d. l. in bello 12. pr. l. 20. pr. l. 28. ff. de Capt. &*
34 *postlim.* nihil etiam tibi proderit ab hoste deduci ad portum seu littus amici, qui cum utroque pacem ita colit, neutrius ut bellum dirimat, aut iis id adi-
35 mat in suo pacato portu, quod antè dedit belli sors, nisi fortè pactionibus idipsum complexus sit communis amicus, ut quos alter ab altero captos in portum communis amici deduxerit, his postliminii jus foret. Cujus rei grande est documentum in secundo fœdere, quod inter Romanos & Carthaginenses ictum esse his verbis Polybius *lib. 3. cap. 24.* refert, si qui Carthaginensium aliquos cæperint, queis cum fœdere scripto juncti sunt Romani, qui tamen sub Romanorum Imperio non erant, hos in populi Romani portus ne deducunto; Si quis erit deductus, & manum Romanus in-
36 jecerit, liber esto. Huic accedit, quòd Princeps, quem hostis uterque amicum habet, jus utriusque partis integrum esse sinat, nihil verò alteri demat aut alteri adjiciat. Et quidem in portubus suis nullum ab utrâque parte conflictum edi, nihilque hostile patrari sinat. Alb. Gent. *de Adv. Hisp. d. c. 14.* prout nuper Magnus Dux Hetruriæ Juniori Trompio in portu Ligurnensi respondit. Quæ verò ante extrà portum & territorium hostiliter gesta sunt, non obliterat nec tollit, nec eo-
37 rum effectum rescindit. Quippe ut prius illud contra reverentiam est, quæ portubus alienis debetur, ita posterius hoc pugnat cum fide publicâ, quâ hostem utrumque intra fines suos communis amicus recipit jure Gentium. Et est utique Princeps non fidejussor modò, ut securè tutòque in portu suo vivatur, sed procul dubio & criminum ultor adversus omnes. Sot. *1. de just.* Cæpoll. *de servit. Inst. 4.* Gail. *2. obs. 64.* Schurff. *2. Cons. 2.* Et cum 38
præstet publicam securitatem apud se, communi jure, universis & singulis, non sinat fœderatorum alteri vim ullam ab altero fieri. Et multò minus ipse alterius fœderati gratiâ vim faciat alteri; ne inde injuriarum nascatur occasio, unde remedia nascantur. *l. 6. C. unde vi.* Ut enim victor inter propria præsidia tutus est; ita, si amici fidem elegerit, & in ejus præsidia se suaque contulerit, etiam illâ publico nomine tutus erit. *arg. l. 19. §. 3. ff. de Capt. & postl. rev.* & elegant. Loccen. *de jur. maritim. lib. 2. cap. 4. § 6. & 7.*

Nam certè postliminii effectus non 39
præcisè obtinet, quia sumus apud communem amicum, sed modus & factum præcipuè spectatur, per quod ad amicum communem pervenimus, quod obtinet in hominibus, si sua propriâ vi industriâ seu fraude evaserint potestatem nostram. *§. 17. Instit. de R. div.* non si à Victore studiò aut casu in portum communis amici sine animo dimittendi (ut hîc à Genovensib. factum) deducantur Captivi. Res ipsas 40
verò quod attinet, cùm statim capientium fiant, certè sine priorum dominorum factо à communi amico in suo portu, dominio, virtute bellicâ parto, exsui non possunt, cùm nullibi id Leges dicant. Supra enim duę allegatæ Leges *l. 5. §. 1. & l. 19. §. 3. d. t.* loquuntur saltem de personis quib. postliminium competit, non verô de rebus, quæ regulariter postliminio carent. Sicut igitur factô hostium acquiritur rerum dominium, ita id non potest sine Virtute hostili iterum adimi *d. l. 19. in pr.* verbis: *hoc si rursus recipiamus. Et l. 20. ibid. §. 1. Expulsis hostib. ex agris dominia eorum ad priores dominos redire.*

Et certè absurdum foret commu- 41

nem amicitiam hoc operari, ut Captivus, si nil ad sui liberationem fecerit, ipsô jure, vi loci, fiat liber, & jus victori armis acquisitum tollatur sine armis, vel etiam nullô hominis factô accedente, contra *l. nihil tam naturale. ff. de R. J.* Imò cùm præda hæc victis Turcis statim facta fuerit Genovensium, perinde est, ac si res Jure Commercii acquisitas in portum Insulæ Cretæ casu vel studio intulissent. Sicut ergò horum dominium non perdidissent: Ita nec rerum bellô acquisitarum. Hunc enim modum amittendi dominii jura nullibi tradunt. Et quo-
42 ad perfectionem dominii acquisiti jura non distingvunt inter acquisitionem bellicam, & Emptionem, permutationem, &c. Nisi quòd unicuique modo acquirendi adjectus sit certus modus dominium ita acquisitũ amittendi. Nec dubitandum, quin præda hæc Turcica plenè fuerit acquisita Genuensibus vi Occupationis. *l. 1. §. item bello, ibi. possessionem nactus. ff. de acquir. possess. & l. 3. §. 21. ff. d. t.* Cùm etiam spolia hostium ad illos pertineant, qui causam capturæ præstiterunt, ita ut elabi non potuerint hostes, licet forsan alius præveniendo tales reverâ manu capiat, ut egregiè deducit Don Garzias. Mastrill. *decis. Lusit. 180. per tot.*
43 Et licet favore libertatis postliminii Jure reversus intelligatur, vel qui ad amicos nostros pervenit, vel intra præsidia nostra esse cæperit. *d. l. 5.* Tiraquell. *de pœn. temperand. causa. 22. n. 68.* Hoc tamen verum est, ut supra monuimus, interveniente factô ipsius captivi, per quod se actuali apprehensioni, custodiæ, ac possessioni victoris exemit, non ubi adhuc dum victor illum vel res hostium tenet naturaliter.
44 Jo. Cephal. *cons. 36.* Imò si nostra præsidia & portûs amicorum comparantur. *d. l. 5.* proinde sequitur, sicut rem bellô captam jure retineo intra nostra præsidia, ita etiam in amicorum portu.
45 Si enim portus communes Jure Gentium, ut *in pr. capitis* deduximus, adeò ut obstruere portûs Innocentibus navigantibus, sit contra Jus hominum, quia nautis eripitur refugium in tempestatibus maris. Alb. Gentil. *de Jur. bell. lib. 3. cap. 11.* Certè non potest usus portuum dominii privationem operari. Quandoquidem si quis 46
propter necessitatem adversæ tempestatis appellat in portum, in quo solvitur gabella, non tenetur tunc solvere gabellam. *per l. Cæsar. 15. & l. fin. §. si propter. 8. ff. de Publican. & vectigal.* & *nos infr. lib. 2. cap. 3. n. 79.* quia id fuit casu non voluntate factum. Barbos. *in l. 1. C. de Naufrag.* multò ergò minus ob hunc necessitatis casum majorem & vim divinam, in portum communiũ amicorum delati, debebunt Genuenses Mercatores dominô istô prædæ privari, quod periculo vitæ & libertatis acquisiverunt, quòd contra voluntatem invecti, non videantur invecti. Atque ita hæc involuntaria invectio nullum operetur effectum. *d. l. 1. C. de Naufrag. lib. 11. t. 5.*
Et cum hâc Genovensium sententiâ 47
coincidunt Constitutiones regni Galliæ, in quibus quoties de prædâ edicitur, quam fortè amici aut fœderati quidam in portus Gallicos ex mari subvehunt, nihil aliud Reges cavent, nisi ut maris Præfectus cognoscat, utrum eam à justo hoste rectè captam relinquere ei, qui cepit, an verò improbè absque belli jure raptam auferre prædonibus & reddere domino debeat. Cod Hen. III *lib 20. tit. 7. art. 14 & art. 23 & eod. lib. 20. tit. 13. art. 1. art. 6.* & quod amplius est expressum in eâ lege, quam super rebus maritimis ab Henrico III. latam Curia Rothomagensis 20. die Julii Ao. 1587. promulgavit, scriptum est: Navem quam Gallo eripuit hostis, nisi statim recuperata sit, ita hostis propriam fieri, ut eam ille ad gentes quascunque amicas fœderatasque non minus tutò perducere, quàm in suum ipsius deferre territorium possit. vid. Joh. Selden. *lib. 1. de dom. mar. c. 18. pag. m. 78.* Idem in su- 48
premo Lusitanorum consilio pro Gallis decisum esse, docet Anthon. di Gamm. *d. decis.* 384. Et in Angliâ quo- 49
que nunquam aliter pronunciatum

aut

aut judicatum fuit, quamdiu magnæ Britanniæ Rex cum Hispaniarum Rege pacem amicitiamque coluit; quoniam ei quoque fœdus cum Hollandis est; etsi sæpè illi ingentem prædam ab Hispanis hostibus captam in Angliæ portus deduxerant, publicâ tamen securitate eos illic perfrui, atque inde iterùm enavigare & prædam perferre in Hollandiam atque in propria præsidia, passus est. Quod & ipse Albericus Gentilis, qui in contradictorio judicio graviter quidem laboravit, tandem confiteri coactus est, & suis conclusiunculis truncatis sponte veritati manum dedit. Ut videre est *lib. 1. Advoc. Hispan. cap. 1.* & Jo. Selden. *lib. 3. de*
50 *Domin. mar. cap. 22.* Cùm sub initiis Jacobi VI. Regis Angliæ, pacatô undique reliquô orbe Christianô, bellum tamen inter Hispanum & fœderatos Belgii Ordines exardesceret, atque inde fieret, ut in mari Anglicano utrique illi, Anglo amici mutuis se invicem & frequentissimis infestarent deprædationibus; de quarum jure dubia aliquot inter ministros Regios, qui de rebus maritimis cognoscebant, oriebantur; Rex Jacobus, majorum exempla secutus, atque ut regnator legitimus, moderatorque aquarum, edictô sancivit 2. Martii Anno. 1604. in oris Anglicanis limites, intra quos utrisque ita tutam fore stationem, tutum transitum etiam, & utrosque ab ipso ita protectum iri voluit, ut neque Hispanis in Belgas fœderatos, neque his in illos aliisve cujuscunque gentis in alios intra hosce vim aliquam impunè exercere liceret. Verba edicti Anglica sunt: Our pleasure is that within our Porth/ Havens/ Rodes/ Cree or other places of our dominion or so noer to any of our said Ports or havens as may us reasonably consbrued to be within that tile limit or Precinct there shalbe no force violence/ surprise or or offence suffered to be done / either from man of warre tho man of warre/ or man of warre to merchant of either partie. But that all of what Nation soever/ solang as they shalbe Within those our Ports ard places of our *jurisdiction* or where our officers may prohibit violence shalbe understood to be under our *protection*, to bee orderet by course of Justice and be at peace each withoter. id est, *Placuit nobis, intra portus, æstuaria, stationes, sinus nostros, aliosq; locos ditionis nostræ (seu qui ita ullis dictorum portuum nostrorum seu æstuariorum propinqui sunt, ut rationabiliter censeri possint esse) intra titulum illum, limitem aut præcinctum nō iri permissum, ut vis aliqua, violentia, interceptio, aut injuria inferatur, sive à navi armata in armatam, sive ab armatâ navi in mercatoriam, sive à mercatore in mercatorem ex parte alterutrâ; sed universos, cujuscunque fuerint gentis, quamdiu fuerint intra illos portus nostros & locos jurisdictionis nostræ, seu ubi ministri nostri violentiam inhibere queant, censendos fore sub tutelâ nostrâ, & secundum nostram justitiæ formulam gubernandos; pacemq; eis invicem fore colendam.* In se- 51
cluso verò mari ita tantùm vim, etiam inter hostes permitti volebat eôdem edictô Rex Jacobus, ut si aut in aperto hoc Oceano, sinubus, portubus, æstuariis, armata navis, vim hosti inferendi causâ, propriè immineret, aut ex loco aliquo ita interdicto, in Oceanum navem hostis ex eodem loco transeuntem contra Edicti mentem involaret, tunc armatæ tàm mercatorum Anglorum, quàm Præfectorum Regiorum naves, & vim ejusmodi submoverent & ulciscerentur. Verba Edicti ex Anglico ita reddita sunt: Placuit nobis, & in mandatis damus omnibus Ministris nostris, subditisq; per mare & terram, ut, in quantum valeant, ipsi prohibeant cunctas naves armatas, quæ ex alterutrâ parte ita imminuerint tàm propè introitum alicujus portuum nostrorum, seu orarum nostrarum, atque ut tutelam præstent, succurrantque omnibus mercatoribus, aliisque qui inciderint in insidias quorumcunq; imminentium oris nostris in locis adeò propinquis, unde impediatur commercium & negotiatio extrorsus & introrsus ad regna nostra, & ab eis.

Obj. Neque eſt, ut ad Caſum noſtrum revertamur, quòd Veneti dicant, nolle ſe quidem Genuenſibus mercatoribus nocere; ſed tamen ſe id quoque operam dare, ne alter hoſtis, quem pariter quoque amicum habent, in damno hæreat. Nimis facilè diſſolvi hæc ra-
52 tio poteſt. Etenim, ne hoſtium alter damnum, alter autem vim in amico regno aut portu inferat, id verò providendum communi amico eſt; At, ut damna extra portum & territorium accepta reparari in regno ſuo jubeat, haud eſſe æqvum ſcit; cùm & bellum perduret adhuc, & hæc incommoda ſecum ferat belli ſors, quare adverſa utriusque arma medius ſpectat; &, ubi
53 non poteſt alteri ſubvenire, niſi alterum lædat, mavult alterum non juvare, quàm gravare alterum; quod eſt ex D. Ambroſii *ſenſu 3. de Offic. 9.* Et eâ mente Hanſeaticis mercatoribus reſpondit Eliſabetha, Anglorum Regina, non eſſe hoc colere cum utrisque hoſtibus amicitiam, ſi alteros lædas, juves alteros, prout Capite ſequenti
54 pluribus videbimus. Nec obſtat. 2. quod ex Alber. Gentili. *Advoc. Hisp. lib.1. c.1.2.6. & 7.* Genovenſibus opponi poſſit: Ab hoſtibus capta non prius fieri capientium, quàm cùm intra præſidia propria deducta ſint, *d. l. poſtliminii. 5.* §. *1. ff. de Captiv. & poſtlim. rev.* Grot. *de jur. bel. lib.3. c. 6. §. 234.* Reſpondetur enim iſtam legem poſtliminii loqui ſolùm de Captis Civibus eorumque ſervitute, ſecundum Jus vetus recepta, non verò de cæteris rebus captis, quæ jure gentium fiunt capientium per ſolam poſſeſſionis apprehenſionem. *l. 51. de acquir. rer. dom. l. 1.* §. *1. ff. de acquir. poſſ.* cum quo concordat conſuetudo totius Europæ, quâ moribus gentium obſervatum, ut nimirum præda capientium fiat, & præſertim naves hoſtium, de quibus hîc ſermo eſt, ſi à victore per diem & noctem h. e. 24. horas poſſeſſæ fuerint, ut alibi innuimus. Nec relevat. 3. Alberici Gentilis objectio. Non licere res hoſtiles captas per alienum territorium ducere. *d. l. & de jur. bell. c. 22.* Quia mutatô territoriô mutatur poteſtas, & ibi locum habet poſtliminium. *l. 5. §. 1. & 2. d. t. de capt. & poſtlim. rev.* Beſold. *de jur. territ. c. 3. n. 4.* Attamen mutatô territoriô non mutatur Fides & ſecuritas publica, cujus cauſa cæteris paribus, ubique favorabilis eſt. Sed ut ut ſit, hoc tamen eò produci non poteſt, ut ob tempeſtatis cauſam, & ex aliâ neceſſitate, quis cum prædâ juſtis armis in mari capta, in portu amici ad anchoras ſtare prohibeatur. quod Jus Gentium permittit, & ex alterna humanitate proficiſcitur, & inter innoxias utilitates eſt, quæ utenti commodæ concedenti non moleſtæ ſunt. *l. 1. §. 11. ff. de Aqu. pluv.* Atque ex his quæ dicta ſunt, ſatis confutantur reliquæ dubitandi rationes, quæ moveri in contrarium poſſunt; quæ cum illæ ipſæ ſint, quas in eodem planè caſu, debitâ operâ conquiſivit Alber. Gentil. *in Advocat. Hiſpan. lib. 1. cap. 1. & 2. 6. 7.* illas huc latius deducere ſuperſedeo.
Ex hiſce quæ de Portuum ſecuritate 55
adduximus facilè patet, ut hoc colophonis locô addamus, quid de illis quæſtionibus, ſi in portu communis amici naves bellicæ à belligerantium parte unâ exſtrui petantur. Item:
An naves extraneæ, tempore belli ex 56
portu communis amici tormentis & aliis ad expeditionem bellicam pertinentibus inſtrumentis ſolvere poſſint, ſentiendum? Denegationem ſc. horum, majoris vitandi mali ergò, ſemper provido magiſtratui neutrali eſſe tutiorem; non attentis iis, quæ in contrarium pro defenſionis ex naturæ & gentium jure promanato favore adduci poterunt, prout ingruentibus ejusmodi temporibus in ſimili ſæpius deciſum & obſervatum memini.

CAPUT

Caput XVI.

De

Securitate & Libertate Mercatorum & Commerciorum tempore belli. Ubi de gravaminibus huic capiti repugnantibus.

Summaria.

1. *Et Pacis & belli tempore Mercatores securi.*
2. *Non omnes sunt hostes, nec hostilia, quæ apud hostes reperiuntur.*
3. *Non locus sed causa facit hostem.*
4. *Res & Merces in hostium navibus repertæ præsumtionem hostilitatis tantùm indicant.*
5. *Tamberlanes tempore belli strictè observavit hanc commerciorum securitatem.*
6. *Idem fecêre Helvetii.*
7. *Cyri Regis Persarum hoc in passu Sanctio.*
8. *Commerciorum libertas tempore belli in Persia adhuc hodie observatur.*
9. *Eandem confirmavit in Germania Gustavus Adolphus Rex Sueciæ.*
10. *De sufferentiis Guerræ inter Galliæ & Angliæ Regna olim observatis.*
11. *De securitate bellica Insulæ Normandicæ.*
12. *Quid Constitutionibus Imperii circa hanc securitatem Commerciorum tempore belli cautum.*
13. *Securitas Commerciorum etiam tempore Hispano-Belgici belli ob utilitatem publ. observata.*
14. *Sponte hostem juvare est se hostem facere.*
15. *An Princeps tempore belli Mercatoribus extraneis Commerciô interdicere possit?*
16. *Salus Publica favorabilior iure Commerciorum.*
17. *Propter utilitatem publicam res privatorum possunt auferri.*
18. *Ob util. publ. Exilium alicui imperari potest.*
19. *Commercia ad tempus interdicere & ad loca restringere non est libertati naturali repugnare.*
20. *Exempla Regum qui tempore belli Commerciorum cessationem ad tempus sollicitârunt.*
21. *Non facta per se, sed ratione munita consideranda.*
22. *Non exemplis sed Legibus judicandum.*
23. *Absurdum quod ex hoc belli interdicto sequitur.*
24. *Ex hoc interdicto corruunt Jura Neutralitatis.*
25. *Culpa est immiscere se rei alienæ.*
26. *Regula æquitatis. Quod tibi vis fieri hoc alteri ut facias.*
27. *Valet hoc Interdictum commerciorum tempore belli, si hostes sunt Barbari, de Jur. Civil. Et Canonico.*
28. *Si merces hostem juvant, valet Interdictum Commerciorum sub privatione securitatis.*
29. *Elisabethæ Reginæ Angliæ responsum Hanseaticis mercatoribus hoc in casu datum.*
30. *In Belgio Commeatûs & armorum advectio sub pœna proscriptionis prohibita.*
31. *Mercatores prohibitis mercibus hostem juvantes securitatem publicam turbant.*
32. *Extra casum prohibitarum mercium Interdictum commerciorum tempore belli est Iniqvum, & Juri Gentium contrarium.*
33. *Utrum Tabacum ad hostes transferre liceat? pro & contra disputatur.*
34. *Quid hoc in passu juris in mercibus usûs ancipitis, quæ hostem iuvare & non juvare possunt.*
35. *An merces ad amicum vicinum missas, metu ne deinde ad hostes transmittantur, intercipere liceat?*
36. *Mercium prohibitarum, vulgò de contrebande & non prohibitarum distinctionem Christiani Principes & Reges semper*

semper admiserunt, quod exemplis probatur.

37. Imperatoris Matthiæ ad Regem Daniæ hac de re Rescriptum Germanicum.

38. Elisabethæ Reginæ Angliæ responsum hoc in negocio Regis Poloniæ Legato datum.

39. Imp. Rudolphi Responsum Suedicis Legatis datum de non prohibendo versus Livoniam innoxio commercio tempore Muscovitici belli.

40. Civitas obsidione cincta nullô commeatu juvari potest.

41. Pacta Regis Sueciæ & ordinum Belgii de subvehendo commeatu.

42. An frumentum & merces ad hostes transeuntes rectè intercipere liceat? Ex historia Anglicana-Hanseatica pro & contrà disceptatur.

43. Quando Mercator est in itinere cum suis mercibus adhuc securitate fruitur.

44. Mercator de damno futuro an caveat?

45. Si merces prohibitæ destinatæ sint ad usum navigii, Confiscationi non subjacent.

46. Si mercium prohibitarum quid supersit quàm usus navis requirit, confiscationi locus non est.

47. Si Mercatores privati in subvectione peccent, an id luat Respublica?

48. Quàm variè contra hanc commerciorum libertatem exteris in locis peccetur. Et quanta mala hac in parte Mercatores sustinere coguntur.

49. Ex oppressione Mercatorum sequitur Commerciorum & Salutis publicæ destructio.

50. Ingratitudo Exterorum Mercatores affligentium.

51. An Princeps navis extraneæ in usum belli per detentationem conductæ, at finitô bellô deperditæ æstimationem præstare teneatur.

52. Si navis amica Mercatoris pugnans capiatur, quando restituenda.

OCcasione præcedentis Capituli progredimur ad securitatem, quâ mercatores tempore belli
1 meritò gaudere debent. Nam non pacis solùm tempore, de quibus in præcedentibus, sed & bellorum, mercatores ab omni violentiâ tutos esse voluit d. Concilium Lateranense, *in c. 2. de Treug. & pac. ibiq; Dd.* cum Clariss. Hug. Grot. *lib. 3. de jur. bell. & Pac. c. 11. n. 12.* Quod ipsum quoque sanxit Imp. Fridericus III. *in reform. sua. sub rubric.* Wer an offenen Fähdē gefreyet seyn soll. *p. 18.* & quòd in bello mercatoribus parcendum sit, tenuit Petr. Bell. *tr. de*
2 *re milit. p. 2. T. 9. n. 6.* Etenim nec hostes isti sunt, qui apud hostes deprehenduntur, ut nec alii peregrini, quales & sunt mercatores, quos jus Commercii deinde cupido augendi pecuniam, postremùm oblivio patriæ suis quemque ab sedibus ad hostilem agrum transtulit. Tacit. *lib. 2. Annal.* quibusque ob id favetur. Alexand. *7. cons. 130.* & post Imolam, *Cons. 51.* dicunt Dd. inventum apud hostes, qui de rebus bellicis (uti mercator agit) nihil curat, quasi hostem tractari non posse; sed eum esse hostem, qui civis apud hostes effectus sit, vel incolatu vel allectione simpliciter. Alber. Gentil. *lib. 2. de jur. bell. cap. 22.* Neque ratio est, cur capta in hostico, habeantur quasi hostium, quæ hostium non sunt. Quid enim locus facit? & quantulocunque momentô quis sit in hostico, si illic apprehenditur, hostisne erit? Non lo- 3
cus sed causa facit hostem, quando quis se hosti aggregavit. Dd. *in l. 5. ubi* Br. *n. 3.* Bald. *n. 17.* Jas. *n. 38. & seqq. ff. de J. & J.* Covarruv. *in c. peccatum. p. 2. §. 9. n. 1. & seqq.* Menoch. *6. præsumt. 96.* Gail. *1. de PP. 4. n. 40.* Bodin. *5. de repub. 5. n. 563.* Lips. *5. Pol. 3. & 4.* Machiavell. *lib. 2. de repub. c. 9.* Schönborn. *lib. 6. Polit. c. 3.* Eadem ratio est in rebus peregrinorum mercatorum, quæ apud hostes deprehenduntur. Alb. Gent. *d. c. 22.* qui dicit, se ita vidisse servari, ut peregrinorum bona, quæ in Hispaniâ essent, ab Anglis, tunc tempore hostibus non caperentur, & viceversa. Quare, quod dici solet, hostiles 4
censeri res, in hostium navibus repertas, non ita accipi debet, quasi certa sit jurisgentium lex; sed ut præsumtionem quandam indicet; quæ tamen validis in contrarium rationibus pos-

sit

sit elidi. Atque ita in Hollandiâ jam olim Anno 1338. flagrante cum Hanseaticis bello, frequente Senatu judicatum, & ex judicato in legem transiisse dicit se comperisse H. Grot. & illud etiamnum pro lege haberi multis confirmat *lib. 3. de jur. bell. & pac. c. 1. §. 1.*
5 *in Notis, quem omninò vide.* Hæc optimè consideravit Tamberlanes, qui commerciorum securitatem tempore belli sartam tectam conservans, consequebatur, ut copiæ, quas habebat immensas, cùm tutus ad castra omnibus esset accessus, omni commeatu semper abundarent. Baptist. *Campo fulg.*
6 *lib. 2. exemplor. c. 2. in fi.* Sic lege sancitum est apud Helvetios, ut hi, qui iis annonam, arma, aliasve res necessarias venales præbent, & in castra adducunt, ab omni injuriâ defendantur, non aliter ac si Helvetii essent. Joh.
7 Simler. *de repub. Helvet.* Xenophon. *lib. 6. histor. de Instit. Cyri*, ait, Cyrum mercatoribus, castra sequentibus, certam imposuisse legem, dum ait: *Quod si quis etiam mercator sequi castra voluerit, ut aliquid vendat, is illorum dierum, quos ante significavimus, commeatum habere debet: Sin aliquid vendere deprehendatur, omnibus spoliabitur. Posteaquam verò dies hi praterierint, quô pacto volet, vendat, & quisquis è mercatoribus quàm maximè rerum venalium forum in castris augere videbitur, is & à sociis & à me muneribus & honore afficietur. &c.*
8 vid. loc. *p. m. 174.* Et hanc Commerciorum libertatem tempore belli adhuc in Persia vigere docet Adam. Olear. *lib. 5. Itiner. Persici. cap. 18.* hisce verbis: Es haben die Perser und Türcken unter sich einen Pact/ daß so wol zu Kriges als Friedens zeiten die Kauffmanschafften unter ihnen in- und auß dem Lande unverhindert getrieben / und die Carawanen sicher gehen sollen / weil einer Nation so wol als der andern daran gelegen.

9 Ita tempore belli Germano-Suedici sub anno 1631. Rex Sueciæ Gustavus Adolphus libertatem commerciorum sartam tectam conservare studens, nundinarum Francofurtensium securitatem, Mercatorumque ad eas liberum accessum & recessum, sub severis pœnis publicô Edictô confirmavit. Verba Mandati. d. 29. Decemb. prædicti anni legi possunt *in Theatro Europæo continuat. part. 2. pag. m. 474. & seqq. Et Anno 1632. pag. 531. & seq.* Ex- 10
ardescente inter Edvvardum I. Angliæ, & Philippum Pulchrum, Franciæ Reges, bellô; ita interdum pactô conventum est, ut libera nihilominus utrinq; forent commercia, adeòq; cum mercatoribus hinc illinc quibuscunque induciæ; quoad cætera armis utramque invicem gentem (ut assolet) infestantibus. Singulares istiusmodi induciæ, Sufferentia Guerræ nuncupabatur, & flagrante aliàs bellô præficiebantur ab utroque Principe, qui de rebus contra has inducias patratis cognoscerent, & secundum legem mercatoriam & formam sufferentiæ judicia exercerent. Joh. Selden, *lib. 2. de Domin. mar. Britann. cap. 27.* De jure illo ad hunc modum breviter ex veterum testimoniis edoctus Guil. Cambden in Insul. Britann. p. 855. Veteri Regum Anglię privilegiô perpetuę hîc sunt quasi induciæ, & Gallis, aliisque negociatoribus, quamvis bellum exardescat, ultrò citroque huc sine periculo venire, & commercia securè exercere licet. Fusius autem in Diplomatibus aliquot Regiis Rot. *pat. 2. Edward. 6. part. 7.* Rot. *pat. 2. Elis. part. 6. &* Rot. *pat. 2. Jacobi Regis part. 9.* idem occurrit. Sic de Cæsareâ Insulâ 11
Normannicâ explicatum, quòd tempore belli omnium nationum mercatores, & alii, tàm alienigenæ, quàm indigenæ, tàm hostes, quàm amici, liberè licitè & impunè queant & possint dictam Insulam & loca maritima, cum navibus, mercibus, & bonis suis, tàm pro evitandis tempestatibus, quàm pro aliis licitis negotiis suis inibi peragendis adire, accedere, commeare ac frequentare, ac libera commercia negociationum ac rem mercatorum ibidem exercere, & tutò ac securè commorari, indeque commeare ac redire toties, quoties absque damno, mole-

stiâ,

ſtiâ, ſeu hoſtilitate quâcunque, in rebus, mercibus, bonis aut corporibus ſuis, idque non ſolùm intra Inſulam & loca maritima prædicta ac præcinctum eorum, verùm etiam intra ſpacia undique ab iisdem diſtantia, usque ad vitam hominis, i.e. quatenus viſus oculi poſſit aſſequi, referente Selden.
12 *lib.2. mar. clauſ. cap.22.* In Comitiis Imperii Spirenſibus de Anno 1570. In der Reuter Beſtallung. *art. 85.* ita habetur: Es ſol keiner die Mercanten inner-und auſſerhalb dem Läger Plündern / Gewalt anlegen / oder auff dem Proviantplatz Gewalt treiben / in die Proviantplätze fallen / noch etwas mit gewalt nehmen / welcher es thut / der ſol gefänglich eingezogen / und durch den Feldmarſchalck / oder das Reuterrecht / an Leib und Gut / nach der Verwürckung
13 geſtrafet werden. Unde olim tantô fuerunt in honore Mercatores, ut non ſecùs ac Legati infenſiſſimis etiam belli temporibus inviolabiles eſſent. Id quod ante annos haut ita multos ab iis, qui prudentiùs aliquanto belligerare didicerant, obſervatum eſt: cùm enim bellum inter Jberos & Belgas ardebat maximè, negociationes tamen impeditæ aut ablatæ non fuerunt. Felvvinus *de mod. acquir. divit.*
14 *Diſp.5. n.11.* Caveant tamen exactè mercatores, ne tempore belli SPONTE hoſtem juvent; eô ipsô enim facerent ſeipſos hoſtes, non ſecus atque alius quilibet, qui hoſti quodvis auxilium afferret, eumque validiorem redderet. Dico SPONTE; nam quod quis vi compulſus fecit, feciſſe non videtur, ratumque haberi non debet. *arg. l.1. & l.21. §.1. & t.t.ff. & C. quod vi metus v.* Quia nihil tàm contrarium eſt voluntati, quàm vis & metus. *l.1.ff. quod met. cauſ.* Et qui facit aliquid juſſu ejus, cui parere neceſſe habet, voluntate ſuâ facere non videtur. *l. velle. 4. de R.J.* & ibi Phil. Matth. & in multis aliis voluntas coacta meretur excuſationem. *arg. l.2. de ſep. viol.* Alb. Gentil. *d.c.22. de jur. bell.* Quâ occaſione nunc appoſitè examinanda venit hæc non tàm chartis, quàm lacertis, non tàm argumentis quàm armamentis ſæpius agitata quæſtio, An Princeps, „ 15
tempore belli, mercatoribus extraneis „ omni commercio cum hoſte poſſit, „ interdicere; adeò, ut, vigore hujus „ interdicti, mercatores contravenien- „ tes ſecuritate legibus conceſsâ privari, „ & illi illorumque naves & merces li- „ citè offendi & capi poſſint? Hoc pri- „ mâ facie ſpecioſis rationibus affirmari videtur, ita priorem hujus quæſtionis propoſitæ partem tuentibus *Ddibus* Regiis. Quòd licet commerciorum 16
jus ſit maximè favorabile; ſalutem tamen populi, tanquam ſupremam legem, multò eſſe æquiorem & favorabiliorem, cùm illud Gentium ſit juris, hoc naturæ; illud privatorum, hoc regnorum. Cedat igitur Regno mercatura, homo naturæ, pecunia vitæ, ut digniori, utiliori & æqviori. Hæc in Civitate eſt ratio, cur de ſuo ſæpè facere nequeant homines quod vellent; ne ſcil. Respublica quid detrimenti capiat. Ordinatio enim magiſtratûs ſupremi ſemper eò dirigenda, ut publica neceſſitas utilitasque commoditatibus privatis etiam jure admiſſis præferatur. *l. un. §. pen. & ibi* Br. *C. de caduc. toll. c. ſcias. ibi: nam plurimorum. q.1.* Unde valet edictum vel ordinatio Principis, publicam utilitatem reſpiciens, etiamſi jus aliquod privatum tollat. *l. Lucius. in pr. ff. de Evict. l. item ſi verberatum. §.1. ff. de rei vend.* Et poſt multos Cravett. *conſ.5. n.4. part. 1.* Dec. *conſ.361. n.8.* Et jure dicitur, 17
quòd propter publicam utilitatem, Princeps, ejusque officialis, auferre poſſit etiam res perſonarum privatas. *per text. in l. fin. §. fin. & ibi* Br. & Bl. *ff. de pignor. act.* Schurff. *conſ.60. n.9. Cent.2.* Rol. à Vall. *conſ.70. n.15. p.2.* quod cotidianis exemplis ex jure depromtis declarat Jo. Köppen. *deciſ. q.59. per tot.* Imò, inquit Alber. Gentilis, cùm ipſi 18
Collatino innocenti placere debuerit exilium ſuum, ideò quòd urbi utile viſum fuerit, atteſtante T. Livio; Placere ergò & his mercatoribus debet interdictum ſibi commercium, lucrum pro tempore ereptum, quod utile eſt tantæ orbis

orbis parti, videlicet regno; tolerent id malùad tempus saltem; non enim est impedire commercium, aut naturalem libertatem restringere, quando, nisi ad certa loca impeditur; tolerent certum præsens incommodum minus, propter majus etiam incommodum futurum, suspendant versùs has oras ad tempus commerciorum usum, ne cum maximo suo suorumq; incommodo & damno inposterum omni negotiationis exercitio planè exuantur, de quo ita vir prudens in litteris ad amicum: **T'is eene Princelyke Reegel: Dat ein yeder in orlogh Synde/ oock syn Nabuyr wil doen gevoelen/ d'ongemacken van dien: om te beleeten de verhuysinge van de Commercien/ die alle souden lopen nae et land dat in Vreede is.** Nec exemplis carent hæc
20 Principum & Magnatum Edicta. Ita enim Rex Daniæ Christianus I. controvertens cum Regno Sueciæ Anno 1469. à Collegio Hanseatico desideravit commerciorum cum Regno Sueciæ cessationem. Idipsum ab eâdem societate inclytâ amicè sollicitavit & adversus Sueciam obtinuit Johannes Anno 1487. Similiter id flagitârunt ab iisdem Rex Johannes Sueciæ. Anno 1571.& seqq. *vid. Act. Suec. ab his annis.* & Poloniæ, Stephanus, contra Ruthenos Anno 1579. hâc tamen adjectâ conditione tandem obtinuerunt, i. hi populi nationesque, suorum exemplô à navigatione Russicâ ad tempus abstinere vellent. Hisce tamen non obstantibus rationibus & exemplis, alii hujus sunt opinionis: Quamvis hâc ipsâ commerciorum prohibitione nihil sit usitatius, exinde tamen non sequi, eam ab omnibus, ut factum sanctissimum, esse imitandum; Cùm non facta per se, sed jure
21 & ratione munita, considerari debeant; nec quid Placentiæ fiat, inspiciendum, & sequendum, sed quid Veronæ fieri debeat, attendendum & probandum sit. *arg. l. sed scilicet. ff. de Offic. Præsid.* Cothm. *1. Cons. 18. n. 198.* & exem-
22 plis non judicandum, sed legibus. *l. nemo 13. C. de sentent. & interlocut.* cùm nullum exemplum currat quatuor pedibus, sed plerumq; claudum sit, teste Zanch. *ad l. heredes mei. §. cum ita. p. 3. n. 66. vers. nam exempla. ff. ad SC. Trebell.* Frider. Pruck. *Cons. 12 n. 24 & seq vol. 2.* Matth. Berlich. *Conclus. pract. part. 2. concl 35 n. 7.* Imò, hoc absurdum inde 23
secuturum adserunt, quòd, quamprimùm duo inter se bellum inierint, statim omnes alii, quibus cum alterâ vel utrâque belligerantium parte firma intercessit animorum commerciorumque conjunctio, huic bello se, nullâ suadente causâ implicare, & vel continuatione vel cessatione commerciorum communium alteri parti adhærere teneantur. Quô factô omnia neutralitatis, ut vocantur, jura collabe- 24
rentur. Et si leges nostræ, in privatis culpæ adscribant, immiscere se rei ad se non pertinenti *l. 36. ff. de R. J.* quantò magis hæc πολυπραγμοσύνη seu 25
φιλομαθεία ἀλλοτρίων, quæ sæpè magna dissidiorum semina excitare solet, in publicis cane pejus & angue erit devitanda. Deinde, si hæc commercio- 26
rum cum amico cessatio ab unâ parte flagitaretur, fieri facilè posset, ut ab alterâ parte idem à negociantibus, in præjudicium primi petentis desideraretur; quod tum invitis & iniquis forsan oculis viderent, imò potiùs omnem adversùs hoc lapidem moturi. Quod tibi ergò non vis fieri, alteri ne feceris, Regula est naturæ, ac perfectum divinæ humanæque legis documentum. T. Decian. *vol. 1. Consil. 25. n. 71.* Exinde nunc apparet, quid de alterâ propositæ quæstionis particulâ, effectu videlicet hujus interdicti & securitatis privatione sit sentiendum. Quoniam verò totum hoc negocium ancipiti marte disputari videmus, & ex historiis nihil comperire potuimus, eâ de re voluntario Gentium jure esse constitutum, Hug. Grot. *lib. 3. de jure B. & P. cap. 1. §. 5.* æquô illud distinctionis fœdere dispertientes, dicimus

Primò, distinguendum esse, inter 27
ipsos hostes, cum quibus commercium intercedit: Si illi sunt Barbari,

putà Turcæ, Saraceni, aut alii Rom. Imperii hostes, quòd tum jure ab hoc commercio cessare teneamur; & hac autoritate *l. 1. & 2. C. quæ res export. non deb.* Ubi Imp. Valens & Gratianus ita: *Ad Barbaricum transferendi vini, olei & liquaminis nullam quisquam habeat facultatem, nec gustus quidem causâ aut usus commerciorum. Nemo alienigenis, barbaris, loricas, scuta, arcus, sagittas, spathas, gladios, vel alterius cujuscunq; generis arma audeat venundare &c.* Perniciosum namque Rom. Imperio & proditioni proximum est, barbaros, quos indigere convenit, ut validiores reddantur, instruere. Idem obtinet de jur. *Canon. cap. 6. 11. 12. 17. de Judæ. cap. 1. Extrav. comm. eod.* ubi excommunicantur, & servi fiunt capientium, qui deferunt barbaris merces aptas ad belligerandum adversus Christianos. Et habet hoc rationem, ex jure gentium omnibus Christianis communem. *d. l. 2.* Paul. Christinæ. *d. decis. Cur. Belg. 106.* Alber. Gentil. *1. Advoc. Hisp. cap. 20. & 28.* Et luculenter Nic. Boer. *decis. 178. per tot.* imprimis *num. 18. & seqq.* quibus adde, quæ supr. *cap. 11. num. 69. & seqq.* adduximus.

Si verò hostes sunt alii quàm Barbari, subdistinguendum erit tripliciter cum Alexandro. *Cons. 130.* Roderic. Zuar. *Cons. 2. de navib. transveh. & mercib. export.* Alber. Gentil. *d. l.* & Hug. Grot. *d. l. 3. de jure B. & P. cap. 1.*
28 *& 5.* I. Aut merces advectæ, bello sunt utiles, hostemque valdè contra me juvant, & ob id prohibitæ, ut arma, & cætera hujus generis, quæ vulgò dicuntur de Contrebande, vid. *infr. lib. 2. cap. 1. num. 46. & seqq.* II. aut nihil ad belli progressum faciunt. III. aut denique merces in bello & extra bellum usum habent, ut Pecuniæ, commeatus, naves, & quæ navibus adsunt, cannabis, pix, lignum, ferrum. Priori casu, dico, Mercatores securitate legali concessâ frui non posse. Hostis enim censendus, qui facit quod hosti placet. Agath. *lib. 3.* & in exercitu hostium est, qui exercitui hostium necessaria ad bellum subministrat. Quod Justiniano respondet Amalasuintha Regina. Et Elisabetha, Angliæ Heroi- 29
na, certis quibusdam mercatoribus, conquerentibus naves suas, à classe Anglicâ spoliatas contra fœdus, quô cavetur, ut illæ Civitates, earumque mercatores tutò possent esse amici etiam hostibus Angliæ, & cum iis habere commercia: non esse hoc, colere cum utrisque amicitiam, si alteros lædas, juves alteros; at imô, hoc esse auxiliari hostibus dixit, & cum hostibus adversus alios facere. Imò, Majestatis crimen esse commeatu juvare hostes *l. 4. ff. ad l. Jul. Maj. l. 40. ff. de pœn.* dum omnis, qui audaciorem reddit hostem, opem dicatur & auxilium ferre hosti. Bald. *l. 5. ff. de Accus.* Bodin. *1. de Repub. cap. 4. p. 40. 41.* quemadmodum hoc apolegeticô responsô, de quo Jac. Aug. Thuan. *lib. 96. hist. pag. m. 309. col. 1.* latius demonstravit modò dicta Regina; ad cujus tamen libelli confutationem scriptum posteà prodiit Antvverpiæ, pro libertate navigationis & commerciorum causâ defendendâ. Thuan. *d. l. Et lib. 79. hist. pag. 182. & seqq.* ubi in Ord. Belg. consilio summâ contentione agitatam esse scribit hanc quæstionem, An vectigalia pro evectione armorum ac Commeatûs etiam ad hostes permitterentur? quam ibi in utramque partem ventilatam, sed ita tandem decisam vide, ut edictum conditum, quô 30
pœna proscriptionis addita commeatûs & armorum ac cæterarum mercium, ad hostes & ab hostibus ad provincias unitas subvectio, prohibebatur. Huic accedit ratio generalis, cur 31
hi mercatores, prohibitis mercibus hostem juvantes, securitate gaudere non possint; quia videlicet ipsi securitatem publicã suis commerciis illicitis turbant, & quantum in ipsis est juvando & validiorem reddendo hostem, evertunt, cui conservandæ, subditisq; illæsis tuendis necessariò in illos arma strin-

ſtringenda, technæ ſtruendæ, & merces confiſcandæ ſunt. *arg. l.2. §.4. C. de Off. P.P. Afr. tit. ff. & C. de re mil. Novell. 85. pr. & per jur. alleg. à* Böerio. *d. decif. 178. in f.* Et ſicut cum bello pax, utpote è diametro illi contraria, ſtare non poteſt. *l. 12. ff. de Capt. & poſtl. rev. l. un. pr. C. de cad. toll.* ita nec cum hoſtilitate ſecuritas. *l. 19.* §. *3.* in verbis ibi: ***primùm nomine publicô tutus eſſe incipiat. ff. de Capt. & poſtl.*** cùm pax & ſecuritas individuæ ſint comites. *d. l. 2.* §. *4.* ibi: ***in ſecuritate & pace provinciæ. C. de off. præf. Afric.*** & altera alterius auxiliô, non verò noxâ, pulcherrimè increſcat, ut argumento *proœm. Inſtit.* dixit Udalr. Zaſ. *tom. 1. Conſ. 9. num. 68.* quò accommodari poteſt doctrina Br. *in l. 1. num. 6. ff. ad l. Jul. Maj.*

32 Secundô verò caſu. Quando merces non ſunt prohibitæ, neque hoſtem validiorem reddunt; utpote quæ voluptati inſerviunt, dicimus, non obſtante hoc Edictô offenſionem extranei mercatoris eſſe planè illicitam, & ob ſuprà dictas rationes, etiam juri naturæ & gentium, ex quo commercia orta ſunt. *l. ex hoc jure. 5. de J. & J.* è diametro contrariam. Roder. Zuar. *d. Conſ. 2. num. 3.* Grot. *d. cap. 1. § 5.*

33 Hic non incongruè quæritur, quid de Tabaco ſtatuendum, utrum & illam herbam ad hoſtes transferre liceat? Negarunt id olim Hispani, intercipientes navem, ejusmodi bonis refertam. Affirmârunt Angli, quibus navis, hâc herbâ onuſta ademta fuit. Hispani contenderunt, herbam hanc inter victualia cenſendam, vel ad minimum, ejus uſu victualium conſumtionem protrahi, & eâdem ratione confiſcandum quâ ſal, quô victualia à putredine conſervantur. Pro Anglis proferebantur Medicorum teſtimonia, quibus, fumum herbæ Nicotianæ non nutrire, confirmabatur: & JCtorum opiniones, qui adſerebant, utcunque ſubditorum bona, à paritate rationis, in commiſſum incidant; exterorum tamen & amicorum, niſi verbis expreſſis interdicta ſint, confiſcationi non eſſe obnoxia, per inferius à me deducta. Pro ſubditis Regis Hiſpaniæ, in ipſius tribunali maritimo ſententia lata eſt; de quâ Angli, tunc temporis Hiſpanorum amici, ad Regem ſuum conqueruntur; qui, habitâ cauſæ examinatione, ad reſarcienda, quæ paſſi ſunt Angli, damna, literas Repræſſaliarum conceſſit.

In tertio illo genere uſûs ancipi- 34
tis, diſtinguendus erit belli ſtatus; nam ſi tueri me non poſſum, niſi quæ mittuntur intercipiam; neceſſitas, ut alibi expoſuimus, jus dabit; ſed ſub onere reſtitutionis aut ſolutionis niſi alia cauſa accedit. Quod ſi juris mei executionem rerum ſubvectio impedierit, idque ſcire potuerit, qui advexit, ut ſi oppidum obſeſſum tenebam aut Circumvallatum vulgò Bloquiret / ſi portum clauſum velim &c. vid. *num 39. ſeq.* tenetur de damno dato: Et ad damni dati modum, res quoque ejus capi poterit; ſi damnum nondum dederit, ſed dare voluerit, jus erit, rerum retentione eum cogere, ut de futuro caveat obſidibus, pignoribus, aut aliô modô. Quod ſi verò ille in bello iniquiſſimè hoſtem meum ſubvectione confirmet, jam non tantùm civiliter tenebitur de damno, ſed & criminaliter; quare intra eum modum etiam ſpoliari poterit, prout paulò ante *n. 30. & 31.* adſtruximus. Sic Demetrius, cùm Atticam teneret exercitu, jamque vicina oppida Eleuſina & Rhamnuntem cepiſſet, Athenis famem facturus, navis frumentum inferre parantis & magiſtrum & gubernatorem ſuſpendit; atque eô modô deterritis cæteris urbe potitus eſt. Plutarch. *in Demetr.* Quid autem 35
juris, ſi non ad hoſtem ſed amicum vicinum mittat merces prohibitas; anne tunc ab unâ belligerantium parte metu, ne ab illo loco ad hoſtem res transvehantur, commercium impediri poteſt? Et negativam rationem juri gentium magis conſentaneā puto. Et 36
mercium diſtinctione Chriſtiani Principes, ab omni tempore fuére contenti;

tenti; Vid. *privilegia & Edicta Gallica, Danica, Belgica* tempore bellorum hoc in passu publicata & *in fine Tractatus annexa. sub lit. B. V. & W. quibus adde artic. 12. 13. & seq. nuper. Pacis Hispano-Gallicæ. de An. 1659. 7. Novembr.* cujus ecce egregium nobis occurrit exemplum in diutino illo, quod patrum nostrorum ævô tantâ cum armorum & animorum contentione & vehementiâ, inter duo potentissima Hispaniæ & Magnæ Britanniæ Regna gestum est. In hoc etenim Regina Elisabetha advectionem tantummodò armorum & muniminum bellicorum, sicut & frumenti, quod tamen prædicta Pax Gallo-Hispanica transvehere permisit *d. artic. 13.* & cætera, quæ ad apparatum bellicum spectaverunt, utpote quæ hostem validiorem efficere & instruere possent, nunquam verò communia mercatoribus commercia cum Hispaniarum regnis prohibuit; nec sine summâ iniquitate hanc naturalem commerciorum libertatem, præsertim si nihil nocuerint, in libero populo restringere, coarctare, aut impedire potuit, prout hæc, in simili, evidentius pa-
37 tent ex Mandato Imp. Mathiæ, potentissimo cuidam Regi exhibito Anno 1615. & responso Elisabethæ, Legato Poloniæ, Hanseaticorum mercatorum causas agenti dato. Verba prædicti Mandati Cæsarei hæc sunt: Soviel nun die angezogene Sperrung der Commercien und navigation auff der freyen Ostsee belanget / Ob wol wir befinden / das E. L. erst berürte Sperrung anders oder weiters nicht geständig / als was mit der Zufuhr auß S. geschehen gegen denen (als E. L. domahligen offenen Feinden / sie solches nach dem Exempel und üblichen Brauch anderer Christlicher Potentaten angezeigter massen wol befugt gewesen / So konten wir doch nicht sehen / daß / umb des mit dem Königreich S. gefürten Krieges willen / angeregte hochnötige Commercia und Zufuhr ins gemein auff alle Wahren verboten / und sowol den L. als andern an der Ostsee gelegenen Hanseestädten ihre wol hergebrachte Freyheit geschwächet und benommen werden könte / weil zumahl solch Verboth nicht allein aller Völcker Rechten / und obgemelter Stadt L. und andern von E. L. geehrten Vorfahren wolerlangten Privilegien zu wieder / sondern auch uns und dem heili-,, gen Reiche / an dessen auff teutschem,, Meer zustehenden Hochheit gantz nach-,, theilig ist 2c.

Die Abnehmung und Confiscation der L. Schiffe und Güter berürend / wird zwar von E. L. anzeiget / daß die L. Bürger beedes durch Schreiben und gedruckete Patenten erinnert und vermahnet worden seyn / sich der Zufuhr auff S. zu enthalten / oder ihre Gefahr deswegen außzustehen / Weiln aber durch solche Erinner- und Verwarnung / allerdinges ins gemein der natürlichen Freyheit / aller Völcker Recht / der N. N. Privilegien / und der benachbarten Christlichen Fürsten Exempel gantz zugegen verboten / oder doch auff solche Conditiones gestellet worden / welche an sich selbsten unmüglich / auch uns und dem heil. Reiche hiebey mit unterlauffenden Interesse halben / auffs höchste præjudicirlich; Wir auch beyneben befinden / daß obgesagte die von L. ungeachtet ihrer vorangedeutetes general Verboth gethanen Contradiction, sich damahlen demselben umb mehren Glimpffes und Schuldigkeit willen mit seiner Maß sich zu accommodiren / soweit anerboten / daß man nemlich bey der Schifffarth in S. aller Kriegsmunition und was darunter gezehlet werden kan / sich enthalten wolle / So ist ja nicht zu sehen / warumb solch billig erbieten diesen von L. (als welche sich in obangezogenen Krieg / weder E. L. noch dem Königreiche S. anhängig gemachet / sondern in der Neutralität geblieben) so gar abgeschlagen / oder gegen ihnen und ihrige Kauffleute / und deren Schiffe und Güter / wo und welcher Oerter die auff der See angetroffen werden / mit allem Gewald mehrers dann zu viel verfahren und übel tractiret werden sollen /

obwol

obwol auch vorn angemelte Abnehmung der Schiffe mit etlichen der Admirali rät justificiret werden wil / so kan doch das Fundament, auff welches solch Urtheil gesetzet und gegründet werden wollen/ aus unterschiedenen vorhergehenden und andern rechtmässigen Ursachen nicht beständig seyn &c.

38 Verba responsi Reginæ Angliæ, Legato Regis Poloniæ dati, ita refert Thuan. *lib.119.* sub Anno 1597. Legato Regis Poloniæ Sigismundi IV. apud Elisabetham Reginam verbis aliquantò asperioribus petenti, ut injuriis ob interdictum cum Hispano commercium modus statuatur, ablata mercatoribus restituantur, versus occidentem navigantibus liber commeatus præbeatur, responsum in hunc modum: Maritimarum Civitatum privilegiis, Edvvardo VI. Rege, quòd multis in rebus ab officio discessissent negociatores, multùm füisse derogatum, tamen posteà concessum esse, ut æquô jure cum Anglis ipsis uterentur. Quare non esse, cur conditionem communem recusent, aut præcipuum aliquid aut singulare ab ipsâ postulent; nisi fortasse sibi persuaserint, bono pastori potiorem esse debere alieni gregis curam, quàm sui; aut nutricem illam laudandam putant, quæ, propriô abjectô, partum foveat alienum. Navigationem mercatorum occidentalium (seu Osterlingorum) quod impediat frumentô præsertim & apparatu bellicô hostes adjuvantium, multas justasque causas habere. Neque obstare maritimarum civitatum privilegia singularia; in quibus disertè hæc clausula apposita est à posterioribus Regibus subinde repetita, ne ad regni hostes, commercii specie commeare liceat. Nam & Sueciæ & Poloniæ Reges non semel antea naves Anglicanas & Hanseaticas hoc prætextu retinuisse, cùm bellum cum Moscis gererent.

39 Hucusque Thuanus. Quomodo autem hujus Commercii innoxii prohibitionem versus Livoniam & Narvam, tempore Muscovitici belli improbaverit Imperator unâ cum Statibus Imperii; in ipsis Comitiis de An. 1576. & postmodum in aula Pragensi elucescit ex Responso Imp. Majestatis. Rudolphi II Johannis III. Regis Süeciæ legatis, Anno 1577. 16. Februar. Pragæ dato, sub sequentibus formalibus.

Extract aus dem Kays. Decret Rudolphi II. auff des Schwedischen Abgesanten Werbung/de dato.16.Febr. Anno 1577.

WAs ferners in ein sondern Articul einstellungs der Narvafahrt halben ins gemein/und dann in specie, wegen deren von L. und ander / welche sich dieser Fahrt gebrauchen begehret worden. Da seind Ihr Kays. Maj. gleichsfals deren Handlungen so nunmehr viel Jahre dahero solcher Segillation halben fürgangen/ nothdürfftiglich erindert/ und befinden soviel/ daß die beyde Ost und West-See und die darauff gebrauchten" Schifffarten und Handtierungen / als" der Herr. Reichs Regal von Alters je" und allwegen / männiglichen frey und" offen gestanden. Aber letzlich bey neulichẽ Jahren/ voriger und jetziger König Wr. zu Schweden &c. Johannis III zu sondern nachbarlichen Gefallen/ und damit der Moscowiter wieder dieselben und andere an der Ost-see gesessene Städt nicht gestercket auff dem gütlichen Handels-Tag zu Altenstettin/ An. 1570. etwas eingezogen / und auff namhafftige frey unschädliche Kauffmans-wahren restringirt werden sey / dabey es auch Weyland Ihr Kays. Maj. Geliebter Herr und Vater sambt den Reichs-Ständen auch verbleiben lassen. Wofern nun jemand über dasselbig zu frieden und Krieges-zeiten sich solcher Narvischen Schifffarten ohne mit andern verbotenen Wahren zu Vorteil und sterckung des Feinds oder aus Frevell und Ubermuth sich zugebrauchen lassen/ und darüber schaden leiden würde/ desselben wissen sich gleichwol Ihr Kays. Maj. nicht hoch anzunehmen / wie auch solches biß dahero Ihrer Maj. Wissens nicht beschehen. Da aber angeregte freundliche und nachbarliche Bewilli-

gung nunmehr wolte dahin gezogen wer„den / daß darumb die gantze Segillation „auff die Narve ein zustellen / und des hei„ligen Reichs Unterthanen und hantierende Städten nicht erlaubt seyn sollen / sich mit zuläßigen Kauffmans Wahren derselben zu gebrauchen / solches wird Ihrer Kays. Maj. versehens / die Königl. Wr. zu Schweden nicht begeren / vielweniger Ihr Kays. Maj. verdencken / daß sie sich der Jenigen so berührter freyen Naruafahrt halben / durch die Ihren auffgehalten / oder auch (wie bißhero offtermals beschehen) feindlich angefallen / und denen ihre Schiffe und Wahren zu eusersten unwiederbringlichen Schaden und Verderben genommen und gepeuttet worden / zur Gebür und Billigkeit annehmen / Sintemal Ihr Kays. Maj. dasselbige ihrer Pflichten und tragenden Kayserlichen Ampts „halben zu thun schuldig / uñ das zu hand„habung des heiligen Reichs freyen Re„gals und Gerechtigkeit zu thun nicht Umbgang haben kunten ꝛc. Wolten sich dennoch Ihre Kays. Maj. hiemit freundlich und nachbarlich versehen / viel Hochgedachter von Schweden / werden es auch dißfals bey dem Jenigen was zu Stettin der Naruafahrt halben abgeredt uñ verglichen / uñ allein Königl. Maj. zu guten bewilliget / verbleiben lassen / und Ihrer Maj. und des heiligen Reichs Unterthanen (dann der andern Potentaten Angehörigen haben sich Ihre Maj. nicht zu beladen) zu suchung ihrer Narung / und außführung nötiger Wahren / an angeregten Herbringen der freyen Schifffahrt nach der Narua nicht alleine weiters nicht verhindern / auffhalten / noch belaidigen / sondern auch das jenig was ihnen ein Zeitlang her durch ihre Außliegen und Diener zur Seevarts genommen worden / der Gebühr wiederumb zu erstatten / ernstlich Verordnung thun / und dieweil deren von L. halben / unter nechstgehaltenen Reichstag zu Regenspurg / durch Chur / Fürsten und Ständt des heiligen Reichs sonderlich intercessiones beschehenen / darauff Weyland die nechstverstorbene, Kays. Maj. nebenst überschickung deren von L. weiteren gegen Berichtes / der König. W. zu Schweden sub Dato 10. Septembr. jüngst hin außfürlich geschrieben / welches Schreiben Ihr Maj. unlängst gefolgtes Abgangs halben nicht hinein in Schweden / sondern wiederumb zu rück komen / So würd derwegen den Herren Abgesandten / von denselben wie auch der Ständt bedencken / und dero von L. gegen Bericht hie nebens Abschrifft zugestellet / mit nachmals Ihrer Maj. halben gantz emsigen Fl. und nachbarlichem Gesinnen und Begehren / Hochgedachter König wolle nunmehr die billig begehrte Restitution ermelter von L. genommenen achtzehen Schiffe und Wahren länger nicht einstellen / sonder dieselbig an gerürenden Orten mit allem Ernst förderlichst verordnen / und es zu denen durch die Reichs„ Ständt angedeuten wegen nicht kom„ men lassen / sich auch sonsten gegen denen„ von L. dem Stettinischen Vertrag allerdings gemäß bezeigen ꝛc. Woran ꝛc.

Et quod tantùm Civitas seu locus 40 obsidione cinctus nullô commeatu instrui, aut mercibus necessariis, quibus hostem validiorem reddat, adjuvandus, communia verò negocia flagrante in alios bello totaliter haud cessare debeant, cautum est fœdere inter Regem Seuciæ Gustavum Adolphum & Ordines Generales Unitarum pro- 41 vinciarum, Vid. Häuptsachl. Resolution, so den Herren Staden General der vereinigten freyen Niederländer auff ihr Begehren / wegen eines Succurs zu dem Niederl. Kriege mit dem König in Hispan. nomine Civitatum Hans. gegeben Anno 1621. Cum quo coincidit König Car. Gust. Schwedischen See-Regiement dem Wißmarschen Commendanten ertheilet. *9. Maji. Anno 1659. in fin. Tract. huj. annexi sub lit. Y.* Atqui 42 & huc spectat, Reges Daniæ & Sueciæ, præter urbes Hanseaticas, (verba sunt Joh. Selden. *lib. 2. de domin. maris Britann. cap. 20.*) enixè sæpius ab Elisabethâ Angliæ Reginâ petiisse, ut liber suis mercatoribus per mare Anglicanum transitus cum annonâ in Hispaniam esset; flagrante scil. inter eam & Hispa-

Hispanum bellô. Scio quidem, licentiam ejusmodi eis negatam esse, non solùm dominii maritimi causâ, sed imprimis ne hostibus commeatûs adferentur. Unde etiam naves Hanseaticorum frumentô onustæ, à classiariis Anglicanis, in ipsis Ulissiponis faucibus extra territorium Angliæ marinum captæ sunt. 30. Junii Anno 1598. attestante Thuano *lib. 95. histor.* procul dubio ne mari Anglicano, injussu Reginæ temerè uterentur. Sed verô clamitabant Hanseatici, Jura Gentium, commerciorum, fœderum violata esse, navibus ab Angliâ eo solùm nomine, quòd ad hostem commeatus deferrent, captis; idque in territorio cujus se dominam ne obtendebat quidem Angla. At verò, dum annis aliquot ante naves has captas non semel negata est Hamburgensibus (qui cæterorum etiam Hanseaticorum nomine liberam sibi per hoc mare in Lusitaniam & Hispaniam profectionem petiissent) omnimoda sive frumentum, sive arma bellica transvehendi libertas; nec jure Gentium aut commerciorum petitionem suam tunc nisi, nec Reginæ negationem hujusmodi juri adversari omninò suggerebant, scilicet primò responsum tulêre. Anno 1585. à transvehendis armis aliisque bello conducibilibus & frumento abstinerent. In cæteris verò mercibus (sic Regina) transvehendis nihil vos impediemus, sed vestrorum subditorum naves solitô more commorari & prætervehi omni cum favore permittemus ut institutam navigationem perficiant. *d. declarat. Londinens.* de Anno 1589. Iniqvum non habere visi sunt hoc responsum. Sed biennio post ablegatus est in Angliam Sebastianus à Bergken / eorum Orator, cum litteris petitoriis, ut Exceptio in superius concessâ libertate tolleretur, liberaq; omnium mercium esset transvectio. Rursus negatum est, quod petebant, adjectô, qui ausu temerario secus facerent, pœnas penderent suæ indomitæ licentiæ, si in classiarios aliosve subditos Majestatis Angliæ inciderent, factis ipsorum rebus & mercibus quibuscunque capiendis, sic præter voluntatem suæ Mtis vectis & captis. Huc spectant ab eâdem ratione quæ occurrunt de hâc re in capitibus ab Witfeldio & Bernicovio Christierni IV. Daniæ Regis Anno 1597. legatis apud Anglam expediendis. Serenissimum (ajunt, prout patet ex tabulis legationis ejusdem in Bibliothecâ Cottonianâ) Regem nostrum severè nobis injunxisse, ut apud Sereniss. Reginam ageremus, quò frumenti aut annonæ vectio Hispaniam versus nostris mercatoribus libera permittatur; quemadmodum etiam, ut ante fecimus, & nunc & cum omni instantiâ iterùm facimus ac petimus, maximè cùm suspicio sit, eam licentiam frumentum vehendi etiam Anglis & Belgis interdum concedi, ne nostri pejori conditione utantur quã vestri, atque ut ad minimum certis quibusdam navibus in gratiam Regiæ Majestatis annuatim libertas annonã durante hoc bellô vehendi saltem concederetur; atque ut de eo quod obtinere possimus Serenissimo Regi nostro referre queamus. Tulêre autem responsum legati hi hujusmodi, Reginã nullâ ratione posse induci, ut illud consentiat fieri; & cum suspicio allegatur à vobis, licentiam interdum concedi & Anglis & Belgis vehendi frumentum, audemus nos asserere (viri nempe primarii à Secretioribus consiliis Reginæ, qui respondebant) nunquam tale quicquam concessum esse à Reginâ, neque hujusmodi esse concessuram durante bellô. Unde etiam est, quod Joannes Suecorum Rex litteris, quibus Anno 1587. ad Elisabetham Reginam datis, veniam mercium in Hispaniam trajiciendarum Olavo Wormæo Sueco petebat, fassus sit, necesse ei fore maritimas Reginæ ditiones pertransire. Neque novum est, hujusmodi transitum exteris negari. In quàmplurimis publicæ fidei litteris mercatoribus gentium vicinarum ab Eduardo Rege I. concessis, exardescente inter eum & Gallum bello,

adjicitur clausula solennis; ut nihil ad partes Franciæ ducant seu duci faciant mercatores, nec omninò inimicis nostris in auxilium inde communicent quoquô modô, ut in sacris legitur scriniis. Rot. *pat.* 24. Edvv. *1. membr.* 5. *&* 25. Hucusque Seldenius. Cui adde nuper editum tractatum Joh. Loccenii *de jur. mar. lib. 1. c. 4. n. 9.*

43 Deinde, observandum quoque ex Nicol. Böerio *decis. 178.* An mercatores cum prohibitis mercibus pervenerint ad locum hostis, an verò adhuc sint in itinere. Quô casu, mercator nondum est extra hujus securitatis legalis causam, quoniam redire poterat, & pœnitere, ut Cynus docet *in l. 3. C. de Commerc.* & Roderic. Zuar. *d. Cons. 2. n. 6.* Leges enim ad pœnam desiderant actum consummatum, ita communiter tradunt interpretes, quod Statuti pœna de tritico aut aliâ quâpiam re extra territorium non exportandâ, tunc demùm procedat cùm exportata res est, non cum exportatur, & est in viâ. licet in hoc dissentiat Boër. *d. decis. 178. n. 29. cum seqq.* & Grot. *qui d. c. 1.* hoc casu, si damnum nondum
44 dederit, sed dare voluerit, mercatorem rerum retentione ut de futuro caveat, cogi posse statuit. Vid. *Auth. de jud. inter gent. p. 2. q. 10.*

45 Tertiò denique ad hanc securitatem privandam & mercium confiscationem statuendam, justo judici erit perpendendum, num merces, seu materia vetita (putà, si reperiatur in navi pulvis tormentarius, vel alia ad munitionem bellicam apta) sit destinata ad usum hostium, an verò ipsius navigii. Roderic. Zuar. *d. cons. 2. n. 5. & 8. de export. merc. per* Br. & Imol. *in l. cætera. ff. de legat. 1.* Bl. *in l. cum proponas. C. de naut. fœn.* & casus *in l. si publicanus. l. universi. 5. C. de Vectigal.* per *gl. in cap. super quibusdam. de V. S.* Sic jura docent, licet prohibitum sit exportare frumentum, non tamen de eo esse intelligendum, quod quis portat pro suo usu suorumque sustentatione. Jo. ab Imol. *a l l 45. ff. de legat. 1.* Roder. Zuar. *d. cons. 2 n. 4.* & hanc communem esse dicit Alb. Gentil. *d. l. Advoc. Hisp. cap. 20.*

Quid tum verò, si aliquid amplius fu- 46
isse videatur pulveris & similium, quàm usus navis requirat? Imò & tunc dicerem ob prælia, quæ contingere possunt navi, horum non tàm exquisitam posse haberi mensuram, sed prudenter potius à Mercatoribus fieri, ut hæc potius supersint quàm desint. Plur. de his Böer. *d. decis. 178.* & Alb. Gentil. *d. l. c. 20.* Num verò, si privati mercato- 47
res advehunt hosti commeatum, aut pulverem tormentarium, id luat respublica? vid. ap. Loccen. *de jur. maritim. lib. 3. c. 4. §. 6.* qui id rectè negat, nisi magistratus sciverit, & cùm prohibendi facultatem habuit, non prohibuerit, aut interpellatus nocentem puniverit.

Ex hisce nunc omnibus tàm clarum 48
esse puto, quàm solis radii, cùm sudum est maximè, quô jure seu potius injuriâ, in exteris regionibus & terris Mercatores intra hos naturalis libertatis terminos consistentes, contra tot sanctè promissa & contracta privilegia, tot multiplicibus incommoditatibus & damnis afficiantur, & quotidiè, proh dolor! cum totali Septentrionalium commerciorum interitu tàm indignis modis affligantur; dum non solùm illi unà cum pretiosioribus navibus & mercibus absque ullo discrimine, tanquam captivi detinentur, sed & in longinquas oras exteris servitiis destinati, nullâ iis persolutâ condignâ mercede inviti amandantur. Nonnunquam, ubi tandem ad exsolutam non exiguam argenti summam, quam pro lubitu extorserunt ministri Regii, dimissionem magister navis impetravit, mox eadem navis iterùm parangiatur, & complures annos vel inutiliter absque ullâ mercede detinetur, vel servitiis continuis occupatur, donec concussa & contracta navigationi planè inutilis facta est. Intereà nautæ, & qui peritiam navium ducendarum habent, vel ex iis extruduntur, vel, tanquam captivi, ad serviles tantùm labores adservantur, coguntur que cum gemitu spectare, quomodo pretiosissimæ

tiosissimæ naves ab imperitis in scopulos aut vada illidantur. Si qui mercatorum pro conservandâ navi & vitâ aliquid monent; sive, ob præstita servitia, mercedem promissam petunt, fustibus ita excipiuntur, ut nonnulli doloribus interierint; alii metu mortis, aut fame coacti aufugere necesse habuerint. Qui hisce modis eos lædere non possunt, aliàs ad evertendam hanc securitatem tàm sanctè promissam, tàm tempore pacis, quàm belli, comminiscuntur fraudes, & novas mercium certificationes urgent, naves scil. in terris hostium fabricatas & hostium esse fingunt; certificationes mercatorum publicas & juratas rejiciunt, causas confiscationum falsas excogitant, inde miserorum merces diripiunt, & vel nihil, vel quantum libet pro illis in Cupreâ monetâ solvunt, reliqua in solutionem successoris sui differunt, qui deinde negat, de antecessoris sui negotiis quicquam sibi constare. Et quis infinita hæc mala quibus plus quàm barbarô more negociantes contra fidem datam in exteris terris affliguntur, enumerare potest. Quibus procedendi modis quid 49 quæso aliud efficitur, quàm quod antiqua commerciorum privilegia, sudore & sanguine parta respuantur; jura hospitalitatis, ex jure Gentium nata, denegentur; & pro annonâ & mercibus, quibus exteras illas regiones tanto cum vitæ fortunarumq; discrimine juvant, proque omnibus officiis & ser- 50 vitiis, quæ sine fraude sedulò præstant, tantum non hostiliter tractentur. Sed manum de tabulâ.

An autem Princeps navis extraneæ 51 in usum belli per detentationem conductæ, at finitô bellô in reditu deperditæ, æstimationem præstare, & mercatoribus ut navigii dominis, damnum illud resarcire teneatur? Similiter, si 52 navis amica mercatoria pugnans capiatur, quô gaudeat jure singulari, & quando restitutio ejus statuenda, alibi, videlicet *lib. 2. c. 5. n. 46.* Ubi de jure navium singulari, annuente divinô numine, erit differendi occasio, quò hîc remisisse sufficiat.

Caput XVII.

De Restrictione & coarctatione commerciorum, itemque jure prohibendæ transvectionis mercium singulari.

Summaria.

1. *Connexionis ratio.*
2. *Commercia certis LL. & Pactis restringere, æquitati naturali & Juri Gentium non est contrarium.*
3. *Exempla pactorum quibus Commercia & navigationis cursus fuit limitatus & restrictus.*
4. *Hanseatici cum vicinis & dissitis Regibus Principibus & Rebuspubl. ratione Commerciorum certa inierunt pacta.*
5. *In Scotia quibus Legibus & prohibitionibus olim Commercia maritima circumscripta fuerint.*
6. *In Galliâ quomodo Salis Commercium prohibitum.*
7. *In Italia aluminum Commercium quomodo restrictum.*
8. *Belgicæ Provinciæ quibus Commerciis in importando & exportando certas præscripserunt LL.*
9. *Constitutiones Imperatorum exportationi & Importationi mercium certas leges præscripsêre.*
10. *Non tollitur Naturæ libertas cùm pro ratione status Commercia restringuntur.*
11. *Lubecæ Oenopolium Rhenanum omnibus vendere non licitum.*
12. *Advenæ indigenarum Statutis se conforment.*
13. *Fluminis portusq; usus in abusum non est trahendus.*

14. Por-

57. Libe-

57. Libera transvectio licet Immemorialis, prohibitionem non impedit.

58. Singuli Cives Universitati nihil acquirunt, nihil nocent nisi nomine publico.

59. In suo quid prohibere, meræ facultatis est.

60. Ob intermissionem antecedentem nemo à suo Jure detruditur.

61. Nulla Præscriptio, ubi nulla negligentia.

62. Qui non prohibet, quod minus eo tempore existimat, prohibendi Jus non amittit, ubi gravior injuria oritur.

63. Administratorum negligentia Universitati non nocet.

64. Cives Singulares, Contravenientes privilegio Civitatis, non præjudicant Civitati.

65. Juribus Civitatis non facilè præscribitur, præsertim in iis, quæ alimenti loco sunt.

1 QUanquam præcedentibus Capitulis præcipuam mercatorum securitatem, in libero tutoque commerciorum & viarum usu consistere diximus; idque in tantum, ut naturali, gentium & civili æquitati, Constitutionibusq; Imperii videatur contrarium, liberum commerciorum usum, conservandæ societatis humanæ gratiâ inventum, impedire aut restringere, merces aliunde in portum invectas & illatas pro libitu exonerare aut ad vendendum cogere. Hug. Grot. *de mar. lib. c.1.* inficias tamen iri haud potest, hæc eò usque non posse extendi, ut pactis legibusque ullis commercia restringi, viæ publicæ, maria, & flumina, per vectigalia & portoria non coarctari queant. Georg. Becht. *de secur. & salv. Cond. cap.3. th.56.* cum mult. seqq. Loccen. *de jur. marit. lib.1. cap.10. per tot.* Jo. Gryphiand. *de Insul. cap. 25. num.34. & seqq.*

2 Videmus enim, inquit Bodin. *lib.1. de Repub. c.7.* jura commerciorum non solùm omnibus populorum Principumque inter se conventis, verùm etiam propriis singularum Civitatum Statutis & olim constitisse atq; etiamnum contineri. Strach. *part.4. de merc. n.44. & seqq.* Dn. Mev. *lib.3. tit.6. art. 12. n.1. Stat. Lub.* Nec enim omnes omnium commerciis usos fuisse, ex historiis manifestissimum est. Salomon de illis cum Hiramo *1. Reg.5.* Græci inter seipsos & cum Hispanis
3 pepigerunt. Plutarch. *in Pericl.* Liv. *lib.34. vid.* Hug. Grot. *lib.2. de jur. B. ac P. cap.3. §.15.* Ubi plurima recenset exempla pactorum, quibus populus alter alteri se obstringit, ne ultra certum terminum naviget vel mercatum eat. Turcæ, anno 1582. eâ de re Antvverpiam misére, ut cum Germanis ejusdem ac cum Gallis conditionis essent. Ita Helvetiis singularia jura cum 4
Mediolanensibus; Venetis cum Pontifice; Hanseaticis Civitatibus cum Galliarum, Hispaniarum, Anglorum, Danorum, Suecorum, Russorum, Livonum, Belgarumque Regibus, Principibus, & Rebuspublicis intercedunt. Bodin. *d. l.* Joh. Ang. à Werdenhag. *tr. de Rebuspub. Hanseat. passim.* Hæ ipsæ civitates inter se commercia multis modis personarum, mercium, locorum, temporum, atque aliâ omni ratione (ut recessûs docent Hanseatici) coarctarunt. In Scotiâ, cûm vel na- 5
vigandi inscitiâ, vel temerè se mari committentium avaritiâ multa fierent naufragia, & ad hæc accedente piratarum violentiâ, mercatorum ordo propè ad inopiam redactus esset, Alexander Rex quæstus causâ suos navigare vetuit. Id institutum cùm propè annum durâsset, ac multorum sermonibus, tanquam publicè noxium, reprehenderetur; tandem peregrinarum mercium brevi tanta vis invecta est, ut non solùm rerum copia, sed etiam pretii vilitas memoriam superiorum temporum superaret. Verùm, ut hîc quoq; mercatorum ordini consuleretur, vetuit quemquam à Peregrinis emere, præter mercatores, Cæteros autem, quod cuique usui esset ab illis redimere. Buchanan. *rer. Scoticar. lib.7. in fin.* Ita quovis tempore commercia certis legibus & pactis circumscripta fuisse videmus. quibus adde Jo. Gryphiand. *de Insul. cap. 25. num. 78. & seqq.*

6 In Galliâ par l'Ordonançe de Contrebande prohibitum salis commercium. Cujac. *3. obs.31.* aliique. Et multis Italiæ locis non nisi à conductorib⁹ emi adserit Strach. *p.4. de mercat. n.30.*
7 Alex. *cons.86. vol.4.* Pontifices summi, cùm aluminum minæ inventæ fuissent in Italiâ, in quas expensæ multæ factæ essent, de partibus infidelium ad partes Christianorum deferri, vendi & mercari alumina vetuerunt, fuitque collegium institutum militum S. Petri, qui curam aluminum haberent. P. Gregor. Tholos. *lib.4. de Repub. cap.7.*
8 *n.9.* Belgicæ provinciæ non permittunt, ne pacis quidem temporibus, ut avehantur illinc equi quindenis palmis altiores, equæ verò cujuscunque sint magnitudinis (idem & in Angliâ prohibitum. Gelnetz. *ex Cambden.*) nullô unquam tempore, sine peculiari permissu possunt abduci. Triticum insuper secale, & quicquid prætereà frugum est, exportare hinc nefas; quod de iis tamen intelligit Ludov. Guicciard. *descript. gen. Belg. pag. m.79.* quæ in solo hoc natæ; nam exoticas quidem nihil est quod prohibeat. Eadem armorũ aut apparatuum bellicorum, eadem auri & argenti, sive solida ea sive in pulverem sint redacta; eadem pecuniæ vel cusæ vel integræ, vel corruptæ; eadem denique hydrargyri, sive argenti, ut vocant, vivi; eadem æris & orichalci est ratio. Guicc. *d. l.* aliò alias merces exportare prohibuerunt; alii totas provincias negociatoribus locarunt, alii addictis certis commerciis collegia ab aliis abstinere cogunt, ut peregrini vel ipsi vel per alios cum peregrinis, in urbibus negocientur; ut annona, rudesque materiæ (prout modò ex consuetudinibus Belgii demonstratum) quæ usui publico esse possunt, evehantur, non nisi ex permissione fieri solet. Marpurg. *Cons.17. & 18. Vol.4.* P. Gregor. *d. cap.7. num.8.*
9 Ipsæque Imperatorum Constitutiones multa venire non patiuntur, multa non exportari. *t.t. C. quæ res export. non poss. & t. t. C. de Commerc. & mercat.* & plurimum hâc in parte Civitatum mores posse, *ex l.34. §.1. ff. de contrah. emt. l.11. §.3. ff. de Publican. l. unic. C. de littor. & itin. custod.* ac similibus aliis videre est; & magistratui negociationem aliam licere admittere, aliam prohibere posse, testatur etiam Ulpian. *in l.6. §.4. ff. de Off. Præf.* non tollitur 10
enim naturæ libertas, cùm pro cujusq; populi aut civitatis conditione certis legibus circumscribitur. *l.6. ff. de J. & J.* cùm hæc libertas civitati civibusq; noceat. Dn. Mev. *d. art.12. n.4.* ubi ex Statuto Lubecensi docetur Oenopo- 11
lium, ob utilitatem publicam, non esse omnibus promiscuè permittendum, sed certis legibus includendum. Nec habent advenæ, quod de Indige- 12
narum Statutis contendant. Alb. Gentil. *lib.1. de Jur. bell. c.19.* Matth. Steph. *de Jurisd. lib.1. c.33. n.37. & seqq.* Hug. Grot. *lib.2. de jur. B. ac P. cap.11. §.5.* quemadmodum hæc suô locô, ubi de monopolio licito, ulteri⁹ deducemus.

Ita, cùm portûs fluminisque publici 13
liber usus prohibeatur, hactenus id locum habet, ut non in abusum, hoc est, in detrimentum ejus, qui in portu aut flumine jurisdictionem & prohibendi jus habet, vergat, nec ut ratione status hanc libertatem, ripatica vel portoria constituendo coarctare haud possit, qui jus teloniorum in flumine ab Imp. tanquam fluminum domino, per expressam vel tacitam conventionem, h.e. per privilegium aut præscriptionem, quæsitum habet. Becht. *d. l. 9.71.* Sanè portus, particula quædam 14
maris est, naturâ suâ omnium communis, & jure gentium publici; verùm quæ ex publico occupantur, nostra sunt. *l.3. pr. ff. de acqu. rer. dom. l.3. ne quid in loc. pub.* Deinde, portûs hodiè inter Regalia, ac Civitatum proprii habentur. *c. unic. quæ sunt regal.* Sixtin. *de regal. l.2. cap.4. n.11. & Dd. Comm.* Quod autem portoria & vectigalia certam itidem ad portus & vias & teloniorum loca restrictionem habeant, *per l. publicanus. 4. l. interdum 16. §.6. & t.t. ff. de Publican. l.1. & l. seq. & t.t. C. de vectigal. & per Dd. relatos à* Rosenth. *c.5. de feud. q.33.* patet. Quæ enim 15
ratio

ratio privatarum rerum ad privatum, eadem publicarum est ad magistratum, Alber. Gentil. *d. c. 19.* Si privatis rebus aliter, ac dominus permittit, uti non licet. *l. 21. C. mandat.* an, qui portu publicò uti volet, necesse non habebit loci legibus se subjicere? si quis fundum privatum, venandi aucupandive gratiâ ingredi jure à domino prohibetur. *l. 3. §. 1. ff. de acq. rer. dom. l. 6. ff. de servit. rust. præd.*
16 an magistratu invitô venari aucuparive in publico, h. e. in portu, commoda publica intercipere licebit? negat Prætor. *t. t. C. de loc. pub. fruend. l. 2. de flumin.* quin & manu prohibendum, qui contrà decretum fecerit.
17 rit. *l. 50. ff. de acqu. rer. dom.* Alibi quidem interdicitur, ne in flumine publico quis navigare prohibeatur. *t. t. ut in flum. pub. navig.* verùm id ita capiendum, inquit ibi *in rubr.* Br. ut à privato prohiberi non possit; posse autem ab eo, qui jurisdictionem habet. Quippe & qui regale fluminis portûsve, de Jurisdictionis duntaxat proprietate intelligunt, omnibus communem relinquentes,
18 nihilominus tamen istius jurisdictionis ratione, legem & navigationi & exonerationi in portu dici posse statuunt. Rosenth. *d. c. q. 22. & 33. cum seqq.* Mynsf. *Resp. 19. & alii ibidem relati.* multò magis si fluminis proprietas & privatum dominium Reipubl. competit. Quô nomine & historici passim & Oratores, celebrium por-
19 tuum mentionem faciunt; uti Siciliæ, Calabriæ, Anconæ, Caleti. Ubi & adhuc jam quotidiana & à multis seculis repetita docet experientia, quòd magni Reges & Principes magnis aliis Regibus & Principibus, in ipsis & Oceanorum & marium, ipsô alias gentium jure communibus tractibus, navigationes transvectiones, itiones ac reditiones, tum & littorum portuumque appulsiones nullibi alibi concedere & indulgere velint inviti, quàm ubi antiquitus usitata & publicâ authoritate constituta sunt, navigandi, appellendi, advehendi, & exonerandi loca. Ita mare Adriaticum Veneti; Lacum Perusinum Perusiani; Tyrrhenum Pisa & Hetruri; Ligusticum Genuenses sibi vendicant, Strach. *de navig. num. 7. & 8.* de portubus & stationibus suo arbitrio statuentes, per notissima, & per ea quæ Bened. Bon. *de Censib. art. 16. n. 40.* Et Strach. *d. num. 7.* per rationem; quòd, licet de jure communi, publicus sit marium & fluminum publicorum usus, & libera navigatio; certa tamen prohibitio & ordinatio fieri possit ab iis, qui jura regalia ibidem obtinuerunt. *num. 6.* Loccen. *de jur. marit. lib. 1. cap. 10. §. 10. 11. 12.* Et sic consuetudo nautica semper observanda, quatenus lege aliquâ non prohibetur. Strach. *ibid. num. 24.* Sic mari 20
Balthico & Sundi privilegiis ita incumbit Rex Daniæ, ut Anglis & aliis nationibus alium navigandi, portandi, appellendi tractum commodiorem usurpare volentibus violenter restiterit, sistendo & arrestando; quanquam pacificatione Sedinensi de Anno 1571. in ipso mari balthico (quod 21
ita dictum à Balthico, h. e. cingulo militari; cùm instar cinguli utramq; Chersonesum comprehendat, & quasi cingat) quatenus Imperii provincias & ditiones præterfluit, sibi solus Imp. circa navigationem & commercia exercenda leges condere, & Jurisdictionem sibi competentem exercere, ipsis Daniæ Legatis consentientibus reservaverit. Quod deinde Anno 1615. ab Imp. Matthiâ, glor. mem. mandatô de non turbando commercia Hanseatica repetitum est. Ita 22
Hispaniarum, Galliæ, Angliæ, Sueciæ Reges, suis portubus, mariumque & fluminum viis, tractibus & stationibus præjudicari non permittunt. Uti nec Hamburgum, nec Brema, nec 23
Magdeburgum, nec Belgii Civitates in fluminibus, quatenus sibi eorum usum & Imperium obtinuerunt, idipsum admittunt. Et Rostochienses in flumine ac portu suo etiam ipsos Duces Megapolitanos navigatione & exportatione liberâ rectè prohibere

JCti Ingolstadienses responderunt inter Consil. Germ. *vol.5. Cons.24. q 17.*

24 Quòd si rebus naturâ quoque communibus aliter uti non licet, quàm sine dispendio alterius. *l.4. ff. de rer. divis.* atque ita quidem ut aliorum vel sperata duntaxat commoda non intervertantur. *l.2. ff. de divers. præscript. l.13. §. fin. ff. de injur. Nov. Leon.56.* quantò magis id obtinebit in publicis, h.e. Civitatum propriis. *l.3. ff. ne quid*

25 *in loc.pub.& similib.* Appellere itaque & exonerare in portu; quin & in urbem, si volent, merces suas subvehere licebit; dummodò portu aut flumine, in civitatis perniciem non abutantur, dum Statutis loci vis non inferatur, dum contra prohibitionem magistratûs id non fiat, aut saltem missô portu, missô flumine, missâ urbe, quà latius patet via, quò cogitârunt, pergant.

26 Tertiò; quamvis naturaliter transitus omnes liberi esse debeant; ut Idumæis, eorumque vicinis Israëlitæ ostendunt. *Num.20. vers.17. 21. 22. Deuter.2. num.27. 1. Maccab.1. vers.48.* maximeque contumeliosum sit, flumina, terras ac cœlum quodammodò ipsum aliis claudere. Hug. Grot. *de mar. lib. cap. 1. & passim.* Joh. Selden. *de mar. claus. seu ejus domin. lib.1. c.2.*

27 per ea, quæ suprà attigimus. Quod Romanis Germani apud Tacit. 4. *histor.* exprobrant; & in Camerâ Imperiali contrà impedientes viarum publicarum usum mandata sine clausula, ut ob factum omni jure prohibitum, decerni soleant. Rosenth. *de feud. cap.5. concl. 21. num.3.* Sixtin. *de Regal. lib.2. cap.2.* quod ad maris libertatem perperam trahi autumat Sel-

28 den. *d. l.1. cap. 20.* Attamen causa intervenire potest, ut jure denegetur quod absque eo jure alioquin permit-

29 tebatur, qualis fortè ea fuit, quæ Periclem movit, Megarenses à portu Atheniensium & de leur estapes (ut Græcorum ἀγορᾶς doctissimus Plutarchi Interpres Amiotus reddit in Pericle) prohibere. Diodor. Sicul. *lib.12.* & transvectiones militum, & tormentorum bellicorum, etiamnum hodiè prohiberi solent. 2. *Paralip.35. num.20.* Debet enim innoxius esse 30 transitus. *c. fin. 23. quæst.* 2. Covarruv. *p.2. c.peccatum.* §.9. Hug. Grot. *lib. 2. de jur. Bell. & Pac. cap.2. §.13.* non tantùm ut nocendi propositum absit; sed etiam ut re ipsâ non noceatur. *l.5. §.1. ff. ad l. Aquil.* vid. Dn. Hortled. *vol.1. de caus. belli Germ lib.4. cap.9. num.22. & passim.* Quare Agesilaus, cùm ex Asiâ rediens, ad Troadem venisset, interrogavit, ut amicum se an ut hostem se transire vellent, teste Plutarcho. Et Lysander Bœotios rectisne hastis transire vellent, an inclinatis. Hinc est, quòd liberum viarum itinerumque publicorum usum legibus, SCtis, Edictis decretisque magistratuum restringi posse ait *l.2. Ne quid in loc.pub.* Et portarum, muro- 31 rum, viarum regalia non solùm eò pertinent, ut per ea conducendi, verùm etiam ut claudendi (ubi ita expedit) jus sit. *l.fin. ff. de rer. div.* Quan- 32 quam ne via quidem publica videatur quæ per urbes transit. *l. fin. ff. de loc. pub. l.4. de privil. dom. Aug. C. lib.11.* Dn. Socer Otho Tancken. Præpositus & Synd. Lüb. *p. m. in cons. seu Resp. singulari, de Mulhusian. salv. cond.* oder Glaydl. Hoheit. *rat. decid.8. per relat. Dd.* Publicæ enim viæ, solum publicum est. *l.2. §.21. & seq. Ne quid in loc.pub.* At res universitatis, ejusdem propriæ habentur. §. *6. Inst. de rer. div.* ac Juri Civitatis serviunt. *d. l.2. §.1. Ne quid in loc.pub.* Quare mercium tran- 33 situs (de quo nunc agitur, Vid. Grot. *d.l.*) adeò liber videri poterit, ut nullis legibus adstringi queat. Quin potius ita à naturâ comparatum est, ut situs sui commoditate urbs quælibet in rem propriam rectè utatur, quæ in medio aliorum sita est, utrinque rectè accipit quod utrisque communicet, quæ utrisq; necessaria est, utrinque etiam lucrandi jus habet; eò enim commodus, simul & necessarius urbi

locus deligitur, ut ipsi præsertim usui sit, & ex vicinis utilitatem aliquam illi præbeat. Joh. Boter. 1. *dell. grandezz.*
34 *del. Citâ.* Manifestissimum quippe est, ex omnium seculorum moribus, liberum (quem vocant) transitum ita semper à Principibus & Rebusp. territoriique dominis temperari solere, ut pro variante commodi publici curâ, nec aliter, omninò permittatur interdicaturve. Alb. Gent. ad illud de Ammorrhæis. Teneo, inquit *lib. 1. de jur. bell. cap. 19.* cum Augustino (qui ob transitum innoxium denegatum ab Amorrhæis justum bellum illatum scribit) si nec timendum sit ne noceatur, & certum sit, noceri non posse; cura illa Principibus & Rebuspublicis incumbit, ut nec peregrinos nec commercia admittant, imò nec socios aliter ac pro re nata; ne quid detrimenti Respublica interim capiat, prudenter caveant, nisi ex
35 præeunte aliquô titulô commercandi singulari & indubitabili libertas illa
36 pendeat. Unde etiam in fœderibus non rarò cautum est, non esse jus appellendi ad portûs, plagas, promontoria alterutrius, cum tali numero navium aut armatorum, ut justi timoris & detrimenti suspicio generari possit, nisi ex permissu ejus, sub cujus ditione loca illa sita sunt, aut nisi tempestatibus, aliâque necessitate delati illuc fuerint; sicuti ex Induc. Hispan. & Ordin. fœder. Belg. Anno 1609. erectis *art. 12. & seq. patet.* Vid. Grot. *d. l. 2. cap. 3. §. 15.* Ex timore autem vel suspicione damni, justè arceantur peregrini mercatores advenæ, qualescunque, nisi jus aliud interveniat singulare. Selden. *de mar. clauf. lib. 1.*
37 *q. 20.* Et Aristoteles apertè ait *7. Pol. 6.* legibus cavendum esse ὕινας ὖ δεῖ καὶ ὕινας ἐπιμίσγεσθαι δεῖ πρὸς ἀλλήλους, quibuscum communicare cives oporteat, & cum quibus non oportet, prout *supr. lib. 1. cap. 11.* fusius demon-
38 stravimus. Sic Ulissabona, Venetiæ, Genova, Ambstelrodamum, & aliæ Civitates, non omnibus peregrinis mercatoribus mercibusque transitum concedunt, quô jure omnes ferè ad mare Balthicum Civitates quoque utuntur; & in specie nostra Respub. Lubecensis; sicuti constat *ex artic. 7. Statut. tit. de Emt. & Vend.* ibique Dn. Mevius. Specialius autem & dilucidius hæc patent ex tabulis publicis seu Kauffmans-Ordnung der Stad Lübeck de Anno 1607. 28. Augusti promulgatis. ubi *art. 7.* ita sancitum. Und als dann auch mit Durchschleiffung der verbottenen und unfreyen Wahren / so auß der See hier ankommen / dieser Stadt Bürgerschafft / welche gleichwol alle onera civilia tragen müssen / grosser Nachtheil zugefüget wird; Derowegen / damit jedermänniglichen wissen möge / welche Wahren von Alters her frey oder nicht frey durchgestattet werden / So sollen erstlich die Wahren / so auß dem Reiche Dennemr. angebracht werden / nach laut des Odenseischen Vertrages / nicht durch paßieren / sondern an Bürger verkauffet werden; oder aber / nach Verlauff der freyen Zeit wiederumb zurücke gehen / desgleichen sollen allerhand Victualien / sie werden auß Schweden / Norwegen / Finnland / oder auß andern Oertern / angebracht / nicht durchgestattet / sondern nur an Bürger verkauffet oder verhandelt werden / oder aber auch wieder zurücke gehen / Also auch / zum Dritten / soll alles Kupffer / Osemund / Eisen / Fellwerck / Traen / Teer / und andere Wahren / so auß Schweden und Finnland / es sey durch die Schweden oder Finnen selbst / oder auch andere Frembde anhero geschiffet worden / gleichfals nicht durch paßieren / sondern an dieser Stadt Bürger verkauffet werden &c. hisce adde dilucidationem hujus artic. VII. Anno 1610. à Magistratu Lubec. factam. 39

Quod itaque tot gentes, tot gentis ejusdem Civitates receperunt, juri Gentium non contrarium, sed communi hodie Gentium jure & consensu poti⁹ approbatum censeri potest; porrò ut in solo fertili conditæ urbes ex agris; ita, quæ ad certum aliquod ma- 40

ris diverticulum secesserunt, ex eodem alimenta sua sumunt. Si quis hæc subtrahat, necare videtur. *l. necare. ff. de liber. agnosc.* Si acquisitionem difficiliorem reddat, lentâ tabe conficit. *l. 206. ff. de Reg. jur.* Cùm lucrum cessans mercatoribus pro damno sit. *l. non utiq. 3. §. fin. ff. de eo qui cert. loc. gl. in l. 5. C. de act. emt.* Et nos *infr. lib. 2. cap. 8. n. 46.* ubi de Interesse mercatorum. Contra verò, unde sanguinem, spiritum & vitam Civitas quæque habet, id ab Invasione alterius jure sibi defendit. *l. 1. C. Unde vi.* Et cùm inter homines natura cognationem quandam constituerit, consequens est, alterum alterius commodis insidiari nefas esse. *l. 3. ff. de J. & J.* Quod ortus, progressus, Instituta, civitati cuipiam proprium fecerunt, communicari cum aliis nequit, nisi ipsa etiam Civitas communicetur, vel in aliam
41 formam convertatur. Floruêre hactenus Civitates Vandalicæ, dum Orientale mare ab Occidentali separatum fuit: quod si Sinus Balthicus per trajectiones quasi Isthmo persosso cum Oceano conjungatur, actum erit, Tyrum migrate Quirites. Notum enim est ante 80. adhuc annos Danos & Lubecenses exclusis aliis ad mare Occidentale die Westsee sitis, in Succiam, Finlandiam, Livoniam, Russiam & vicinas provincias solos suô periculô Commercia frequentissimè exercu-
42 isse. Quid quòd Emporia nihil aliud sint, nisi quò vendendæ non transvehendę merces deportantur; ubi emunt vendunt mercatores, non ubi more viatorum transeunt. *arg. l. fin. ff. de nund. &c.* Anno æræ salutis Christianæ 1514. Maximilianus I. Imp. pago cuidam Mansfeldico commerciorum jure interdixit, ne Civitati vicinæ quid dece-
43 deret: generatio enim unius, corruptio solet esse alterius; &, qui ædes suas altius tollit, vicini luminibus ple-
44 rumque officit, per notissima. Si verò quod ad æmulationem alicujus pertinet, vel in alieno rectè prohibetur, multò magis id licebit in proprio. *l. 3. de oper. publ.* Gail. 2. *obs. 69. num. 24.*

Deniq; prohibitionem exportationis 45
jure magistratûs ac vi ordinariæ jurisdictionis competere docet inter alias *l. 6. §. 4. ff. de offic. præsid. & l. 34. §. 1. de contr. emt. supr. adductæ*; & negociantes viâ aut flumine publicô jure prohiberi posse etiam Jac. Thoming. defendit *vol. 1. cons. 39. n. 86. & seqq.* Et domini terrarum, inquit Cæpolla, ne dum suis sed etiam forensibus rectè interdicere possunt, ne ad sua loca veniant, postquam autem venerunt forenses in territorium alterius, sunt sicut reliqvus populus. *c. 3. de servitut. rust. n. 19.* Nec dissentit hâc in parte Alexand. *Cons. 86. vol. 4.* Ubi eo sub casu transvectiones mercium prohibitas non videri disputat, cùm importatio duntaxàt prohibita est, prohiberi etiam mercium invectarum transportationem illô ipsô consilio & *glos. l. 6. §. 1. C. de privat. carc.* quæ in d. consilio allegatur, satis arguit, ut nec ad rem faciat, prohibitionem hanc cum damno tertii seu aliorum conjunctam esse. Ne- 46
mo enim in suo permittere quid cogitur, ut alteri prosit; nisi id sibi ipsi nihil sit nociturum. *l. 3. §. 5. ff. de aqu. pluv.* quin potius, ut sibi quisque malit, quod ad usum vitæ pertineat, quàm alteri acquirere, concessum esse non repugnante naturâ, ait Cic. *3. offic. & text. in l. 6. C. de serv. & aqu.* Ordinatam enim charitatem 47
à se ipsâ incipere arguunt, etiamsi alterius lucro exinde aliquid decedat; cùm damnum facere non videatur, qui eô lucrô, quo alterius beneficio antea usus est, imposterum prohibeatur. *l. 6. in fin. ff. de damn. infect.* Ita venas 48
aquæ indecens in suo incidere & fontem ejus ad se derivare quisque poterit, si ita res postulet. *l. fluminum. 24. §. 12. ff. eod.* non facit alteri injuriam, qui suo jure quid facit, unde damnum faciat. *l. 8. §. 5. ff. si servit. vindic. l. 55. in fin. de Reg. Jur.* Nec est, quod via- 49
rum ambages aut alia incommoda recuset, qui abundantioris lucri commodum quærit. *l. 29. §. 3. in f. C. de fugitiv.*

Istud verò, quod quibusdam hâc de 50
causa

causa Monopolium imputetur, manifesta est injuria. Non enim est monopolium, cùm magistratus Civium suorum potiorem causam, quàm aliorum ducit, & ad utilitatem Civitatis publicam in territorio suo commercia restringit, prout *infr. lib. 4. c. 7.* pluribus, adjuvante Deô, deducemus. Cum itaque in suo quisque territorio commerciis legem dicere, exportationes mercium restringere, atq; in portu, flumine, urbe, quod nocere sibi videatur, jure magistratûs prohibere possit, quid est, quòd singulare hîc principis privilegium multi requirant?
51 Quanquam satis privilegii est, quòd Imperator magistratum summâ ope niti velit, ne quid Civitas detrimenti capiat, & ut Cives, publica onera subeuntes, meliori atque alii jure habeantur; quòd denique Statutorum, pro conditione rerum ac temporum
52 condendorum potestatem illis contulerit, & condita statuta unâ cum consuetudinibus non scriptis in hunc usq; diem confirmârit. Aliud verò obtinet, cùm de sistendi vel stapulandi jure
53 quæritur. Nam ut quædam non invehantur, quædam non extrahantur, mixti duntaxat imperii est: verùm, ut invehere necesse sit, ut prætervehentes etiam retrahere liceat, privilegiô Principis quàm maximè indiget. *l. 4. ff. de Recept. qui arb. recep. arg. l. 1. ff. de nund.* Quod in jure stapulæ eò usque à Dd. extenditur, ut, qui ad illud adstringuntur, illis non integrum sit, ad hoc declinandum novas vias aut elusiones quærere, ne per indirectum sequantur, quod directò vetitum est. Ni-
54 col. Everh. Jun. *Cons. 9. n. 82.* Quale privilegium sibi attribuunt ex quodam pacto cum Archiep. Burchardo inito Magdeburgenses in importando & exportando frumento, de quo Marpurg. *Vol 4. Cons. 17. & 18.* Et nos infr. *lib. 2 cap. 6. & 7. hâc de re luculentius.* Quò autem quis liberas merces suas advehit, isthic se Statutis in rem scriptis submittit; quò verò appellere cogitur, libertatem salvam retinet, extra
55 causam privilegii, *l. fin. de Jurisd.* Qui non appellit, licet eô ipsô alteri noceant, jure tamen suô utitur, nisi servitutem debeat; qui verò appulit cum mercibus, loci juri invitus astringitur, licet damnum inde sentiat; Peregrini enim in loco aliquo versantes, negociantes & contrahentes, tanquam subditi temporarii, legibus & juribus istius loci subjiciuntur. Grot. *de jur. bell. ac P. p. 2. 11. §. 5.* & nuper Loccen. *de jur. marit. lib. 1. c. 10. §. 11. quem vid.* Hisce ita con- 56
sideratis, nec præscriptione opus erit Civitati, ut sibi proprium faciat id, à quo ortum suum traxit, sine quo consistere nequit, quod natura contulit, quod jurisdictio tribuit, quod in mero arbitrio positum est. Indeque hoc fit, ut, licet ultra hominum memoriam liberâ evectione, nemine prohibente quis usus sit, attamen jure com- 57
petentis sibi libertatis, ut quæ nulla est, id egisse, vel juris hîc quicquam acquisivisse videri non possit. Singuli 58
enim cives universitati nihil acquirunt, imò, ne universi quidem, nisi consiliô & nomine publicô. *l. 6. §. 1. ff. de divis. rer. l. 10. §. 2. de in jus voc. l. 7. §. 1. quod cuj. univ. nom.* Hartm. Pistor. *1. q. 37.* aut ratihabitione magistratuum, dum res integra est, superveniente. *l. 7. l. 24. in pr. l. 25. §. fin. ff. rem rat. hab.* Deinde, res meri juris est, in suo 59
quid prohibere, unde ob intermissionem antecedentem nemo imposte- 60
rum detruditur. *l. 4. §. 27. in fin. ff. de Usucap.* nisi factâ jam prohibitione contraventum sit sciente dominô ac patiente. *l. 6. ff. de Serv. U. P. c. signific. de Appell.* Imò cui, quod possit, non prohibetur, tacitè permittitur; hic autem non præscribit. *l. 12. C. de Excus. tut. l. 2. C. de his qui sponte muner. pub. sub. lib. 10.* cùm ne jure quidem suô possideat. *l. 15. §. 2. ff. de Precar.* Adde, quòd nulla pos- 61
sit esse præscriptio, ubi ab alterâ parte nulla negligentia est. *l. 35. ff. de servit. R. P.* at, qui non prohibet, quod minus 62
obesse existimabat, nihil negligit, sed prohibendi jus salvũ habet, ubi gravior injuria oritur: quemadmodũ privilegii juribus, quibus, cum non indigeret, usus quis non est, re posteà aliud

exigente, non excluditur. Gail.2.*obs.60.* Quid quod omni negotio humano semper insit clausula: si res in eodem
63 statu permanserit. Sed nec Universitati præjudicare potest, quod administratorum unus vel alter fortè neglexit. *l.6. l.9.§.9. ff de Admin.Civ. l.4.ff.de decret. ab ord. fac. l.12. C. de transact.* Tiraquel. *de jur. primogen. in pr. n.119.*
64 Ut neque Civium quorundam actus universis nocere solent. Gail.*d.obs.60. n.14.* Nic. Everh. *vol.1. cons.21. n.21.* &
22. Tacco, quòd juribus Civitatum 65
non facilè præscribatur. *l.9. & 45.ff. de Usucap. l.23.C. de SS. Eccles.* vid. Sibr. *ad Jus publ. Lub. part.1. sect.39.* præcipuè iis, quæ alimentorum loco sunt, atque ideò alienari nequeunt. *l.8. §.6.ff. de Transact. l.8.C.eod.c. cum quidam. §.fin. de jurejur.* Br. *in l.22.inf.C. de Agric. & Censit. lib.11.*

Caput XVIII.

De Privilegiis Mercatorum circa Immunitates seu munerum vacationes.

Summaria.

1. Munerum divisio & πλύσημον.
2. Munerum alia sunt Personalia, alia Realia, alia mixta.
3. Personalia munera quæ?
4. Patrimonialia seu realia quæ?
5. Mixta munera quæ?
6. Mercatores pro publico bono laborantes & navigantes multis in locis à personalibus muneribus sunt immunes.
7. De Jur. Civili Artifices à personalibus muneribus sunt immunes.
8. In Regno Norwegiæ Mercatores Hanseatici non agunt excubias.
9. Onus excubiarum pertinet ad personalia munera.
10. In Portugallia quibus Immunitatibus fruuntur Mercatores Hanseatici.
11. Collecta an personalibus an mixtis muneribus annumerentur?
12. Utrum Mercatores pro mercibus & negociationibus collectas solvere teneantur?
13. Encomium Alciati & Mandelli JCtorum.
14. Ob id quod Negociatores Reipubl. inserviunt, & pericula subeunt varia, immunes sunt.
15. Industria viris Industriis non debet esse damnosa.
16. Mercatores duplici onere non sunt gravandi.
17. Jure non videtur cautum expressè, ut de Mercibus æstimum conficiatur.
18. Merces ob mutationem diversæ sunt naturæ à cæteris mobilibus.
19. Mercimonia ob suas diversitates & difformitates æstimo difficulter possunt subjici.
20. Inhumanum est ut Mercatores publicatione bonorum se Invidiæ & miseriis exponant.
21. Pater prohibere potest conficere Inventarium de patrimonio filii.
22. Publicani de jure non debent inquirere in merces navigantium mercatorum.
23. Iniquum Notarios edere Credita Judæorum.
24. Bona Extraneorum Mercatorum extra casum delicti describi non possunt à magistratu.
25. Exercere mercimonia non spectat ad subjectionem.
26. In collectarum Materia consuetudo attendenda.
27. Mercatores de suis Mercibus Collectas solvere in praxi & hisce maritimis civitatibus observatur.
28. In Immunitate Mercatorum distinguendum, an publicô, an verò privatô nomine mercatura exerceatur, ex P. Antibol.
29. Mercatores Civitatum Imperialium quibus Immunitatibus in Belgio fruantur.
30. In Gallia Mercatores Indigenæ nullis Immunitatibus fruuntur.

31. Ordo

31. Ordo Tertius ut Mercatorum & Opificum vulgò Rotourioros opprimitur in Gallia.

32. In Suecia qui australi Societati der Süder Compagney *(quæ tamen postea successum non habuit) nomen adscripsêre, ab omnibus personalibus & realibus oneribus immunes declarati sunt.*

ULtimò denique consistunt mercatorum privilegia personalia quoque in munerum vacatione.
1 Munus autem dividitur in donum, onus & officium. *l. munus. 18. ff. de V.S. & ibi Godda.* Joh. Calv. *Lex. Jurid. verb. Munus.* Nos, præteritâ priori & posteriori nominis significatione, retinemus hîc intermedium, quatenus pro onere sumitur, & immunitas di-
2 citur. Calvin. *d.l.* Sunt autem munera quædam personalia, quædam patrimonialia, quædam verò mixta. *text. in l. 1. & l. rescriptum. §. sciendum. & in l. munerum. ff. de munerib. & honorib.* P. Heig. *1. q. 17. n. 13.* Bartol. Bertazol. *tract. clausul. instrum: Claus. 21. gl. 5. 6. 7. & seqq.* P. Gilken. *in l. placet. 5. l. 7. l. 10. l. 11. C. de SS. Eccles.* Nicol. Reusn.
3 *cons. 2. n. 1. & seqq.* Personalia dicuntur, quæ labore personæ & propriâ industriâ præstanda sunt, vel, ut Andr. Gail. 2. *obs. 52. n. 4.* ea eleganter describit, quæ animi provisione & corporali laboris intentione sine aliquo gerentis detrimento perpetrantur; quæ cum sollicitudine animi ac vigilantiâ principaliter explicantur. *d. l. 1. §. illud. 3. l. 18. §. personalia. ff. de muner. & honor. l. ult. in pr. C. eod. Dd. in l. placet. 6. C. de SS. Eccles.*
4 Patrimonialia sunt, quæ ipsis rebus indicuntur, vel quæ sumtibus patrimonii, & damnis administrantis expediuntur. *d. l. §. Illud tenendum. ff. d. t. de muner. & l. munerum.*
5 *§. patrimoniorum. ff. eod.* Mixta munera sunt, quæ indicuntur personæ, ratione rei, ut tradit Br. *in l. rescripto §. sciendum. ff. de mun. & honor.* Parpal. *in d. l. placet. n. 102.* & de his latè scribit Petr. Antibol. *in tract. de muner. part. 3. §. 1. n. 23.* Aretin. *Cons. 105.* Andr. Alciat. *in l. munus. ff. de V.S. & ibi Dd. comm.*
6 Quantum igitur attinet ad personalia munera (nam de his propriè & mixtis, utpote personas personaliter spectantibus, acturus) juris est civilis, ab iis mercatores, pro bono publico laborantes, esse immunes. *l. 5. ff. de muner. & honor. & ibi Dd.* & Jacob. Mandel. Albens. *Cons. 38. per tot.* quamdiu scil. sint in ipso mercimoniorum exercendorum actu. *l. semper. 5. §. negociatores. ff. de jur. Immun.* Alciat. *Cons. 263. n. 6.* hocque ob necessariam absentiam, & quia Reipub. quodammodo servire videantur. *gl. ad l. 5. §. negociatores. 3. ff. de jur. Immun.* & noviss. Christoph. Wintzl. *cons. 2. de collect. n. 17.* Et quòd 7
istud sit verum, probatur exinde, quod de jure Civili ferè omnes artifices, qui *in l. 1. C. de Excus. artif. lib. 10. & in l. fin. ff. de jur. Immun.* nominati sunt, à personalibus excusationem habeant, ut possint facilius artes illas exercere, & alios docere; quæ ratio maximè secundum Alciatum quoque militat in mercatoribus, qui civitatem opulentiorem reddunt & artes ipsas sustinent. And. Alciat. *d. cons. 263. n. 5.* Sic Mer- 8
catores Hanseatici in regno Norvvegiæ hôc inter cætera gaudent privilegiô, ut ad excubias non teneantur; quemadmodum constat ex privilegio extracto Regis Magni, qui & Olaus III. dictus *sub dato Tüssenberg Anno 1278.* his verbis: *Magnus, DEI gratiâ, Rex Norwegiæ universis Christi fidelibus &c. Dignum duximus, quasdam immunitates mercatoribus linguæ Teutonicæ hospitibus & advenis, regnum nostrum cum mercimoniis frequentantibus, ad DEI honorem & eorum utilitatem ex nostrâ munificentiâ elargiri. Inprimis igitur ex speciali gratiâ indulsimus de consilio discretorum regni nostri, quod prædicti mercatores, qui non conducunt hospitia ad annum vel dimidium, ad excubias non teneri debeant, &c.* Onus autem ex- 9
cubiarum & custodiæ publicæ ad personalia munera à Dd. aggregatur, per text. express. *in l. fin. vers. hi quoq;, qui custodes ædium &c. de mun. & hon.* Ægid. Thomat. *de muner. §. exactio. n. 7. p. 26.*

M. Anton. Natt. *conf. 157. n. 2. & seq. lib.1. & conf.447. n.1. lib.2.* Anton. Tes-
10 saur *decis.149. n.9.* Ita etiam his Hanseaticis Mercatoribus in regno Portugalliæ degentibus, concessum est, ut ab omnibus muneribus, tàm patrimonialibus, quàm personalibus, & in specie à munere tutelæ &ab omni collectâ, pensitatione, & tributo, tàm ordinario, quàm extraordinario, omnique etiam servitio & militiâ tàm mari quàm terrâ, liberi penitùs & immunes sint. *privileg. Hispan.31. de anno 1607.* quod, quàm exactè ibi hodiè observetur, quotidianæ proh dolor! mercatorum querelæ edocent.

11 De Mixtis verò muneribus, quæ personis principaliter propter res indicuntur, nec certam ac determinatam habent præstationem, sed ex voluntate superioris, ob necessitatem supervenientem variantur, ut sunt Collectæ (secundùm quosdam, quos allegat P. Heig.*p.1.q.17.n.30.*quanquam jure Lubecensi, Collectæ personis non rebus imponuntur. Jo.Sibrant.*p.1. Jur.Lub. sect. 40. n.5.*) anxiè à Dd. disceptatur,
12 Num eas mercatores pro mercibus & negociationibus solvere æstimumque conficere teneantur? Lego, hanc quæstionem aliquando fuisse agitatam Mediolani; & pro Mercatoribus fuisse responsum à multis consultissimis vi-
13 ris, præsertim ab eruditiss. Alciato (qui solus suo tempore inter Juris Interpretes doctissimus, & inter doctissimos jure consultissimus effertur à Valentino Forstero *lib.3. histor. jur. Civil. cap.41. n.22.*) in præalleg. *cons.263.* & Jacob. Mandell. Albensi viro acutissimo *cons.38.* quibus adde Surd. *cons.146. n.6.* Borell. *cons.63. n. 23.* Cravett. *cons.497.* quorum rationes (quamvis contrariam opinionem de jure veriorem & in praxi receptiorem dicant & approbent Dn. Mev. *ad art.2. tit.3. lib.2. n.36.37. Stat. Lub.* Casp. Klock. *de Contrib. & collect. c.11.n.86. & seqq.* Et ex illo Johann. Gerdes. *in disp. inaug. th.40.* Exception. *sub & obreptionis Ducis Brunsuic. cont. Civitates Hanseat. prat. Mandat. sin. Claus. de cassand. nov. vectig. & restituend.* §. Vors siebende hat solches ferner &c. *in mercatoribus cũ mult. seqq.*) hîc licet annectere & paulùm deducere. Volunt itaque hoc primò pro- 14
bare ex *l. semper. 5. §. negociatores. 3. §. licet. ubi gl ff. de jur. Immun.* quod dantes operam mercaturæ, dum Reipub. quodammodo servire videntur, & civitatis utilitatem augere, ob frequentia pericula ab his etiam muneribꝰ excusari debeant, à quâ opinione quoq; dependere videtur Aym. Cravett. *Cons. 497 n.3. vers.5.* ubi ideò putat, mercatores, eorumque merces, hisce muneribus non æquè ac alia bona stabilia premi, quòd sint obnoxia multis casibus belli, pestis, montium, incendii, naufragii, ac debitorum foro cedentium, idque *arg. l. divus. ff. de off. Præs. l. tàm dementis. C. de Episcop aud.* & per ea, quæ *supr. lib.1. cap 4.* adduximus.

Secundò proferunt rationem, ab 15
æquitate & honestate ductam. Est enim æqvum & honestum, ut industria sit viro industrio utilis, nõ autem damnosa; ut, è contrario iniqvum, unius laborem & industriam alteri prodesse. *l. cum oportet. vers. & filii non lugebant. C. de bon. quæ lib. l. filium. C. famil. hercisc. & apertius in l. ult. C. de alluv. ibi: ne doleant diligentes operam suam;* & egregiè scribunt Curt. Sen. *Cons.73. in fin.* & Alciat. *cons.302. n.1.* Atqui mercatores, si cogerentur de eorum mercibus æstimum conferre, & hæc munera persolvere, industria eorum non sibi, sed torpentibus, negligentibus & otiosis prodesset; cùm tamen vigilantibus & non dormientibus & desidibus jus nostrum faveat. *l. si pupillus. 24. in f. ff. de his quæ in fraud. cred.* & negligentium desidia à legibus improbetur atque puniatur. *l. non enim. ff. ex quibus caus. maj. in integr. restit. l. procuratoris. §. si plures. in f. ff. de tribut. act. & multis aliis textib.* Imò negligentes ex suo delicto commodum consequerentur, contra *l. itaq; fullo. ff. de furt.* quod nullâ ratione concedendum.

Tertiò, utuntur æquitatis & honesti 16
ratione, quæ neminem duplici onere premendum esse suadet. *l. honorem. ubi*

gl. ff. de mun. & honor. Innoc. in c. ult. de Decim. Ex. in l. interdum. §. quoties. ff. de publican. & consil. 59. Decius cons. 457. num. 3. & ad rem nostram Cravett. cons. 293. col. 8. vers. 7. At mercatores, cùm merces advehunt & invehunt, in oppidis solvunt vectigalia pontium, viarum & portarum, aliarumque impositionum publicarum. Si ergò his premuntur oneribus, æqvum est à cæteris sublevari; nec enim (ut in simili de matrimonio inquit Theodos. in l. unic. §. lucrativas. in f. C. de Impo. lucr. descripi. lib. 10.) juris optimi est, mercatores cùm tot tantisque suis difficultatibus opprimantur, adventitiis etiam cumulare ponderibus; & hâc argumentatione, subobscurè tamen, usus est Alciat. d. cons. 263. n. 7.

Quartò, in materiâ indicendi collectas & onera, stricta sumi solet & debet interpretatio, ut scribunt Dd. in l.
17 placet. C. de SS. Eccles. Sed jure aliquô constitutum & cautum non videtur, quòd de his mercibus æstimum conficiatur, & onera solvantur. Si ergò lex voluisset, de his collectas esse solvendas, utique ab eâ dispositum fuisset, quemadmodum de servis, de animalibus, & de pecuniâ fœnebri constitutum est. l. filii. §. ult. D. ad municip. l. forma. ff. de Censib. Cùm ergò nihil cautum sit, sequitur, dicendum esse debere immunes; ita in simili arguit text. in l. unic. §. autem. si. C. de caduc. toll. & in specie magis ita argumentatur in solutione decimarum Pontifex Max. in c. ad audientiam. de Decim.

18 Quintò, confirmatur præcedens ratio eâ consideratione, quòd merces sint diversæ admodùm naturæ à cæteris mobilibus, siquidem merces nihil certi habent, à fide alienâ pendent, fortunæ periculo subjacent, fructûs per se, non adhibitâ hominis industriâ, non ferunt; sunt in motu continuo: cùm tamen immobilia certa sint, à fide alienâ non pendeant, nec fortunæ ictûs pertimescant: fructûs per se ferant, uti etiam in animalibus videmus; nec cursum mutent, est ergò in immobilibus æqvum, ut, illis auctis, augeatur & collectæ onus, & minutis minuatur. l. cura. §. deficientium. ff. de muner. & honor. l. omnes. ubi gloss. C. de Censib. Roman. cons. 369. circà primum. n. 32. Quæ sanè ratio mercibus non videtur convenire, ob frequentem mutationem, alioquin quotidiè nova æstima conficienda essent; quod durum & penè impossibile est.

Sextò, huc pertinet ratio, ducta ab 19
impossibili; siquidem negociationes & mercimonia magnam habent difformitatem atque varietatem; cùm hodiè majoris, cras minoris, & vice versâ sint æstimationis; atque ita confusa omnia sint & obscura. Econtrario verò bona immobilia unius statûs & firmitatis, non obscura & confusa, sed clara & liquida sint: non ergò de his mercibus confici debet æstimum, ne clara & liquida cum obscuris & difformibus misceantur, ut secerni minimè valeant. Est enim æstimum quoddam compartitum (ut cum mercatoribus loqvuntur Dd.) seu compensatio; quæ obscura cum liquidis non admittit. l. ult. C. de Compensat. ita in hâc specie argumentatur Jac. Mandel. de Alb. d. cons. 38. n. 6.

Septimò, movet ratio illa, quæ 20
suadet, duritiem atque inhumanitatem evitandam esse: atqui, si mercatores teneantur merces in publicum æstimum conferre, & quicquid ipsi agunt palam facere, certè inhumanum & durum foret, quemadmodum existimarunt Theodos. & Valentin. in l. 2. §. 1. vers. quid enim. C. quando & quib. quart. pars lib. 10. Quid enim, (inquiunt illi) tàm durum tamque inhumanum est, quàm publicatione pompâque rerum familiarium invidiæ & calamitati exponere divitias. Quâ sanè ratione addu- 21
ctus scribit Ripa in l. nemo potest. n. 18. ff. de legat. 1. patrem prohibere posse confici Inventarium de patrimonio filii, ita ait ille ex Jo. Platea, Publica- 22
nos non posse dissolvere malos mercatorum transeuntium, ut videant quæ in iis sunt. Ita inquit Ripa, se 23
consu-

consuluisse, iniqvum esse edictum Prætoris, quò Notarii jubentur edere credita Judæorum. Rip. *lib.1. Resp. cap. 10.* & hòc argumenti genere usus est doctissimus Alciat. *d. Cons.263. in f.*

Octavò, valdè urget argumentatio, quâ usus est Alba *d. cons.38. num. 1.2.* Causa æstimi, inquit ille, seu illius descriptio est, ut æqualiter fiat distributio onerum, quæ à Principe imponuntur. *l. forma. §. si quis. ff. de Censib.* Distributio verò pendet à Jurisdictione imponentis onera: & per consequens à subjectione illorum, quibus imponuntur, ut inquit Br. *in l. rescript. §. ult. ff. de muner. & honor.* & Socin.
24 Sen. *Cons.187. col.1. lib.2.* Sequitur ergò, in eâ descriptione esse tantùm describendos, qui subjiciuntur; non autem cæteros; quandoquidem effectus à suâ causâ regulatur. *l. in agris. ff. de acq.*
25 *rer. dom.* atqui, exercere mercimonia non spectat ad subjectionem; cùm multi non subditi ea exerceant, ut sunt illi, qui ad nundinas eunt, de his ergò, inquit Alba, non est habenda ratio. *per l.1. in pr. l. procuratoris. §. mercis nomine. ff. de Tribut. act. & l. coiri societatem. cum similib. ff. pro soc.*

26 Nonò & ultimò, ita antiquissimâ consuetudine in Italiâ observatum esse, de mercibus sc. & negotiationibus non esse solutas collectas, nec æstimum confectum, ex Jason. *in l. decem. n.34. de V. O.* asserit Andr. Alciat. *d cons.263. n.4.* Quod ergò à consuetudine est constabilitum, mutari nullâ ratione debet. *l. minimè. ff. de LL.* & hoc eò magis, quòd consuetudo cùm in omnibus, tùm præsertim in materiâ collectarum observari maximè soleat. *l. si publicanus. §. ult. ff. de Publican. l. ult. ubi gloss. C. de Can. larg. lib.10.* Thom. Parpal. *in repetit. d. l. placet. num.27. C. de SS. Eccles.* Petr. Antibol. *in tract. de munerib. part.3. in f.* & Böer. *quæst. 246. num. 4.* Et ex his novissimè Casp. Klock. *de*
27 *Collect. cap.11. num.16.* Quamvis apud Nos, in maritimis hisce Civitatibus, contrarium usu receptissimum sit; & ex mercibus mercatorum Collectæ solvantur. Mev. *ad artic.2. tit.3. n. 36. 37. lib.2. Stat. Lubec.* Cothm. *vol.1. Consil.11. num.12. 60. & seqq.* Quoniam verò de hac materiâ librô sequenti, ubi de vectigalium immunitate & remissione, ut res & merces mercatorum propriè tangente, agemus, uberior quædam sese offeret disserendi materies, hæc impræsentiarum adduxisse sufficiet; si prius ea, quæ Petr. Antibol. Gallus, *in tr. de munerib. sub n.50. in 3. parte. pr.* circa immunitatem à jure communi negociatoribus concessam, scripsit, ad verbum colophonis locô retulerimus. Ait 28
enim: Interdum excusatur mercator à muneribus propter negociationem, quam gerit; in quo sic distingue secundùm *Vg. Ro. & Bert. de Dent.* aut enim privatam negociationem gerit, & ad privatum commodum, & tunc non excusatur. *l. filii. ff. ad Municip. l.3. §. fi ff. de muner. & honor.* aut gerit publicam, & ad publicum commodum; & tunc excusatur à personalibus & mixtis; & hoc, quamdiu negocium gerit, concurrentibus tamen, quæ debent concurrere. Quæ omnia dic *ex l. semper. 5. §. negociatores. 3. ff. de jure Immun. in gl.* Sed an à patrimonialibus excusentur? glos. movet in *l. navicula. C. de navicular.* forsan voluit citare glos. *in l. negociantes. C. de excusat. mun lib.10.* & videtur neg re. Pro quâ facit, quia licet sint absentes causâ Reipub. ut in sæpè citato *§. negociatores,* tamen ob id à patrimoniali non excusantur, ut in milite, *l. sunt munera. ff. de vacat. mun.* junct. *l. penult. ff. ex quib causis major.* Et ad id facit, quod notatur *l. & qui originem. 3. §. fi. ff. de mun. & honor. alüsq; textib. &c.*

Aut gerit negotiationem privatam, sed ad publicum commodum, & idem privilegium habet, iisdem juribus, sed usque ad quinquennium tantùm. *d. l. navicul. junct. §. negociatores,* supra adductô, & dic ut ibi; aut gerit publicam, sed ad privatum commodum, & tunc nullum habet privilegium, ut in *l.1. ff. de Jur. Immun.* Hactenus

Petr.

Petr. Antibol. cui adde Paul. Christinæ. *vol.3. decis. Curiæ Belgic. Tit.63. de-*
29 *cis.106. num.2. & 3.* Ubi ex Mornaco refert, in subsidiorum Curiâ Belgicâ Anno 1600. fuisse judicatum, solos mercatores ex Civitatibus Imperialibus immunes esse, ne novum illud jus Invectionis, quod Anno 1597. institutum est, penderent, qui in illis Civitatibus nati essent, ut actis Lugdunensis tribunalis inscripti, non autem, qui aliunde oriundi sedem in iis fortuna-
30 rum suarum constituissent. In Galliâ mercatores indigenas nullâ in hoc passu immunitate & prærogativâ gaudere dicit Casp. Klock. *de Contrib. c.11. num.92.* Quoniam omnis lucri avida professio nobilitatem eo in regno maculat per ea, quæ fusius suprà suô locô dicta sunt: Ideò hîc etiam horum hominum ordo cum plebe & populo minuto quasi copulatur, solvitque gravamina, sicut ignobiles & alii, inferioris conditionis, vulgò rotouriers con- 31
suevére; quorum ordo præ cæteris opprimitur non minus à Rege, quàm à Nobilibus; uti querelæ & controversiæ inter Tertianum statum & duos priores ordines Delphinatus Anno 1602. arresto generali diremtæ palàm ostendunt, referente Petrô Matthæ. *lib.5. hist.* Henrici IV. *narrat.1. num.6.* & Klock. *d. l. num. 92.* E contrario 32
verò in Sueciâ, illi qui Australi societati nomen adscribere voluerint, ab omnibus oneribus personalibus & realibus, omnique decimarum exactione immunes declarati sunt. **Manifest über die Süder-Compagnie in Schweden** / de Anno 1626. & Anno 1633. sub lit. N. Quæ tamen societas nullum N
in Sueciâ progressum habuit. Prout infra suô locô uberiùs:

LIB. II.

Caput I.

De

Rebus Mercatorum Privilegiatis, ubi De Mercibus in genere, & in quibus rebus Mercatura possit exerceri.

Summaria.

1. *Res sunt vel corporales vel incorporales.*
2. *De quibus rebus Corporalibus in hoc Tractatu agatur.*
3. *De quibus rebus Incorporalibus hic tractetur.*
4. *Merx & Mercimonium unde. & n.7.*
5. *Commercium quid & quotuplex.*
6. *Vocabulum Mercis comprehendit res mobiles.*
7. *Hujus rei ratio.*
8. *Latius patet vocabulum Emptionis quàm Mercaturæ.*
9. *An merces in tabernâ existentes mobilibus an Immobilibus annumerentur?*
10. *Pisces in piscinâ mobilibus annumerantur.*
11. *Pecunia ad fœnus destinata mobilis esse desinit.*
12. *Rescriptum Elect. Sax. quod merces in taberna existentes pro rebus mobilibus reputentur.*
13. *Merx est, quæ inter res mobiles pretiô Emptionis venditionis æstimatur, & negociandi causâ habetur. & n.17.*
14. *An Mercis appellatione contineatur Pecunia?*
15. *Intellectus l.1. verb. nec ultra Merx sed pretium. ff. de Contrah. empt.*
16. *Usus Communis loquendi attendendus.*
17. *Variæ Mercium species recensentur.*
18. *Merx & Mercatura quomodo differant.*
19. *Quibus in rebus Mercatura exerceatur.*
20. *Mercatura proprie non est in hominibus.*
21. *Venalitium & Mangonicus quæstus à Mercatura quomodo differant & num. 26.*
22. *Mercatura hominum, inter Christianos, est contra dilectionem proximi.*
23. *Apud Turcas & Barbaros frequens Venalitium.*
24. *Apud Sarracenos & Turcas quomodo instituatur hæc mercatura hominum.*
25. *Variæ notationes nominum Venalitiariorum.*
26. *Mangones & Venalitiarii non sunt Mercatores.*
27. *Mercatura non consistit in rebus Sacris, sanctis, religiosis & Publicis.*
28. *Mercatura non consistit in Purpuris, quibus Princeps utitur.*
29. *Color Purpureus nota Magistratûs.*
30. *Color Purpureus sanguinis Imperium denotat.*
31. *Famuli Lubecensium Publici cur purpureô vestiantur colore remiss.*
32. *Medicis qui dicuntur Purpurati.*
33. *Sacri Encausti Commercium quare prohibitum & quid illud ipsum.*
34. *Frumenti ad exercitum transmissi venditionis prohibitio.*
35. *Frumentum extra provinciam portare prohibitum.*
36. *Magdeburgensium Privilegium in advehendo frumento remiss.*
37. *An Pragmatica prohibens venditionem frumenti, procedat in venditione farinæ.*
38. *Eadem prohibitionis ratio in farina quæ in frumento.*
39. *In Statutis non verborum sonus, sed effectus attenditur.*
40. *An obligatâ materiâ obligetur materiatum.*
41. *Pignoratâ Sylvâ non censetur pignorata navis.*
42. *Legatorum, Contractuum & obligationum*

tionum dispositiones quomodo differant ab ordinatione Statutorum.

43. *Evehere & transvehere quomodo differant.*

44. *Aurum & argentum cur privatis exportare prohibitum.*

45. *Jus monetæ vendere locare & oppignorare prohibitum.*

46. *Armorum commercium privatis mercatoribus prohibitum.*

47. *Pulverem tormentarium an & quando vendere prohibitum. Ubi & quid in ferro & ligno, aliave materia nociva obtineat.*

48. *Merces seu Marchandises de Contrebande quando prohibita, & quando non.*

49. *Armorum portatio regulariter prohibita.*

50. *Armorum portatio quare de jure prohibita.*

51. *Armorum portationis prohibitio antiquissima.*

52. *Arma olim publicis in locis custodiri solita.*

53. *Peregrinis etiam arma portare vetitum.*

54. *Ignorantia Statuti arma prohibentis peregrinum à pœna excusat.*

55. *In Italia arma urbib. inferre prohibitum.*

56. *Edicta Galliæ de non portandis armis.*

57. *Quod hodiè arma portentur, fit per tolerantiam.*

58. *Apud Helvetios cuivis injunctum est gestare gladios, exemplô Parthorum & Persarum.*

59. *Statutis Lubecensium Cives sibi de armis prospicere tenentur.*

60. *In Gallia palatio regio non licet gestare arma aliàs privilegiatis.*

61. *Armorum portatio & gestatio singularis privilegii locô habetur.*

62. *In Academiis coram Rectore armis comparere Studiosis non licet.*

63. *Armorum Commercium hodiè non indistinctè prohibitum.*

64. *Non debet institui Nundinatio dignitatum & officiorum.*

65. *An Simoniam committant qui in rectè reformatis Ecclesiis Prabendas & Canonicatus, emunt, vendunt?*

66. *Regni Galliæ officiorum & Dignitatum venalitia sordida.*

67. *Ludovicus IX. Rex Galliæ cur inter Divos referri recusatus.*

68. *Officiorum venditio in Gallia quomodo incrementum accepit.*

69. *Adrianus VI. Pontifex Sacerdotia vendidit.*

70. *De Mercatura Pontificum sordida, ex Osiandro.*

71. *Ex officiorum & dignitatum venditione quantos quæstus fecerit Gallia.*

72. *Prodigiosi officiorum & Magistratus mercimonii venditio, ejus effectus depinguntur. & n. seq.*

73. *Officiorum & dignitatum venditio de Jure prohibita.*

74. *Authores qui graviter in officiorum nundinationem invehuntur.*

75. *Falluntur, qui putant, Magistratus, quos pretiô mercati, sibi honori futuros.*

76. *Ad Interdictarum mercium genus refertur & venenum.*

77. *Cur venenatarum rerum venditio prohibeatur.*

78. *Medicorum & Mercatorum Conditio diversa.*

79. *Vocabulum Hebraicum* רוכלים *rochelim in Sacris de Mercatore & Pharmocopæis intelligitur.*

80. *In Republ. Lubecensi qualis Constitutio circa veneni venditionem.*

81. *Mercimoniorum quæ luxui inserviunt prohibitio, remiss.*

82. *De mirabili & vano florum Tulipanorum Commercio Belgico ex Meterano.*

83. *Catalogus variarum Mercium, quæ ex Europa in Belgium importantur, remiss.*

84. *Catalogus mercium, quæ in Tyri emporium olim invecta. remiss.*

85. *Enarratio mercium, quibus naves onerari solebant Jure Civili, remissivè.*

86. *Quas merces Classis Salomonis retulit in Palæstinam. remiss.*

87. *Quarum rerum mercaturam exercent Hebræi, remiss.*

Riori Libro de jure mercatorum singulari, personas afficiente, sequitur ut videamus, quænam RES Mercatorum
1 privilegiatæ. Sunt autem res omnes vel corporales, vel incorporales. Corporales sunt, quæ sub sensûs cadunt exteriores, sive, quæ cerni oculis & manu tangi possunt,
2 quales sunt in hoc tractatu 1. Merces. 2. Naves. 3. Domus & Emporia. 4. Scripturæ & libri; quorum posteriorum Jura Singularia, cùm potissimùm circa probationes versentur, illorum tractationem *lib.3.seq.* ubi de Processu, reservavimus. Incorporales sunt, quæ tangi quidem demonstrarive non possunt, cerni tamen animô atq; intelligi possunt. *pr. Inst. de reb. incorpor.* & ibi Conr. Rittersh. Cic. *in Top.* quales sunt
3 illæ, quæ in jure consistunt; sive, ut alibi loqvuntur JCti, quæ, sine ullo corpore, juris intellectum habent, ut sunt obligationes quoquô modô contractæ. *d. t. Inst. de reb. incorp. & ibi Dd.* Primô itaq; locô de corporalium, deinde de Incorporalium Jure sumus acturi. Priusquã autem ad ipsa jura singularia prædictarum rerum corporalium accedamus, quædam de mercibus earumque exercitio in genere delibabimus.

4 MERX, à mercando dicta. Unde I. Mercimonium ita dictum à merce, ut patrimonium à patre, & significat contractionem mercium. *l. nobiliores. 3. C. de Commerc. & merc.* De hoc verbo meminit Imp. *l.2. C. de Episc. & Cler.* Pontifex *in c. fi. X. de Judic.* item *l.1. C. de natural. lib. verb. ut qua mercimoniis publicis præfuerunt.* II. COM-
5 MERCIUM, Alexand. *in l. cætera. §. si quis. ff. de leg. 1.* dicit esse generalius verbum, & ad omnia conventionum & alienationum genera, omnesque omninò res, quas homines habere, possidere, persequi & Dominio suo subjicere vel non subjicere possunt, referri posse. *l. multum interest 34. ff. de V.O. l. si in emtione 34. § omnium 1. ff. de contrah. emt. §. non solùm. Inst. de Legat. l.4. §. ult. ff. de legat. 1. l.1. §.1. ff. qua res pign. l. ult. ff. de act. emt. & V.* In nostro autem tractatu sumitur pro facultate seu onere merces emendi & vendendi. Ulpian. *epit. Inst. 19.* Ben. Strach. *de mercat. p.1. n.94.* quod à Georgio Braudlacht. *epitom. Jur. publ. cap.6. n.2.* apud Arumæ. *vol.5. disc. Academ. disc.7. pag.347.* definitur Negociatio, quam cùm publi„ cæ necessitati subveniendi, tùm ho„ nesti lucri faciendi causâ in MERCIBUS,„ licitis frequenter permutandis & e-„ mendis, vel cives inter se, vel cum pe-„ regrinis exercent; & mercatura & pro-„ mercium dicitur *in l. item si quis. 4. §.1. ff. de pen. legat.* Paul. Christinæ. *vol.3. decis. Belg. tit.63. decis.106. n.1.* Sæpè enim usus & verborum rerumque ratio originis significationem amplificat, sæpius coangustat, interdum etiam planè mutat, ut in *l.2.3.7. ff. de supell. leg.* videre est. Goedd. *d. l.66. de V.S. num.5. circ. fi.* Sed quia hoc commercium seu mercatura ex mente JCti Pauli *in d. l.34. §.1. de contr. emt.* regulariter & propriè in rebus mobilibus potest fieri. Strach. *d. l. p.1. num. 74.* Vocabulum quoque 6
mercis hîc de rebus mobilibus, ut quæ propriè mercis appellatione veniunt. *l. 207. de V.S. d. l. mercis 66. ff. eod. l. ult. ff. de condict. tritic. l. fin. §. quoties. ff. de public. & vectig. l.22. de Act. & obl.* intelligimus. Vid. Wurmf. *lib.1. pract. obs. tit.50.* Card. Tusch. *Vol.5. concl. 205. num.4.* Rationem 7
hujus reddit Dn. Godd. *in d. l.66. de V.S. num.4.* cùm à mercando, quod nundinari propriè est, merx dicta sit; res autem immobiles à nundinis hujus loci ad alias nundinas exportari & importari nequeant, fit, ut res immobiles merces dici nequeant. Nec obstat 1. quòd & immobilia, ut servitutes, fundi, domus, hereditates, & reditus &c. emi & vendi possint. Latius quippe patet vocabulum emtionis & 8
venditionis, quàm mercatûs seu mercaturæ. *Dd. commun. ad d. l.66. de V.S.* 2. Nihil negotii facit, quod Matth. Coler. *p.2. de process. exec. cap.3. num.6.* tra- 9
dit,

dit, merces in tabernâ exstantes, in quarum locum aliæ subinde succedunt, naturam rerum soli accipere, ex *l. cum tabernam.34. l.grege.ff. de pignor. l.peculium.ff. de legat.2.* Dn. D. Mevius *ad artic.5. tit.5. lib.3. n.27. Stat. Lubec.*
10 Quod & de piscibus, qui sunt in piscinâ, & subinde etiam mutantur, & invicem substituuntur, tenere videtur. Tiraq. *de retr. prox. §.1.gl.7.n.115.* Sic quoq; in specie merces, & alia ad vendendum deputata, non venire appellatione mobilium ait, per notat. *in l.1. C. de V.S. l. generaliter. §. uxori.ff. de Usufr. leg.* allegans Paris. *Cons.25. n.69. Cons.*
11 *67. n.14. inf. Cons.79. n.47. vol.2.* Unde etiam dicitur, quòd pecunia, ad mutuum seu fœnus exercendum destinata, mobilis esse desinat. *l. si chorus. §.1. de leg.3.* Tiraq. *d. §.1.gl.7.n.105.* Idem tradit Ferron. *lib.2. tit.5. de Testam.* §.3. *in pr. merces. verb. d. l. t.* in successionibus inter immobilia computari receptum esse. Præterquam enim quòd hisce sufficienter respondeat P. Heig. *p.2.q.15.n.21.* patet idipsum ex Berlich. *2. concl.29.n.36. & seqq.* ubi multis præjudiciis Saxonicis adstruit, merces in tabernâ exstantes, pro immobilibus haud reputari; ex quibus unicū saltem rescriptum Joh. Georg. Elect. de anno 1617. 24. Januar. apponere animus est. Verba hujus Rescripti ad Scabinos
12 Lipsenses emissi, hæc sunt. Hochgelehrte und liebe Getreue / Uns ist euer so wol beyder Juristen Facultäten zu Leipzig und Wittenberg / über der Frage? Ob eine Tabern Kauffhandel oder Laden / für beweglich oder unbeweglich Gut zu achten / abgefassete unterschiedene Meynung vorgetragen / und darauff / was ein oder ander Collegium, zu behauptung seiner opinion angezogen / mit fleiß berathschlaget und erwogen worden / Ob wir nun wol befunden / daß eure Antecessores, auß denen von euch mit angeführten Ursachen / nicht allein die Apothec / Tabern / und dergleichen / sondern auch alle und jede darin befindliche zugehörige Wahren / für unbeweglich Gut gehalten / auch also im Rechten erkant / und derowegen ihnen nachzufolgen gebüret / Jedoch / weil gemelte beede Facultäten / Krafft und Vermöge der von ihnen dargegen angebrachten Motiven / gründlichen bewehret / daß alle und jede Handlungswahren beweglich Gut für sich selbsten seyn / und in alle wege verbleiben; und wir uns diese Meynung gnädigst belieben und gefallen lassen; bevor weil in unsern andern Gerichten gleichfals also gesprochen worden; So ist hiermit unser Begehren / ihr wollet euch forthin bey Verfassung der Urtheil darnach richten / und der Gestalt neben den andern beeden Collegien gleichmäßig sprechen: Daran geschicht unsere Meynung / Datum Dreßden / den 24. Januarii Anno 1617. Unde & vigore hujus rescripti Electoralis, maritus, merces in tabernâ exstantes, sicuti cætera mobilia, de jure Saxonico lucratur. P. Heig. *d.p.2.q.15. num.20.* Land-Recht expresè sub tit. Zu Erbe gehören. *fol.535. Col.4. ibi*: Alles das in einen Handel eines Kauffmannes verstirbt / desgleichen das ein Krahmer nach ihm in seinen Krahm
lesset / ꝛc. Non autem quælibet res 13
mobilis merx est; sed id tantummodò merx censetur, quod inter res mobiles pretiô emtionis venditionis æstimatur. *l. 1. ff. de contrah. emt. l. 1. de rer. permut.* & id quod negociandi, mercandi, quæstûsque faciendi causâ habetur. *l. generali 32.* §. *uxori.2. ff. de Usufr. leg. l.203. de V. S.* Ideòque etsi butyrum, caseus, frumentum, oleum, vinum, scyphi, *in l. fi. ff. de tritic. vin. leg.* Vestis serica & subserica, vel attincta, aromata, folium barbaricum, pelles Parthicæ, ebur, ferrum, chalybs, carbasum, lana, fucus, capilli Indici, pardi, Leopardi, & similia, *in l. fi. §. species.7. ff. de Public. & vectig.* merces vocentur; id tamen intelligendum, si negociandi, mercandi, quæstusque faciendi causâ habeantur. per text. *d.l. generali. §. uxori. ff. de usu & usufr. leg.* Marpurg. *vol.4. Cons.17. n.113. & seq.* Hîc nunc appositè quæ- 14
ritur, An mercis appellatione contineatur pecunia signata? Affirmativa Dn. Goddæo videtur verior. I. Quia

mobilium appellatione venit pecunia numerata. E. & mercis. Strach. *d.l.n.76. l.moventium.93.ff.de V.S. l.si chorus 79.§.1.ff. de leg.3.* Ubi JCtus Celsus solos nummos, ibi repositos ut mutui darentur, excepit, nullam verò aliam rem, quæ moveri potuit. Cothm. *Vol.1. Cons.5.n.1.* Joh. Petr. Surd. *Cons.26.n.7. vol.1.* Unde Bald. *ad l.3.de naut.fœn.sub n.3.* ait: quòd si navis aut currus, ratione mercium illicitarum, confiscatur, confiscari etiam debeat pecunia, in navi vel curru existens. Dissentiunt Jul. Ferret. *de Gabell.n.283.* Carol. Molinæ. *tract.de Commerc. & usur. n.694.* Bl. *d.l.3.* Rebuff. *ad d.l.66.de V.S.* moti graviter *l.1.* ibi: nec ultra merx utrumque, sed alterum pretium vocatur. *ff. de con-*
15 *trah.emt.* At respondet Dn. Godd. *d.l. 66.n.5.* quod ibi merx κατ' ἐξοχὴν & quidem per Synecdochen speciei pro qualibet re, quæ emi vendiq; solet, ponatur, quia frequentissimus hic contractus inter mercatores mercis causâ celebratur. Deinde voluit JCtus differentiam inter emtionem, venditionem & permutationem, saltem ostendere: id autem nullô aliô meliore exemplô potuit, quàm à mercatoribus adscitâ mercis pretiiq; differentiâ; alioquin passim & indistinctim merx dicitur etiam Res. *l.8.l.34.§.omnium. l.36.de contrah.emt.* sicut & pecunia. *l.4.& 5. de V.S.* & ibi doctè Gödd. non itaq; eâ lege inferri potest, appellatione mercis pecuniam non contineri, ex naturâ enim contractûs emtionis & venditionis evenit, ut aliud sit merx, aliud pretium. Quibus tamen omnibus cautelam hanc, præeunte Petr. Santern. Lusit. *in tract. de Assecur. part.4.n.63.* ad-
16 hibemus; nisi usus loquendi, ex quo nomina debent exaudiri, ut monet JC. Celsus *in l. Labeo. 7. §.2.ff. de supell. leg.* interpretationem aliam suadeat. Verba etenim, à vulgaribus prolata, secundum vulgarem loquendi modum potius accipienda esse, quàm secundum juris intellectum, probatur ex *l.3. §.ult. ff. eod. l. cum de lanionis.18. §. asinam.3. ff. de Instruct. vel Instrum. leg. c. ex literis.8.* ibi; *ad communem verborum intelligentiam recurratur. X. de sponsal.* Gail. 2. *obs.132. num.11. & ult.*

Continentur etiam nomine mercis 17
Gemmæ. *Ezech.27. vers.22.* margaritæ, item annuli, qui negociationis causâ transferuntur, non, quos mercatores in digitis gestant, Rebuff. *ad l.207. ff. de V.S.* text. in *l. si laborante.2. §. cum in eâdem.2. & ibi* Paul. de Castr. *ff. ad l. Rhod. de jact.* Item Succinum illud flavum quod reperitur in Borussiâ, & vulgò dicitur Bernstein / quasi Petra ardens, de quâ vide latè & eleganter Ludov. Guicciard. *in Antw. pag. m. 235. & seqq.* Differt autem merx à mercaturâ in hoc, ut merx sit species, quæ emitur 18
venditurve; mercatura verò actus mercandi. Joh. Calv. *in suo Lexic. jurid. verb. Merx.*

Occasione horum progredimur 19
modò ad alteram Capitis nostri partem, quâ quæritur: In quibusnam rebus mercatura possit exerceri? Ad hoc generaliter ita respondit JCtus Paulus *in d. l.34. §. omnium.1. ff. de Contr. emt.* omnium rerum (quæ nos, ob superius dicta, ad solas mobiles, negociationis causâ in dominio nostro positas restringimus) quas quis habere vel possidere, vel persequi potest, venditio rectè fit; quas verò natura, vel gentium jus, vel mores Civitatis commercio exuerunt, earum nulla venditio est. Pri- 20
mò itaque mercatura non est in hominibus, neque servis; cùm enim hominum gratiâ omnes fructus natura cõparaverit. supr. *lib.1. c.7. in pr.* mercis appellatione non continentur. *l.207. ff. de V.S.* adde Cujac. *tr.3. ad African. l.1. §. 1. ff. de Tribut. act.* multò minus ergò liberi homines. *l.6. in pr. l.34. §.2. l.70. de contr. emt.* liberum enim corpus æstimationem non recipit. *l.3. ff. si quadrup. pauper. l.1. §. sed cum liber homo. ff. de his qui ejec. vel effud.* Idem obtinet in Eunuchis Romanæ gentis. *l.2. C. de Eunuch.* Nec quicquam negocii facesserit *d.l.1.§.1. cum l.5. §. mercis. 4. ff. de Tribut. act. & l.73. §.4. ff. de Leg.3.*
Resp.1. Hîc venalitiariorum quæstus 21
exercetur, nõ mercatura; mangonico quæstui

questui exponi possunt servi, non verò in illis mercatura exerceri debet. *per d. l.207. de V.S. & l.44. ff. de Ædil. edict.*
22 Deinde Mercaturam hominum esse illicitam, patet ex eo, quòd pugnet tàm cum amore naturali proximi, quàm quòd mores Christianorum è S. Scripturâ correcti, hanc negociationē paganorum fugiant ac aversen-
23 tur. Olim quidem apud Rom. nunc verò uberrima & frequentissima mercatura est hominum apud Saracenos & Turcas; quam quomodo instituant, placet ex Bartholomæi Georgovvizii peregrini Hierosolymitani Epitome, verbis Philippi Loniceri anno-
24 tare: *Suscipienti*, inquit, *Turcorum Imperatori expeditionem inter reliquos mercatores semper comes est ingens turba mangonum & lanistarum, Camelis insidentium; hi, in spem mancipiorum longissimas catenas secum deferunt, in quibus facilè quinquageni aut sexageni per seriem colligantur. Isti quoscunq; non absumit hostilis gladius, à prædatoribus emunt; quod illis eâ lege permissum est, si Principi decimas mancipiorum præstent, reliquos ipsos vel in suum usum vel ad nundinationem retinere fas est. Discretione itaq; factâ senum à juvenibus, & iis retentis, quos servituti suæ utiles arbitrantur; alios ubi dies illuxit, in forum venales, tanquam greges ovium aut caprarum, producunt. Conveniunt mercatores alii, statuitur pretium, si placet mancipium, detractis vestibus futuri domini oculis exponitur; inspiciuntur omnia membra, tentantur, explorantur, numquid vitii injuncturis aut articulis resideat. Si displicet, rejicitur miser ad mangonem, toties id passurus, quoties emturiens aliquis advenerit; Si placet, adducitur ad gravem servitutem, ut vel arator vel pastor sit, vel multa inaudita exempla miseriæ sufferat. Sic nimirùm homines sub Christo militantes Turcarum captivi, à mangonibus impiè tractantur. Unde colligere licet, negociatores hosce, pietate ac eruditione non imbutos, nec species mercium licitas ab illicitis discernere posse, nec ullam commiserationem proximi afflicti saxea corda emollire posse.* Cur verò hoc genus mercaturæ detestandum sit & abominabile, anteà diximus; nempe, quod cum amore proximi & verbo DEI è diametro pugnet. Adam. Raff. *de Nobilit. & mercatur. lib. 2. cap. 4. p.151.* An autem Christianis licitum sit negociari cum Barbaris, alibi discussimus, videl. *lib.1. cap. 11. n. 69. & seq.* Dicuntur autem 25
isti, qui hoc mercimonii genere sese polluunt, Propolæ, Venaliciarii; Græcè σωματέμποροι. Cl. Salmas. *d. fœn. Trapezit. p. 192.* Mangones, quasi manu agones; unde mangonizare, quod est, componere rem aliquam ad alliciendos emtores, germ. Auffmutzen. Et Seneca in quâdam Epistolâ, Mangones, si quid est quod displiceat, aliquô lenociniô abscondunt. Rebuff. ad sæpè alleg. *legem 207. de V.S.* Mangones dicit fuisse magistros formæ puerorum, mentiendi coloris artem callentes. Solebant enim pueros puellasque, quò facilius amatoribus vendi possent, artificiô componere, atque fucô colorem ementiri, ut vendibiliores essent. Unde πορνοβοσκοὶ, i.e. meretricum mercatores dicebantur. Salmas. *d. l. p.192.* Et generaliter, uti diximus, sunt, qui merces poliunt, ut pluris vendant. Quod Judæi benè norunt, & Interpolatores Parisienses, quos Gallicè dicunt Frippeurs, à quibus si volueris aliquid emere, Deo te commenda, quia vix ab eis evadere poteris, quin decipiaris. Rebuff. *d.l.* Horum autem sordidorum fucos, ne- 26
que juris dispositione neque vulgi opinione mercaturam dici posse, supr. *lib.1. cap.7. n.42. & seq.* demonstravimus. Secundò respondet gloss. *ad d.l. 73. §.4. ff. de legat.3.* textum non dicere, servos esse mercem, vel in illis mercaturam posse exerceri, sed tantùm, illos esse locô mercis. Aliud autem est, esse tale, & locô talis haberi; aliud, esse Creditorem, aliud, locô Creditoris haberi. *l.10. & l.11. de V.S.* aliud, uxorem esse, & locô uxoris haberi. *l. Masurius.144. ff. de V.S.* & Rebuff. *d. l. 207. de V. S.* II. Mercatura non consistit in 27
rebus sacris, sanctis, religiosis, & publicis,

cis. *§ fin. Inst. de Emt. & Vend. l. inter stipulantem.83. §. sacram.5. ff. de V.O. §. nullius.8. Inst. de rer. div.* Imò, qui scientes has emunt, in crimen læsæ religionis incidunt. *l.1. C. de sepulch. viol.*

28 III. Non in purpuris, quibus Princeps utitur, dum in Majestate sedet. *l.1. C. quæ res ven. non poss.* Qua ratione identidem purpurarum nundinæ innumeris constitutionibus Impp. prohibitæ sunt: *l. ult. C. de vestib. holoser. & aurat.* Calvin. *in Lex. jurid. verb. Purpura.* Unde, qui Imperatorem salutabant, dicebantur sacram purpuram adorare. *l. 1. C. de Appar. Præf. Præt. lib.12.* adeòque non licebat fucare purpuram, vel adulterinô colore intingere, quod receptum est propter existimationem hominum, & ne facile rebellibus foret, tyrannum Imperatoriâ majestatis purpurâ, vel verâ vel fucatâ, amicire. Quod ex Ammian. Marcellin. constat. *& d.l.1.C. Quæ res ven. non poss.* quibus adde Arnold. Clapmar. *lib.3. de arc. Rerump.* & in specie domi-

29 nationis. *c.9.* Erat autem color purpureus, ut hoc obiter moneamus, Antiquis, maximè verò Romanis, insigne magistratuum superiorum, asserente Martiali, qui ait:

Divisit nostras purpura vestra togas.

Et Magistratus purpurâ fulgere dicebantur. Cic. 2. *Catilin.28.* vid. *l.1. C. null. licet. lib.11. l. pen. C. de Consul. lib.12.* Unde purpurati dicebantur Senatores, vel qui apud Principes summos dignitate antecellebant, nam his purpuræ usus concedebatur. vid. Br. *in l. si quis naviculam. C. de Murileg. lib.12.* Hinc & nostrô seculô præcipui ex Venetorum, (sicut & olim Lubecensium) senatoriô ordine, purpureis & rubeis utuntur vestimentis, quamvis Imperatore Leone referente in *Novell.80.* fuerit color Imperatoribus reservatus, qui authore Lactantiô *lib.4. de verâ sapient.*

30 Sanguinis imperium & necis inferendæ potestatem denotabat. Plura vid. ap. Joh. Sibrand. *p.1. Jur. pub. Lub. sect. 8. n.19.* ubi &, cur famuli Lubecensium publici purpureo vestiantur colore,

31 disquirit. Qui autem in re medica dicantur PURPURATI, Vid. in Excell. D. 32
Pauli Neukrantz. Lub. Reip Physici solertiss. elegantiss. tractatu de PURPURA, *cap. 40. pag.522. & passim.*

IV. Idem juris de SACRO ENCAUSTO. 33
d. l.1. C. quæ res ven. non poss. Erat autem Encaustū atramentum singulare, quo utebantur Imperatores, de quo vid. Cæl. Rhodigin. *lib.7. lect. antiq. cap.31.* & de inscriptione purpureâ. *l.6. C de divers. rescript.* ubi Imp. Leo, *Hanc*, ait, *sacri encausti confectionem nulli sit licitum & concessum habere, aut à quocunq; sperare; eo videlicet, qui hoc aggressus fuerit, tyrannicô spiritu post proscriptionem bonorum omnium capitali pœna plectendô.*

V. Quod ipsum obtinet in frumen- 34
to exercitui transmisso. *l. pen. & fin. C. quæ res ven. non poss.* Sic frumentum 35
extra provinciam portari multis prohibitum est. Et Statutum valet, quô cavetur, ut omne frumentum in civitatem inferatur; nec inde sine permissione extrahatur; quale privilegium sibi vendicant Magdeburgenses. de 36
quo Marpurg. *cons. 17. & 18. Vol.4.* & Giessenses *in resp. singul. de anno 1613.*

An autem PRAGMATICA, prohibens 37
venditionem frumenti, procedat in vendente farinam? Quærit Dn. Garს. Mastrill. *dec.139.* concludendo affirmativè; quia etsi farina non sit idem per omnia cum frumento, tamen dicitur idem corpus, licet substantia sit mutata. *per text. in l. in venditionib. 9. §. fin. & l. seq. ff. de contrah. emt.* Joh. Petr. Surd. *decis.139. n.5.* Nicol. Böer. *decis.177. n.2. & 5.* & propterea Bart. communiter receptus *in l. quæsitum. §. illud. ff. de leg.3.* voluit, quòd Statutum vetans frumenti exportationem, includeret etiam farinam. Bald. *in l. non dubium. n.10. C. de LL. & ibid.* Jas. *n.45.* Bertach. *de gabell. p.8. pr. in 2. part.11. q.* Ripa *in tr. de pest. tit. de remed. ad conservand. ubert. n.43. & seq.* ubi respondet argumentis ex adverso deductis, adeò, quòd materia, donec perveniat juxta finem proximum, retinet nomen suum, & sicut lana retinet lanæ nomen, etsi filata sit, antequam est contexta;

texta; ita frumentum retinebit nomen
suum, donec confectus sit panis. Br. *d. §. illud.* Petr. Peck. *in tr. de testam. conjug. lib. 5. cap. 13. n. 1.* Guid. Pap. *q. 373.* Böer. *q. 177.* Strach. *de mercat. p. 2. n. 29.* Rebuff. *in l. frugem. ff. de V.S.* qui dixit,
38 eandem esse prohibitionis rationem
in farinâ, quæ in frumento, ne scilicet
civitas laboret penuriâ, & subditi fame
pereant. Menoch. *lib. 4. præsumt. 151.*
39 *n. 7.* maximè in statutis, ubi non verborum sonus, sed effectus attenditur; licet enim à verbis edicti non sit recedendum. *l. si servi. ff. de noxal.* tamen, quia eadem erat ratio, ideò idem jus statuitur; attenditur enim ad mentem legis sicut ad verba, ubi mens legis habet idem vel plus quàm verba. *l. ut gradatim. 11. §. sed si lege. ff. de muner. & honor. l. facta. in f. ff. ad SC. Trebell.* Gratian. *decis. 184. n. 10.* Surd. *decis. 139. per tot.* ubi dicit, quòd Statutum, præferens Creditorem in re propriâ, procedit in farinâ redacta ex frumento vendito; & ita Senatum Mantuanum de-
40 terminasse testatur. Nec relevat, quòd, obligatâ materiâ, non censeatur obligatum materiatum, E.g. pignoratâ syl-
41 và cædua, non censeatur pignorata navis ex illâ. *text. in l. si convenerit. 18. §. 3. ff. de pignor. act.* Item, quòd debitor in frumento non possit dare farinam. *d. l. quæsitum. §. illud fortasse. ff. de legat. 3.* quia secundum communem loquendi usum, aliud est frumentum, & aliud farina, *ad text. in l. si idem. C. de Codicill.* In tantum, quòd non comprehendatur in legato facto de frumento, ut dixit Alberic. *de Statut. part. 1. q. 5. in pr.* Bl. *in l. 1. n. 6. vers. modo quæro. C. de fruct. & lit. expens.* Resp. quia hæc omnia procedunt in dispositionibus legatorum, & similium, in quibus attenditur communis loquendi usus, secundùm Bertachin. *alleg. locô.* nos autem in Statutorum ordina-
42 tionibus versamur. Dissentire videntur in hâc quæstione Dynus *in d. l. quæsitum. § illud.* Bl. *in l. quod non ratione. ff. de ll.* Fr. Pfeil. *Cent. 2. cons. 202. n. 96.* ubi statuit, quòd, cui permissum est vendere frumentum, ei non concessum sit vendere cerevisiam. Felin. *in can. Ecclesia S. Mariæ. X. de Constitut.* qui tamen aliter sentire apparet *in c. liberandum. col. 2. de Judæ.* Gandin. *in tr. de malefic. in rubr. de reb. non asport. contr. decret. q. 4. vers. item pone.* subdens, ita Paduæ seu Patavii judicatum fuisse, & proinde ex iisdem juribus non debuisse puniri vendentem farinam ultra pretium taxatum, per pragmaticam in frumento, deductô jure molituræ.

An autem Statutum, prohibens frumentum in aliquem locum deferri, extendatur ad eum, qui in illum locum defert, ut aliò transferat, apud Marsil.
de fidejuss. n. 375. controvertitur. Com- 43
munis tamen hæc cum gloss. & Bart. obtinet distinctio inter EVEHERE & TRANSVEHERE; adeò, quòd, unô prohibitô, putà evectione, non statim censeatur alterum prohibitum, putà transvectio, prout sæpius Senatum Curiæ Belgicæ censuisse decidit Christinæ. *vol. 3. decis. Belg. 147. tit. 10. p. 217. n. 5.* allegans ad hanc q. Jas. & cæteros interpr. *ad l. cætera. §. si quis. ff. de legat. 1.*

VI. Prohibita est etiam multis in 44
locis auri & argenti exportatio. Bodin. *lib. 6. c. 3.* Vid. Conseill. d' Estat. *chap. 42. p. 213. & seqq.* uti in Belgio. Ludovic. Guicciard. *descript. gener. Belg. p. 79. prout sup. lib. 1. cap. 11.* pluribus hâc de re disserendi fuit occasio. Pœnam aurum & argentum exportantis de Recessibus Hanseat. antiquis, vid. infr. *lib. 3. cap. 5. n. 12.* & de Recessib. Imp. De-
nais *in Jur. Cam. tit. 192. n. 20. 47.* Ita 45
Legibus Imperii prohibitum Statibus & aliis Jus monetæ vendere, locare, cedere, oppignorare, idque sub gravissimis pœnis. R. A. de Anno 1570. §. Als dann auch die Müntz-Gerechtigkeit keine Mercantz &c. cui adde text. in R. A. de Anno 1551. verbis. So haben wir. & Anno 1559. in der Müntz-Ordn. §. zum Ersten. Sixtin. *de regal. lib. 2. cap. 7. n. 52.* Limnæ. *ad Cap. Carol. V. pag. m. 289.* his adde Klock. *de ærar. lib. 2. c. 24. per tot. & cap. 74 per tot.*

VII. Arma privatis mercatoribus, 46
de Jure Civili non licet vendere, eme-

re, vel transferre; solùm enim fieri & vendi à privatis cultellos minores, qui parvæ machæræ dicuntur, permissum fuit; quibus nullus in prælio utitur. vid. *Novell.85. de armis. cap.1. & gloss. rubric. C.de fabricensib.* Hanc ob causam tormentorum aliarumve machinarum bellicarum, insignium & armorum, quibus nationes exteræ contrà nos reddantur fortiores, extra patriam evehere, seriò à magistratu interdici solet. Strach. per *l. cotem ferro. ff. de Publican.* Cujus legis argumentô prohibitionem hanc ad pulverem
47 trahendam puto; quoad tormenta bellica, & idem in sulphure respondendum seu pulvere nitrato, sine quo pulvis fieri nequit, sicut & ferro & ligno, ex quo arma & naves confici possunt, per *l.2. C. quæ res export. non deb.* Guid. Pap. *decis.371.* Auth. *de Jud.inter gent.part.2 q.8. & 9.* Idem in vaginis & cæteris accessoriis militaribus. Petrin.Bell. *de re mil.p.9 n.20.* & prædictus Auth. *de jud. int. gent. d.q.9.* Et hæc sententia confirmatur ex ratione legum, similia exportari prohibentium, & præsertim ratione *d. l.2. C. quæ res*
48 *export.* quæ vulgò dicuntur Marchandises de Contrebande; quarum species in nupero tractatu maritimo inter Regem Galliæ & unitarum Belgii provinciarum ordines Anno 1646. & 1650. Similiter in Privilegiis Hispano & Gallo-Hanseaticis, Danicis & Belgicis Edictis nuper publicatis, & in fine Tractatus sub lit. B. C. V. & W. annexis majoris evitandi mali ergò, sunt expressæ. Sed hæc quoad commercia cum hoste procedunt, secus verò tempore pacis. P. Gregor. Tholosan. Qualis prohibitio in Regno Siciliæ & Hispaniæ servatur; similis quoque in Angliâ facta fuit Anno 1336. ab Edvvardo III. Raff. *de Nobil. & mercat. lib.2.cap.4.p.153.* Et hoc ex eo fundamento utilitatis & tranquillitatis pu-
49 blicæ. Quod armorum portatio regulariter omnibus, jure communi, imprimis jure Codicis, sine licentia Principis, indistinctè sit prohibita. *d. l. unica. C. ut armor. usus inscio principe* *interdictus sit. lib.11. tit.46. & Novell.85.* Dn. Mev. *lib.1. art.1. tit.2. n.35. & seqq.*
Stat. Lubec. Ad Majestatem enim sive 50
concedendorum sive prohibendorum armorum potestas pertinet. Besold. *de jur. Maj. cap.6. §.1.* cùm principalissimum & potentissimum in Regno id sit, in quo robur belli consistit. Aristot. *lib.2. Polit. c.11.* Arma enim portare, causam & occasionem præstat ad violentias, seditiones, percussiones & homicidia. *l. si servus. C de his qui ad Eccles. confug. l. si quis in hoc genus. in f. C. de Episc & Cler.* Matth. de Afflict. *ad Constit. Regn Neapol. lib.1. Rubric. de illic. portat. arm. n.1.* Vivius *decis. Neap.287.* Cravett. *Consil.314. n.3.* Hinc pro vitandis ejusmodi occasionibus & motibus, tot fiunt Statuta, constitutiones & edicta contra deferentes arma. Neque id novum est, 51
aut à Justiniano *in d. Novell. 85.* recens inventum; sed in fœdere, quod, expulsis Regibus populo Rom. dedit Porsenna, nominatim comprehensum invenimus, ne ferrô, nisi in culturâ agri, uterentur. Plin. *lib.34. cap.14.* usque adeò, ut, dicente ibidem Pliniô, stylô etiam scribere vetitum esset. Cassiodor. *refert lib.6. Etymol. c.9.* Romanos jussisse ne ferreum graphium quis haberet, nec Cæsar Gallorum aliquos prius in fidem recepit, quàm obsidibus traditis, omnibusque armis ex oppido collatis. Cæs. *lib.2. de bell. Gall.* Philistini quoque caverant, ne Hebræi gladios aut lanceas fabricarent. *1.Reg.*
13. Quô intuitu arma olim publicis 52
in locis custodiri solita, & inde bellô ingruente vicissim depromta fuisse multis argumentis ex Livio, Plutarcho & Tacito probat Arnis. *de jur. Maj. lib.2. cap.5. n.7.* & Cic. *in orat. pro Rabir.* vid. Regner. Sixtin. *de Regal. lib.2. cap.1. n.13. & seqq.* Si quis autem contra prohibitionem arma deferret, ea perdere debet ultra pœnam legis vel Statuti. Br. & Alex. *in l.1. ff. ad L. Jul. de vi pub.* Jas. *in §. ex maleficiis. n.81. Inst. de Action.*
Fr. Vivius *d decis.287. n.4.* Et porrò 53
etiam peregrini, qui per aliquam ditionem iter faciunt, vel sub alienâ jurisdi-

risdictione pedem figere decreverunt, ad Civium mores & consuetudines locorum hâc quoque in parte se conformare debent. *Cap. 1. in pr. dist. 41. cap. qua contra. & ibi gl. in verb. Peregrini. dist. 12.* Ex quo Afflict. *in d. Constit. n. 24.* concludit, forensem, vetita arma portantem, pœnâ statutariâ non
54 minus teneri, quàm civem. Nihilominus tamen, si quis accesserit ex longè dissitâ, & contrariâ consuetudine utente provinciâ, ubi ob distantiam Statuta alienæ Reipub. discere non potuerit, ac suæ patriæ moribus præoccupatus, in perversam suspicionem non devenerit, excusandus meritò foret: imprimis si Statutô gravis pœna annexa fuisset, quæ dolum requirit in delinquente, qualis in ejusmodi forensi ob dictas causas ignorante verisimiliter non præsumitur, Bertazol. *cons. 46. n. 11. cons. 173. n. 3. lib. 1. cons. 308. n. 9. & seqq. lib. 2.* & ex eo Prosp. Farinac.
55 *prax. crimin. q. 108. n. 17.* Ideoque urbis Romanæ bannimenta portarum custodibus injungunt, ut peregrè advenientes hospitiumve petentes ad deponenda arma admoneant, Statutaq; urbis super hâc re in portis urbis & hospitiorum affixa habeant, ipsi alias debitâ pœnâ afficiendi. Quemadmodum & utique apud Italos neminem sive extraneum sive Civem, arma in urbes inferre sinunt, etiamsi rectà transire velint, sed ablata in unâ portâ in alterâ exituro restituunt, ut scribit Henning. Arnis. *de jure Maj. c. 5. n. 9.* Quod tamen meo peregrinationis tempore, præsertim cum extraneis & Germanis, minimè practicatum observavi. Vid. Arnold. Clapmar. *lib. 2. de arcan. rerumpub. c. 6. & 7.* Camer. *cent. 1. hor. succis. cap. 47.* Guid. Pancirol. *lib. 1. rer. memorab. C. de armament.*
56 Sic Edictô Regis Galliæ Anno 1588. interdictum, ne quis Lutetiæ cultrum gerat acutum, seu cum mucrone scutum seu clypeum, ensem, aut arma, sub pœnâ carceris, fuitque hoc Edictum sæpius repetitum in Galliâ & prohibitum sub gravissimis pœnis, extra causam militiæ armatos incedere, plura exempla recenset P. Gregor. Tholos. *lib. 25. de Repub. c. 9. n. 6.* Si autem ho- 57
diè homines in quâlibet civitate arma ferant, non tamen dici potest, hôc usu abrogatum esse jus commune; cùm hæc potius dicatur tolerantia quædam Principum ad certum tempus, non autem consuetudo, ut in specie sentiunt Aym. Cravett. *d. consil. 314. n. 5.* Menoch. *de arbb. jud. qq. lib. 2. Cent. 4. & Cons. 394. n. 49.* Nil tamen prohibet, quin 58
& contrariô statutô juri communi derogetur: quemadmodùm apud Helvetios lege cuivis eorum injunctum est gestare gladium. Bodin. *lib. 4. de Repub. Cap 7.* quam legem ita strictè observant, ut sæpè gladium non deponant, cum vaccas mulgent. Besold. *in Polit.* Seqvuti scilicet Parthorum morem, de quibus testatur Josephus *lib. 18. antiq. Judaic. cap. 3.* eos nunquam discinxisse gladios. Et Persas quoque indiscretè in conviviis, & solennitatibus gladio alligatos conspici, testis est Ammian. Marcellin. *lib. 23.* vid. Ludov. Horneck de Jure Postar. *c. 15. p. 150. & seqq.*

Sic de jure Statutario Lubecensi, 59
quilibet civium sibi in tempore de propriis prospicere armis tenetur. *art. 1. lib. 1. tit. 2.* ibique Dn. Mev. *Statut.* ibi: **sondern soll zu seiner Wehre stehen.** Ac laudanda in hoc Reip. nostr. patriæ & quarundam Civitatum (ut hæc obiter moneamus) recepta constitutio, cujus vigore nemo in ordinem Civium recipitur, nisi de propriis armis Judici fidem fecerit, nec non ad armamentaria instruenda pro conditionis qualitate quid contulerit. Vid. Joh. Sibrand. *p. 1. Jur. Lub. sect. 28. n. 21. 22. & seqq.*

Et quamvis Venetiis, Senis, Lutetiæ, Biturigibus & aliis Italiæ & Galliæ locis, peregrinantibus Germanis, vigore privilegiorum specialium, arma gestare liceat; non tamen permissum 60
est ea gestare in palatio Regio, quod dicitur vulgò **Palais**. Decian. *tr. Crim. lib. 8. cap. 3. n. 61.* Bald. *in summ. & ult. notab. in cap. 3. §. ad Palatium. de pac. tenend.* Ubi de Palatio Florentino idem asse-

61 asserit. Et singularis privilegii locô habetur, quòd Professoribus, Doctoribus, & eorum ministris, sicut & multis Senatoribus Germaniæ, armorum gestatio quovis locô & tempore concessa sit. *l. fin. C. de Præpos. sacr. Cubic.* ubi Illustribus viris, quorum explorata fides erat, usus armorum concedebatur, cùm hoc ad implendum eorum desiderium & ad nullius læsionem respicere videatur, ut ibid. ait Imp. Anastas. Br. *in l. Medicos. C. de Profess. & Med.* Decian. *d. l. 8. cap. 3. n. 53.* Fulv. Pacian. *lib. 2. de probat. cap. 41. n. 158.* Natt. *cons. 1. vol. 1.* Joh. Camman. *de jur. Maj. disp.*
62 *polit. Jur. 3. th. 65.* Sic & in Statutis multarum Academiarum Germaniæ prohibetur Studiosis, ad militarem morem, *tit. de pac. ten. & ejus violat. 27. feud. 2.* coràm Rectore Magnifico, Senatu, Præceptoribus, vel in Judicio armatos comparere; quamvis hoc ita exactè à multis refractariis non observetur. Plura de gladio honoris & oneris vid. ap. supr. allegat. Horneck. *d. l. p. 256. & seqq.* Sed, ne nimium à thesi digrediamur, hoc superius adductis annectere libet, quod Br. *ad l. 1. ff. ad L. Jul. de vi pub.* (qua *l. 1. & seq.* Excipiuntur 2. Arma Commercii causâ parata, quæ habens non incidit in hanc L. Jul. de vi publica) scribit, Constitutionem scil. prædictam Justiniani *in No-*
63 *vell. 85. c. 1.* de armorum commercio interdicto, à consuetudine receptam non fuisse; & jure ff. arma vendi licuisse, latissimè probat. Non enim hodiè Fabricenses aut armifactores eligi videmus. Benev. Strach. *de mercat. p. 4. n. 10.* nec Germaniæ libertas armorum prohibitionem tolerat. Mev. *d. l. n. 42.* Sicuti nec amplius pœnam docentium barbaros artem exstruendi naves, quod olim de jure Rom. prohibitum fuit. Vid. Loccen. *de jur. mar. lib. 1. cap. 2. n. 3.* At utinam similis lex Germanis nostris lata fuisset, aut adhuc hodiè ferretur, ne vel arma, vel quicquid ad arma pertinet, hostibus nostris venderetur, latiores fortè Imperii fines, angustiores verò hostium vires essent. vid. Vernulæ. *lib. 2. Inst. Polit. c. 4.*

VIII. Nulla potest nec debet insti- 64
tui mercatura & nundinatio dignitatum, præbendarum & munerum Ecclesiasticorum, seu secularium; quâ quis pretiô venali, in petitione publici officii, honoris seu dignitatis, quovis modô obrepere studens, dignis & habilibus præferatur. Menoch. *cas. 401. l. 1. ad l. Jul. de ambit. Nov. 6. c. 1. §. 9. & Nov. 8. c. 7. Nov. 123. c. 16. Sirac. c. 7. 4. 5. 1. Timoth. c. 6. l. si quenquam. C. de Episc. & Cler.* P. Gregor. Tholos. *lib. 4. de Repub. c. 5.* Decian. *lib. 5. Crim. c. 77.* & reliqui allegati ab Althus. *lib. 1. Dicæol. cap. 133. n. 4.* quibus adde Joh. Bodin. *lib. 6. de Repub. cap. 2. pag. m. 1018.* Incipit: Omnium tamen sordidorum Mercaturæ generum, quarum multa ac varia sunt, nullum sordidius, nullum turpius, nullum detestabilius, magistratuum & honorum mercaturâ &c. Et *lib. 1. cap. 4. p. 854.* Vide Joh. Angel. à Werdenhagen in Synops. ad Bodin. *lib. 6. c. 2. quæst. 15.* Quales mercatores potestatum vocantur. Decian. *d. l. n. 5.* & Simoniaci illi, qui emunt & vendunt ecclesiastica & divina dona bonaque, putà indulgentias &c. non verò, qui in rectè reformatis Ecclesiis 65
Canonicatûs, præbendas, & beneficia sibi comparant; nam hos propriè Simoniam committere nolunt nostrates Theologi. Sicut & ipse D. Luther. *Commentar. 23. Cap. sub Genes.* attestante Facultate Theologicâ Marpurg. in Respons. singulari, oder bedencken / ob im Heil. Röm. Reich / die Ertz / Hohe / und andere Stiffte in ihrem Esse und Wesen zu erhalten? Huic autem Regulæ ma- 66
ximopere adversatur perversa Regni Galliæ consuetudo, quâ hâc officiorum & dignitatum venditione seu potius venalitio nihil frequentius & receptius conspicitur. Hæc autem tem- 67
pore Ludovici IX. alias Sancti, ob ipsius è manibus Saracenorum liberationem, originem duxit, verùm tantâ cum ignominiâ & vicinorum populorum maledictis & exprobratione, ut, attestantibus Flandriæ annalibus, cùm Philippus Pulcher Canonisationem seu relationem inter Divos, alias

optimi

optimi hujus Regis apud Pontificem maximè urgeret, Bonifacius VIII. hunc actum, ut difficultatis plenum, diu recuſaverit; idque nullam aliam ob cauſam, quàm quòd primitus hanc officiorum venundationem, cum tantâ familiarum pernicie permiſerit. Le Bret. *de la Souuer. du Roy, liv.2. chap.5.* Ea ipſa poſteà ſub Ludovico XII. magnum incrementum, ſub Franciſco
68 verò I. complementum accepit, venalitio expoſitis, non tantùm Quæſturæ, ſed & Juſtitiæ judiciorumque officiis. Bodin. *d.c.2.* imò hodiè ipſis
69 etiam Profeſſorum Cathedris. Turpius Adrianus VI. Pontifex, qui non modò magiſtratus & Imperia, ſed etiam ſacerdotia, ante 100. & quod excurrit, annos, ſub haſtâ venire paſſus eſt; ac jam viginti millia ducatorum à Pontifice Cremonenſi acceperat, cùm bellum ſacrum excuſaret. Decreverat etiam in ſingulas familias Eccleſiæ Rom. aurei nummi dimidium imperare; cujus καπηλικῆς ſumma ferè 220000. ducatorum conficiebat; Guic-
70 ciardin: Hanc mercaturam Pontificiam fuſius exaggerat Luc. Oſiand. *in Apocalypſ. cap.18. in verbis: Et mercatores terræ de virtute deliciarum ejus divites facti, dum* ait: *Quemadmodum multi mercatores magnas opes acquirunt ab illis divitibus, qui luxui & variis deliciis dediti ſunt: Ita Romanenſes mercatores, qui merces malas Romani Pontificis diſtrahunt, magnas divitias ſibi & Pontificibus comparant. Nam per avaritiam fictis verbis negociantur, & hominibus ſimplicioribus pro bonâ pecuniâ merces pravas hactenus vendiderunt. Venales enim fuerunt Pontificibus & eorum miniſtris (Mercatoribus Eccleſiaſticis) Indulgentiæ, diſpenſationes, Ordinationes, Preces, ſuperſtitioſa opera, Epiſcopatus, Cardinalatus, Pallia pro Epiſcopis; deniq́; ut Poëta* Mantuanus ait, *Cœlum eſt venale Deusq́. Hanc Simoniam DEUS diutius tolerare non poterit. Quia iſti mercatores non tantùm fraudibus ſuis ſimplices homines ſpoliant, verùm etiam Deum in cœlis irrident.* Huc usque Oſiander *d. cap.18. Apocalypſeos.*

Cui adde nuperr. Nob. & Pl. Rev. D. Hoe ab Hoenegk *Comment. ad d. c.18. ſparſim.* Quibus omnibus licet qui- 71
dem abblandiatur auri ſacra fames, rationum tabulis fidem facientibus, XX. annis Regem Galliæ ex officiorum venditione 39. milliones librarum accepiſſe Borer. *lib. 2. hiſtoir. de dern. troubl.* naturæ tamen quodā ductu hoc eſt conſequens, ut tàm prodigioſô 72
mercimoniô probis antelati nequiſſimi, prudentibus imprudentiſſimi, doctis indoctiſſimi, ex Juſtitiâ faciant rem promercalem. Cùm, quæ emeris, vendere, juris gentium ſit. Sicut enim lanii bovem optimum unô pretiô emtum, in macello per partes venditant; ita magiſtratus unô comparatur pretio, & ejus adminiſtratio, poſteà ſingulis jus poſtulantibus tot pretiis ſine ullo conſcientiæ ſcrupulo divenditur. Fr. Hotomann. *in Franco Gall. c.27.* Hanc nundinationem antiqui- 73
tus abolevit Conſtantinus *in l. unic. C. de perfectiſſ. dignit.* Et quoad Judicum officia *in Nov.8.* ut Judices ſine quoquo ſuffragio fiant, *& per l. ult. C. ad l. Jul. Repet.* ibi: *Ad hujusmodi honoris inſignia non ambitione vel pretiô, ſed probatæ vitæ & doctrinæ teſtimoniô accedendum eſt.* Et Lamprid. de Alexandro Severo Imp. *Honorem juris*, inquit, *& gladii nunquam vendi paſſus eſt, dicens, neceſſe eſt, ut, qui emit, vendat. Ego non patiar mercatores poteſtatum; quos, ſi patiar, damnare non poſſum. Erubeſco enim punire illum hominem, qui emit & vendit.* Prolixius, quid de hâc arte 74
injuſtitiæ Inſtitoriâ ſentiendum ſit, recitat Thuan. *lib.132. ad ann. 1604. fol. 1052.* Barclaj. *in Euphorm. Satyric. & in ſuo Icone animor. cap.15.* Carol. Molin. *ad conſuet. Pariſ.* §.*1. gl.5. n.63. & tit.2.* §.*74. gl.2. n.184. Et tract. de divid. & individ. fol.509. n.578.* ubi de ejusmodi nundinatione officiorum & inexpertis emtitiis judicibus inter cætera ſcribit, huic quæſtuariæ venalitati turpiter proſtitutas jacere dignitates ipſas Judiciales, etiam plebeculæ deſpicabiles; nullum enim tàm vilem cerdonem, vel coqvum eſſe, qui non ſperet, ſe filiumve

lium've suum, etiam Senatorem vel Præsidem Parlamenti fieri posse, aut Abbatem vel Episcopum, si pecunias undecunque corrasas numerare possit. Quis dubitat ruituram, aut potiùs collapsam Rempub., in quâ quid virtute fieri debet, id hâc non tentatur (quod execrabatur Cicero) sed illicò fit pecuniâ. Et graviter in hunc nefarium & cauponarium magistratuum quæstum invehunt Guilielm. Benedict. *in c. Raynutius. verb. duas habens. n.55. de Testament.* Corras *in l. un n.4. de off. Coss.* P. Greg. *in Syntag. jur. lib 25. c.11. n.7. & lib 36 c.29 n.20. & lib.9. de Repub. c.1. n.35* dicens, nihil pejus posse accidere Reipub. eâ negociatione, vid. Loc. Quid enim miser populus non patitur ab his, qui non virtute partâ, sed nummulis emtâ dignitate superbiunt? ait Casp. Bart *tr. de decim. tut. Hisp. jur. præstand c.1. n.30.* Adam Kell. *lib.2. de off. jur. Pol. cap. 20.* Ventur. de Valent. *lib.2 Parrhen. litig. c.10. n.18.* Mr le Bret. *d. c.5. liv.2.* inter alia dicit, *C'est une ruine des plusieurs familles, un desespoir des Peres: qui au lieu de recevoir [illegible] Dieu le nombre d'enfans qui Dieu leur donne, sont contrainct de dire avec.* Tertullian. *lib.1. ad uxor.* liberorum voluptatem nunc amarissimam esse. Et paulò post. In summa *Comme Homere Iliad.5. nomme le vaisseau dans le quel Helene fut enleuee ἀρχεκάκον, pour ce que de la toutes sortes des maux arriverent à la Grece, nous pouuons aussi donner ce mesme nom à ceste ve-*
75 *nalité des offices en France.* Quanquam non minus falluntur, qui putant, magistratûs, quos pretiô mercati sunt, honori sibi futuros; quam si aureis alis, quas Euripides opinione sibi finxit, volare se posse putent; cùm ex eâ materiâ, quâ nihil gravius esse potest, id quod levissimum esse oportuit, conflaverint. Bodin. *d. lib.5. cap.4.* huic adde Ludov. Horneck. *de Jure postar. c.10. Theorem.3. lit. A. lit. B. & seqq. &* Klock. *de ærar. lib.2. c.109.*
76 IX. Ad interdictarum mercium genus referri debent Venena, & omnia naturali temperie suâ vitæ humanæ inimica, quippe hæc ad proprium finem mercaturæ nullô modô pertinent. *per l.35. §.2. ff. de contrah. emt.* Lege Corneliâ *de sicariis* plectuntur omnes, qui venenum hominibus, necandi causâ vendiderunt. *l.28. §.9. ff. de pæn.* Dn. Petr. Theodoric. *p. m. Ordinar. Jenens. & olim hospes meus Academicus in Colleg. crim. disp 7. thes.3.* secus, si venenum adjectione alterius materiæ usui esse potest. *d. l.35. §.2. de contrah. emt.* Cur autem venenatarum 77
rerum venditiones mercatoribus interdicantur, ratio in promtu est, quia veneni in se considerati nullus est respectu hominis bonus usus: quod si autem fuerit secundum *d. l.35.* adjectione alterius materiæ aliquis, tunc existimârim, hanc speciem mercis manibus duntaxat Pharmacopolarum & 78
Medicorum à negociatoribus esse committendum: ii enim admixtione aliarum herbarum aut succorum veneni vim retundere, & ad usus salutares multò, quàm mercatores, meliùs applicare norunt. Quamvis Rabbi 79
Aben-Ezra vocabulum Hebraicum רוכלים (rochelim) à rad. (רכל rachal) quod alii negociari, mercari, alii permiscere explicant, in sacris æquè de mercatoribus, quàm aromatariis & pharmacopæis intelligi doceat, allegans ad id locum *Canticorum 3. vers.6.* ubi dicitur: quæ est ista, quæ ascendit per desertum sicut virgula fumi, ex aromatibus myrrhæ & thuris, & universi pulveris pigmentarii. in Hebreo est, omni pulvere רוכל (rochel) negociatoris unguentarii. Vid. Joh. Steph. Menoch. *de Repub. Hebræor. lib. 7 cap.10. n.2.* Circa veneni præparati venditionem, ut hæc obiter addam, in benè constitutis Rebuspublicis, optimæ solent à providis rei Medicæ Provisoribus & inspectoribus ferri Constitutiones & Ordinationes. Quales 80
etiam in hâc nostrâ Repub. patriâ videre licet. **In der Apotheken-Ordnung der Stadt Lübeck** de anno 1606. *Cap 4.* **Vom Gifft/** verba sunt. *art.1.* **Gifftige** *Art.1.*
Artzeney und treibende gefährliche Kräuter/ sollen nicht gleich andern Materialien

lien öffentlich / sondern an einen besondern Ort in der Apothecken wol verwahret/und allein durch den Apothecker selbst/ oder seinen Haupt-Gesellen/wolbekandten / ehrlichen / unverdächtigen; frembden und unbekandten auff Caution verkauffet und gereichet / und alsobald in ein besonder Buch / was es für Arth gewesen/ auch des Käuffers Name / sampt dem Tage und Zeit eingeschrieben werden.

Art. 2. Zu welchen Gifften auch sonderliche Wageschalen und Instrumenta, damit man sie tractiret, gebrauchet werden sollen / diesem allem sollen sich auch die Materialisten / in verkauffungen der Gifften / und dergleichen zu verhalten schuldig seyn.

Art. 3. Den Wurtzel- und Kräuter-Weibern soll bey harter Straffe verboten seyn / Niesewurtz/ Seidelbast / Treibwurtz/ Segelbaum und andere treibende gefährliche Stücke zu verkauffen.

31 X. Ultimò denique prohibitum illud mercimonium, quod luxui subditorumque pernicici inservit. vid. Joh. Gryphiand. *de Insul. c. 25. n. 87. & seqq.* & Ahasv. Fritsch. *de Jur. & Immun. Nundin. cap. 6. n. 23. & seqq.* *Le quel est le. Principal moyen d' apouurir un Estat; commelespeleries perfumes exquis especeries peu necessaires, & les estoffes les quelles ne servent qu' a la pompe & bombanoe &c. dicit le Conseiller d' Estat chap. 41. p. 216.* prout sæpius hoc ipsum in tractatu nostro
32 innuimus. Hinc facilè constabit (ut hæc colophonis locô addam) quid de florum quorundam, qui vulgò Tulipani dicuntur, commercio vano, fluxo, luxuque pleno, quod ante aliquot annos in Bataviâ frequentatum, viri prudentes & Reipub. bono inservientes, sentiant. Describit autem hanc fragilem & mirabilem mercaturam Meteranus novus, nuper Ambsterodami editus sub Anno 1637. *lib. 55.* sequentibus verbis:

Demnach nun etliche Jahr anhero ein unglaublicher Handel mit den Blumen / welche man Tulipanen nennet / ist getrieben worden/ und aber endlich umb diese Zeit auff ein Lami ist außgelauffen/ muß ich derselbigen mit wenigen gedencken/

Ob nun zwar diese Blum noch Geruch noch Geschmack hat/ und auch sonsten zu nichtes zugebrauchen/so ist sie doch wegen ihrer Schönheit und vielfältigen Farben / mit deren ungläublichen Verenderung die Natur gleichsam spielet / dermassen in diesen letzten und mit allerley üppiger Wollust überhäuffeten Zeiten in Achtung kommen / daß die schönsten und lieblichsten / die schöne Verenderung der Farben hatten/ für ein ansehenlich Geld von reichen Leuten gekauffet und verkauffet worden; Doch ist diese Kauffmanschafft hin und wieder in den grossen Städten in Holland von wenig Personen geübet worden / biß daß endlich für ein paar Jahren allerley Leute sich zu diesem Handel haben begeben / dadurch die Sache soweit sich verlauffen / daß endlich zu Ende des verwichenen / und anfangs des 1638. Jahres die Blumen überauß hoch gestiegen / und in ihrem Werth nach der Proportion / das Silber / Gold / Perlen und Edelgestein weit übertroffen / Es seind aber nicht allein ein unzehlicher Hauffe gemeiner / sondern auch viel reicher Leute mit dieser närrischen Kauffmanschafft eingenommen gewesen / daß auch die Weber ihre Webstühle / und alles was sie haben gehabt / zu gelde gemachet und an die Blumen gelegt / viel haben schöne köstliche Häuser / treffliche Landgüter/ und alles waß sie gehabt / verkaufft / auch grosse Summen Geldes / welche sie auff interesse außgeliehen/wiederumb eingezogen und an diese Kauffmanschafft gewendet / eine jegliche Blume/ die etwas besonders von Farben gewesen/ hat man mit einem besondern Namen genennet/ unter welchen dergleichen Gattung begriffen waren / eine Blum/ welche von den Blumisten Semper Augustus genennet wird / ist für drey Jahren für 2000. Niederländischer Gülden/ oder 800. Reichsthaler verkauffet worden/ war umb diese Zeit für kein Geld zu kauffen; Weil/wie man sagt / nur

zwo solcher Blumen / eine zu Ambsterdam / und die ander zu Harlem fürhanden waren / da man hat unterschiedliche Blumen für etzliche 1000. fl. verkauffet / so daß es sich ließ ansehen / daß die Kauffmanschafft unendlichen Gewinn bringen würde / Die Blumisten hatten hin und wieder in den Städten / in gewissen Herbergen ihre Zusamenkunfften und Collegia, ihre Secretarios und ihre Gesetze / nach welchen sie sich pflegten zu reguliren / und wann Uneinigkeit oder Mißverstand sich unter ihnen enthübe / so vertrugen sie sich in beysein etlicher Schiedesmänner / welche darzu verordnet würden / In Summa / es war eine solche Kauffmanschafft / das man nimmermehr von Schaden hörete / sondern ein jeglicher hatte Gewinn / und wann auch eine Blume schon hundertmahl verkauffet wurde; Darneben war es auch so eine blinde Kauffmanschafft / daß manche Blum an dẽ 20.30ten. verkauffet würde / deren keiner die Blume jemals gesehen; über dieß so würden auch die Jenigen zu Blumenhändlern und Kauffleuten / die schier nicht einen eigenen Pfenning hatten / und wol bisweilen blutarme Bettler waren / Wil geschweigen / daß auch in der Handlung kein Geld umbgieng / sondern alles auff Borg und Liefferung in der Blumzeit / welche irgend ein vier Wochen wehret / daß die Tulipanen blühen / gekauffet und verkauffet würd / unterdessen gab es guten Weinkauff für die Zechbrüder / und so mannichmahl eine Blume verkaufft würde / so mannichmahl muste ein Schlamp seyn / so daß die Herbergen und Wirtshäuser dieses Blumenhandels sehr wol genossen / Jederman bemühet sich mit diesem Handel / Alt und Jung / Frau und Mann; Baur und Edelleute; Bothen / Schiffleute / Schiffknechte / Fuhrleute / Torff- und Holtzträger; Ja die Schorsteinfeger selbsten liessen ihre Stange und Besen im Schornstein hangen / und handelten / Es wurden dazumahl wunderliche und unzehliche Grillen erzehlet / die Abentheurliche Imagination der Floristen oder Blumisten betreffende die so frembde Schlösser in der Lufft gebauet: Muß umb Kurtzweil für den Leser etliche hieher setzen / Ein Florist hatte schöne Güter verkaufft; und nach seiner Meynung und Hoffnung / auff zukünfftige Liefferung ziemlich Vortheil mit den Blumen erschnappet; Dieser fieng an mit seinem Weibe / wegen seines zukünfftigen Standes / wie sie sich doch beyderseits darinnen solten zuverhalten haben / zu berathschlagen; Die Sache kam soweit / daß sie beschlossen / ihre Nahrung fahren zu lassen / ein köstlich Hauß zu kauffen / und sich von der schlechten Leute Gemeinschafft zu den trefflichsten und fürnemsten Leuten in der Stadt Kund- und Freundschafft zu kehren; Weiter / so wolten sie auch eine Kutsche halten mit 2. Pferden / umb bey schönem Wetter spatziren zu fahren / kunten aber wegen der Farbe und Haar der Pferde nicht einig werden / in dem der Mann 2. schwartze Hengste und das Weib 2. apfelgraue wolte haben / In Summa / es kam soweit / daß ein grosser Zanck zwischẽ ihnen entstund / und sie in vier Tagen einander nicht zusprachen / der Man auch entlich / wolte er Ruhe haben / dem Weibe zwey appelgraue Hengste zu kauffen muste zusagen.

Ein ander hatte eine grosse Dispute mit seinem Weibe / als er des Nachtes nicht schlaffen konte / und dieselbe auffgewecket hätte / wie er doch seinen grossen zukünfftigen Gewinn auffs beste möchte anlegen / Er wolte das Geld auff Interesse dem Lande dar leihen / und sie wolten dagegen schöne Häuser kauffen oder bauen / welches so lange wehrete / biß der Mañ seines Weibes Vorschlag approbirete. Man erzehlet auch von einem der auff der Keysers Gracht zu Ambsterdam ein schönes Hauß auff die Italiänische Manier gebauet gesehen / daß er etliche Authores, als den Marolois, und andere / die von der Architectur oder Baumeisterey geschrieben gekauffet / damit er also mit gutem Fundament von seinem zukünfftigen Blumengewinn ein dergleichen Hauß auff die Italiänische Manier möchte auffbauen / Man sagt auch von einem / daß er einen Garten voll Tuli-

Tulipanen gehabt/ für welchen / mit den Blumen/ in 70000. fl. seynd gepræsentiret worden; hab aber dieselbe nicht annehmẽ/ sondern seinen Garten mit Blumen behalten wollen. Item, daß in einer Stadt in Holland allein vielmehr dann ein Million Goldes an Blumen sey verhandelt worden; Was nun für Practiken/ Betriegerey und Vervortheilung unter dieser Kauffmanschafft ist fürgelauffen / kan ein jeglicher leicht gedencken / der die Sache nur ein wenig erwegt; Gestald viel weisen Leuten die Sache nicht wol angestanden / und sie derhalben sich mit diesem blinden Handel nicht bemühen wollen. Als nun die Sache auffs höchste kom̃en/ nnd die Blumisten in ihrem grossen Gewinn gleichsam ersoffen waren / so ist dieser Blumenhandel so gahr unversehens übernhauffen gefallen/ daß die Blumen / welche zuvor ein grosses Geld gegolten/ gäntzlich in Abschlag kommen/ und sich ein Jeder zu seiner alten Nahrung begeben müssen; Dann Dienstags den 3. Februarii, des Tages nach Lichtmeß / seynd etzliche Floristen zu Harlem in einem Wirtshause bey einander gewesen/ mit einander nach ihrer Gewohnheit zu handeln/ allda eine Blume võ 1250. fl. biß auff 1000 fl. im Verkauffen ist abgeschlagen; welches alsobald in der gantzen Stadt / gleich als ein lauffendes Feur ist ruchtbar worden / und einen solchen Schrecken unter den Blumisten verursachet / daß sie den Muth fallen lassen/ und der Handel gantz übern hauffen gangen / Dieser Ruff ist geschwinder als jemand gedencken möchte / durch die andere Städte in Holland gelauffen / so daß jederman den Handel lassen fahren/ und der Handel mit grosser Schande und Spot ein Ende genommen; Doch haben ihrer viel / welche viel Blumen für einen hohen Werth verkauffet/ und also grosses Gewinnes gewärtig gewesen/ dieser Unordnung fürzukommen/ und / wo nicht alles / doch etwas zu erhalten sich bemühet / Gestald dann eine gute Anzahl auß ihrem Mittel sich zu Ambsterdam den 24. Februarii beysammen gefunden/ und weil sie gemercket/ daß durch die grosse Unordnungen und Inconvenientien / welche bey diesem Handel fürgelauffen/ der Sachen nicht wol zu helffen/ nachfolgendes Mittel fürgeschlagen; Auff dato den 24. Februarii 1637. seynd wir gecommittirte Blumenhändler der Städte Harlem/ Utrecht/ Alckmar/ Leyden / Rotterdam / und wegen der Städte Vianen, Hoorn, Enckhuisen und Medemblick/ welche sich den meisten Stimmen unterworffen / Gevollmächtigte/ auff empfangene Missiven / allhier zu Ambsterdam erschienen/ umb den Blumenhandel betreffende / gute Mittel zu benahmen/ und allen Mißverstand/ welcher wegen überauß grosser Steigerung der Tulipanen unter den Blumenhändlern entstanden/ auffzuheben/ damit also der grosse Schade/ ja euserste Ruin, dessen gemeine Handelsleute / insonderheit aber die Jenigen/ die sich erst neulich darzu begeben/ möchte verhütet werden/ und haben endlich / unangesehen die Blumisten zu Ambsterdam sich hierzu nicht verstehen wollen/ und solches zu approbiren gewegert / noch unterschiedlich fürgeschlagen / uns folgender massen mit einander vertragen / Als nemlich/ daß alle Contracten biß auff den letzten Novembris inclusivè des 1636. Jahres wegen der Tulipanen auffgerichtet / sollen unverbrüchlich gehalten werden; Die Contracten aber/ die hernach geschehẽ solten/ dem Käuffer mögen nachgelassen werden/ doch mit der Condition, daß er dem Verkäuffer 10. pro Cento bezahlen. Also geaccordiret im Ambsterdam / und von gemelter Städten gecommittirten unterschrieben / de dato ut suprà, P. Backman, Notarius Publicus.

Es hat aber dieser Accord nichtes helffen wollen/ und ist der Blumenhandel je länger je verächter worden; unterschiedliche Blumisten haben auch bey den Städten von Holland und Westfrießland ins Gravenhaage angehalten/ das man doch die Jenigen/ welche sich zu keiner Bezahlung wolten verstehen / ins Recht möge ziehen / und sie durch rechtlichen Außspruch zur Bezahlung zwingen/ dann die Obrigkeiten in den Städten über diesen Handel/ als über eine unnütze betriegliche Kauffmanschafft/ kein Recht

 wolten

wolten sprechen/dargegen waren andere/ welche den Herren Staaten demostrirten / daß es so ein verwirtes und unnützes Werck/ darauß nicht wol zu kommen wehre; Hierauff haben die Staaten von Holland und Westfrießland / nach dem sie die Sache dem Provincialen Rath ins Gravenhaage ad examinandū übergeben/und ihr advis wiederumb entfangen/ nachfolgendes Edict lassen publiciren.

Die Staaten von Holland und West-Frießland / haben auff die ihrer Edelen Großmügenheit von den Principalesten Interessirten an der Pflantzung / Fortzielung und Verkäuffung der Tulipanen residirende in den meisten Städten dieser Provintz, als Harlem/Leyden/Ambsterdam/ Alckmaer / Hoorn und Enckhuisen gepræsentirte Supplication, nach empfangener Relation des Herren Præsidents und der sämptlichen Räthe des Provincial-Raths dieser Provintz für gut ansehen / und geresolviret/ nicht ehe wegen dieser Sache zu disponiren / und etwas gewisses zu ordiniren / biß das J. E. Großmügenheit/und obgemelter Provincial-Rath / wegen des Ursprunges/ und der von Zeit zu Zeit verlauffenden Steigerung der Tulipanen/ des unversehenen Falles deroselben/ der Diversität der auffgerichteten Contracten, und alles des jenigen/ das davon dependiret / und der Anzahl der Contrahenten in den respective Städten/ vollkommenen Bericht werden eingenommen haben; welche dann am allerbequemesten nach J. E. Großmögenheit Meynung von wolgemelter respective Städten Obrigkeiten wird können geschehen/die hiermit die Parteyen Contrahenten soviel müglich zu vereinigen/ oder aber die darüber genommene Information dem gemelten Provincialen Rath über zuschicken ersuchet werden/ Mitler weil werden die geinteressirte Verkäuffer der Tulipanen / nach gethaner schuldiger Insinuation, daß die Käuffer selbige sollen empfangen / im Fall sie selbiges nicht thun wollen / zu deroselben Gewinn oder Verlust zu behalten oder zu verkauffen / umb sich hernacher an denselben Käuffern / wegen des erlittenen Schadens zu erholen / im Fall für billig und recht wird befunden werden / daß gemelte Contracten zwischen Kauffer und Verkauffer auffgericht/ihrem Fortgang sollen haben/ Bleiben also unterdessen alle weitere Contracten der Tulipanen in suspenso & sine præjudicio, Actū ins Grafenhaage / den 27. April. 1637. Auff ordinantz der Herrn Staaten. C. von der Wolff.

Dieweil nun auff dieses der Herrn Staaten von Holland und Westfrießland gepublicirtes Edict man nicht vergewissert war / insonderheit wegen der angehengten Clausul, wie es noch möchte mit dem Handel ablauffen / so ist anders nichtes außgerichtet worden/ als daß viel die Bezahlung abgeschlagen / und von keiner Liefferung hören wollen; Viel / welche sich des Handels gantz und gar haben wollen entschlagen / haben sich mit ihren Parteyen vertragen; etliche haben 5. pro Cento, etliche 6. etliche 10. etliche mehr/ etliche weniger bezahlet/ hierbey ist es dieses gantze Jahr geblieben/ und auch nichtes weiters außgerichtet worden / Huc usq; Continuatio Meterani novi.

Atq; hæc sunt, quæ de mercibus, earumque exercitio, hoc locô adducere voluimus; qui verò Catalogum variarum mercium, quæ ex Europâ vel aliis mundi partibus, in tractum Belgicum importantur, & hinc in alias partes & terras evehuntur, videre desiderat, cōsulat Ludov. Guicciard. *in descrip. Antwerpiæ. p. m. 230. cum seqq.* Item Catalogū pretiosissimarum mercium omnis generis, quæ in Tyri emporium celeberrimum à variis populis importatæ fuerunt. vid. ap. Amand. Polan. *in analys. c. 27.* Ezech. *p. 519.* Et enarrationem mercium, quibus naves onerari solebant de Jure Civili, vid. ap. Fr. Stypm. *de re naut. p. 3 Cap. 6. n. 46. & seqq.* Quasnam merces classis Salomonis, quæ in Tharsis (alii in Ophir. *Job. c. 28. vers. 16.* quæ putatur esse Peruvia Caroli. V. auspiciis detecta. Unde aurum dictum est Ophirizum. Job. *d. c. vers. 16.* & Contr. Obrizum. Reinec. *in method. hist. fol. 3.* Gothofr. *ad Edict. Justin. XI. in pr.*) navigabat, referret in Palæstinam, vid. ap. Jo. Steph. Menoch. *de Rep. Hebr. lib. 7. cap. 10. n. 4. & 5.* Et quarum rerum mercaturam exerceant Hebræi. *n. 6.*

83 84 85 86 87

CAPUT

CAPUT II.

De

Jure singulari Mercium quoad oppignorationem & Prælationem seu Jus Prioritatis.

SUMMARIA.

1. *Mercium Singularia in quibus consistant.*
2. *Invecta & illata in prædium urbanum tacitè pignoris locô sunt obligata.*
3. *Quænam ratio tacitæ hypothecæ rerum illatarum.*
4. *Merces venales invectæ & illatæ sunt exemptæ à tacitâ obligatione, & num. 9. 10.*
5. *Nautæ an in navi pro servitio competat hypotheca?*
6. *An, qui in navem armandam aut reficiendam credidit, jus tacitæ hypothecæ habeat?*
7. *De Jure Sax. an merces cum taberna sine approbatione Magistratûs oppignorari possint.*
8. *An immobilia de Jur. Sax. Mercatores sibi invicem oppignorare possint?*
9. *An sub tacita obligatione comprehendantur res mobiles & per conséq. Merces n. 4.*
10. *Merces propriæ substantiæ partem non constituunt, sed de manu in manum transferuntur.*
11. *Usufructu legatô non comprehenduntur Merces.*
12. *Merces specialiter possunt hypothecari.*
13. *De Oppignoratione Mercatorum vulgò Bodmerie. remiss.*
14. *An Mercatores ratione mercium cæteris Creditoribus hypothecam habentibus in ipsis mercibus venditis præferantur?*
15. *In concursu Creditorum quorum Jura potiora.*
16. *Quando Mercator in Mercibus venditis gaudeat privilegiô protopraxiâs. Ibid. Quid Juris si mox decocturo crediderit.*
17. *Pactô opus est, ut res venditæ specialiter obligatæ maneant.*
18. *Num Pactum, quòd merces venditæ sint obligatæ, in eodem instrumento, an post traditionem adjiciendum?*
19. *Creditor qui in unâ provinciâ credidit uni mercatori, debet præferri quoad bona illius provinciæ, omnibus aliis Creditoribus quoad bona alterius provinciæ.*
20. *Hoc quomodo limitatur.*
21. *An Domini locorum Jus aliquod Prælationis in mercibus Commestibilibus primò sibi antequam in Civitates deferantur, exhibendus, rectè adserant?*
22. *Statuta Italiæ: Quòd extranei non nisi cessâ die & locô victualia vendere & deferre possint.*
23. *Statuta Lub. & Hamb.* Daß Gast mit Gast nicht handeln könne.
24. *Inter hypothecarios solutio posteriori Creditori facta à prioribus Creditoribus de Jure Civ. potest revocari.*
25. *Merces Venales solutionis loco 4. septimanis antequam debitoris bona possessa posteriori Vigilanti Creditori traditæ, à prioribus non possunt revocari.*
26. *Si contrarium inter Mercatores observaretur, Commercia impedirentur.*
27. *Observantia Neapolitana in prædicto casu.*
28. *Hujus regulæ ratio Juris & æquitatis.*
29. *Statutum Reipubl. Genuensis in hoc passu.*
30. *Solutio in banco inter Mercatores validissima.*
31. *Inter Mercatores non esse præoccupationi locum, quomodo intelligendum.*
32. *Deponens Mercator ratione depositi præfertur omnibus hypothecariis Creditoribus.*
33. *Differentia Juris Civilis & Lubecensis hoc in puncto.*
34. *Frumentum emptum & depositum præfertur in concursu cæteris debitis hypothecariis.*

DE Mercibus in genere & in quibus hæc jura Mercatorum exerceantur, superius actum. Seqvuntur ipsa Mercium singularia, quæ consistunt vel 1. in oppignoratione, 2. Prælatione. 3. vectigalium remissione. 4. denique Confiscatione.
1

2 Quoad primum, certi & indubitati juris est, quòd invecta & illata in prædium urbanum, si sc. propria sunt, tacitè, pignoris locô sint obligata. *l. 2. 3. 4. 6. ff. in quib. cau. pign. vel hyp. tac. contrah. l. 5. C. eod. l. 4. ff. de pact.* Similiter obtinet pro vecturâ in rebus invectis & illatis in navi conductâ etiam cum privilegio prælationis aliorum creditorum anteriorum. Strach. *de Navib. part. 3. n. 49. per* Bart. & Neguz. *de pign.*
3 *in 4. membr. 2. pr. n. 169.* Quia ex dispositione legis præsumitur tempore locationis factæ ita convenisse inter locatorem & conductorem, ut inducta pro pensione essent obligata, *dd. ll.* Dissent. Stypm. *de jur. naut. p. 4. cap. 5.*
4 *n. 20. & seqq. item: n. 80. ibid.* Ab hac autem tacitâ obligatione exemtæ sunt Merces venales invectæ & illatæ in domum seu tabernam conductam, de jure Civili, quia non eâ intentione inductæ, ut ibi sint & maneant perpetuò. *per l. 32. ff. de pignor. l. 7. §. 1. ff. in quib. cau. pign. vel hyp. contr. l. 17. §. 7. ff. de act. emt. & vend. l. 32. §. 2. ff. de Usufr. legat.* Coler. *Process. execut. p. 2. c. 3. n. 8.* Cardin. Mantic. *de tac. & ambig. convent. lib. 11. tit. 4. n. 38. & tit. 15. n. 32. 35.* Cævall. *q. 781.* Did. Covarr. *lib. 2. var. resol. cap. 5. n. 2. & 9. in fin.* Alex. & Jas. *in l. tabernam 34. de pignor.* Negusanz. *tr. de pignor. 2. p. membr. 4. num. 165.*
5 quem allegat Covarruv. *d. l.* Nautæ, qui operas suas in navis ministerio præstitit, an in ipsâ navi tacita pro servitio competat hypotheca? Strach.
6 *part. 5. de navig. summ. 7.* Similiter, an, qui in navem armandam aut reficiendam credidit; jus tacitæ hypothecæ habeat, contra Peckium & communem Dd. opinionem negat Arnold. Vinn. *ad l. non autem. ff. de Exerc. act. lit. g. p. m. 99. & seq.* Secus, si expressum & speciale pactum de hypotheca accesserit, per *l. 5. ff. qui pot. in pign. l. 7. C. eod. Nov 97. c. 3.* Jure tamen Hamb. datur absque expresso pacto, hoc in casu beneficium tacitæ hypothecæ, *p. 2. tit. 4. art. 14. & tit. 5. art. 7. Stat. Hamb.* vid. infr. *c. 5. n. 14. hujus libr.* & plenius Stypm. *de Jur. marit. p. 4. cap. 5. num. 32. cum seqq.*

Num autem de jure Saxonico merces cum taberna, sine approbatione & consensu Magistratûs oppignorari possint? Q? Negare videtur Edictum Electoris Joh. Georgii, sub dato Dreßden 1. Febr. Anno 1614. ubi §. 4. his formalibus sancitum: **Anreichend aber zum Vierdten/die jenigen** Obligationes, so hypothecam rerum mobilium, **und was die Rechte** sub appellatione mobilium **verstehen/ in sich begreiffen/ soll gleichfals** ad evitandas fraudes **weder** Conventionalis Constitutio, **noch** Cessio **vor beständig gehalten werden/ es seyn dann solche** coram Judice competente, **wo ferne derselbe zu erlangen/ erfolget.** Ex quo non immeritò concludendum videtur, quòd hodiè in Electoratu, sine judiciali insinuatione mercium oppignoratio non valeat; veluti in specie JCti Witebergenses 20. Decembr. Anno 1617. responderunt; quod responsum vid. ap. Berl. *d. l. n. 15. & seqq.* ex sententiâ Lipsensium & aliorum. An autem hoc etiam in Immobilibus locum habeat, ita, ut mercatores sibi invicem extrajudicialiter non solùm mobilia, sed etiam immobilia oppignorare possint, *vid. infr. h. lib. c. 9.* sub Contractûs pignoratitii singularibus. Deinde Regula juris est; Quòd sub tacita universali bonorum oppignoratione comprehendantur omnes res mobiles & immobiles, nisi quas specialiter quis non sit obligaturus. *l. 1. C. Quæ res pign. vel hyp. tac. obl. non poss.* sub tali autem oppignoratione non puto contineri merces venales ad certum locum obligatas. v. g. Si quis obligasset bona, quæ in his domibus sunt. Covarr. *d. lib. 2. c. 5. n. 2.* Strach. *de Mandat. merc. in fin. n. 3.* Socin. *in l. qui Roma. 122. §. Callimachus. & ibi* Jas. *de V. O.* gl. *in c. auditis. in verb. ex post-*
7
8
9

postfacto. in fin. de Elect. Berlich. *1.concl.*
10 *71. n.60.* Ratio, quia ejusmodi res propriæ substantiæ partem non constituunt. Sed quæstûs causâ è manu in manum, receptô pretiô auctiore transferuntur. Gödd. *ad l.66. de V.S. n.5.* vid. P. Heig. *part.2. q.15. n.15. & seqq. per text. in l.73. §.4. ff. de Legat.3.* nam, quas quis ideò comparavit, ut ilicò distraheret, mercis magis locô, quàm suorum habuisse censendus est. *l.32. §.4. ff. de aur. & arg. leg. §. item Serviana. Inst. de action.* ibique Dd. Wurmbser. *pract. obs.*
11 *lib.1. tit.50. obs.4.* Hinc, usufructu omnium rerum legatô, non comprehenduntur ea, quæ mercis causâ comparata sunt, e.g. Lanæ cujuscunque coloris, item purpuræ, quæ in domibus erant, per text. *express. in l. generali.32. §.2. ff. de Usu & Usufr. leg.* & ibi Gothofr. *ad l. cum tabernam.34. pr. lit. J. ff. de pignor.* Nec obstat *d.l.34. ff. de*
12 *Pignor.* Hæc enim loqvitur non de generali, sed de speciali hypotheca; ubi nullum dubium est, quin specialiter possint hypothecari merces. *Dd. ad d.l. cum tabernam.* Et Covarr. *d.c.5.n.2.* P. Foller. *in additam. ad Marant. spec. aur. dist.9. p.4. n.109. & seqq.* Vid. plur. de hac mater. ap. Stracham *d.l.* & Borgiam Cavalc. *p.2. decis.5. n.9. 17. 18. 19. n.50. 51.* & sparsim, qui in contrariam inclinat sententiam, cum Jacob. Thoming. *p.2. decis.14.* Negusanz. *tr. de pignor. memb.2. p.2. n.14. & seqq. & 4. membr.5. part.* Ubi, in quibus casibus retentio mercium sit licita, tractatur. his add. Rot. Genov. *decis.67. n.6.* Hîc
13 & posset tractari de singulari mercatorum oppignoratione, quæ vulgò dicitur **Auff Bodmerey thun** / nisi perfectiorem ejus discussionem nobis reliquisset Fr. Stypm. in *tract. suo nuperr. posthumo de Jur. Naut. p.4. cap.2. & 5.* quib. adde quæ nos infr. *hoc. lib. cap.8. n.67. & seqq.* adduximus. Oppignorationem in hoc nostro capite sequitur Prælatio seu prærogativa Creditorum; De qua paucis nunc Q. An
14 Mercatores, ratione mercium, cæteris Creditoribus hypothecam habentibus, in ipsis mercibus venditis præferantur? Resp. Bald. de Ubald. (de quo solebat dicere Jason, nihil unquam eum ignorasse) *Consil.400. in libris thesauria. n.8. lib.5. & cons.432.* in omni Creditorum concursu primô locô ra- 15
tionem habendam dominorum rerũ, putà deponentium &c. *per l.24. §.2. ff. de Reb. auth. jud. possid.* Secundô locô, venditarum mercium, si merces adhuc extent, i.e. merces venditoribus mercatoribus reddendæ sunt, tanquam pro pretio ejus singulariter obligatæ, & Mynsſ. *decad.1. consil.9. n.23.* tradit, mutuantem mercatori ad certas emendas merces præferri in illis omnibus prioribus Creditoribus. Quod 16
tamen, cum Andr. Gail. 2. *obs.15. num.1.* intelligo, si fides de pretio non sit habita. Borguin. Cavalcan. *part.2. decis. 27. n.36. per mult. allegata,* & Bernh. Græv. *d. conclus. pract.15.* Gailii *per tot.* Berlich. *1. concl.66. n.44. cum seqq.* Carpzov. *Jurispr. for. Sax. p.1. constit.27. defin.17.* Quàm maximè autem hæc prælatio procedit, quando emtor fraudandi animô merces emisset, protinus re emtâ se subducturus, & cum Comico à mensa surrecturus. post Gail. *obs.15. n.8.* Negusanz. *de pignor. membr.2. p.5. n.9.* Hartm. Hartm. *pract. obs. tit. de Credit.27. obs.16. n.9.* Ita in terminis terminantibus judicavit Regium auditorium Hispalense, referente & confirmante Anthon. Gomez. *decis.61. Cent.1.* & de Contractib. *tit. de Emt. col.1. p.175.* quam allegat Cavalcan. *d.l. n.37.* Et hoc, etiamsi expresse fides de pretio esset habita. Eleganter Gail. *d. obs.15. n.8.9.10. & 11.* Si enim statim post venditionem aut non diu pòst foro cessit emtor, venditor hic cæteris omnibus Creditoribus in mercibus venditis præfertur. post Carol. Molin. *de Commerc.* Daniel Möll. *lib.4. semestr. cap.28. n.6.* Carpz. *Jurispr for. part.1. Const.27. defin.18.* ratio, quòd dolus causam habendæ fidei dederit; & sic fides tali casu habeatur pro non habita, sed fraudulenter ablata censeatur. *per l. si quasi. ff. de pignor. act.* quibus adde Paul. de Castro. *ad l. si cum dotem. §. si mulier. n.5. ff. sol. matr.* Barthol.

Salycet. Professor Bonon. *in l. pro de-*
17 *bito 6. C. de bon. auth. jud. possid.* qui ait,
Baldi sententiam intelligi posse, ubi
venditores mercatores sibi pactô con-
ventô consuluissent, ut venditæ res
sibi specialiter obligatæ essent, quoad
totum pretium solveretur. Novell. *136.
cap. 3.* verbis *duntaxat si in contractibus
hypotheca sit facta mentio.* Gail. *2. obs. 12.
n. 8. & 2. obs. 15. n. 7.* secus, si hæc specia-
lis obligatio non præcesserit. Fr. Pfeil.
Cent. 1. Consil. 30. Idem sentiunt Marant.
de remed. possess. n. 228. vers. nisi venditor.
Ludov. Morot. *Cons. 54. n. 4.* Vincent.
de Franch. *decis. Neapol. 506. n. 9.* Berta-
zol. *tr. Clausul. 42. gl. 1. n. 3.* adde Jason.
in d. l. qui Romæ. §. Callimachus. n. 5. ff. de
18 *V. O.* Matth. de Afflict. *decis. 306.* Num
autem tale pactum, quòd merces ven-
ditæ sint obligatæ; sufficiat, si in eo-
dem instrumento, post rei traditio-
nem adjiciatur? Dd. dubitant. Ne-
gusanz. *d. tr. de pignor. part. 4. num. 55.*
putat, pactum adjiciendum vel in ini-
tio contractûs ante traditionem, vel
saltem in ipsa traditione; quòd si secus
& post traditionem adjiciatur, aliis
Creditoribus ejusdemque emtoris de-
coctoris non officeret, motus *l. 1. §. fin.
ff. de reb. eor. qui sub tut. cum l. seq. & l.
licet. C. qui potior. in pign.* Carolus
tamen Ruyn. *Cons. 214. Col. 5. n. 10. vol. 1.*
& Curt. Jun. *cons. 146. & seqq.* contrà
opinati sunt, autumantes, sufficere, si
in eodem instrumento post rei tradi-
tionem adjiciatur. Quæ sententia pro-
batis Doctoribus & Interpretibus vi-
detur æquior, bonoque Judici sequen-
da. Hîc notandum obiter, quòd Ti-
ber. Decian. *Consil. 108. n. 29. vol. 2. scri-*
19 *bit,* Creditorem, qui in una provincia
credidit uni mercatori in diversis lo-
cis amplas negociationes vel tabernas
habenti, debere præferri, quoad bona
& merces illius provinciæ omnibus
aliis creditoribus extraneis tempore
anterioribus, quoad bona illius pro-
vinciæ, per *text. in l. procuratores. 5. §. si
plures. 15. ff. de Tribut. act. & ibi* Castrens.
E. g. Quòd si mercator exerceat ha-
bens merces in diversis locis, putà Flo-
rentiæ, Romæ, Venetiis; quòd Credi-
tores Romani non poterunt ire Flo-
rentiam, & petere ibi satisfieri de dictis
bonis Florentiæ; sed in illis Credito-
res Florentini præferentur; sicut hi in
bonis Romæ sitis, postponerentur Cre-
ditoribus Romanis; & ratio ab ipso
additur, quia Creditores Romani cre-
diderunt respectu bonorum, quæ sci-
verunt possideri Romæ; & Creditores
Florentini crediderunt pariter respe-
ctu mercium, quæ sciverunt per suum
debitorem possideri Florentiæ. Et
hanc opinionem sequitur Benev.
Strach. *de decoct. p. 4. n. 20.* quod tamen 20
extendi non debet ad illos, qui in di-
versis locis diversa saltem bona, sed in
uno domicilium habent. Mev. *lib. 3.
art. 10. tit. 1. n. 58. 59. Statut. Lubec.* quia
tunc non rei, sed personæ, quæ indi-
vidua est, creditum intelligitur. *l. 9. ff. de
pact. l. fin. C. de testam.* Mev. *d. l. num. 60.*
Concordat Matth. Berlich. qui lucu-
lentissimè de hac prælationis materia
p. 1. concl. 64. cum multis seqq. conclus.
disserit, quò benevolum lectorem hîc
remisisse sufficit. An autem Domini 21
locorum jus aliquod prælationis in
mercibus commestibilibus primò si-
bi, antequam in Civitates deferantur,
exhibendis, rectè adserant? sæpè con-
trovertitur, de quo Andr. Rauchbar.
p. 2. q. 22. asserens ibi contra dominos
in Saxonia, in tali casu pronunciatum
esse. Est tamen speciale, quod An-
ton. Tessaur. *decis. Pedemont. 264. n. 2.
contrà l. nec emere. C. de jure delib.* teste
Alberic. *in l. fin. C. de Nund.* scribit, ut
cogantur non habitantes & extranei
statâ die ad conveniendum in Civita-
tibus, & illuc ad victum pertinentia
vendenda deferre: Idque per totam 22
Italiam usitatum esse, & pro limitatio-
ne tradi illius regulæ, quæ est *in d. l. nec
emere.* notante ibidem Alexandr. *in
additam. ad* Br. Cum quo coinci- 23
dit Statutum Reipub. meæ patriæ, *art.
7. lib. 3. tit. 6. de Emt. & vend.* Cujus
verba hæc sunt: Ein ankommender
Gast mit seinem Gute in unser Stadt/
der kan dasselbe niemand anders/ dann
unsern Bürgern verkauffen / wil er auch
dasselbe Gut oder Wahren allhier auff-
legen/

legen/ so hat er doch die Macht nicht solches alsdenn Frembden zu verkauffen / wie unsere Bürgere/ denen diese Freyheit alleine zustehet / würde er aber solches thun/ darüber betroffen/oder überwiesen/ der soll bey der Wette / nach Grösse der Verbrechung gestraffet werden. Simile Statutū, daß Gast mit Gast nicht handeln möge / observatur Hamburgi, de quo plenius *lib.1. praced.cap.11. n.38.& seqq.*

24 Coronidis locô in hac prælationis materia placet annectere mercium duo Singularia notabilia. I. Quod quamvis communis Dd. schola doceat, solutionem posteriori creditori factam, à prioribus Creditoribus revocari posse, non solùm si pecunia vel res tradita exstet, sed & si malâ seu bonâ fide consumta sit; per ea, quæ latè & eleganter tradunt Joh. Köppen. *decis. 62.* Berlich. *1. concl. 71.* imprimis *n.40. & per tot.* Capic. *decis.109.* Strach. *de decoctor. p. ult. n.28. usq. ad fin.* Hartm. Pistor. *lib.3. q.20.* & noviss. Dn. Mev. *lib.3. tit.1. artic.3. in princ. usq. ad n.25. cum seqq.* Si tamen, datâ paritate terminorum, uni ex Creditoribus hypothecariis, qui tempore quidem posterior, sed in tempore, h. e. antequam bona debitoris possessa sint (de Observantiâ hujus Reipub. Lubec. 4. præcedentibus septimanis ante decoctionis aut fori cessionis notitiam aut fugam *art.1. de pignorib. & art.1. de Emt. & Vend. Stat. Lub. lib.3. tit.4. & 6.*) in exi-
25 gendo diligens fuit, & pecunia aut merces quædam venales solutionis locô in solutum traditæ sint, has ipsas suâ diligentiâ ad se translatas à prioribus retractari non posse, etiamsi res illæ venales adhuc extent, asserit celeberrimus JCtus Practicus Matth. Berlich. *d. concl.71. n.59.* quoniam, ut suprà dictum, merces secundum illorum Dd. opinionem non continentur obligatione generali, nec veniunt sub obligatione & hypothecâ legali & tacitâ. Berlich *d.l. n.60.* & ita intelligit & explicat Hartm. Pistor. *d. q.20. num.27. usq. ad fin. ex* Br. Negusant. *de pignor. p.2. membr.2. n.23.* aliisque opinionem Matth. de Afflict. *decis.190.* qui hîc astruit, si contrarium statueretur, to- 26
tum mundum litibus implicari; nec mercatores tutò posse contrahere, & ita consequenter commercia, non sine detrimento publico impediri; addens, ita Neapoli, in Consil. Regio 27
9. Octobr. Anno 1484. esse decisum, eamque sententiam in illo Regno pro lege habitam. Idem tenent ob æquitatem, quæ præcipuè in hâc Mercatorum cu- 28
riâ observanda. P. Paris. *Cons.69. num.2. vol.4.* Andr. Gail. *2. obs.25. & reliqui.* Præter hanc quoque naturalem æquitatem, & verba Ulpiani expressa *in l.6. §. sciendum 7. ff. quæ in fraud. Cred.* (quæ hæc sunt: Sciendum, Julianum scribere, eôque jure nos uti, ut, qui debitam pecuniam recepit, antequam bona debitoris possideantur: quamvis sciens prudensve solvendo non esse, recipiat, non timere hoc edictum, sibi enim vigilavit. *& l. pupillus. 24. ff. Eod.* ubi JCtus, Jus vigilantibus scriptum esse, in fine asserit. Consentit Dn. Mev. *d. art.3. n.21. & 22. cum seqq.*) exstat in Repub. Genovâ Statutum disponens 29
generaliter, quòd solutio, facta per communem debitorem secundo creditori sit valida, nec possit revocari à primo, quando facta est super BANCIS, 30
vel in pecuniâ numeratâ, vel datâ in solutum super mercibus debitoris. Quô Statutô videtur determinari præsens Q. & super ea ita consuluit Paris. *d. Cons.69. n.4.* Joh. Petr. Surd. *cons.4. n.12.* & Dn. Mev. *d. art.3. lib.3. tit.1. Statut. Lubec.* ubi. *n.33.* ex Stracha docet, Inter 31
Mercatores ratione illarum actionum, quæ negociationis occasione dantur, non licere uni præoccupanti creditori suam meliorem reddere conditionem, sed sicut in tributaria actione omnes concurrere creditores. *per l. procurator. §. fin. & l. seq. ff. de Tribut. action.* Secundum Singu- 32
lare Prælationis est Depositi Lubecensis. Quô Jure Depositum sive extet sive consumtum, treue Hand so durch Untreu verrücket / ante privilegiatos creditores certos *in art. 12. de mutuo Statut. Lub.* denominatos ad prælationem speciali favore & fidei conservan-

dæ

dæ causâ admittitur, idque contra Jus
33 Commune, quô Deponenti saltem privilegium personale competit, & post hypothecarios demum Creditores suum recipit, nisi res deposita adhuc extat, quô casu datur rei Vindicatio, quæ ante omnia credita est. *per l. si hominem. 7. §. quoties. 2. ff. Depos. l. si ventri. 24. §. 2. ff. de reb. auth. jud. possid.* Joh.
34 Köpp. *decis. 28. n. 44.* Quarum Legum, Statutorum & Dd. authoritate frumentum Mercatoris H. mandantis pecuniâ emptum, in concursu bonorum mandatarii seu Factoris Lub. ante Curatores bonorum, & cæteros Creditores hypothecarios tanquam Depositum prælatum fuit, in contradictorio judicio Lub. Anno 1658. Licet in mutuo secus. vid. *nos infr. hoc lib. cap 8. n. 30.*

Caput III.

De Mercium Vectigalibus, eorumque remissione & abusuum remotione.

Summaria.

1. *Vectigal est onus Mercium Reale, non personale.*
2. *Vectigalis & Portorii Notatio nominis.*
3. *A præstatione Vectigalium regulariter nullus immunis.*
4. *Vectigalium extorsio regulariter odiosa & prohibita.*
5. *Vectigalium extorsio prohibita tempore Nundinarum.*
6. *Lubecensium in Nundinis Francofurtanis à Vectigalibus Immunitas.*
7. *Noribergensium, Wormatiensium & Bambergensium immunitas, ubi, de antiquo judicio vulgò* Pfuffergericht *remiss.*
8. *Finis Nundinarum utilitas publica, & favorabilis.*
9. *Quod ibidem exemplo probatur.*
10. *In Rom. Imp. Vectigalia nullus Statuum Imp. privatâ authoritate instituere potest.*
11. *Tit. C. de Nov. Vectigal. non instit. hodiè malè observatur.*
12. *Mercatoribus hodiè ob vectigalia vix spiritus relinquitur.*
13. *Abusus Vectigalium quare tollendus.*
14. *Capitulationibus Impp. quomodo Vectigalium abusui provisum.*
15. *Mandata pœnalia adversus instituentes Vectigalia decernuntur.*
16. *Quod præjudiciis Cameralibus & Capitulationibus Ferdinandi. III. firmatur.*
17. *Mercatores Ipsi se adversus injustas Vectigalium exactiones tueri possunt.*
18. *Remedia adversus Rheni vectigalia olim adhibita.*
19. *Utilitas Publica suadet Vectigalium remissionem.*
20. *Causa Impulsiva Immunitatis Vectigalium.*
21. *Immunitas Vectigalium mercantilium ex Jur. Civili.*
22. *Caroli M. Sanctio de Immunitate vectigalium.*
23. *Edictis Galliæ Mercatores à Vectigalibus sunt Immunes.*
24. *Ungariæ Regum hoc in passu cura.*
25. *Ludovici Hunnorum Principis in removendis vectigalibus cura.*
26. *Hanseaticorum Mercatorum in Anglia circa vectigalium præstationem Immunitas.*
27. *Quamdiu Hanseatici has immunitates sartas tectas retinuerint.*
28. *Quæ Origo Vectigalis onerarii seu* Last-zolles *in Anglia.*
29. *In Daniâ & Norwegia Mercatores Hanseatici circa Immunitates Vectigalium quibus privilegiis fruantur, quod recentioribus Responsis Regiis ibidem probatur.*
30. *Pactis in Dania & Norw. forma Vectigalibus Constituta est.*
31. *Immunitas Vectigalis Hanseaticorum in Dania circa cerevisiam.*

32. *Ex æqua-*

32. *Exæquatio & reductio telonii Oresundici pro Hanseaticis cum subditis fœderati Belgii.*
33. *Coæquatio ejusdem teloniipro iisdem, cum subditis Regni Danici.*
34. *In Regnis Hispanicis & Portugallia quænam Hanseaticorum merces à Vectigalibus Immunes.*
35. *Regnorum circa panni & lanæ vectigalia diversitas.*
36. *Maxima Redituum pars Angliæ ex Impositionibus lanæ & pannorum.*
37. *Quare Lana ab exactione immunis.*
38. *Recessus Imperii circa Commercia lanæ & pannorum.*
39. *Statuta* und Ordnung Engelands wegen des Tuchmachens. *remissiv.*
40. *De Commercio Lanæ & Pannificii origine remissiv.*
41. *Aromata Hanseaticorum quibus in Hispania fruantur immunitatibus.*
42. *Quædam Aromata antiquis nota, nos latent.*
43. *Aromata quibus in locis progenerentur.*
44. *Usus aromatum beneficiô Venetorum ad nos perlatus.*
45. *Nimius aromatum Usus quomodo moderandus.*
46. *Hominum Germanorum frugalitas olim Sale & Caseô contenta.*
47. *Jacobus Rex Magnæ Britanniæ quare nimium Tobacci usum prohibuerit.*
48. *Recessus Imperii de non corrumpendis aromatibus. remiss.*
49. *Vini Portorium in Gallia olim nullum, nunc frequentissimum.*
50. *In Anglia quale Vini Vectigal.*
51. *De Specie Tributi quod in Galliâ Oenopolis imponitur, vulgo* Billots *& 67.*
52. *Nam qui vinum aut cerevisiam per loca vectigalium transvehunt, ipsa aperire dolia & partem vini vectigalis loco præstare tenentur.*
53. *Vinum Corruptum quàm inimicum imò mortiferum sit naturæ humanæ remiss.*
54. *De Jure Civili ex Commercio Salis olim vectigal colligebatur.*
55. *Salis vectigal ab omni tempore odiosum.*
56. *Quod in Rom. Imper. ex Livio probatur.*
57. *Constitutô Salinarii Vectigali Sinalæ exaruerunt, & remissô illô, rursum prodiêrunt.*
58. *Pleonexia Pontificum vectigal Salis exigentium à Thomâ Garzone Italo perstringitur.*
59. *De Gabella Salis in Gallia, ejusq; origine & proventu.*
60. *Gallicarum provinciarum, de Salinarii vectigalis adauctione, querimonia.*
61. *Vectigalis Salinarii rigor adversus regni subditos, non verò exteros Mercatores exercetur.*
62. *Gallia fœlix, antequam Salis cæteraq; extraordinaria tributa & vectigalia inventa.*
63. *Bella Anglica introduxerunt in Galliam Subsidia Taillarum earumq; auctiones.*
64. *De Germania & in specie Luneburgensium Impositionibus Salinariis.*
65. *Equipollent qualis Tributi species in Galliâ.*
66. *Les Aydes quale apud Gallos Vectigal.*
67. *Billots seu Appetissement. n.51.*
68. *Traitte Feraine quale apud eosdem portorium.*
69. *Tailles, Taillon les crues quid?*
70. *Variæ Impositionum Gallicarum species recensentur.*
71. *In Belgio quibus rebus Tributa & Vectigalia imponuntur.*
72. *Species Vectigalis quod de victu & amictu exigitur, vulgò Consumption, an aqua?*
73. *De Vectigali Piscariarum.*
74. *Proventus uberrimus qui ex Captura Halecum & Salmonum in Belgio cernitur, ex L. Guicciardino & Thuano.*
75. *De Piscium & in Specie Halecum Salitura, ejusq; origine.*
76. *Quæstus, qui in Hollandiâ ex asellorum & Salmonum Captura procedit.*
77. *Ex Tricesimarum impositione in Belgio secuta Commerciorum destructio.*
78. *Oratoris Pontificii in abolendis Tricesimis, à Rege Galliarum Commerciis impositis, diligentia.*
79. *Earum rerum vectigal non præstatur pro quibus non est consuetum præstari.*
80. *Mercium Exercitui importatarum Vectigal non præstatur.*

81. Ex

[illegible] *...enis Regnorum bonis ea quæ ... desiderant, vectigalia solvantur.*

82. *In Regno Neapolitano ob id Commercio Serico Vectigal impositum.*

83. *Mercibus Belgicis in Borussiam invectis vectigal à Poloniæ Rege impositum, cur remissum.*

84. *Navibus & mercibus vi tempestatis in portum alienum delatis, vectigal imponi non potest.*

85. *Pecunia Anchoraria quando solvitur. Et de Jure Anchoragii remiss. & n.6. cap. seq.*

86. *Interpretium Negociatorum apud Romanos, quale vectigal olim.*

87. *Quinquagesimæ & Centesimæ vectigalis vulgò Malatesta à Venetis Commercio impositæ origo, & ob id inter Italos exortum dissidium.*

88. *De Vectigalibus Rheno ex necessitate à possessoribus Juliacensium ditionum impositis.*

89. *De Vectigalibus vulgò Licenten quibus maris Balthici Commercium difficilius redditur, & gravatur.*

90. *Ubi de Gabrielis de Roy Certificationum gravamine.*

91. *De Ordinando maris Romano Germanici Admiralio seu maris Præfecto ex Comit. Spirens. 1570.*

92. *An hodiè Imperium Cæsaris in mari duret?*

93. *Et quod Imp. maris Imperium per Status Imp. possideat.*

94. *De Civitatibus Imperii quæ plurimum mare & classe valuerunt, remissiv.*

95. *Negociatoribus Pedagiis & Vectigalibus gravatis, quomodo de Jure subveniatur.*

96. *Hug. Grotii de Vectigalium præstatione judicium, & quando Vectigal solvendum.*

97. *De Jure ponendi stipites Coronatos vulgò* Baaken *remiss.*

98. *In exactione Vectigalium modum servare difficile.*

99. *Pœna injustè Vectigalia extorquentium quæ de Jure Civili?*

100. *Pœna injustè Vectigalia extorquentium de Jure Canonico & Aureâ Bulla.*

101. *Inter Reges Hispaniæ, Lusitaniæ & Hanseaticos de Vectigalium pensitatione certa sunt inita pacta.*

102. *Æquum & fidei Principum conveniens, servare pacta.*

103. *Mercibus necessariis Vectigal remittere publicè utile.*

104. *Varia gravamina quibus ob impositionem & auctionem vectigalium Mercatores Hanseatici in Regnis Hispanicis & Portugallia premuntur.*

105. *Gravamina hæc Hisp. Privilegiorum tabulis & Regiis promissis adversantur.*

106. *Vectigalium Immunitate Commerciis extraneis concessa, Fiscus regius augetur.*

107. *De Oneribus quibus Merces ex Regnis Hispanicis aliorsum invectæ premuntur ex Wseling.*

108. *In Dania & freto Oresundico Mercatoribus Hanseaticis sæpè Vectigalia & porteria contra pacta & privilegia adaucta.*

109. *Vectigalis Oresundici adauctio quomodo bellorum Septentrionalium causa extiterit.*

110. *Quando ob publicam utilitatem vectigalia augere licitum.*

111. *Vectigalia sunt odiosa quæ contra privilegia & jura quæsita Singularia augentur.*

112. *Parænesis ad Principes & Reges injustè vectigalia imponentes & adaugentes.*

113. *Vectigalium injustè extortorum æquissima belli causa.*

114. *Querelæ PP. & Statuum Circuli Inferioris Saxoniæ ob auctionem Vectigalis in Albi flumine à Ducibus Megapolitanis & Saxo-Lauvenburgicis impositi.*

De

DE prælationibus pro instituto satis. Accedo nunc ad reliqua mercium accidentia, ipsa scilicet Vectigalia, pedagia, & Portoria, quæq; in iis circa remissionem & abusuum remotionem singularia sese offerunt.
1 Vectigal enim onus est mercium, quæ transferuntur. *l. ult. §. 7. ff. de Publican. & vectig.* Joh. Georg. Becht. *de secur. & salv. cond. th. 56.* mercium, inquam on⁹ est, non mercatorum, ait eleg. Gothofred. *in l. 5. C. de Vectig.* & hunc allegans Denayf. *in assert. Jurisdict. Cameral. p.*
2 *6. in pr.* Dictum à Vectura vel invectione & Evectione Mercium, ut Portorium à portu seu pecunia, quæ Reipub. seu Fisco ex mercib. penditur. Cujac. *ad l. 3. tit. C. de Vectigal. & Commiss.* ad cujus reparationem omnes etiam Extranei conferre tenentur. *l. ad portus. 7. C. de oper. publ.* Borch. *ad cap. un. Quæ sunt regal. n. 4.* his adde Jo. Gryphiand. *de Insul. c. 31. n. 169 & seqq.* Dissentire videtur Br. *in l. 1. §. hic titulus ff. de publican. & vectig.* vectigalia munera personalia
3 dicens. Etsi autem vectigalium non parva sit functio, attestante *Imp. in l. 6. C. de Vectigal.* ut quæ debent ab omnibus, qui negociationis seu transferendarum mercium habent curam, æquâ ratione dependi. Paul. Christinæ. *vol. 3. decis. Belg. 101. n. 1.* quod adeò verum, ut à præstatione vectigalium & gabellarum nullus omninò de mundo eximatur, nisi specialiter sit privilegiatus & exceptus. Ægid. Boss. *pract. crimin. tit. de Princip. §. Princeps dicitur. n. 130. & n. 150.* Et Alphons. de Azeved. *ad Constit. Hisp. lib. 9. tit. 17. L. 1. n. 71. & tit.*
4 *18. per tot.* Gabellarum tamen, pedagiorum vulgò Brückenzoll / Weggeld seu vectigalium materiam odiosam esse ex eo satis constat, quòd mercimonia, jure communi, sine ullo onere cuivis libera sint. *l. semper. 5. §. negociatores 3. ff. de jur. immun. arg. c. fin. De Treug. & Pac. l. invitum. l. dudum. C. de contrah. emt. l. sicut. C. de oblig. & Act. l. unicos. C. locat. cum simil.* Casp. Klock. *de contrib. & collect. c. 5. n. 155. & seqq.* Ideoq; ejusmodi vectigalium extorsio regulariter prohibetur. *c. quanquam de censib. nov. vect. instit. non poss. l. vectigalia. in pr. ff. de publican.* Ægid. Boss. *pract. crim. tit. de princip. & priv. ej. n. 179.* Et nova seu injusta vectigalia extorquentes, gravissimis pœnis subjiciuntur; per ea, quæ *infr. n. 90. & seqq.* aliquantò prolixius demonstrabimus. Recessu Imperii Ratisbon. de An. 1576. §. Weiters seind wir ꝛc. disertè vetitum, ne vectigalia nova (quæ sunt vectigalia majora. Sixtin. de Regal. *lib. 2. cap. 6. n. 9. & 14.*) privatâ autoritate alicujus ex ordinibus Imperii instituantur, vel etiam vetera augeantur.

Imprimis autem hæc pedagiorum 5
extorsio Nundinarum tempore prohibita est. *l. un. C. de Nundin.* & ibi Sichard. *n. 4.* Fr. Marc. *dec. 268. n. 2. p. 1.* Rudolph. Forner. *lib. 1. rer. quotid. c. 6* ubi putat, ad hunc titulum respexisse Ulpianum *in l. 3. de Feriis.* Imò si immodica & intolerabilis, sub pœna privationis nundinarum, vid. nos *infr. lib. 4. c. 3. n. 4.* his adde Dn. Knipschilt *de jurib. Civit. Imp. lib. 5. c. 23. n. 5.* & Fritsch. *de jur. nund. c. 8.* Sic olim An. 1361. Carolus IV. 6
Imp. Lubecensib. Mercatorib. singulari concessit privilegiô, ut advenientes ad nundinas Moguntinas & Francofurtenses, & ab iisdem rursum recedentes, ab omnibus Impositionibus Vectigalibus & Accisis essent immunes. vid. *privileg. German.* sub hoc anno impetratum. Sic Noribergenses 7
Wormatienses & Bambergenses Mercatores in Nundinis Francofurtanis singulari Vectigalium Immunitate pollent, de quâ, ejusq; in finem antiquitus instituto judicio, vulgò Pfeiffergericht vid. Lud. Hornick. *de jure. postar. c. 18. theor. 10.* Finis quippe præcipu⁹ 8
nundinarum privilegiatarum, sicut & commerciorum communium, est utilitas societatis humanæ, cui facilius consulitur datâ immunitate & relevatis oneribus vectigalium, quæ mercatores sæpè deterrent à Commercio. Vide Hanseaticorum litteras ad Electorem Saxoniæ Joh. Georg. II. de An. 1657. 15. April. pro abolendis & abrogandis Impositionib. & Accisis Lipsensibus in fin. tract. annexas sub lit. O. 1. & 2.

1. & 2. Deinde, uti inquit Cic. *pro L. Manil.* cum vectigalia sint nervi Reipub. & ea ex vectionibus mercatorum sumantur, constat, hunc ordinem NEGOCIATORUM, in hoc passu quoque favore esse dignum. Paul. Christinæ. *decis. Cur. Belg. 99. n. 16. & decis. 100. n. fin.*
9 ubi refert. Cum circa annum 1599. die 7. Octobr. contendissent Publicani Belgici, pannarios mercatores obligari tributo panni cujusvis nomine, qui in Emporio Lugdunensi distraheretur, depulsam esse ex temporali judicio publicanam illam rapacitatem, inimicam libertatis immunitatisq; vetustissimæ; quod alias etiam in simili judicatum fuisse in supremo judicio illo Belgico ibidem attestatur modò dictus autor. Quò autem injustæ huic exactioni vectigalium, ejusq; abusui
10 eò magis occurratur, in Romano Imperio provisum, & expresse omnibus ordinibus Imperii in singulis Circulis, & nominatim etiam circulorum Ducibus, mandatum, ut sedulò inquirant, an, ubi, & quâ ratione, nova vectigalia instituantur, vel vetera augeantur, (salvâ interim hoc in passu limitatione in Instrumento Pacis expressa) R. A. zu Regensp. de An. 1576. §. Derhalben damit. Et ut prædicta Constitutio in Imperio promulgaretur, eò consultius & magis necessarium fuit, quòd magnus passim reperiatur abusus vectigalium.
11 Ferr. Montan. *de Feud. lib. 5. c. 7.* ubi ait, totum orbem Vectigalibus novis premi; & Alberic. de Rosat. *in rubr. C. nova vectig. instit. non poss.* malè, inquit, servatur hic titulus in Italiâ. Joh. Sichard. *ibidem* eum allegans, asserit, se vereri, ne pejus in Germaniâ & vicinis regnis passim servetur; quod eheu, cum irreparabili commerciorum interitu quotidie experiuntur negocia-
12 tores Germani. Et hic vectigalium abusus adeò excrevit, ut pauperibus mercatoribus vix precarius relinquatur spiritus. quemadmodum conqueritur Bald. *in l. hoc jure. circ. fin. de J. & J.* & post eum Wesemb. *Consf. 45. n. 15.* Fern. Vasq. *illustr. controv. lib. 1. c. 8. n. 8.* Rol. à Vall. *consf. 66. n. 22. lib. 1.* Unde Zoll à latino tollendo; & Zoll à zahlen. Vid. notationem vocabuli Zoll & Zoll / apud Limnæ. *in not. ad Capit.* Caroli V. Imp. *p. 238.* Ubinam ergò hodiè laus illa Tacit. de moribus Germ. Germanis manet honos & antiquæ societatis insigne; nam nec tributis conteruntur, nec publicanus atterit. Proinde eò magis opera danda est, ut ob publicam 13
utilitatem & commerciorum, quibus mundus sustinetur, favorem, per leges & constitutiones hujusmodi abusus tollantur, ut factum est per supr. allegatam Constitutionem Imperii de An. 76. §. Weiters §. Dadurch dann / & §. Derhalben damit. Ut autem eò minus & difficilius ad vectigalia nova & inju- 14
sta super Commerciis instituenda, (nã de Injustis loquor, non justis, legitimis, & longô usu ante hos motus bellicos obtentis possessis, & in Instrumento Pacis universalis, & Capitulatione Imp. Leopoldi. *artic. 22. in fin.* concessis (vid. nos hoc. *cap. n. 101. & seqq.* vel vetera augenda deveniatur, hodiè in Imperio Rom. Germ. ad eam rem unà cũ Imperatore etiam Electorum Imperii consensus requiritur; idq; continetur capitulatione Cæsareâ cum Septemviris factâ. Sic etenim Capitulatio Imperatoris Ferdinandi III. (ut cæteras prætereamus) *art. 22.* Und weil männiglich bekant / wie hoch / vornemlich der Rheinstrohm / wegen vieler hohen und schweren an unterschiedlichẽ Oertern des Unterrheins / bey den vorgewesenen Niederländischen empörungen / angestelleten Licenten beschweret / also / daß die Churfürsten / beneben ihren Unterthanen / dahero in mercklichen Abgang ihrer Einkom̃en und Nahrung gerathen / dazu fast alle Commercia auff solchen Rheinstrohm beliegen bleiben / über daß auch bey kurtzer Zeit unterschiedliche Außläger und Krieges Schiffe / unersuchet der Churfürsten geführet worden / damit der Kauffhandel und Schiffman mit noch weiterer exaction und Abnahm beschweret wird / solche Außläger und armirte Schiffe auch bißhero über alles anlangen / ersuchen / erinnern / und vermahnen der Churfürsten / bevorab der Rheinischen / nicht wollen abgeführet werden / sollen und wollen

Wir

Wir ehest als müglich auff Mittel und Wege / so wol für Uns als auch mit Rath der VI. Churfürsten trachten / wie man solcher Aufsläger von des Reichsboden ledig / und deren künfftig gesichert / so wol auch die Licenten abgeschaffet werden möchten. *Et art.23.* Und da jemand bey Uns umb neue Zoll-begnädigung oder Erhöhung der alten und vorerlangten Zollen suppliciren und anlangen würde / So sollen und wollen Wir ihm einige Vertröstung / Promotorial oder vorbittlich schreiben nicht geben noch außgeben lassen. Idem de prorogatione veteris vectigalis ibi cautum est, *d.cap.* Ibiq; Limnæ. & ad Capit. Caroli V. art. XVIII. *pag.238.& seqq.* quib. adde Capitulat. Ferdin. IV. *artic. 21. 22. 23. 24. 25.&* Leopoldi *art.21. & seq.*

Quid, quod ejusmodi factum, quô nova vectigalia sub aliquo prætextu instituuntur, vel vetera augentur tàm odiosum publicæ utilitati, & legibus Constitutionibusq; contrarium, ipsôque jure nullum esse censeatur; ut etiam mandata pœnalia sine clausulâ adversus contravenientes obtineri & ab

15 iam mandata pœnalia sine clausulâ adversus contravenientes obtineri & ab

16 executione inchoari possit. Quemadmodum in Camerâ Imperiali sæpius decretum docent Symphoremata Gylmanni *tom.1. part.3. tit.7. supplem. 4.* Cujus vigore cùm Comes S ab Y. novum vectigal auff freyem Rheinstrohm unter dem Namen der Licenten und Ungeldes instituisset, duodecim deputatis Imperii Civitatibus contra ipsum Comitem und J. G. Licentmeister / 7. Novembr. Anno 1588. Mandatum pœnale sine clausulâ decretum fuit. Umb solche Neuerung / Licent, oder Ungeld / auch alles was dem anhängig / alsobald abzuschaffen / So dann / was dem Kauff / Schiff / Fuhr / Handels- und Wandelsmann / unter dem Schein vermeinter Licenten abgenötiget worden / zu restituiren / Cui mandato cùm Comes non pareret, Anno 1590. in pœnam insertam condemnatus fuit. Symphor. *tom.1. p.2. T.6. suppl.2. p.36. 37.* Sic Ulmenses, ab Institutione & auctione vectigalium à Ferdinando II. Imperatore 26. April. Anno 1636. deterriti sunt. Hoc ipsum renovatum Capitulatione Ferdinandi III. *art.24.* Auff den Fall auch einer oder mehr wes Standes oder Wesens der oder die wehren / neue Zolle in ihren Fürstenthümen / Landschafften / Herrschafften und Gebieten für sich / ausserhalb Unserer Begnädigung / und der 6. Churfürsten Bewilligung angestellet / oder auffgesetzet hätten / oder künfftig also anstellen oder auffsetzen würden / den oder dieselben / sobald Wir dessen für Uns selbsten in Erfahrung kommen / oder von andern anzeige davon empfangen / Sollen und wollen Wir durch Mandata sine clausulâ in alle andere mügliche Wege davon abhalten. Imò 17
ipsos mercatores se adversus ejusmodi novas, injustas & illicitas vectigalium exactiones & auctiones tueri posse demonstratur, in deductione der Erb. Hansee-Städte an J. Keys. Maj. Ferdinand. II. wegen der Zollauffrichtung des Graffen von Oldenburg in der Weser / his verbis: Gleich wie nun auch die Privat Kauffleute / so durch dergleichen gesuchten Zollerhebungen in ihrer Nahrung Abbruch leiden / graviret und beschweret werden / wolbefüglich dagegen ihre Notdurfft einzuwenden / da sie auch deswegen / nach etzlichen hochberümter Rechtslehrer observation, sonderbare Freyheit haben / nimirùm, ut mercatores, quò ab iis, qui vectigalia de novo imponunt, se tueantur, & defendant, permittatur, ut ipsi mercibus suis aliquid inter se imponant, quô jure se tueantur & defendant, & ex eo defensionis sumtus erogent. Rebuff. *in Comment. ad Constitut. sive ordin. regn. tract. de mercib. art.2. gloss. videtur.* Paul. Christinæ. *in decis. Cur. Belg. tit. vect. nov. instit. non poss. decis.105. n.3.* ubi contestatur, quòd hoc aliàs etiam comprobatum fuerit à supremo Concilio. Et memorabile valdè circà hanc ve- 18
ctigalium fluviaticorum materiam est, quod, cum Anno 1351. Imp. Carolus IV. ad complacendum Principibus Rhenum accolentibus, quorum auxiliô ad Imperium fuerat evectus, multa nova telonia, in diversis Rheni locis posuisset: non modò mercatores nimium per hoc gravati commeatum

Rheni devitârint; sed & Argentinenses Rhenum circa Argentinam catenis & lignis ita clauserint, ut naves per biennium neq; adscendere neq; descendere potuerint. Videntes itaq; Principes tàm novi quàm veteris telonii proventibus spoliari, concordiam cum Argentinensibus inierunt, & veteribus contenti, novis renunciarunt, referente Trithem. *in Chron. Spanheim. Anno 1351. & in Chron. Hirsaug. Eod. anno.* His adde Becht. *de secur. & salv.*
19 *cond. th. 72.* Hanc autem vectigalium remissionem boni publici causâ jubet, ob quam consultum videtur, ut annonam urbis & Regionis hôc modô adjuvantes, & fœneratorum fallacias in adaugendo pretio mercium præpedientes, non tantùm ab injustis impositionibus liberentur, sed etiam pedagiorum & vectigalium solutio illis per magistratum planè remittatur. Dd. comm. *post* Franc. Marc. *part. 2. decis. Gratianop. 41. n. 4.*

20 Et hæc fuit causa impulsiva, quòd commercia, & ea tractantes, ab omni tempore specialibus privilegiis non tantùm ab injustâ pedagiorum & vectigalium exactione exemti; sed & ab eorum præstatione immunitatem pla-
21 nè singularem consecuti sint. Quod probatur 1. Jure communi, *ex l. 1. § fin. C. de Navicul. seu Naucler. lib. 11. l. omnium. in f. l. navicularios. l. solos. & l. seq. C. Theodos. de navicul. l. semper. 5. §. negociatores. 3. ff. de jur. Immun.* Et Imperator Constantinus *in d. l. Navicularios. C. Theodos. Navicularios,* inquit, *& negociatores per orbem terrarum, per omne ævum, ab omnibus oneribus & muneribus, cujuscunq; fuerint loci vel dignitatis, securos, vacuos, immunesq; esse præcipimus, &c.* rationem tanti privilegii adsignat Callistratus *in d. §. negociatores. 3. de quibus supr. lib. 1. c. 4.* uberius. vid. Bertachin. *tr. de gabell. cap. 7. n. 8.*
22 Idcircò Carolus M. in legibus Longobardorum sanxit, neminem mercatorum, qui fluvium aliquem cum mercibus transire habeat, teneri vel cogi posse ire ad portum vel pontem, telonii aut vectigalis exsolvendi gratiâ, si aliô quodam locô commodius vel compendiosius sine ullo tributo transire possit. *l. ut nulli cogantur. tit. de Episc. lib. 3. LL. Longobard.* quarum meminit Regner. Sixtin. *de Regal. lib. 2. c. 5. in fin.* Aimon. *lib. 5. de Gestis Francor. cap. 1.* Francicis Edictis vetantur magnates 23
indebitas pensiones à mercatorib⁹ exigere. Mores Paris. *vol. 1. tit. 1. art. ult.* Idem petivére & expetivére tres Gallici populi ordines, Turonibus coacti à Carolo VIII. An. 1483. Hinc Bodin. *lib. 6. de Repub. c. 2.* Reges Galliæ minimum quiddam ac penè nihil peregrinis pro salinario vectigali imperare testatur. Belâ Pannoniæ Rege ab omnibus pro- 24
miscuè vectigalibus levante populum, tributumq; agricolis & mercatoribus æquè ut nobilibus remittente, plebs brevi cũ Nobilitate eò usq; divitiis crevit, ut, Bonfiniô scriptore, ne minimus quidem rusticus aut mercator inventus sit egenus, & è finitimis nemo tanti census extiterit, qui cum Ungarica opulentiâ conferre se posset, circiter annum 1060. *rer. Ungaric. decad. 2. lib. 3.* Deinde sub annum 1360. Ludovicus 25
Hunnorũ Princeps, ne multitudo plebea, iiq; præsertim qui provinciarum annonæ serviebant, gravioribus tributis & portoriis à quæstoribus onerarentur, neve rapinis suarum rerum vexarentur, dissimulatô sæpè habitu, vicos & oppida lustravit, quò ut sedulus explorator publicanorum & præfectorũ mores scrutaretur, eorumq; injurias ex plebejis querimoniis cognosceret. Bonfin. *Hunnic. Annal. decad. 2. lib. 10.*

Civitates Hanseaticæ, ab Henrico 26
III. Rege Angliæ, An. 1250. hoc privilegium adeptæ sunt, ut liberam ipsis semper relinquat in Angliâ negociationẽ, absq; portorii aut vectigalis alicujus augmento. Quod ipsum confirmavit Edvvardus III. fidẽ & firma Hanseaticorum auxilia in bello adversus Gallos feliciter gestô expertus. Idem Richard⁹ II. Henrici IV. V. & VI. religiosè servarunt; donec ardente inter Anglos & Danos bellô, cùm Hellespontô Danicô Anglorum naves interceptæ fuissent, in vindictam ejus, damnis ab Anglis illatis, 6. Teutonicæ naves hujo societatis captæ ac spoliatæ sunt. Quę res ini-

initium bello triennali Anglis cum
Civitatibus causam præbuit; quod
tandem Caroli Burgundi, qui Eduardi
sororem uxorem duxerat, interventu,
Trajecti ad Mosam compositum est
27 An.1474. Ab eo tempore, per annos
circiter 80. sub Richardo III. Henrico
VII. VIII. & Eduardo VI. Germani
mercatores has immunitates in An-
gliâ retinuerunt; licet eos Gedanen-
ses non parùm posteà turbaverint. Jo.
28 Limnæ. *lib.7. jur. pub. c.1. n.74.* Quæ
mercatorum Dantiscanorum pleo-
nexia, in causa fuit, ut avorum nostro-
rum memoriâ Anglia illustri huic Col-
legio, ejusque mercatoribus, iniquis-
simum portorium, vulgò Lastzollen/
imposuerit, de quo, nomine Hanseati-
carum Civitatum, etiam reliquæ Civi-
tates liberæ imperiales maximè con-
questæ sunt coràm Imperatore Ru-
dolfo II. Abschied des de Anno 1580. im
Augusto zu Ulm gehaltenen Städte-
Tages/ & seqq. annis. vid. nos infr.
hoc lib. cap.7. n.55. & seqq. & Chytræ.
29 *Sax. lib.24. & 25.* In Daniâ quoque
& Norvvegiâ diversas circa vectigalia
& portoria Immunitates accepére
Hanseatici. Cùm enim Regni Danici
in mari Orientali tanta potestas semper
fuerit, ut commerciorum importatio
nunquam rectè florere apud Civitates
littoris Balthici potuerit, teste Zieglerô
& Crantziô *lib.1. Norweg. c.2.* nisi Re-
gum eorum gratia & favor in privile-
giis ob benè merita concessis obser-
vatus fuerit. Itaque Civitates hæ, præ-
sertim Lubeca, ceu caput earum, variis
30 in tot casibus mirè se accommodare
eorum nutui coactæ sunt; nec raro
pactis certa forma vectigalis constitu-
ta fuit. Joh. Ang. à Werdenh. *part.3. de
Rebuspub. Hanseat. cap.14.* De quibus
vectigalium pactis, remissionibus &
immunitatibus potest videri Joh. Wer-
denh. *dict. cap.14.* ubi in fine privilegii
Regis Magni VII. sub dato Wardberg
de Anno 1339. hæc adduntur verba:
*Et sic ipsi ac mercatores memoratæ Hansæ
ab omni ampliori & novo telonio intran-
do & exeundo regnum prædictum, erunt
quieti penitus & soluti.* vid. ipsa privile-
gia Danica & transactionem Oden-
sehensem Anno 1560. inter Regnum
Daniæ & Civitates Wandalicas initam.
sub lit. E. 4. in fin. Tract. annex. 31
Hi ipsi, quoad cerevisiam & vinum,
quod inter sese ad Pontem Bergensem
venale habent, hanc immunitatem à
Rege Christiano IV. Anno 1621. adepti
sunt, ut, soluto dimidiô thalero pro
unoquoque vase aut mensurâ Omæ,
locó accisæ, ab omni ampliore telonio
liberi sint. Anno 1645. & 1648. cùm à 32
tunc temporis Deputatis Hansæ Teu-
tonicæ Legatis, Dnn. Joh. Marquardo
Lub. Alberto Bake, & Hieronymo
Frese Bremensib. & Hamb. Senatori-
bus, Regiæ Majestati Daniæ Infinita
Incommoda, quæ ex inæquali telonii
Oresundici & Danici pensione, contra
veterum privilegiorum & Recessuum
tenorem, Hanseaticis mercatoribus
obveniunt, submisse proposita fue-
runt, eaque prudentissimè S. Majestas
considerasset, exhibitô in scriptis re-
sponsô Regiô Civitatibus Hanseaticis
easdem navigandi commercandique
libertates, eadem circa telonium Ore-
sundicum privilegia, quæ Belgii Ordi-
nibus eorumque subditis, clementissi-
mè indulsit:

Regii responsi die 7. Maij. An. 1645.
Hafniæ dati articulus, in quo tota vis
illius beneficii continetur, latinè ita
habet: Si forsan Ordines Generales fœ- "
derati Belgii in hisce tractatib⁹ ad ami- "
cam suorũ petitionem, & præstita vici- "
nitatis officia, ullam ulteriorem redu- "
ctionẽ telonii Oresundici impetrave- "
rint, ut tunc Regia sua Majestas, idipsum "
Dnn. Deputatorũ Principalib⁹ & Com- "
mittentibus, si sese etiam erga Regiam "
Majestatem suosque ut hactenus, de- "
center gerant, clementissimè conce- "
dere velit. Quæ Regia Christiani IV.
glor. memoriæ resolutio postmodum
Pace Septentrionali Brembsbroæ
Confectâ, ab Illustribus & Excellentis-
simis Regni Daniæ Commissariis &
Plenipotentiariis purificata fuit. Vide
*Ipsum Diploma Resolutionis Dnn. Lega-
torum Regiorum, In puncto Inclusionis &*

Reductionis Telonii Oresundici de 14. Augusti. Anno 1645. Christianopoli Legatis Hanseaticis exhibitum, & in fine sub lit. E. 6. annexum.

33 Anno autem 1648. Ipsô solenni Inaugurationis & Coronationis Serenissimi Regis Friderici III. festô, coæquatio telonii Danici cum Regni incolis & subditis clementer subsecuta fuit, prout patet ex *Diplomatis Regii tenore die 10. Decemb. prædicti anni 1648. sub lit.*

34 *E. 7. Legatis concessi.* In Regnis Hispanicis, inter alia & hóc gaudent privilegiô Hanseatici, eorumque merces, ut omne aurum & argentum, item omne frumentum, & omnis materia lignea, ex quâ naves ædificantur, & ipsi etiam mali, & antennæ navium, item omnia, quæ munitionibus & rei bellicæ deserviunt, ut sunt sclopeta, bombardæ, pulvis nitratus, & ejusdem thecæ, cassides & cadones, glandes, sive pillulæ ferreæ & plumbeæ, radentes, carbasa & lintea, ex quibus eæ fiunt, Cannabis, stupa, & quæcunque ad commercium pertinentia, ab illis in Lusitaniam & Hispaniam adportantur, à vectigali prorsus sint immunes, & homines Hanseatici de iis nihil omninò solvere & dependere cogantur. *privil. 7.* quod primò fuit obtentum Anno 1517. confirmatum Anno 1528. & posteà Anno 1607. Idem obtinuerunt in esculentis, potulentis & vestimentis. *d.* Hans. *privil. 8.* De Cupro verò, orichalco, stanno, argento vivo, minio sive Cinnabri, pice durà & liquidâ, pellibusque animantium delicatioribus, vectigal denarium, h. e. decem de centum persolvant, ex privilegio Regis Portugalliæ Emanuelis de Anno 1503. De reliquis vero mercibus XX. pro Centum persolvuntur. *privil. 10. de Anno 1607.* Ita nec aliàs regulariter in Hispania Gabella seu vectigal debetur ex pane cocto, ex equo, mulis, mulabus sellâ venditis, cum sella & freno, neque ex moneta monetata, neq; ex libris Latinis & Hispanicis verbis compositis, neque de avibus venatoriis, vulgò de Caça. Alphons. de Azeved. *ad Constit. Hispan. lib. 9. tit. 18. L. 34.* nec forenses nec extranei mercatores gabellam solvunt ex pane, quem per mare portabunt ad vendendum Hispali, Azeved. *d. l. L. 36.* Quoad commercia lanæ & 35 pannorum notandum, quod mercatores Hispani, qui emunt pannos factos & in domibus suis vendunt, vel extra domus suas foràs mittunt ad vendendum, de iis non solvunt gabellam. Alph. de Azeved. *d. l. 9. tit. 17. L. 17.* quali Immunitate circa pannos & lanam fruuntur & Cives Mechlinienses, attestante P. Christinæo *vol. 1. decis. Belgic. 398. per tot.* Licet Caleti in Galliâ unicâ istius Regni Civitate, ex lanâ colligi portorium ad quinquaginta aureorum millia quotannis referat Phil. Cominæ. *lib. 6. histor.* Et maxima Coronæ Angliæ redituum pars sit è lanis pannisque. Solvunt enim in- 36 digenæ Angli pro singulis pannis, qui capiunt ulnas 24. sive albi sive tincti sint, solidos sex, denarios octo. Peregrini verò & advenæ, solidos 14. denarios sex; attestante Klock. *de Contrib. & Collectis. cap. 1. n. 335. & de Ærar. lib. 2. c. 68. n. 2. & seqq.* Vid. Bodin. *de Repub. lib. 6. c. 2. p. 1021.* Joh. Ang. à Werdenh. *in Synops. ad Bodin. lib. 6. cap. 2. quæst. 16. 17.* Et ipsis Actis Anglicano-Hanseaticis de *Anno 1607. 1608. & seqq. n. 388. & seqq.* probatur, immoderatissimam vectigalis pannarii adauctionem Hanseaticis contra privilegia in Anglia tempore Elisabethæ factam, Romano-Germanico Imperio ejusque Inferioris Saxoniæ Circulo, intra. 50. annos cariùs constitisse ipsis contributionibus Turcicis, sc. ultra. 32. milliones aureorum. Apud Venetos verò consuetudo est, quod mercatores lanæ in portu solvant tantùm pro Centenario lanæ solidum unum. Marant. *d. l.* Et hæc justissimè. Cùm enim lana & li- 37 num sufficiant ad operiendam corporis nostri nuditatem; conficiendisq; vestibus, nulla ferè materia magis commoda excogitari possit; commercia illa, quæ circa linum lanamque occupata sunt, omni subsidió sublevari, ac quibuscunque modis promoveri debent, scil. sanctione peculiarium legum,

gum, societatisque constitutione, quibus effici solet, ut non tantùm opum operarumque collatione commercia & artificia magis efflorescant atque conserventur: sed & ejusmodi quasi increandi certamine corpus Reipub. à suis membris felicius enutria-
38 tur. Qualia Statuta circà commercia lanæ reperiantur in recessibus Imperii **Von dem Wollenkauff / Franckf. Policey-Ordn:** Anno 1577. *tit. 21. & seq.* Item **von den Wollentüchern und Verkauffung der Tücher.** Recess. Imp. de An. 1500. An. 1530. Item **Policey-Ordn: zu Augspurg** de Anno 1548. Vid. Statuta **und Ordnungen des Königreiches En-**
39 **gelland wegen des Tuchmachens / angefangen** Anno Christi 1328. **und continuiret bey Regierung Königs** Jacobi, **auß dem Englischen verteutschet** Anno 1618. in fine huius tractatus annexa sub
P lit. P. Et Civitatis Mechliniensis apud Paul. Christinæ. *vol. 1. Decis. Belg. c. 398.*
40 De hoc commercio & artificio, ejusque inventione, aliisque notabilibus plura qui desiderat, consulat Thom. Garzon. *piazz. Univers. de tutte le profess. del mondo. discors. 103.*
41 Quoad Aromata, Hanseatici hôc gaudent in Hispaniâ privilegio (quanquam secus de Jure Civili. *l. interdum. 16. §. species. 7. ff. de publican. & vectig.* Bodin. *6. de Repub. c. 2. p. 1037.*) ut aromata coemta, vel statim in naves suas, sine gabellæ solutione deferant, vel in domibus etiam suis adservent; delaturi eas in naves, quando ipsis commodius visum fuerit. *privil. 37.*
42 Fuerunt autem nonnulla aromata, ut hæc obiter moneamus antiquis nota, quæ nos hodiè latent: qualia sunt, quæ à Pancirollo recensentur. *rer. memorab. lib. 1. tit. 11.* amomum, costum,
43 malabathum, &c. Aromata autem in calidis locis tantùm proveniunt; quâdam namque humidi decoctione odor bonus ingeneratur; ubi, quod noxium est, vi caloris fuerit exemtum, ut ex Theophrasto refert Cæl. Rhodigin. *lect. antiq. lib. 29. Cap. 17.* Unde etiam in frigidis mundi plagis eorum usus ad phlegma incidendum admodum frequens & utilis esse videtur. Et olim ex Indiâ, similibusque cali- 44
dioribus regionibus, aromata ad mare rubrum, & inde terrestri itinere in Ægyptum, tandemque Venetias transportata, omnibus Christiani orbis regionibus communicabantur; ac maximum inde lucrum Veneti percipiebant; ideoque maximè conturbati fuerunt, postquam Lusitani, transmisso Capite bonæ spei, in Indiam delapsi, hanc ipsis mercaturam interceperunt. P. Bembus Cardin. *histor. Venet. lib. 6.* Huic adde Ludovic. Guicciardin. *descript. Belg. in Antwerp. Brabant. Metropol. fol. m. 164. & 231. & seq.* ibi: *Venetiis afferuntur.* Sed nimius aro- 45
matum usus, & qui luxui materiam præbere potest, omninò moderari debet: cùm nullam aliam ob causam veterum illa frugalitas disparuerit; quàm quòd ex aromatum frequentia & Sibaritica varietate, varii cibos condiendi construendique modi excogitati, quibus veluti fomentis, Venus in membris delitescens incidatur; ipsaque hominum vita, (quæ olim sale & 46
caseô veluti saginabatur) multis parasangis decrescit. Id animadvertens 47
sapientissimus juxtà, & doctissimus Magnæ Britanniæ Rex Jacobus VI. & voce & stylô insaluberrimum pariter ac intempestivum tabaci usum, inter suos abolere conatus est; veluti tractatus hac de re singularis ab ipso Rege conscriptus, quique inter ejus opera exstat, attestatur.

Quomodo autem Imperatores Ro- 48
mano-Germanici Recessibus Imperii providerint & prohibuerint, ut aromata pura atque nativa, non autem corrupta, & adulterina, vendantur, *lib. 4. c. 5. n. 12. & seqq.* ubi de Improbis mercatoribus, attingemus; Sed ad thesin. Vini portorium, ætate Cicero- 49
nis, in Galliâ nullum fuit, aut exiguum, ut ex verbis pro M. Fontejo apparet: *Cognoscite nunc de crimine vinario, quod illi invidiosissimum esse voluerunt & maximum.* Vid. Cæs. Buleng. *de Vectig. pop. Rom. c. 28.* nunc verò ibidem receptissimum; quod sæpius mutavit

tavit Carolus IX. Anno 1561. quinque solidos unicuique dolio imposuit, minoribus vasis, secundum proportionem. Exigitur autem ab omni vino quod in Oppida muris cincta, & suburbia illorum importatur, sive, ut ibidem recondatur, donec aliò transferri possit, sive ut exhauriatur. Vectigal hoc solummodò destinatum erat redimendo patrimonio subsidiis & gabellis Regiis, per summam necessitatem
50 abalienatis. Sic in Anglia Philippum, Caroli V. filium, in singula vini dolia maiora, Gallorum mercatoribus in portum ingressis nummum aureum, subditis verò novem imperasse refert Bodin. *lib 6. c.2.* ubi simul, quantum vini Gallia in Angliam & Belgium effundat, narrat. Hîc Lubecæ ubi monopolium vini Rhenani promiscuè non permittitur, solvitur vectigal vinarium, quod vocatur ACCISA, quasi accidat pretia. *art.12. tit.6. lib.3. Statut.*
51 Est & species tributi in Galliâ, quod *Billots* vocant, & Oenopolis imminet, alibi *appetissment* appellant, voce flagitium testante; quô venia facta est, talibus mensurâ minore vendendi, si modò ii præstarent 30. solidos in quodque vini dolium. Pium initio inventum, ut cætera, degeneravit in acerbitatem exactionis, cùm initio ædificandi, sacris ædibus esset destinatum, Casp. Klock. *de Contrib. Cap.1.*
52 *p.33.* Illud verò quæstionem habet non inelegantem, nec minus utilem: Num, qui vinum aut cerevisiam per loca vectigalium transvehunt, ipsa aperire dolia & partem vini aut cerevisiæ, vectigalis locô, ex iis præstare cogi possint? Et quamvis vinarii aut cerevisiarii mercatores ac aurigæ, ad hanc necessitatem à multis improbis exactoribus interdum adstringantur, injustè tamen id fieri certum est; cùm dolia vicissim per vectores impuris plerumque vasis, aut fœtidis etiam pileis adhibitis, aquâ oppleri soleant; ipsis doliis pro parte evacuatis vinum aut cerevisia facilè acescat, aliasve degeneret; unde vel deteriorationem omnimodamve corruptionem, vel etiam ruptô doliô, effusionem contingere oportet. Pœnam autem corrumpentis vinum Rhenanum de Recessibus Hansæ. vid. infr. *lib 3. cap.5. n.28.* Et Corruptum vinum quàm naturæ nostræ sit inimicum & ferè mortiferum, docet Clariss. Dn. Doct. Paulus Neukrantz. Phys. Lubec *in suo eruditiss. tractatu de Purpurâ cap.9. p.124.* 53
Quæ inconvenientia per prohibitionem pravi illius antecedentis, ex quo ipsa conseqvuntur, meritò eliminanda sunt. arg. *Nov.8.* in procem. Jo. Schneid. *ad §. Capite tertio. n.3. Inst. ad L. Aquil.* Godd. *cons.7. & 8.* & hos allegans Bocer. *de Regal c.2. n.196.* Atque hujusmodi in casibus Deputationis Recessum de Anno 1600. notabili decretô & præjudiciô, in causâ quâdam limitatum fuisse adserit Becht. *de secur. & salv. cond. thes. seu num.66.*

De Salis vectigali pauca nunc subjungamus.

Licet quidem de jure Civili & Constitutionibus Imperatorum, ex salinis & commercio salis vectigal quoque colligatur. *l.59. §.1. ff. de hered. instit. l.13. ff. de Publican. l.17. ff. de V. S. l.11. C. de Publican.* nullumque Reipub. vectigal levius sit commodiusve quàm salis. *l. forma, §. salinæ ff. de Censib.* Vid. Guid. Panciroll. *thesaur. var. lect. lib.3. cap.31.* Ubi de vectigali salinarum. *p.495.* Certum tamen est, ab omni tempore hoc vectigal, ob Salis præstantiam, de qua vid. Klock. *de Ærario. lib.2. c.9.* fuisse maximè odiosum, ut apparet ex T. Livio. *lib.29. ab U. C. circ. fi.* Ita enim ille: *Dum hæc Consules*, inquit, *diversis Regionibus agunt, Censores interim Romæ, M. Livius & C. Claudius Senatum recitarunt. Princeps iterum lectus. Q. Fabius Maximus, notati septem, nemo tamen, qui sellâ curuli sedisset, sarta tecta acriter & cum summâ fide peregerunt viam è foro boario ad Veneris; & circà foros publicos, & ædem Matris Magnæ in palatio faciendam locaverunt. Vectigal etiam novum ex Salinariâ annonâ statuerunt. Sextante sal & Romæ & per totam Italiam erat. Romæ pretiô eodem, pluris in foris & conciliabulis, & aliô alibi*
54 55 56

alibi pretiô præbendum locaverunt. Id vectigal commentum alterum ex censoribus satis credebant populo iratum, quod iniquô judiciô quondam damnatus esset. Et in pretiô salis maximè oneratas tribus, quarum operâ damnatus erat, credebant. Inde Salinatori Livio inditum cognomen. huc usque Livius.

57 Memorabile verò illud, quod memoriæ proditum est ab Athenæo. *lib.3. διπνοσοφιστῶν cap.1.* à Lysimacho jam olim in Troade vectigal salis & salinarum constitutum, & naturâ tamen id quasi refugiente statim exaruisse salinas, & remissô vectigali rursus prodiisse; idque refert etiam Choppin. *de doman. Franc. lib.1. tit.15. n.15.* In odiosum hoc

58 salis vectigal ita invehitur Thomas Garzon. *piazz. univers. discors. 157. p.368. A i tempi nostri,* inquit, *si vede ancora, che stima faccia il sommo Pontefice della gabella del sale, & di quanto utile sia alla camera Apostolica la Cita di Cervia dove gli fa tanta copia di sale &c. In questo mestiero, poi si commettono molti frodi, & inganni, & percioche s' adultera il sale alle volte, con la terra trita, alle volte con l' arene minuta, & simili alteri furfanterie sono commessi da quelli, che hanno o saline ò il dacio del sale sopra di loro, l' ufficio di quali è vile in se medesimo per sentenza de Giacobino di S. Georgio. l.1. ff. de jurisd. om. jud. Oltra che rare volte si da quel tanto che la bilancia giusta richiede.* vid. infr. hoc *lib.2 cap.16. n.8.* ubi hoc exemplô judicium Hispaniæ probatur, *& si Sforzano contra il dover i popoli á pigliar sal nigri[illegible]mo & tutto adulterato, à carissimo, pretio potendosi per miglior mercato havere del candido, & bianco molte fiate per via de mercanti forestieri, quantunque la scusa appresso di coloro sia in pronto, allegandosi assai leggiadramente che non sarebbe mercantia di sale; se non fosse salata, ma non adducono gia che le gratie presso à Poeti siano tante amiche del sale, che poiche la terra & l' acqua abondantemente le porgano al mondo, non solamen-*
NB *[illegible] levar le GABELLE stra[illegible]narie del sale, ma distribuirlo quasi gratiosamente à subditi acciò al meno in cotesto appareçe la larga cortesia & generosità de suoi Prencipi & signori &c.* In Galliâ Gabella salis, obscuræ fuit 59
originis, & superioribus seculis non nisi extra ordinem constituta, à Carolo V. Rege ordinaria facta est An. 1369. quæ primùm exigua fuit. Sed Franciscus I. illam immensum auxit Anno 1542. viginti quatuor libris in modios impositis. Sunt autem Salinæ Santonicæ inter omnes præcipui nominis, tantique proventûs, ut non solùm Franciæ universæ, sed etiam Hispaniæ sufficiant, ad easque infinitæ naves quotannis, hujus commercii gratiâ accedant. Unde non exilis pecunia rediit ad Regem, qui vectigal salis Anno 1608. locavit quatuor myriadibus Francicis, ut ex ore conductoris se audivisse, & in contractu cum Rege inito legisse testatur Papirius Massonius *in descriptione fluminum Galliæ,* & Thuan. *lib.5. histor. Sal,* ait, *in Regia horrea certis locis disposita reconditur, pœnâ capitis in illos sancitâ, qui aliunde, quàm in illis horreis emerint, ne vectigalibus, quæ gravia sunt, fraus fiat.* Franciscus, lege latâ, in ipsis salinis vectigal capi voluit, auctô suprà modum pretiô, in eam rem paulò antequã moreretur, plures Præfectos ac ministros instituit; idem Thuan. *lib.6. hist. ad ann.1549.* Picto- 60
nes, Rupellani, Eugolismenses, Lemovices, Petrocorii, Santones & Alnetenses, missis è suo numero delegatis ad Henricum II. Regem, qui tunc in Ambinis erat, impetraverunt; ut, quæ à Francisco de inferendo in publica horrea sale constituta fuerant, quòd seditionibus, in illis regionibus exortis, causam dederant, abrogarentur, ut recepto more salis venalis vectigal triente ac besse definiretur. *Idem lib.13. ad ann.1554.* Lex durior, inquit, in Senatu recitata VI. Idus Ianuarii, quâ Pictones, Rupellani, ac circum-Insulani, Engolismenses, Lemovices, Petrocorii, Santones & Aquitani Salis vectigal, quod in Provinciis impositum erat, undecies centum nonaginta quatuor millibus Francicûm nummûm redimere compellantur. Videatur

deatur Franciscus Belcarius *lib.25. rer. Gallic. n.16. & seqq.* ubi agit de motibus gravissimis in Aquitania Anno 1547. & 1548. occasione Salinarii vectigalis
61 exortis. Notandum tamen hîc occurrit, hunc vectigalis salinarii rigorem, in Galliâ solùm adversus regni subditos, non verò exteros mercatores usurpari, attestante ipsô Bodino *lib.6. de Repub. c.2.* dum inquit: *Nostri Reges minimum quiddam, ac penè nihil peregrinis pro salario vectigali, subditis verò gravissimum imperant. Et cùm in ipsa Gallia salinæ totius Europæ uberrimæ sint ac præstantissimæ, unde Belgæ, Britanni, Dani, salpetere consueverunt, nobis tamen multò carius emitur, quàm illis:* Et paulò pòst: *Franciscus I. ut mercatores peregrinos in Galliam, quasi quibusdam illecebris, arcesseret, à salinario vectigali propè immunes esse voluit, ne ab Hispanis sal acciperent.*

62 Fuit autem Gallia admodùm felix & beata, antequam rebellio incolarum & ambitio extraneorum, adegit Reges recurrere ad rigorem & asperitatem tributorum & vectigalium extraordinariorum. Non exigebatur sub Regis nomine quicquam præter vectigalia & tributa quædam, quæ pedagia, barragia, & traversa vocabant, & alia præcipua regia non magni momenti.
63 Bella Anglica introduxerunt subsidia Taillarum aliarumque, aucta posteà in eum numerum tributa & vectigalia, ut nomina ipsa vix inveniantur, quibus ea exprimi possint. Pierr. Matth. *lib.2. narrat.3.* & in specie de augmento Salinarii vectigalis ita P. Heig. *1.q. 14. n.19. & seqq.* Sequentium gubernatorum avaritia salis vectigal non modò in usum reduxit, sed & auxit insigniter; quippe non contenti illi vectigalibus, Salinariæ annonæ impositis, mancipibus solis jus esse vendendi salis voluerunt; & mancipia hujusmodi & publicanorum vulgò Receveurs societates & collegia approbata fuére, imò subditis duplò gravius vectigal, quàm salis pretium imperatur. Bodin.
64 *d. c.2.* At quid multa de Gallicis impositionibus Salinaribus verba facere opus, cùm & in quibusdam Germaniæ nostræ Civitatibus non minus quàm olim & adhuc in Gallia, hoc in passu cum suo & vicinorum malo peccetur. videantur hac de re Alb. Crantz. *in sua Wand. lib.13. cap.6.* & alii ejus seculi Historici, qui de Luneburgensium Vectigalibus Salinariis & motibus occasione istius circa annum 1473. ortis scripserunt. Hinc in Gallia descen- 65
dunt EQUIPOLLENT, quô libertas salem emendi vendendique extra Regia horrea redimitur, de quâ tributi specie inferius *lib.4. c.7. n.19. & seqq.* ubi de monopolio salis.

Les Aydes, sunt auxilia sive subsidia, 66
primùm à Rege Johanne in Angliâ captivo per summam necessitatem imposita, in Comitiis Ordinum à Carolo V. Delphino convocatis: impositis duodecim denariis in singulas libras omnium rerum venalium, exceptô sale, vinô, aliisque potioribus. Sed posteà perpetua sunt effecta, atque aucta per vigesimam & octavam vino impositam. Distinguendæ verò sunt jure Gallicô & Belgicô Impositiones, quas dicimus à subsidiis gallicè Impost & aide. Paulus Christinæ. *decis. Belgic 101. n.10.11.12. vol 3.*

Billots, inventum est posterioris me- 67
moriæ Principum Galliæ, quod ipsum Oenopolis imminet, alibi appetissiment appellant; de quo paulò ante. *num.51.*

Traitte-foraine, apud Gallos est por- 68
torium seu vectigal, quod mercibus è Regno exportandis, primùm imposuit Carolus V. Rex Anno 1376. sed ad tempus; quòd deinde Anno 1392. continuatum. Carolus VII. constitutionem edidit, quâ quantum persolveretur, & à quibus exigeretur, perscriptum erat. Carolus VIII. alteram edidit Anno 1488. Itemque Franciscus I. Anno 1542. certa pretia mercibus constituit, secundum quæ vectigalia solvenda erant. Eôdem modô & mercibus, quæ importantur, variis edictis cautum.

Tailles, Taillon les crues. superiori- 69
bus temporibus non nisi extra ordinem

nem & belli tempore imponebantur, Carolus autem septimus ordinariam fecit hanc exactionem, ut militibus sufficeret. Taillæ nomine omne genus ordinariæ & extraordinariæ intributionis intelligitur.

70 De reliquis Impositionum Gallicarum speciebus, putà *Ledon d' octroy, Fouages, Douane, Imposition sur l' entree des vins, subvention de partie sur les Villes clauses, Augmentation ou diminution du prix des Monnoyes, crues sur charges de deux trois & quatre sols pour livre gros du vin &c.* Vid. Secret. des Finances *in Epist. dedicat. Jul. Cæs.* Bulenger. *tract. de vectigal. pop. Rom. c.58.* Christoph. Besold. *in discurs. polit. de Ærar. Cap.4. fol.43.* De Origine verò omnium contributionum in genere & specie Dn. Casp. Klock. *de Contrib. & collect. Cap.1. per tot.* ubi quàm latissimè hæc tractat.

71 In Belgio omnibus rebus, quæ in dies venduntur & emuntur, uti vino, cerevisiæ cujuscunq; generis frumento, carnibus, bestiis, piscibus, lignis, sali, aceto, smegmati, Tabaco, panno, vestibus pretiosis, & similibus rebus, quarum usus frequens & quotidianus Tributa (vulgò Impoſten / Licenten / Accijſen / Conſumptien) indicuntur. Nec quisquam ab hisce Impositionibus & gabellis immunis est; exceptô

72 Principe Aurasiæ; nec non Regum Galliæ, Angliæ, Sueciæ, & Reipub. Venetæ Legatis. Videtur autem id iniquè peti; cùm res, quæ in proprios usus, præsertim victûs & corporis tuendi causâ devehuntur, meritò à vectigalibus immunes esse debeant. *l.5. C. de Vectigal. & Commiss. l.4. §.1. ff. de Public. & vectig.* Nic. Everh. Jun. *Cons. 2. n.24.* Rol. à Vall. *cons.34. n.15. vol.3.* Surd. *de alim. tit.8. priv.19. n.3.* Sed necessitas & consuetudo, collectarum magistra, in eo genere datii seu Impositionis, quod consumendis imposuit, hodiè per Europam ferè recessit ab isto jure, & sine usus proprii aut alieni intuitu mercibus imposuit vectigal. De cujus æquitate, an pro usu Reipub. id fiat, haud nimium disputo. De Vectigali rerum Venalium, mancipiorum, metallorum, artificum &c. Vid. Guid. Panciroll. *d. c.31.* De vectigali 73
piscariarum hic ita: Inter vectigalia Ulpianus Piscarias recenset. Pandectæ legunt vectigal Picariarum; quod esset illud, quod ex picem extrahentibus vel vendentibus solvitur. Sed Picariam appellari locum, ubi pix venditur vel coquitur, aut purgatur, non memini me legisse, inquit Panciroll. *d. c.31. p.497.* neque hoc genus vectigalis institutum fuisse. Quare vitiô librarii literam S. omissam fuisse putô, & legendum vectigalia Piscariarum, ut habent omnes alii Codices. Piscaria autem locus est, ubi pisces venduntur; Varro, nullus, inquit in Piscariâ piscis erat, & Piscarius, qui vendit Pisces. Idem Varro. Cùm verò esus piscium apud Veteres frequentaretur proprium piscariis in dictum vectigal videri potest. Quantum verò esset id vectigal, non inveni; & ob id lacûs piscatorios & portus in censum deferendos Ulpianus scribit. *l.4. §. lacus. 6 ff. de Censib.* Pretium piscis primæ qualitatis fuit aureus, seu solidus in vicena pondo. *l.1. C. Theod. de pretio piscis.* Panciroll. *d. c.31.* Ex quibus impositioni- 74
bus, Belgicis provinciis incredibilis redit proventus. Ex unâ quippe piscaturâ halecum quæ ex Arctoi maris latebris (in nullo enim flumine, neque mari mediterraneo, sed solo septentrionali Oceano reperiuntur) præcipitante jam vere, velut commutatis sedibus, tantâ multitudine, ut oppositis retibus sisti nequeat eorum impetus, in æstiva contendunt palabundi, in Hollandiâ quotannis unum millionem, & quatuor centena ac septuaginta millia confici ajunt. De quo ita Ludov. Guicciardin. *in descript. General. Belg. pag. m.38. & seq.* Præter hanc verò commoditatem longè amplissimam, tantus ex ipsomet mari, ad Belgas, eorumque incolas redit quæstus, tantus fructus, ut vel propterea judicetur Oceanus magnitudine suâ dignissimus. Consistit autem hic quæstus, quod nemini potest esse ignotum, in maxi-

maximâ illa piscium omnigenorum
capturâ, qui non sumtuosis modò po-
tentium mensis, sed & tenuiorum quo-
que necessitati abundè sufficiunt, &
non incolas tantùm ipsos, sed eorum
quoque crumenas in parte saginant,
cùm tanta iis supersit piscium copia, ut
& Gallis, Hispanis, Germanis, Britan-
nis, aliisque finitimis populis, largiter
eos impertiant. Quin & in Italiam quo-
que non unius generis sale conditi pi-
sces, haleces imprimis & Salmones
hinc importantur. Unde Thuan. *lib. 100.*
hist. pag. m. 387. Ex unius halecis Sa-
liti ac fumigati immensâ copiâ eorum-
que extra provinciam exportatione
plùs CC. florenorum cIↃ ad Zelando-
rum provinciam redire scribit. vid.
Dn. Neukrantz. *Tractatus de Harengo.*
Quia verò magni momenti res est ista
piscium salitura, speciatim differit mo-
dò dictus Autor Guicciardinus, de tri-
75 bus eorum, qui sale condiri solent, ge-
neribus, halecibus nempe, asellis atq;
salmonibus, referens inter alia hale-
cum, tanquam omnium præstantissi-
morum, salituram inventasse in Bel-
gio primum Guilielmum Böekelium,
natione Brabantum; Augustus ille
Imperator Carolus V. tanti hujus in-
ventum dicitur fecisse, ut Annô 1556.
Bervlietum, ubi modò dictus Beuke-
lius Anno 1447. extremum diem clau-
sit, unà cum sorore suâ Mariâ, Unga-
rorum Reginâ adpulsus, aditô hujus
sepulchrô, fausta omnia ejus manibus
fuerit adprecatus. M. Zuer. Boxhorn.
Apolog. pro navigat. Hollandor. adver-
76 *sus Pontum Heuter. p. m. 15.* Nec mi-
nor in Hollandiâ, quàm in Regiis pro-
vinciis fit quæstus ex asellorum (quos
Cabliow/ & Lapperdan vocant) & sal-
monum capturâ. De quibus gabel-
lis & Impositionibus qui plura volet
videat. *Placcaet ende Ordinantie opt-*
Stück van deen *ophe've* van den Gene-
rale ende gemeene middelen/ by den Sta-
ten van Holland ende Westfriesland be-
willigt tot onderstond van de gemeene
Saecke/ in Gravenhage. Anno 1630.
& Guicciardin. *d. l. pag. 39. cum seqq.*
Plura de jure piscandi in genere vid.
ap. Loccen. *de jur. maritim. lib. 1. cap. 9.*
Sed ut revertamur ad scopum. Inter- 77
dum cum commerciis eò res rediit, ut
Tricesimæ mercibus sint impositæ.
Ex quo nil nisi commerciorum de-
structio subsequuta est. Sic Tricesimæ
Anno 1603. à Philippo, Rege Hispa-
niarum III. & Alberto Austriaco o-
mnibus mercibus, etiam ex Galliâ ap-
portatis impositæ sunt; quâ occasione
Rex Galliæ Henricus IV. cùm prius
eandem mercibus ex Hispaniâ & Bel-
gio Importatis Novembri sequente
imposuisset, simul ac videret, æmula-
tionum studiis commercium ubique
cessare, ut necessitatem revocandæ tri-
cesimæ utrisque imponeret, postremò
commercium Hispanis & Archiduca-
libus in Belgio populis omne interdi-
xit; quod negociis magnam perturba-
tionem attulit; attestante Thuano *lib.*
131. Excitatæ enim ubique mercato-
rum graves querimoniæ. Sed Rex
Galliæ, qui tantam injuriam ferre pro-
brosum arbitrabatur, & suis & vicinis
summè id detrimentosum fore provi-
debat; maluit ad tempus spretis rumo-
ribus severâ prohibitione uti, quàm
committere, ut ignavâ patientiâ infir-
mitatem fateri; & dum se ad præsentia
accommodat, homines audentes ad
novam olim inferendam injuriam
præposterâ dissimulatione provocare
videretur. Pontificius Orator, qui 78
metuebat, ne hôc vectigalium dissidiô
pacificatio inter duo potentissima re-
gna turbaretur, omnia summa fecit, ut
Rex Galliæ, dum de tricesimâ abolen-
dâ cum Philippicis ageretur, tantisper
de jure suo remitteret & libertatem
commercii intereà restitueret; nec de-
erant in aulâ, qui eadem veriti, Regi au-
tores erant, ut prohibitionem tempe-
raret. Verùm ille à Ronio aliter per-
suasus nullâ ratione adduci potuit, ut à
proposito discederet, aut quicquam
dignitate & nomine Gallicanô indi-
gnum faceret. Tandem re cum Ve-
lasco, Hispanico Legatô, cùm per Gal-
liam ex Angliâ rediens iter faceret, ad
Blaudi fontem agitatâ, & instante Pon-
tificiô Legatô (Maphæo Barbarino,
pòst

post Pontifice Urbano VIII.) conve-
nit, ut tricesima aboleretur, eodemq;
tempore, neque prius, publica com-
merciorum libertas restituta est. Huc-
usque Thuan. *d. l.*

Denique de mercibus, pro quibus
vectigal solvi non est necesse I. ge-
neratim proditum est *in l. licitatio. 9.*
79 *§. earum. ff. de Publican.* earum rerum
vectigal non præstari, pro quibus non
80 est consuetum præstari. Sic & mer-
cium rerumque exercitui importata-
rum vectigal à mercatoribus non sol-
vitur, ut hâc Immunitatis illecebrâ ad
commeatûs castrensis rationem ex-
citentur mercatores, & eâ in parte eò
magis quoque publicum bonum pro-
moveatur. *d. l. locatio. 9. §. exercitui. 7. ubi
Dd. ff. de Publican.* Petr. Greg. Tholos.
Syntagm. jur. lib. 3. c. 9. M. Anton. Pere-
grin. Eq. D. Marci. *de jure fisci lib. 6. tit. 5.
n. 23. vers. item res Exercitui.* ubi addit,
81 se hoc vidisse observatum. II. Ex
indigenis & nativis regnorum bonis
ea quæ exteri desiderant, & aliunde
haud peti possunt, vectigalibus pruden-
ter possunt onerari, quæ aliunde peti
possunt, non item. Aliàs enim eorum
commercia præsentissimo cum da-
82 mno aliò transferentur. Quod exper-
tus Rex Hispaniæ cùm ante aliquot
annos Neapolitanorum commercio
serico vectigal maximum indiceret.
Idipsum nuper à fœderatis Belgii Or-
dinibus Poloniæ Regi responsum est.
83 Ille cùm mercibus, quæ in Dantisca-
nos & Pillanos portus invehuntur, gra-
ve aliquod vectigal imponere decre-
visset; inter evectas autem merces po-
tissimum esset Poloniæ frumentum, ab
ordinibus judicatum est, ex Moscoviâ
& aliunde idoneam frumenti copiam
peti posse. Itaque nisi ab imponendo
vectigali desistat, potissima Poloniæ &
Dantiscanorum commercia inverti
posse ac turbari. Vid. *Disquis. Belgic.
nuper editas. cas. 28.* ubi in utramq; par-
tem disquiritur, quibus mercibus do-
mesticis in Repub. consuetum sit ve-
84 ctigalia imponere. III. hîc excipiuntur
merces & naves, quæ errore viæ, vi tem-
pestatis, metu piratarum probabili, aut
reparationis causâ, ex necessitate in
portum actæ vel relatæ sunt. *l. 15. l. 16. §.
8. ff. de Public. & vectig.* nisi quod qua-
rundam gentium institutô, pecuniæ
aliquid, pro tuta statione præstari sole-
at, quam vulgò vocant pecuniam
ANCHORARIAM. Vid. *art. 12. Pacific. Da-* 85
no-Sued. de An. 1645. de qua ut & Jure
Anchoragii vid. Stypm. *contin. p. 5. Jur.
naut. c. 2. n. 14. & seqq.*

Olim Romanis mercatoribus im- 86
positum est vectigal, quod vulgò dice-
batur Interpretium Negociatorum;
quod posteà à mercatoribus exigi veti-
tum est; Negociatores enim, si frumen-
tum Reipub. necessarium coëmissent
jussu Reipublicæ, si forte frumentô
Respub. non indigeret, frumentum sibi
retinere cogebantur, præstitis aliquot
solidis pro Interpretio; quod vetat
Theodoricus Rex, ap. Cassiodor. *lib. 2. Ep.
26.* vid. Buleng. *de vectigal. pop. Rom. c. 41.*

Alterum quod in Italiâ olim com- 87
merciis impositum est, dicebatur quin-
quagesimæ & centesimæ vectigal, vul-
gò Malatesta indigitata. Cujus origo
hæc à scriptoribus refertur. An. 1271. cũ
magna esset fames Venetiis, rogatiq;
Tarvisani, Patavini & Ferrarienses, an-
nonâ Venetos juvare nollent, nova in
Adriatico mari vectigalia sunt imposi-
ta, ut intra Polam seu Padum & Vene-
tias merces & onera Venetiis depone-
rentur, quæcunq; mari afferrentur: or-
dinatis custodibus, ne quid contra le-
gem transiret; Bononienses, qui ma-
gnam Romandiolæ partem tunc tem-
poris obtinebant, ægrè ferentes mari
legem impositam, trienniô ferè cum
Venetis variâ fortunâ decertârunt; sed
superati demûm eâ lege pacem acce-
perunt, ut dirutô Castellô, quod in
Ostio primario Padi construxerant,
quarundam rerum liberam eductionẽ
haberent, ostiorum Padi custodiâ Ve-
netis concessâ. Anconitani verò que-
relam de lege Venetâ ad Pontificem
detulerunt, qui Venetos legem tollere
jubens, minimè est auditus. Blond. *lib. 8.
decad. 2.* Ad eundem ferè modum pos- 88
sidentes Juliacensium ditionum Bran-
deburgicus Neoburgicusq; Principes
vectigalia & præsidiarias naves, in mer-
ces negociatorum in Rheno constitu-
tas

tas abrogare atq; abducere noluerunt, etiamsi hoc nomine à Commissariis Cæsareis in Conventu Coloniensi Anno 1610. sæpiusculè moniti & interpellati essent; sed constanter responderunt, quamdiu sibi constitutionibus Imperii adversus injustas turbationes, spolia & hostilia attentata liberè ditionibus suis uti frui non permittatur, vectigalia illa ad suam suorumque defensionem constituta, revocare & abrogare eos haudquaquam posse. de quo vid. Klock. *c. 11. de Contr. n. 95. in fin.*
89 Mari Balthico, ejusq; Civitatibus, accolis & Imperio limitaneis, quot nova gravissima & inusitata vectigaliũ onera & Extorsionum genera à vicinis Principibus eorumque ministris, maximô commerciorum Romano-Germanicorũ decrementô sint imposita, quotidianæ Mercatorum querimoniæ sa-
90 tis superq; testantur. Inter quæ minimum haud fuit gravamen, novus ille insolitus, & Rom. Germano-Imperio parum gloriosus CERTIFICANDI mod9, quem ante aliquot annos Regis Hispaniæ minister Gabriel de Roy, Hanseaticis mercatorib. eorumq; navigiis omni conatu imponere allaboravit. Cui quomodo Hanseaticæ Civitates & ipse Imp. Ferdinad. II. p. mem sese opposuerint, patet ex litteris prædicti Imp. ad Comitem Schomburgium in aulâ Madritiana Residentem datis Pragæ. 12.
91 Jun. an. 1635. Quanquam olim quoq; in Comitiis Spirensibus decretô Cæsareô provisum, ut tàm ad cęterorum regnorum exemplũ inq; juris maritimi Romano-Germanici tutelam, quàm ad reducendam hoc in passu Imperio pristinam prærogativam, autoritatem & splendorem, certus maris Germanici Præfectus seu Admiralius ordinaretur & stabiliretur. Verba decreti de 16. Sept. an. 1579. hæc sunt: Soviel zu handhabũg des H. Röm. Reiches Seekante belanget/ So ist gnugsam offenbahr/ daß alle Königreiche so Seekanten habẽ/ zu Handhabung ihrer Seestriche uñ Meergerechtigkeit/ einen Admiral haben/ Weil dañ im heil. Röm. Reich so gewaltige Gerechtigkeiten beede im Mitternächtigen und Occidentalischem Meer seyn/ und also auch in andern Königreichen in hoher Existimation gewesen; Welcher Gestalt aber nunmehr des Reiches Gerechtigkeit uff der See geschmälert/ daß nicht allein sie ihre Freyheiten/ so sie in frembden Königreichen gehabt/ verlohren/ und mit grossen Beschwerden also überlegt/ daß das gantze Römische Reich alle Wahren desto theurer und höher nehmen muß/ Wie dann die Beschwernüssen und Mangel ihrer Freyheiten des Jahres unsers Erachtens auff viele Tonnen Goldes lauffen/ wollen geschweigen/ daß mit der Zeit die frembden Königreiche je länger je mehr die Seestädte beschweren möchten/ Ja auch den Unchristen/ und Moscowiter nicht ein geringer Vortheil der Christenheit zu schaden an die Hand geben würde/ Also/ daß hoch von nöten seyn wil/ dem Römischen Reiche einen Admiral zu ordnen/ der das Reich zu seiner vorigen Gerechtigkeit wiederum bringe/ uñ wieder alle Neuerung beschirmen möge. Quamvis enim dubitari possit, an 92
hodiè Cæsaris eadem in mari potestas sit quæ olim, cùm classis Romana de quâ est in *l. unic. C. de Classicis lib. 11. tit. 12.* defecerit. Statuendum tamen est cum Jo. Gryph *de Insul. c. 14. n. 70.* Imperatorem maris Imperium per Principes 93
& Civitates maritimas adhuc retinere. arg. *l. 10. l. 18. ff. de acqu. possess.* vid. sup. *lib. 1. c. 16. n. 37. 38. 39.* Responsa & Mandata Impp. Rudolphi II. & Matthiæ. His adde Dn. Conring. de finib. Imperii maritimis *cap. fin.* Ubi de Civitatibus Im- 94
perii, quæ plurimum mare & Classe valuerunt. *pag. 848. & seqq.*

Providerunt igitur jura, si mercato- 95
res pedagiis injustè graventur seu vexentur, & semetipsos ut suprà *n. 15. dictũ*, contra injustas vectigalium exactiones tueri non valeant, ut coràm judice Ecclesiastico conqueri possint, secundũ Innocent. *in c. significantib. de offic. deleg.* Cujus sententiam etiam probat Felin. *ibid. n. 6.* ubi eorũ querimoniæ de simplici & plano audiantur, Felin. *d. l.* hocque more miserabilium personarum, cum quibus mercatores peregrinantes comparantur. Alexand. *Cons. 352. lib. 7.* Marquard. de Susann. *tr. de Judæ: part. 2. c. 9. n. 6.* De Mercibus autem pro

pro quibus vectigal solvi non est necesse, paulò antè, *n.79. & seq. vidimus.*
96 De quo Hugonis Grotii, literatorum Phœnicis, hoc est judicium, *lib.1. de jur. bell. ac Pac. cap.2. §.14. & cap.3. §.14. c. lib.* Quòd vectigalia & onera, quæ ad merces nullum habent respectum, mercibus imponi nulla æquitas suadeat, sed si, aut ad præstandam securitatem mercibus, ut ponendo stipites co-
97 ronatos **Packen** aut tonnas prægrandibus saxis fundo adhærentes vulgò, **Tonnen.** de quorum *jur. vid.* Stipm. *de jur. naut. p.2. c.4. n.246. & p.4. c.10. n.47. & seqq.* Loccen. *de Jur. marit. lib.2. c.1.* cum Gryphiand. *de Insul. c.31. n.155.* aut inter cætera etiam ob hæc onera sustinentur, ad ea compensanda vectigal aliquod imponi mercibus potest, dum modus causæ non excedatur; adjicit autem paulò pòst, sed frequens est, ut æqvus modus non servetur, cujus rei Phylarchas Arabum incusat Strabo
98 *lib.16.* hoc addito: *Χαλεπὸν γὰρ ἐν τοῖς πσέτοις καὶ τοῖς αὐθαδέσι κοινὸν ἀφορισθῆναι μέτρον τῷ ἐμπόρῳ λυσιτελές*, h.e. Difficile enim est, ut inter validos & feroces definiatur modus mercatori non gravis. addatur Stypm. Contin. *in Jus Naut. p.5. c.2. n.8.9.* Quàm malè autem in Germania nostra vectigalium modus fuerit servatus, testantur querelæ Impp. ac Statuum, de immodico & ferè intolerabili vectigalium onere. vid. sup. allegata *Capitulatio moderni Sacratissimi Imp.* Leopoldi *art.21.*

99 Ultimò tandem sciendum, certas esse in jure pœnas constitutas in hos, qui ab hujusmodi privilegiatis & pro communi bono laborantibus vectigal injustum exigunt, quòd videlicet, si ipsi exigentes privilegiatæ sint personæ, priventur ob ejusmodi exactionem privilegiis; cùm amissionem suorum privilegiorum mereantur, qui aliis sua derogant. *c. dilecti filii. X. de privileg.* Peculiariter verò jure Civili pro navicularijs negociantibus (quod Bertachin. *in tr. de gabell. c.7. n.4.* ad omnes extendit mercatores) contra eos, qui his negocium facessunt, vel vectigal exigendo injusti, vel simili ratione constituitur pœna decem librarum auri. *l.1. C. de navicul. seu Naucler. lib.11.* Imò nova & injusta vectigalia extorquentes, de ambitu & vi publica tenentur. *l.1. in fin. ff. ad l. Jul. de ambit. l. fin. ff. ad l. Jul. de vi pub.* Br. *l. vectigalia. ff. de publican.* Et vel exiliô, vel deportatione, vel aquæ & ignis interdictione. *l. qui dolo. ad l. Jul. de vi pub. l. si provincialium. C. nov. vectigal. instit. non poss. l. 2. C. de bon. Proscript.* Jure Canonicô excommuni- 100
catione plectuntur. *c. innovamus. X. de Censib.* Henning. Göden. *Cons. 11. n.2. & 3. p.1.* Myns. *obs. 29. n.5. Cent.5.* Et aureâ bullâ *cap.17. in fin.* generaliter etiam confirmantur, quæ legibus civilibus (quæ ibi simul sacræ vocantur) de pœnis indebita & insolita vectigalia exigentium constituta sunt; idque & de exigentibus & instituentibus ea intelligendum est.

Hisce nunc præmissis, paucis videbimus de gravaminibus, quibus ob auctionem veteris & impositionem novi vectigalis premi se & opprimi sæpè queruntur mercatores extranei, imprimis verò Hanseatici in Regnis Hispanicis.

Cùm de vectigalis pensitatione jam 101
olim inter Reges Lusitaniæ & Hanseaticos certô ac definitô modô convenerit, quemadmodū privilegiorum verba commonstrant; & nos supra mentionem fecimus, per se æqvum esset, conventionis fidem servare, tametsi nulla alia mercatorū merita deinceps accessissent. (Decet enim, ut summus 102
Pontifex inquit, concessum à Principe beneficium esse irrevocabile; & convenit Regibus verbum illud, quod scripsi scripsi; &, quæ processerunt de facie meâ, non faciam irrita; quemadmodū JCti Pontificii loqvuntur) Æqvum igi- 103
tur & justum esset, ut Immunitas vectigalis, in iis mercibus, quæ ad vitā commodius honestiusq; degendam asportantur, ad annonam remque omnem nauticam & bellicam pertinent, Anno 1517. 1528. & 1607. à Regibus Lusitaniæ & Hispaniæ obtenta & confirmata nostris semper servaretur, & in mercibus cæteris non nisi quinæ vel denæ de singulis Centenis exigerentur; quò hi pe-

regrini mercatores ad eas res majori copiâ advehendas allicerentur. Bodin. *lib.6.de Repub. c.2. p.1037*

104 Hiſce tamen non attentis, ſæpisſimè de ſingulis centenis vicena, terna & tricena de centenis exiguntur; idque tàm de invehendis quàm exportandis mercibus, ita ut ſumma hujus vectigalis ſortem ipſam propemodùm adæquet, & nullum aliud fiſco Regio fructum, quàm omnis commercii ceſſationem propediem afferre poſſit. Nec inter hos tantum cancellos malum duntaxat conſiſtit, ſed multi etiam alii emungendæ pecuniæ modi, quibus adæquatio ſortis haut difficulter demonſtratur, mercatoribus interdum imponuntur.

Cùm enim de vigore privilegiorum in Regnis Hiſpanicis de unoquoquo ſalis modio, MOJEN vulgò dicto, duo tantùm reſes ſolverentur, exiguntur (prout querimoniæ mercatorum teſtantur) ſæpiſſimè quatuor, quinq;, & plures Regales. Conſimili modô ante aliquot annos vino & oleo certum vectigal Hiſpali eſt impoſitum, quô dena de Centenis rigidè exiguntur. Deinde extorquetur certa interdum penſitatio pro anchoris, ſive ſtatione navium, ita ut ſingulæ naves binos ducatos Liſabonæ ſolvant, & alios binos in portu Setubal. Exigit prætereà Capitaneus in eodem portu de unaquaque navi unũ ducatum, & ſinguli ipſius milites qui naves viſunt, binos regales. Judex verò ſive Alcalde de Saques, de unaquaque navi capit quatuor ducatos; Viſitator ad Gades, ſive Vedor in Calis de unaquaq; navi duodecim regales non rarò ſumit. Vice Ammirallius in Orcades de ſingulis Laſtis ſingulos Regales exigit; quâ exactione trecenti amplius regales uni quandoq; navi extorquentur. Interdum & alia quædam exactio Liſabonæ excogitatur, quam Schůdde-börſe vulgò vocitant noſtrates; quâ itidem de ſingulis oneribus ſive Laſtis regales ſinguli cum uno quadrante exiguntur; neq; creditur hâc in parte nautarum aſſertioni, vel publico, quod ſecũ ferunt teſtimonio ſuper navis modiatione, ſed pro exactoris æſtimatione ſolvendum eſt, quantum ipſi viſum fuerit. Et ſi quando contingat, ut navis exercitores magiſtro ejusdem ſalẽ pro vectura ex conventione pendere teneantur, coguntur eô nomine duplex vectigal perſolvere, nullâ prorſ9 ratione, niſi quòd ita Publicanis ad ſuum quæſtum conducat placeatq;. Denique, eò res rediit in multis Hiſpaniæ portubus, quod olim ſeſtertiô unô ſive ſtüfero redimi poterat, hodiè ducatô ſæpisſimè redimendum ſit. Poſtremò certum audivi pretium mercibus à Publicanis in teloniis Hiſpanicis conſtitui, eâ calliditate & aſtutiâ, ut pretium ſemper excedat, & ipſi tantò plus à mercatoribus afflictis, telonii & vectigalis nomine iniquiſſimè abradant.

Cùm autem hæc omnia privilegiorum tabulis, benè meritô partis, promisſis Regiis, quæ æquipollent juramento, juriq; & juſtitiæ è diametro adverſentur, meritò ab iisdem iniquis oneribus & gravaminibus mercatores tàm anxiè ſimul pro bono publico laborantes ſublevari, eaq; omnia penitùs tolli & aboleri deberent. Et hoc tantò magis, cùm Regio fiſco hâc ipsâ Immunitate nequicquam decedat, ſed quantulum illud fuerit, quod vectigali regio diminuetur, id certè copioſiore & ampliore mercaturâ facilè compenſabitur, prout in præfatione demonſtravimus. Pręcedentibus nunc addere libet quod Wilhelmus Wſeling im Bericht von der Süder-Compagni in Schweden de an.1626. *p 35.36.* de oneribus quibus merces ex Regnis Hiſpanicis aliorſum invectæ & asportatæ premuntur refert. Ita enim ille: Das erſte Vortheil/ daß wir für Spanien haben/ iſt daß die Güter mit ſo ſchweren Aufflagen uñ Laſten beſchweret werden/ ehe ſie durch oder auß Spanien anhero oder in andere Länder kom̃en/ ſo mehr als hundert und dreiſſig pro Cento außträget: Und dieſes iſt zu beweiſen allein auß dem Zucker der auß Braſilien kommt / ohnangeſehen andere Wahren ſo viel und etzliche noch mehr beſchweret ſeyn / Und ſolches rühret daher/ daß der Handel auß Braſilien durch Stechen geſchicht

105 106 107

und

und bedarff man dazu wenig Geld/ derowegen müssen die Unkosten / so man auff die Güter / die man in Bezahlung des Zuckers angiebt / auff den Zucker gerechnet werden / Solche Güter aber bestehen in Leinewand / Bayen / Sayen / Wachs / Kupffer / Stangeisen / Kramereyen / Nürenberger Wahren / Eisenwerck / Tonnenmeel ꝛc. Welche Güter auß andern Ländern in Portugal gebracht / im außführen mit Zollen und Unkosten / Wegen / Messen / Packen / Schiffen / Fracht / Assecurantien / Interesse, auß- und einladen / zu hausführen / Packhauß mieten / schaden unterwegens / und Factorey ꝛc. für welche Dinge alle der Kauffman zwantzig pro Cento haben muß / wil er anders in gutem Stande verbleiben und nicht außspannen.

Ist - - - - 20.
Für Zoll / als die Wahren außgehen auff Brasilien - - - 3.
Für Zoll als die Wahren einkommen in Portugal - - - 23
Für Unkost / Fracht und Assecurantz auff Brasilien - - - - 10
Der Zucker zahlt in Brasilien an den König den zehenden / ist - - 10
Man rechnet gewönlich für Unkosten von Brasilien auff Portugal mit eingegriffenen 5. pro Cento für Factorey / mit Assecurantz und Fracht - 23.
Für Zoll beim Einkommen zu Lisbon - 23.
Für Zoll wen die Wahren außgehen hieher oder anders wohin - - - 3
Noch für Fracht und andere Unkosten auß Portugal hierwerts - - - 15
Ist zusammmen einhundert und dreißig auffs hundert - - - - - 130

Sed pace nuper cum Ordinibus Belgii initâ, & renovatis Osnabrugæ veteribus privilegiorum Hanseaticorum tabulis, meliora in regnis Hispanicis, quod Deus faxit, speramus tempora
108 commerciorumque levamina. In Daniæ quoque Regno Mercatoribus vectigalia sæpiusculè adaucta esse, præteritorum & præsentium temporum querimoniæ attestantur. Nam, ut cætera, tanquam odiosa, silentiô prætereamus, id apparet, quoad præterita tempora ex vectigali onerario, vulgò Lastzollen / quod Friderici II. tempore, contra pactiones antiquas & Odenseheensem transactionem, commerciis Hanseaticis impositum fuit, illudque adeò extensum, ut de navibus, saxis & sabulo seu saburrâ, vulgò Ballast onustis & Chersonesum Cymbricam transeuntibus æquè quartam Joachimici partem, h. e. de qualibet navi 200. onerum, 50. Imperiales exigi jusserint, ac de illis, quæ sale & aliis necessariis mercibus onustæ fuerint; ita carè sabulum & saxa eô tempore mercatores redimere constricti erant, cùm olim non nisi mediam Imperialis partem exsolutam esse constet. De quo gravamine plenius docent Recessus Imperii de Anno 1582. August. Vindel. publicati. Præbuit hæc Vectigalis 109
Oresundici ob nudum transitum & usum ventorum impositi Exauctio, quantum ex apparentibus & in publicum emissis causis & scriptis perspicere licuit, ansam, internecinis hisce Septentrionalibus bellis nunc demum sopitis. Conjunctis enim olim & unitis hisce tribus Coronis, Daniâ, Suecia, & Norvvegiâ æqualis quoque & reciproca Commerciorum libertas, Vectigalium & Impositionum Immunitas inter illa floruit viguitque. Quæ antiqua & mutua Nationum Commercandi libertas tandem in Pacificatione Brömbsbroensi Anno 1645. ad alias quoque provincias & Civitates Succorum dominio subjectas extensa est, postmodum autem communi placito provisum, ut ad præcavendas Inquisitiones & Visitationes, ex quibus omne malum subortum, à magistratu cujuslibet loci unde naves solverint. Certificationes, nautam, locum, merces & navem denominantes, ac fide publicâ corroborantes, vulgò Päße / Seebrieffe / Certificationem cognoscentem &c. extraderentur. vid. *art. 6. & 9. dict. Tract. Brömbsbr. & nos infr. hoc lib. c. 4. n. 43. & seqq.* Etsi autem 110
Principes absoluti nova vectigalia instituere & vetera augere nequeant, per ea, quæ in principio hujus Capitis & sparsim adduximus; secus tamen se res

habet, si ob publicam utilitatem, vel necessitatem evidentissimam ea instituantur. *l.1. C. nov. vect. instit. & l.ult. C. de vectig.* tanta enim eorum est functio, ut, quemadmodum tributa *in l.1. §. in causa.20. ff. de quæst.* dicuntur nervi esse Reipublicæ; sic idem elogium vectigalibus rectè & necessitate urgente institutis, tribui possit. Nec movet, quòd vectigalia odiosa censeantur, per
111 ea quæ supr. *hoc cap. n.3. diximus*. Nam, odiosa quidem sunt, quæ contra veterem consuetudinem, Immunitatem & privilegia, necessitate non urgente vel omninò novantur, vel augentur. *d. l. vectigalia. de Publican. l.1. cum 2. seqq. C. nov. vect. inst. non poss.* eoque pertinet *l. fin. cum similibus.* Ubi verò publica utilitatis & necessitatis eviden-
112 tissimæ causa subest, secus obtinet. Atque hujusmodi justam & rationabilem causam debere intervenire, idque in supremo etiam Principe locum habere, non solùm per textum *in d. l.1. & l. ult. de Publican.* probatur; sed & tradunt *Dd. in c. Invocamus. de censib.* & cæteri, allegati à Sixtin. *de Regal. lib.2. c.6. n.44. cum seqq* ubi justas vectigalis adaugendi causas enumerat. Ibique simul ex Isernia *in c. un. quæ sunt vectig. n.15.* addens, Principem contrafacientem peccare, imò mortaliter; secundùm Afflict. *d.c. unic. n.2.* & sine dubio maximam facturum Injustitiam, ex mente Innocent. *in d. c. invocamus. de Censib.* ubi ita etiam asserit Roland. à Vall. *Cons.91. n.30. vol.2.* graviter Principes monens, ut studeant, ne exactores, sed Dei rectores nominentur; nec in subditos vel exteros per vectigalia, vel aliâ ratione, crudeliter sæviant, sed illos regaliter amplectantur. Quapropter si Princeps mercatoribus merces per regiones suas vectas graviori tributô onerare velit (idque necessitate haud urgente) quàm opus sit in reparationem viarum, riparum, portuum, pontium, &c. actum iniquitatis plenum agit; Et cavendum tali Principi, ne istâ ratione gravatos in se suosque armet, iisque justam belli occasionem tribuat. Quod nupera inter vicinos Magnates acriter gesta, nunc verò sopita bella, satis evidenti, sed odiosô exemplô, proh dolor! comprobarunt, ut sup. *n.109.* adductum. Necessitatem 113
enim æquissimam belli causam esse, omnium historicorum & politicorum monumenta convincunt. Paul. Busius. *lib.3. de Repub. cap.1. in fin.* Et Darium subditi contumeliosè propolam seu mercatorem appellarunt sordidum; quòd, quæ prius gratuita essent vectigalia, ad solvendi necessitatem traxisset. Herod. & Plutarch. *in Artaxerx.* referente Bodin. *lib.6. de Repub. cap. 2.*

Quapropter sicut ante 30. annos 114
Hanseatici & cæteri interessentes Fluminis Albis Accolæ, de Ducum Megapolitanorum Vectigalis Boitzenb. & Dömicensis, ita & in nuperis Imp. Comitiis de Anno 1653. & seqq. conventibus Circularibus adversus Saxo-Lovvenb. Principes, de Leoburgici Vectigalis adauctione vehementer apud Imp. & Electores Imp. conquesti sunt Circuli Inferioris Saxoniæ Status, De quibus vid. Acta & hinc inde transmissas litteras.

Caput IV.

De Jure Singulari Mercium, quoad Confiscationem & Commissum.

Summaria.

1. *Connexionis ratio.*
2. *Ob debitorum Vectigalium fraudationem confiscantur Merces de Jure Civili.*
3. *An ob liciti Vectigalis fraudationem Merces ipsô Jure, an demum latâ sententiâ in commissum cadant?*
4. *Merces privilegiatæ non confiscantur.*

5. Pœna

5. *Pœna Confiſcationis ceſſat, ſi ob adverſam tempeſtatem merces exonerantur.*
6. *Pro ejusmodi Mercibus penditur pecunia Anchoraria.*
7. *Merces ob tempeſtatem in portu exoneratas an ibidem vendere neceſſe ſit?*
8. *Non cadunt in Commiſſum merces ex naufragio perditæ ſeu translatæ.*
9. *Dominium rei nullâ præcedente cauſa auferre iniquum eſt.*
10. *Taxantur Conſuetudines Galliæ, Siciliæ, Angliæ & Italiæ &c. quibus naufragorum bona fiſco applicantur.*
11. *Chriſtiani II. Regis Daniæ, alias minus laudati, laudabilis Conſtitutio circa naufragorum bona.*
12. *Dania, Holſatia & Pomerania ſimiles laudabiles Conſtitutiones hodie amplectuntur.*
13. *Harum Conſtitutionum & Conſuetudinum, bona naufragorum fiſco applicantium iniquitas, ex jure & rationibus demonſtratur.*
14. *Jurisdictio Littoralis vulgò* die Strandgerechtigkeit *in quo conſiſtat.*
15. *Rebuffus Bodinus JCti Galli hanc Galliæ conſuetudinem iniquam improbant.*
16. *Conſtitutionibus Impp. noviſſimis hæ Conſuetudines abrogantur.*
17. *De Jure Canonico quomodo puniantur Naufragorum bona retinentes.*
18. *De Jure Belgarum quàm graviter raptores bonorum naufragorum plectantur.*
19. *Contra Naufragorum bona ſpoliantes Mandata ſine Clauſula decernuntur.*
20. *Judicis officium in naufragorum cauſâ.*
21. *De Judice, teſtibus & Proceſſu in cauſa naufragorum, remiſſive.*
22. *Non Confiſcantur Merces ſi abeſt Publicanus.*
23. *Nec quando poſt Commiſſum publicanus vectigal receperit.*
24. *Merces non cadunt in Commiſſum ſi injuſtè vectigalia exigantur.*
25. *Ceſſante causâ ceſſat effectus.*
26. *Ceſſat Commiſſum ſi mercator à publicano falsâ perſuaſione deceptus.*
27. *Ceſſat Commiſſum ſi fraus ſaltem ab ipſo nauta, non domino mercium commiſſa.*
28. *Conſuetudo contra jura in contrarium.*
29. *An & quando ob nautæ vel magiſtri navis culpam Dominus, vel Exercitor teneatur actione exercitoriâ? remiſſ.*
30. *Quid in hoc paſſu juris, ſi nauta unam partem mercium occultet, alteram profiteatur.*
31. *An merces licitæ propter illicitas & prohibitas confiſcentur?*
32. *Hujus negativa in ignorante mercatore æquior & humanior.*
33. *Regni Galliæ Conſuetudo, Que la Robbe del' Ennemy, confisque la robbe de l'amy. examinatur & ex jure & rationibus deſtruitur.*
34. *L. Cotem ferro 11. ff. de Public. & Vectigal. verus ſenſus & Interpretatio.*
35. *Conſtitutio hujus L. 11. multum diſcrepat à Conſuetudine Gallica illa rigoroſa antiqua.*
36. *Conſuetudo Rigoroſa Galliæ: Quâ propter illicitas merces & licitæ, itemq; naves confiſcentur, moderata & abolita.*
37. *Si extra territorium Capientium Naves cum mercibus capiantur, confiſcationi non ſubjacent.*
38. *Æquius ut amicorum naves ablatis tantum mercibus de Contrebande ſive prohibitis, dimittantur & reſtituantur.*
39. *Ob Vectigal neglectum omnia bona rapere iniquum & impium eſt.*
40. *De Jure Commiſſi; quem in finem inſtitutum, & quando rei captæ dominium acquiratur? ex recentiore Gentium Jure.*
41. *Ut Merces in Commiſſum cadant & confiſcentur, requiritur ſcientia Mercatoris rem fuiſſe prohibitam.*
42. *Quælibet Cauſa ignorantiæ excuſat Mercatorem à pœna Confiſcationis.*
43. *Forenſis loci conſuetudinem ignorans mercator excuſatur à pœna commiſſi.*
44. *Si Vectigal imponitur ab illo qui imponendi poteſtate caret, Confiſcationi locus non eſt.*
45. *Ad evitandam Confiſcationis pœnam*

45. *Merces debent indicari etiam ab Immunibus.*

46. *De Certificationum Consuetudine moderna.*

47. *Naves Immunes non necesse habent mercium professionem per Certificationes subire.*

48. *Quid circa Certificationes Mercium cautum in Pactis Dano-Suedicis Brombsbroinis de Anno 1645.*

49. *Professionis Mercium & Certificationum quæ ratio.*

50. *An pœna Commissi fraudatori Vectigalium irrogata à lege, ad alios casus per Statutum extendi possit? remiss.*

1 Cum superius *lib.1. cap.16.* in genere de Mercium confiscatione, & quomodo ea tempore belli fieri possit, quædam viderimus. Paucis nunc quoque hôc locô, ubi de vectigalium circa merces jure egimus, speciatim erit attingendum, QUOMODO ET QUATENUS MERCES, OB NON SOLUTUM VECTIGAL, CONFISCARI, SEU IN COMMISSUM CADERE POSSINT?

2 Licet quidem, de jure communi verum sit, merces, ob licitorum vectigalium fraudationem confiscari & in commissum cadere. *l. fraudati. l. commissa. l. fin. in pr. §. quoties. & §. si quis professus. ff. de Publican. & vectigal.* Georg. Becht. *eleg. tr. de secur. & salv. cond. cap.3. th. seu n.57. & seqq.* Joh. Petr. Surd. *vol.1. Cons.57. n.20. per Dd. allegat.* Loccen. *de jur. maritim. lib.1.*
3 *c.8. §.7.* adeò ut res, quæ in commissum cecidit, statim desinat esse fraudantis vectigal, & dominium ipsô jure amittatur. *d. l. commissa.* Salicet. *in l. neg. n.1. C. de vectigal.* Ferret. *in tr. de Gabell. n.143.* Ripa *de peste tit. de remed. ad conserv. libert. n.104.* Roland. à Vall. *cons.42. n.1. & 5. lib.3.* Bertachin. *tract. de Gabell. part.7. n.57.* ita tamen, ut, secundum quosdam, ob contradictionem partis prius sententia requiratur declaratoria, per quam possessori possessio auferatur. Br. *in d. l. Commissa, n.1. vers. licet autem* Bl. *in l. si quis in tantam. n.19. C. unde vi.* Bertachin. *d. tr. p.9. n.6.* Gail. 2. *obs.51. n.5.* Joseph. Ludov. *Concl. 15. n.75.* Coler. *de process. execut. p.1. c.3. n.84.* Rol. à Vall. *d. cons.42. n.5. 6. 7.* & reliqui allegati à Becht. *d. l. th.61.* quicquid etiam in contrarium sentiunt Joh. Köppen. *decis. q.50. n.11.* & novissimè Casp. Klock. *de Contrib. & collect. cap.19. n.546. & seqq.* Nihilominus tamen multi reperiuntur casus, in quibus pœna hæc adversus mercatores eorumque merces non habet locum.

Primùm itaque pœnæ huic non subjacent merces, si iis eorumque dominis licentia transeundi detur, & solutio vectigalis remittatur. *l. fin. §. si quis professus. ff. de Publican.* Bertachin. *de Gabell. part.9. n.4.* Mascard. *de probat. Conclus. 835. num.17. ubi allegat alios.* Quemadmodum Capite præcedente de quibusdam mercibus Hanseaticis in Hispaniâ multisque aliis in locis à vectigalium præstatione immunibus annotavimus. 4

II. Non habet hæc pœna locum, si ob adversam tempestatem merces exonerantur. *l. Cæsar. 15. l. fin. 16. §. si propter. 8. ff. de Publican.* vel ob aliam necessitatem urgentem, cujusmodi est metus latronum, vel pestis, res transvehuntur. Paul. de Castr. *in d. §. propter. n.1. vers. item si propter.* Franc. Ripa. *de privileg. Contract. caus. pest. n.158.* 5
Nisi quod quarundam gentium institutô pecuniæ aliquid pro tuta statione præstari soleat, quam vulgò vocant PECUNIAM ANCHORARIAM. vid. *art. 12. Pacific. Sueco-Dan. de An. 1645.* Loccen. *d. lib.1. c.8. §.8. & 9.* Et Fr. Stypm. *continuat. p.5. Jur. Nautic. cap.2. n.14. 15. 16.* ubi de Jure Anchoragii; quod vectigal maximam affinitatem habet cum eo, quod vocamus Marckgeld / Standgeld. de quo Wesenb. *cons.12. n.67.* Cothm. *cons.47. n.288. vol.3.* Arum. *vol.3. disc.15. c.40.* Kell. *de offic. Jurid. Pol. lib.2. c.9.* 6
Merces autem, quas semel in isto portu exonerare cœperunt, ibidem vendere multorum populorum moribus necesse habent. vid. Loccen. *de jur. maritim. lib.1. c.8. §.8. & 9.* 7

III. Non cadunt in commissum merces 8

merces naufragii calamitate perditæ, eleg. Andr. Gail. *1. obſ.18. per tot.* Fr. Pfeil.*cent.1.conſ.59.* cùm iniquiſſimum, abſurdiſſimum & juri communi contrarium, imò barbarum ſit. Bodin. *lib.1. de Repub. c. ult.* ex re omninò calamitosâ & luctuosâ emolumentum capere, &, quem noſtris opibus ſublevare debebamus, ei reliquias, quas ad littus vel ripam ejectas bonâ fide reſtitui oportebat, diripere. *l. ne quid ex naufragiis. ff. de incend. ruin. naufr.* afflictoque mercatori afflictionem ad-
9 dere. *l. Divus. ff. de offic. Præſ.* Nullâ enim causâ præcedente probabili dominium alicui ſuum auferre, mera injuria eſt. Benè Euripides *in Helena*:

Ναυαγὸς ἥκω ξένος ἀσύλητον γένος.

Sum naufragus, ſpoliare quod genus eſt nefas.

Quod enim jus habet fiſcus (verba ſunt Conſtantini *in l.1. C. de Naufr. lib.11.*) *in alienâ calamitate, ut in re tàm luctuosâ compendium ſectetur.* Dion. Pruſæenſis *orat.7. de naufragio locutus* Μὴ γὰρ εἴη ποτὲ ὦ Ζεῦ, λαβεῖν μηδὲ κερδᾶναι κέρδος τοιοῦτον ἀπὸ ἀνθρώπων δυστυχίας. *Abſit ô Jupiter, ut lucrum captemus tale ex hominum infortunio.* vid. Loccen. *Jus*
10 *maritim. lib 1. c.7. §.6 7. & ſeqq.* Hinc ſimul judicium poſſumus facere de Conſuetudinibus Siciliæ, Angliæ, Italiæ, Galliæ, & Germaniæ proh dolor! quibus res naufragiô perditas Principes territorii, ubi ad littus appellunt, regaliorum jure in fiſcum ſuum redigunt, ſecundum illud Poëtæ: *Res fiſci eſt, ubicunq; natat.* Guil. Benedict. *in c. Rainutius. verb. & uxorem, nomine Adelas. n 953. de teſtam.* Joh. Fab. *in §. fin. Inſt. de rer. diviſ.* Chaſſan. *de Conſuet. Burg. rubr. 1 § 4. verſ. Eſt amendable. n.1.* Luc. de penn. & Joh. de Plat. *in l.1. C. de naufrag. lib.11.* Matth. de Afflict. *in Conſtit. Neap.59. lib.1.* P. Gregor. *in ſyntagm. Jur. lib.3. p.1. c.14. n. 8. in fin.* Choppin. *de doman. Franc. lib.1. c.15. n.10.* Quô jure cùm Imperator Carolus V. ab Henrico II. Rege Gallorum duas naves mercatorias, ad littus Gallicum ejectas, ſibi reſtitui poſtularet Annô 1556. Annas Montmorantius Magiſter equitum reſpondit: *Que le bris eſt confisque au ſigneur ſouuerain. Et que c'eſt la couſtume generale, non ſeulement es pais de l'obeiſſançe du Roy, mais auſſi en toute la Mer du levant & du ponent.* Bodin. *lib.1. de Repub. c. ult.* vid. Joh. Selden. *de domin. mar. lib.1. c.18. pag.m.78.* & Joh. Gryphiandr. *de Inſul. cap.31. num.100. & ſeqq.*

Apud Boreæ Reges ac nationes idem 11
uſitatum aliquamdiu immutavit tandem & ſuſtulit ſummô omnium, qui id mare frequentant, bonô Chriſtiernus II. legemque tulit. (vid. Lowbuch *lib.3. cap.63.*) quæ non niſi ab optimo Principe (quamvis ille, ob crudelitatem in ſuos poſtmodum perpetratam, ſequius audit) ferri ac promulgari debuit; videlicet, ut naufragis ſua redderentur, æquô tantùm pretiô depenſo iis, qui laborantibus ſuâ operâ curaque ſuccurriſſent. de hoc pretio vid. *nos inf. lib.3. c.4. n.46.* Memorat Cornelius Scepperus, homo Flander, ejusdem Chriſtierni Vice-Cancellarius, audiviſſe non ſemel ex ipſo Rege ſe, eâ lege deperiſſe ipſi ſupra centum aureorum millia annui naufragii. Jo. Iſac. Pontan. *lib.2. diſcurſ. hiſtor.* adv. Selden. *cap.15. in fin.* noviſſ. Fr. Stypm. *Contin. de Jur. naut. p.5. c.5.* Quapropter 12
etiam hodie Dania, Schlesvvigum, & Holſatia rejiciunt hunc barbarum morem, nec ex miſerorum Mercatorum bonis ditari volunt. Stypm. *contin. d.l. n5.* Lowbuch. *lib.3. c.63.* Sicut nec Pomerania in qua ſecundum Land-Privilegia. §. dem handtierenden Kauffman ꝛc. cautum, Ob das Guth ohne erforderte Hülffe / gleichwol geborgen würde / wird dem Beſchädigten ſolches / oder auch wann es verkaufft der gelöſete Werth / gegen ein Trinckgeld und Erkäntniß inwendig dreyen Jahren außgefolget. Quod tamen olim ibidem ſecus erat. Eadem privilegia circa naufragorum bona Lubecenſib. mercatoribus à Ducibus Pomeraniæ & Megapolitanis olim conceſſa, modò ut Jus fasque eſſet, ſemper ita obſervarentur, experientiâ eheu! contrarium hodiè ſatis ſuperque teſtantur.

Falſum

13 Falsum itaque est, omnium gentium jure ita receptum. Nam jure Rom. actio datur in eum, qui naufragorum bona collegerit, & ad sua transtulerit. *l.1. l.quo naufragium. in pr. l. ult. ff. de Incend. ruin. naufr. l. in eum. C. de furt. l. de submersis. C. de naufrag.* Rationem addit Julianus *in l. qui levandæ. ff. ad L. Rhod. de jact.* & Justinian. *§. fin. Inst. de rer. divis.* quoniam, qui levandæ navis gratiâ merces projiciunt, non eam mentem habent, ut eas pro derelicto habeant; quippe si invenerint, eas ablaturos; & si suspicati fuerint in quem locum ejectæ sint, requisituros; ut perinde sit, ac si quis onere pressus in viam rem abjecerit, mox cum aliis reversurus, ut eandem auferret. Res igitur jacta, ait Paulus *l.2. §. fin. ff. eod.* domini manet; nec sola jactura dominium tollit. *l. interdum 21. §.1. & 2. ff. de acqu. poss.* manente semper animô retinendi in naufragium faciente. *§. fin. Inst. de rer. div.* Ideòque quod meum est, sine meâ culpâ ad alium transferri non potest. *l. quod meum. de R. J.* nec fisci in hoc casu major est licentia, quàm privatorum. Cùm non tantùm nullam justam causam auferendi habeat. Didac. Covarruv. *part.3. relect. cap. peccatum. § 1. n.5. in fin. de R. J. in 6to.* Sed potius summâ æquitate ad rerum perditarum restitutionem teneatur, sicut Antoninus (hujus enim potius quàm Constantini Constitutio videtur, ex *l. ult. ff. de Incend. ruin. naufrag.*) rectè confitetur & statuit. *l. 1. C. de naufr. lib. 11.* *Si quando*, ait, *naufragiô navis expulsa fuerit ad littus; vel si quando aliquam terram attigerit, ad dominos pertineat; fiscus meus sese non*
14 *interponat.* Imperium enim quod territoriorum dominis competit, & aliô nomine Jurisdictio littoralis nominatur, Germanis die Strandgerechtigkeit/ non in eo consistit, ut bona naufraga liberè occupari possint, quem errorem cum Lindemanno, *Exerc. Feud. 2. th. 52.* erravit Speckh. *cent. 3. q. 45.* & alii qui illud vocant die Grundruhr/ quod sc. naves dum naufragiô rumpuntur fundum tangunt. Besold. *thes. Pract. verb.* Grundruhr/ cum id contra pietatem, sanam rationem, & bonos mores, ut diximus, Sed in potestate cognoscendi super causis civilibus & criminalibus in littore contingentibus.

2. In Protectione & tuitione littorum.

3. In potestate ædificandi in littore.

4. In Jure colligendi bona naufraga, non quidem ut faciat sua, sed servet futuris dominis, reposcentibus pro justo præmio vulgò Berglohn. Borgegeld de quo & similibus pluribus Dn. Stipm. *de jur. naut. lib. 2. c. 4. n. 141. & seqq.* Propterea hanc consuetudinem Gal- 15
liæ Rebuffus *in Proœm. ad LL. Regias gl. 5. n. 74.* negat, Principes naufragorum, præcipuè verò mercatorum pro communi bono laborantium merces occupantes, in foro conscientiæ excusatos reddere. Joh. Bodin. *lib. 1. de Repub. cap. ult.* vocat crudelitatem, barbariem & scelus; quod Covarruv. *d. l. n. 5.* negat ullâ ratione defendi posse. Neque verò tantùm veteri jure Romanô ejusmodi compendia naufragorum prohibita sunt, *d. l. neq; ex naufragiis. & d. l. 1.* & Novell. *Leon. 64.* qua Imp. pessimum & sacrilegum vocat, qui se ejusmodi lucro mancipat, quia quasi mortuos spoliat. Et Ulpian. *in l. 10. ff. de ruin. naufr.* execrandam prædam vocat. Sed etiam Constitutione 16
Imp. Friderici II. *de Statut. & consuet. §. navigia. & desumta inde auth. navigia. C. de furt.* ita damnantur, ut omnium locorum consuetudines, huic constitutioni adversantes, omninò tollantur. Et similiter Constitutione Ferdinandi I. *Recess. Imp. de An. 1559.* & criminali Caroli V. *art. 218.* ejusmodi consuetudines, tanquam corruptelæ & irrationabiles cassantur, & in perpetuum tolluntur. Quæ constitutio Imp. Criminalis, Georgiô Remô paraphraste, in hæc edicit verba: Maximum vitium, quod consuetudines,, aliquot locis introduxére, quibus ple-,, rumque calamitas calamitoso, afflictio,, afflicto addebatur (unde fiscus in re-,, bus luctuosis compendium sectaba-,, tur) à medio tollere atque corrigere,, cupi-

„cupientes, primùm Friderici Aheno-„barbi Imp. Conſtitutionem novô ro-„bore confirmamus, quæ Codici Juſti-„nianæo inſerta vult, ut navigia, quo-„rumcunque locorum pervenerint, ſi „quô caſu naufragiô fracta, rupta, ſco-„pulisque illiſa fuerint, tàm ipſa navi-„gia, quàm navigantium bona, nautis, „naucleris, & mercium dominis, ad „quos antequam navigia hujusmodi „periculum incurriſſent, ſpectabant, in-„tegra omnia reſerventur; neque do-„mino fluminis addicantur, vel in „commiſſum cadant; ſublatâ penitus „omnium locorum conſuetudine, quæ „huic adverſatur ſanctioni. Sic nec conſuetudine induci poteſt, ut res ejusmodi, ex naufragio deperditæ, uſucapiantur; Ita, aliorum fretus autoritate, in ſpecie ſcribit Sebaſtian. Medices, *de fortuit. caſibus. q.9. n.7. part.2.* & *fusè* Franc. Marc. *deciſ. Delphin. 893.*

17 *part.2.* Quibus accedit, quod de jure Canonico ipsô factô ſint excommunicati, qui ex naufragiis mercatorum emolumentum quærunt, & naufragium paſſos quocunque juris prætextu ſpoliant, *c. excommunicati. de raptor.* Panormitan. *in pr. ibid.* Gail. *d. obſ.18. n.3.* adeò, ut ſibi retinentes hæc bona ſeu merces naufragiô perditas, nec à Papâ rectè abſolvantur. Martin. Azpilc. *conſ.39. per tot. tit. de ſentent. ex-*

18 *commun. lib.5.* De jure Belgarum & Hollandorum ejusmodi raptores, ſi nautæ ſint, igne; ſin alii, laqueô puniuntur; reſtitutis nihilominus mercibus ablatis: iis verò amplius non exſtantibus, earum æſtimationem, juramentô proprietarii factam, præſtare tenentur. Grot. *introduct. ad Jurispr. Bat. p.29. n.4. & 5.*

Atque hæc quidem cùm ita ſe habeant, adeò odioſa & omni jure prohibita eſſe cenſentur compendia, quæ ex naufragis quæruntur, & conſuetudines, quibus ea comprobantur, ut contra eos, qui ita naufragium paſſos mercatores ſpoliant, & in hujusmodi conſuetudinibus ſe fundant, à præcepto inchoari poſſit; & mandata ſine clauſulâ in Camerâ Imperiali decernantur. Gail. *l.1. obſ.18. n.1.* Ita factum eſt 19 in causâ mercatorum Lubecenſium contra Comitem Oldenburgenſem; & in cauſa civitatis Bremenſis contra eundem Comitem, atteſtante Regnerô Sixtinô. Et Gail. *d.l.* aſſerit, id etiam factum eſſe in cauſa Civitatis Hamburgenſis contra Duces Holſatiæ; unde etiã factum ut poſtea Holſatiæ Duces, ſicut litteræ Principali ſigillô munitæ & ad Præfectum Tunderenſem miſſæ teſtantur, ne quicquam de Anglorum mercatorum bonis, qui Anno 1608. propè Sildiam naufragium fecerant, raperet. Tenetur etiam Judex levatô 20 velô, h. e. ſummariè, in causâ naufragorum inquirere; Marant. *in ſpec. aur. part.6. Rubr.* & *pervenitur aliquando per viam inquiſitionis. n.146.* Bernard. Muſcatell. *in prax. crim. tit. de Incend. ruin. naufrag. n.10.* Quibus adde Baptiſt. Aſin. *in prax. §.3. c.31. n.29.*

Sed coram quo judice naufragii 21 cauſa tractanda ſit, & quæ requirantur, ut teſtes, ſuper naufragio paſſo recepti, probent; aliaque de hâc naufragii materiâ, vid. ap. Commentatores ad *tit. ff. de Incend. ruin. naufr.* nominatim verò Peckium, Bernard. Muſcatell. *d. l. n.23.* & Sparſim Bernh. Grævæ. *1. concl. pract. 18. conſid. 1.* & elegantiſſimè Loccen. *de jure maritim. lib.1. cap.7* & *lib.3. cap. fin.*

Nos, ut revertamur ad id, unde digreſſi ſumus, dicimus. IV. Naves 22 & bona mercatorum fiſcô non cedere, ſi abſit publicanus, & mercator ideò pecuniam eô loco, ubi vectigal ſolvendum eſt, depoſuerit. Bertachin. *d. p 9. q.15. in pr.* Ferret. *de Gabell. n. 247.* Rol. à Valle. *d. conſ.42. n.10.* Maſcard. *d. Concluſ. 835. n.12.* Alex. *conſil. 172. n.2. lib.2. per l. pecuniæ fœnebris. 9. § ult.* & *l. cum quidam 17. §. ſi pupillos. 3. ff. de Uſur. l. ſi prædio. in pr. ff. de in diem addict.*

V. Si poſt Commiſſum publicanus 23 vectigal receperit vel profeſſionem admiſerit. *Dd. in d. l. fin. §. ſi quis profeſſus. ff. de Publican.* Bl. *Conſ.256. n.4. lib.6.* Peregrin. *de jure fiſci lib. 6. tit. 5. n.35. verſ. limita 6.* Roſenth. *de feud. Cap.5. Concluſ. 40. n.3.*

VI. Si

24 VI. Si illicitè & injustè instituta sint vectigalia. *l. licitatio, seu locatio. §. quod illicitè. ff. de publican. & vectigal. l. 3. C. nov. vectig. instit. non poss.* Fab. de Mont. *in tr. de Emt. & vend. q. 4. pr. n. 5.* Decian. *tr. crim. la. 1. c. 5. n. 15.* Cacheran. *decis. 31. n. 22.* Tiraq. *de utroq. retract. tit. 1. in præfat. n. 68. post multos alios.* Br. *in l. vectigalia. in pr. n. 1. ff. de public. & vectig.* Ubi dicit, quod fraudans hujusmodi vectigalia, neque coram Deo, neque coram hominibus peccet, quia ea sunt prohibita, & sic nulla. Bl. *in l. unic. in pr. n. 5. C. de caduc. toll. & in l. cum proponas. n. 21. C. de naut. fœn.* Bertachin. *d. p. 9. n. 1.* Joh. Sichard. *ad rubr. C. nov. vectig. instit. non poss.* Mynsf. *cent. 5. obs. 29. n. 4.* Quæ senrentia corroboratur etiam per ea, quòd generaliter juris sit, si causa justa & rationabilis, ob quam vectigalia instituta sunt, cesset, vectigalium exactionem & sic ettiam pœnam cessare. Andr. de Isern. *in rubr. quæ sint regal. n. 5.* Felin. *in c. 1. n. 41. vers. alius est casus, quando cessat causa. De Constit.* Cacheran. *cons. 31. n. 23.* eoque facit *text. in l. cura. 4. §. 1. deficientium. ff. de muner. & hon.* Huc pertinet generalis Dd. & Philosophorum
25 maxima; Cessare effectus, cessante causâ. *c. cum cessante. X. de appell. cum similib.* Ideoque Roland. à Vall. *cons. 91. n. 45. lib. 2.* ait, omnes legum vertices unô ore concludere, quòd cessante causâ justâ & rationabili impositi vel aucti vectigalis, cessare etiam dicatur ejus exactio; eamque sententiam pluribus confirmat *n. 46. 48. & seqq.* Unde, si nauta, cùm ad navigandum prosperior flatus invitaret, vocatis loci publicanis vectigal obtulerit solitum, secundum pondus mercium alibi æstimatum, & publicani recusaverint accipere, si è portu discesserit navi onustâ mercibus, merces non cadere in commissum, ex facto consultus respondet Raphael Cuman. *cons. 5. & cum eo* Strach. *part. 5. de Naut. & Navig.*
26 VII. Si mercator à publicano falsâ persuasione vel aliâ ratione decipiatur. *d. l. fin. §. Divi quoq.* Fr. Pfeil. *cons. 192. num. 7.* Ruland. *de Commiss. part. 4. lib. 2. cap. 5. num. 61.* Peregrin. *d. t. 5. num. 35.*

VIII. Si fraus & dolus commissus ab ipso nautâ, non verò à Domino mercium. Cravett. *cons. 696. per tot. per l. cotem ferro. 11. §. dominus. ff. de public. & Commiss. & l. fraudati. §. 1. ff. eod. & gloss. in l. jubemus. verb. attentatum. C. de Navib. non excus. lib. 11.* Et quòd nautæ vel aurigæ dolus, non noceat mercatori in hoc delicto, ultra alios, à Cravett. allegatos, tenent Br. & Bl. *in l. cum proponas. C. de naut. fœn. n. 4. inf.* Matth. de Afflict. *ad tit. quæ sint regal. verb. vectigal. n. 71.* Boss. *tr. de vectig. rubric. ult. n. 5.* Bertachin. *tr. de gabell. p. 9. n. 36.* Joh. Sibrand. *p. 1. Jur. pub. Lubec. sect. 44. in fin.* licet dissentiant Joh. Köppen. *dict. decis. q. 50. n. 23.* & Raphael Cuman. *Cons. 5. n. 4. & 5.* adstipulante proh dolor! quotidianâ superiorum praxi. Quibus adde Dn. Mev. *art. 6. tit. 3. lib. 2. n. 31. & seqq. Stat. Lubec.* ubi tractat, an, & quando ob nautæ vel magistri navis culpam, dominus vel exercitor teneatur actione exercitoriâ. vid. nos sup. *lib. 1. c. 8. n. 19. & seq.* 27 28 29

IX. Si Mercator, aut navita, taceat & occultet partem unam mercium, & alteram profiteatur, in hâc alterâ parte pœnæ Commissi non erit locus. Bertachin, *tr. de gabell. n. 9. & 8.* Rosenth. *d. c. 5. concl. 41. n. 2.* Joh. Baptist. Villalobos. *commun. opin. verb. Gabella.* Ubi dicit, hanc esse communem; Unde mercator, si in aliquâ bullâ posuit aliquas gemmas vel annulos, & non nunciavit gabellario, quod eas saltem, non omnes perdat, asserit Paul. de Castr. *ad l. si laborante. §. cum in eâdem. ff. ad L. Rhod. de jact.* Loccen. *de jur. maritim. lib. 1. c. 8. §. 7.* 30

X. Confiscationi seu commisso non subjacent merces licitæ; si licitæ cum illicitis mixtæ sunt; Nam licitas propter illicitas confiscari non debere, etsi utræque ad unum pertineant vectorem, communis est Dd. & Interpp. sententia. Cyn. Bl. Salycet. *ad l. 3. de naut. fœn.* Br. *in l. 11. ff. de Publican.* (qui tamen sibi contrariari videtur *in d. l. cum proponas. 3. C. de naut. fœn.* docente 31

cente Paulô Christinæô. *vol. 1. decis. Belgic.114.*) & ibi Alex. Felin. *c.11. de Juda.* Alb. Gentil. *Advoc. Hisp. lib. 1. cap. 20.* Paul. Christinæ. *vol. 3. decis. Cur. Belg. 101. n.15.* Clar. *§. fin. q.82. Stat. 7. n.9.* alleg. Alb. Gentil. *d.l.* Et licet quidem Res seu merces hostium in navibus repertæ præsumantur esse hostiles, donec contrarium probetur; Si tamen probetur non esse hostiles, capientium non fiunt, etsi apud hostes inventæ, præsertim si domini hostium non sint subditi, nec hostilis animi, Grot. *de jur. Bell. & Pac. lib. 3. c.6. §.5. & seqq.* Cùm separatorum separata sit ratio. Bl. *d. l.3.* & irrationabile, odiô alterius alterum prægravari, aut iniquam conditionem inferri. *l.74. ff. de*
32 *R.J.* Quam sententiam, præsertim in ignorante mercatore, æquiorem & humaniorem esse dicunt Alb. Gentil. *d.l.* Roderic. Zuar. *cons. 2. de nav. transveh. & mercibus export. n.6.* Br. *alleg. l.3.* Rebuff. *tr. de privil. schol. priv. 146. n.3.* Franc. Marc. *decis. Delph. 214. n.3. p.2.* Franc. Lucan. *de privil. Fisc. q.2.* &
33 Alii. Inde patet, quid judicandum de consuetudine hodierna, à multis, & præsertim Galliæ populis observata; scilicet, quòd merces & bona hostium mixta bonis amicorum, censeantur unius ejusdemque juris, & ob id æquè ac hostium confiscari possint. *Sauoir! Que la Robbe de l' Ennemy confisque la Robbe de l' amy.* Et hoc vigore *artic. 42. Edicti* Francisci I. *de Anno 1543.* Caroli IX. *de Anno 1569.* & Henrici III. *Regum Galliæ. de Anno 1584.* Quibus adde Böer. *d. decis. 178.* & cæteros Gallicos suprà allegatos authores. Nam præter id, quòd sit directò contra libertatem commerciorum ex jure Gentium prognatam, confundit amici & inimici personam; quô ipsô multis malitiis & fraudibus ansa præbetur, dum facilis negotii res sit, ab aliis, imò ipsis capientibus homines pessimos subornari, qui in navigantium & commerciorum, generi humano tàm necessariorum, fraudem & confiscandi prætextum aptiorem, clanculùm merces hostiles aut prohibitas navigiis immittere queant. Nec est, quod ad 34
hoc *L. Cotem ferro. 11. ff. de Publican. & vectig.* allegent Galli; cujus legis adminiculô & hanc construunt regulam: Quôd merces illicitæ & hostiles, „ reddant etiam navim hostilem; &, „ viceversâ, navis hostilis efficiat quoque merces hostiles, & ob id confiscationi obnoxias, unfreye Güter machen unfrey Schiff / und unfrey Schiff, „ mache unfreye Güter. Nam modò, „ allegata lex, non loquitur de bonis amicorum cum hostium mixtis; sed saltem de qualitate & pœna mercatoris, hosti prohibitas merces scienter advehentis, addens mox pœnam, si absente & ignorante dominô, à magistro navis, aliove id factum; quòd tunc quidem delinquentes puniantur, commissis mercibus, navis autem non delinquens domino restituatur. *d. l. 11. §. 12.* Quæ constitutio multùm di- 35
screpat ab illa Galliæ & aliorum rigorosa, quâ ob id statim ipsa navigia confiscationi subjacere imperantur. Ac- 36
cedit, quòd rigorosa hæc Edicta Galliæ in terrorem contrà nitentium promulgata, intervenientibus tot mercatorum extraneorum querelis, postremis temporibus valdè moderata, imò multis in locis desuetudine abolita esse constet, prout in terminis apparet ex sententia Parlamenti Turonibus Anno 1592. lata in causa Hamburgensium, eorumque navigii Simsonis, adversus Galliæ Præfectum Nicolaum Boileau. Quæ tantò magis procedunt, 37
si extra territorium capientium, ut sæpius hodiè fit, navigia injustè detinentur; prout luculentius in simili causa Hamburgensium Legati Commissariis Regiis Lutetiæ demonstrârunt Anno 1654. freti Edictô Galliæ Ludovici XIII. *de Anno 1639. 19. Decembris,* renovatô *Anno 1645. 15. Junii, & An. 1650. 27. Jan.* imprimis verò Edictô *1. Febr. prædicti anni 1650. uti artic. 6.* expresse & seriò sancitum, ut tali casu bona amicorum in navi reperta, retentis solummodò hostium, restituantur navibus salvis. Vid. Dd. *ad d. l. cotem ferro. ff. de publican. & vectigal.* & Cynum

in l. cum propriis. C. de naut. fœn. quibus adde Tractat. maritim. inter Gall. Regem Ludov. XIV. & Respubl. Hanseat. Anno 1655. *art 3. 4. & seqq. in fin. annex. sub lit. B.* Item *Dnn. Ordinum Generalium Belgii Edictum tempore belli Anglicani publicatum. An. 1652. in fin.*
38 *annexum sub lit. X.* Æquius ergò est, ut amicorum naves, ablatis tantùm mercibus prohibitis, dimittantur, & per Consulatum maris, quô Mediterranei jus continetur, qui in amicorum navi hostium bona deprehendit, pro eo itineris, quod navis præstitit, naulum solvat. Vid. A. Gentil. *Advoc. Hisp. lib. 1. cap. 28.* Grot. *in annot. ad cap. 1. lib. 3. de jure B. ac P.* Tali n. casu,
39 & ob vectigal neglectum omnia rapere bona aut ipsam navem, impium prorsus ac inhumanum est, cùm hujus pœnæ ac delicti nulla sit proportio. Joh. Sibrant. *p. 1. Jur. Lubec. sect. 44.* Contrarium, scil. navem hostilem reddere quoque merces hostiles, cum Danico & Belgico Edicto maritimo. *de Anno 1652. & 659.* statuunt Nic. Böer. *decis. Burdeg. 128. num. 25. & seqq.* cum Guid. Pap. *q. 572.* Sebastian. Guazzin. *tr. de Confisc. bon. ampl. 81. concl. 13. n. 3.* qui tamen nobiscum inter scientem & ignorantem dominum mercium distinguit. Coincidit Regner. Sixtin. *lib. 2. de Regal. cap. 6. num. 122. & 123.* hisce adde Christinæ, *vol. 1. decis. Belgic. 114.*
40 Confiscatio namque, seu ut vulgò dicitur, die Commißfahrt der octroyrten Freybeuter oder Caper / cum in finem hodiè de Jure Gentium modernô tempore belli permissa, ut impediatur, ne hostis commeatu vel cæteris necessariis juvetur, non ut ab innoxio Commercio vicini & quidem amici arceantur. *ut supr. lib. 1. cap. 15.* deduximus; tunc enim illa capiendi & rapiendi aviditas, & truculentia contra amicos neutrales mercatores & nautas, qui & capientium parti non rarò benefecerunt, maximè erit refrenanda. In hoc itaque COMMISSO rectè distinguendum inter bona & naves hostium & amicorum captas, ita ut amicorum bona & merces liberæ declarentur, in hostium autem bona dominiũ irrevocabile acquiratur, prout nos itidem supra *lib. 1. cap. 15. num. 30. & seqq.* aliqua ex parte innuimus. Idcirco hodiè in multis Emporiis maritimis peculiaria Constituta sunt judicia, vulgò Ammiralitäten / quorum usus in eo consistit, ut querelas hoc nomine interpositas audiant, spoliatis mercatoribus capta restitui jubeant. vid. Alb. Gentil. *de Advoc. lib. 1. cap. 21.* Item E. E. Rath der Stadt Hamb. Admiralitet Ordnung *de Anno 1623. sub lit. Q. in fin. annex. & nos infr. hoc lib. 2. cap. 11. num. 35. & seqq.* Nam cum hostium navis & bona in amici communis portum & ita in securitatem adducuntur, mercium & rerum dominium acquiritur. Manet quippe capientium tàm diu, quàm diu recuperari possit, id quod ereptum est, *l. Pomponius ff. de acqu. rerum dom.* Grot. *de jur. Bel. & Pac. lib. 3. cap. 6. § 3.* verbis: *Cui consequens videtur, ut in mari naves & res aliæ captæ censeantur tum demum, cùm in navalia aut portus aut ad eum locum, ubi tota Classis se tenet, productæ sunt.* Nam tunc desperari incipit recuperatio, nec ad hoc dominium acquirendum requiruntur multi anni, sed recentiore Jure Gentium inter Europæos populos introductum videmus, ut talia capta censeantur, ubi per horas 24. in potestate hostium fuerunt. Grot. *d. l.* Cunæ. *in caus. postlim. p. 265.* Loccen. *de jur. marit. lib. 2. c. 4. § 4.*

Atq; hæc de modis seu casibus, quibus negociatorum merces confiscationis & Commissi pœnæ haud obnoxiæ sunt, quibus generaliter hæc duo subjungo: Primò, ut merces, seu res incidant in Commissum & publicentur, tria requiri. I. Quòd Publicani probent, 41
transeuntem mercatorem scivisse, illud fuisse prohibitũ, & ita fuisse in dolo. Nemo enim ob omissam professionem mercium pœnâ privationis affici potest, nisi fuerit in dolo. Bl. *consil. 229. n. 2. lib. 5.* Roland. *d. consil. 42. n. 19.* Schrader. *de feud. p. 9. 2. part. sect. 7. n. 9.* Quô re- 42
spectu etiã quamlibet causam sufficere ut mercator excusetur à pœnâ commissi ob gabellã non solutã, respondent Aym. Crav. *cons. 905. n. 8.* Menoch. *cons.*

98.n.22. Joh. Petr-Surd. *conf.307.num.20.*
43 II. Quòd si fuerit forensis, quod fuisset solitus pertransire & conversationem habere in dicto loco. Sebast. Guazzin. *d. tr. ampliat.82. num.10.*
44 III. Quòd gabella fuerit imposita ab ipso Principe superiorem non recognoscente; vel ab inferiore, cum consensu Imperatoris. Guazz. *d.l.* nisi dominus territorii aut Respublica tale jus præscriptione quæsitum habeat. Rosenthal. *d. cap.5. Concl. 45. & 46.* Mynsing. *4. obs.1. num.24.5. obs.29. n.8. & seq.* Bocer. *de Regal. cap.2. num.189. & aliquot seqq.* Becht. *de secur. & salv. cond. θ.58.* Si enim imponatur ab eo, qui imponendi potestate caret, pœna confiscationis cessat. Guid. Pap. *in singular.726.* Alb. *in c. innovamus. n.5. X. de Censib.*

45 Secundô locô, circa prædicta erit notandum, quòd Immunitas mercatores, sicut omnes alios privilegiatos non liberet à professione rerum, sed ad evitandam confiscationis & commissi pœnam, merces indicare teneantur. *l. si publicanus. & l. fin. §. quoties. & §. Divi, ubi* Br. *& reliqui Dd. ff. de publ. & vectig.* Ægid. Boss. *tit. de fraudant. vectig. n.10.* Joh. Mascard. *d. Concl.835. n.4.* Ferret. *de Gabell. n.209.* Horat. Luc. *de privil. schol. priv. 504. vers. limita.* Petr. Ferrar. *in form. libell. supr. solut. pedag. in verb. Panni. n.1. vers. attamen tenetur.* Bl. *cons.79. n. 4. vol. 2.* Rol. à Vall. *cons.79. n.90. 92. vol.2.* Franc. Marc. *Decis. Gratianop.214. n.3 p.2.* Joh. Kopp. *q.50. n.13.* ubi addit, quòd hujusmodi personæ schedulam immunitatis, quæ vulgò Paßbrieff/ oder Freyzettel appellatur, petere teneantur; his adde Casp. Klock. *de Contrib. & collect. c.19. n.561.*

Hodiè necesse est, ut magister navis à 46
sui loci magistratu literis commeatûs, aut passûs maritimi, ut vocant, epistolaque adsertoriâ, vulgò Certificationem appellant, instructus sit; vel Inventariô ac designatione mercium omnium navi impositarum in Instrumento contractûs nautici ritè confectâ (vulgò Lettres de Charte partie ou bargausanne) ac professione speciali, quæ ex visitatione & excussione navis rectâ deprehendatur, & solutione justi vectigalis impleatur. Naves tamen 47
immunes, & tàm mercium ratione, quàm propriô jure ac privilegiô exemtæ, non necesse habeant illam mercium professionem apud Publicanos subire. Peck. *tit. de Navicular.* Et Vinn. *ibid. p.378.* nisi quod quorundam populorum pactis generalem CERTIFICATIONEM publicano ostendunt. Quo- 48
modo hoc cautum sit Legibus Pacis inter Regna Suediæ & Daniæ, *vid. art. 5. 6. & seqq. Pacific. Succ. Dan. anni 1645.* Cujus rei illa potest reddi ratio, quòd, 49
licet pertransiens mercator sit immunis vel avehat merces, quæ à vectigalium solutione sint immunes, tamen opus sit, ut de iis gabellarius certior fiat, illi enim debent assignari res & merces, quæ à Viatoribus in urbem importantur, & exportantur, etiamsi ejusmodi sint, quæ ab his publicis muneribus vacent. Dd. *in d. l. ult. ubi etiam* Br. *primò &* Castrens. *in l. not. ff. de publican.* Masc. *d. l. n.5.* His adde Klock. 50
d. l. ubi n.541. cum seq. egregiè tractat, an pœna commissi & proscriptionis mercium fraudatori vectigalium à lege irrogata, ad alios casus per Statutum extendi queat. Et hæc pro instituto de hâc materiâ sufficiant.

CAPUT V.
De
Jure Navium Singulari.

SUMMARIA.

1. *Scopus & Intentio authoris in hac materia.*
2. *Qui de re nautica & Jure maritimo scripserint.*
3. *Navis exercitium Reipubl. perutile & valde necessarium.*
4. *Artificium Navigiorum commendatur. Et locus ex c.14. Sapientiæ de Navi explicatur.*

5. *Cur antiqvum numisma navis puppim aut proram ab alterâ parte insculptam habuerit?*
6. *Lutetiæ Parisiorum Insignia Navis Liliis conspersa, & quare.*
7. *De Anglorum Nobili Rosate ejusq; significatione.*
8. *Privatis Naves habere non prohibitum.*
9. *Senatoribus Romanis naves ædificare olim prohibitum.*
10. *Omnis quæstus Patribus indecorus fuit.*
11. *Sub alienis titulis & insignibus naves vehere prohibitum.*
12. *Insignia olim navibus inserta & intexta.*
13. *Recessibus & Statutis Hanseaticis extranei naves construere prohibentur.*
14. *Ex Navibus vi eximi prohibitum.*
15. *An navis appellatione domus veniat?*
16. *Socius invitô sociô re communi uti prohibetur.*
17. *Navi etiam invitô sociô socius uti potest.*
18. *Recessibus Hanseaticis quotam navis cum extraneo colere non licet.*
19. *Quilibet rerum suarum moderator & Arbiter.*
20. *Quomodo Socius reficiens navem per alterius socii negligentiam ejus fiat dominus.*
21. *Privilegium ejus qui ad navim instruendam, reficiendam aut armandam credidit.*
22. *Apud Hollandos* ein Bylbrieff/ *qui ad reficiendam navem credidit.* gaat vor Bodmerey-Brieff.
23. *Ratio hujus privilegii prioritatis.*
24. *Reipubl. favor est naves inportum salvas pervenire.*
25. *An qui in navim reficiendam credidit, Jus tacitæ hypothecæ habeat? remiss.*
26. *Jure Lubecensi translatione navis tacita hypotheca si qua est, statim perimitur. & n. 65.*
27. *Ampliatio favoris Creditoris in refectionem navis pecuniam impendentis.*
28. *Res piratarum unicuiq; occupare licet.*
29. *Navis quâ antea Piratica exercita, sed alteri vendita est, non potest arrestari.*
30. *Navis non potest delinquere.*
31. *Quomodo & quando bona piratarum possunt occupari.*
32. *De Arrestis & Repressaliis navium remiss.*
33. *Quid Juris si una navis alteram nocte seu tempestate impingat eamq; perdat, & quid hoc casu refundendum.*
34. *Servitus unicuiq; rei potest imponi.*
35. *Navibus servitus deferendi merces imponi non potest extra conventionem.*
36. *An nauta possit ad navigationem cogi, sicut hospes ad hospitandum?*
37. *An liberis Imperii Rebuspublicis & Emporiis ad resistendum hosti, naves imperari queant, si id cum Reipub. & Commerciorum interitu fiat.*
38. *Navis potest ob utilitatem publicam detineri.*
39. *Navium detentiones vocantur Angariæ.*
40. *Congrua tamen merces pro hisce navibus detentis præstanda.*
41. *De Velorum demissione in Impreii recognitionem quid in Gallia obtineat.*
42. *Angliæ navibus in maris dominii signum vela navium demittuntur.*
43. *Velorum demissionem etiam antiquitus honoris argumentum fuisse demonstratur.*
44. *Pacta Dano-Suedica de velorum dimissione.*
45. *Sub navis periculo velorum submissionem extraneis imperare justitiæ & æquitati contrarium.*
46. *An Princeps, navis extraneæ in usum belli per detentionem conductæ, at finitô bellô in reditu deperditæ æstimationem præstare teneatur?*
47. *Princeps damnum quod non pollicitus, præstare haud tenetur.*
48. *Conductor non tenetur ad Casus fortuitos.*
49. *Si Princeps obligatur subditis restaurare quæ accepit publico belli vel pacis bono, multò magis obligabitur extraneis.*
50. *Responsio ad argumenta contraria.*
51. *Quando non expressum pro omisso non habendum.*

52. Regu-

52. *Regula, Provisio hominis tollit provisionem legis; quomodo limit. & interpretanda.*
53. *In Principum contractibus bona fides exuberare debet.*
54. *Regum & Principum preces minæ.*
55. *In hoc casu potius Mandatum quàm Conductio.*
56. *Mandans præstat casum fortuitum.*
57. *Pactio mercedis in hoc genere conductionis est accessorius mandati principalis contractûs.*
58. *Navis tempore belli detenta & conducta si periit, restituenda cum omni interesse.*
59. *De Casu tenetur, qui in aliam navim transtulerit merces æquè idoneam.*
60. *Succurrendum coactis in accessorio mercedis.*
61. *A præstatione Vectigalium regulariter nullus eximitur.*
62. *Navis tempestate aut casu in portum delata, vectigal solvere non tenetur. remiss.*
63. *Lubecæ, Navem tempestate in portum delatam, ob evitandam fraudem, juramentô asserentium confirmandum.*
64. *Locus Ciceronis, de navis per tempestatem in portum coactæ immunitate.*
65. *Jure Lub. translatione navis pignus perimitur. & n.26.*
66. *Lubecæ naves intra certum tempus vendi & alienari non possunt.*
67. *In hoc Statuto interdum dispensatur.*
68. *An hæc prohibitio Lubecensium pertineat ad naves in exteris locis constructas.*
69. *Pœna capitalis constituta in illos qui artem fabricandi naves Barbaros docent.*
70. *Interdictum Hanseaticorum de Anno 1563. de non suppeditandis navibus Muscoviæ subditis.*
71. *Post subhastationem navis publicam venditores non tenentur de evictione, nisi aliter conventum.*
72. *Contrarium obtinet de Jure Civili.*
73. *Cui navis cum evictione vendita & post emptionem impugnata pereat?*
74. *Quibus navibus olim Jus postliminii concessum.*
75. *Quid circa hoc hodiè in Gallia & Hispania receptum.*
76. *Si Navis amica pugnans capiatur, an & quando restituenda?*
77. *Si Navis amica mercatoria victa, primum hostilem fecit impetum, non restituenda.*
78. *Quis primum aggredi videtur.*
79. *Nautarum factum an hic noceat Mercatoribus.*
80. *An territorii Dominis.*
81. *Nauta si cum nave captus, an præstare damnum Dominis mercium teneatur?*
82. *An prohibiti vendere lignum, Naves vendere possint?*
83. *Prohibitâ materiâ, censetur prohibitum materiatum.*
84. *Hujus Q. Negativa tanquam æquior à JCto Stracha adstruitur.*
85. *An navis mobilium an immobilium appellatione contineatur?*
86. *Navis ex aliena materia facta cujus sit? rem.*
87. *Navis divisionem non recipit. remiss.*
88. *Navi legatâ quantum debeatur. remiss.*
89. *De Pacto de nave non petenda.*
90. *De Contractibus nauticis. remissiv.*
91. *De Navigationum Statutis & ordin. remiss.*
92. *De frequentatis Veterum navigationibus. Ex Jure Civili Rom.*
93. *Celebriora Emporia & Portûs quorum fit mentio in Jure Civili.*
94. *Brundusium, Dyrrachium, Cassiopeja.*
95. *Berythus clarissimum emporium & portus.*
96. *Aquileja emporium olim celebre in sinu Adriatico.*
97. *Alexandria & Constantinopolis celeberrima emporia.*
98. *Ostia Emporium.*
99. *Ephesus Metropolis Asiæ, emporium celebre.*
100. *Hodierni Asiæ & Europæ portûs nobilissimi recensentur.*
101. *Naves Tabellariæ quæ olim dictæ.*
102. *De Navigiis Cursoriis Belgicis vulgò* Marckschiffen / Spielschutjen.
103. *De navium & nautarũ regulis, remiss.*
104. *De Militia Veterũ navali. remissivè.*

POstquam de mercibus vidimus, proximum est, ut paucis agamus de Navibus (sine quarum necessitate commercia exerceri non possunt. *l. 1. ff. de Exercit. act.* Benev. Strach. *tr. de navib. p. 1. in pr.*) earumque jure singulari. Non autem existimes velim,
1 benevole Lector, me de Inventoribus navium, illarumque generibus (vid. Loccen. *de jur. marit. lib. 1. c. 1.*) partibus, structura, armamentis, materia conficiendarum, eorum, qui in navi sunt, vocabulis, variisque nautarum & navium nominibus, ac navigantium generibus, tempore Pacis & belli; posteà, quibus ex causis culpâ nautæ naufragium factum, & quomodo probandum; denique de libellis actionibusque navium competentibus & aliis hujuscemodi, verba facturum: Sed quædam, quæ in Jure nostro consuetudinibusque locorum de iis sparsim habentur circa mercaturam, singularia breviter pro more tractaturum.
2 Sunt enim, qui jam dicta diligenter ac eleganter deduxerunt; inter quos Tomaso Garzoni *nella piazz. univers. de tutte le profess. del mondo. discors. 145.* & Hieron. Cardan. *de variet. rer.* Lilius Girard. Panciroll. & Salmuth *in novis repert.* Benevenut. Strach. Julius Ferrettus. Tobias Maginus. *in Polymnem.* Et noviss. Fr. Stypm. *de Re naut. per tot. & p. 3. c. 1. 2. 3. 4.* & passim Joh. Loccen. *de jur. maritim.* Jo. Schefferus *& alii.* Admonet autem nos ad hoc JCtus Ulpian. *in d. l. 1. in pr. & §. licet autem. 20. ff. de Exerc. act.* dum ibidem navis
3 exercitium utile, necessarium, & ad summam Reipub. pertinere adserit, unà cum Menoch. *de retinend. possess. remed. 6. n. 54.* ac naves ipsas ad mercaturam exercendam necessaria instrumenta esse, nemo est, qui nesciat. Hinc Cic. *lib. 2. de nat. Deor. navigiorum cursibus suppeditantur omnes undiq; ad vitam copiæ:* quasque res violentissimas natura genuit, earum moderationem nos soli habemus, maris atque ventorum, propter nauticarum rerum scientiam, plurimisque maritimis rebus fruimur atque utimur. Unde & naves seu navigationem duos terrestris orbis Polos elegantissimè depingit Didac. Savedr. *in Emblem. seu symbol. polit. 68.* demonstrans ibidem navigationem esse, quæ commerciorum usu terram sustentat, ejusque dominia armis roborat, quem *vid. d. l.* Hoc navis ar- 4
tificium & ædificium ita commendat Tom. Garz. *d. disc. 145. pr. Bellissimo,* inquit, *edificio non de minore importanza, che fatica è stato riputato sempre quello de navigi, i quali per la varietà loro, per la mirabil construttione, per la notabile forma, per le diverse utilità ch apportono al huomo per l' artificio singolare, per la spese importante, per l' imprese varie & diverse servono, illustrono, con eterna memoria gli ingenieri & architetti d' essi, percio degni d' amplissimo nome, & di gloria corrispondente alla grandeza delle machine che da loro si fanno.* vid. *cap. 14. Sapient. in pr.* ibique Cornel. à Lapid. ubi *vers. 7.* Salomon Navem benedictum vocat lignum, per quod fit justa mercatura. Luther. Solch Holtz ist Segens wol wehrt/damit man recht handelt. De Navi enim in hoc *cap. 14.* omnis est sermo, per Navim ergo hîc, non per aliud Justitiæ lignum, ut putat Jensenius, justa exerceatur mercatura. Hinc antiqvum 5
numisma, ab una parte Jani bifrontis imaginem, ab altera navis aut puppim aut proram insculptam habet; non ut, quæ vulgata est opinio, in honorem sit Saturni, navigiô in Italiam advecti, sed, quod probabilius est, cùm urbibus alia bono sint, alia necessitatibus inserviant: ac bonorum maximum, sit legum constitutio, necessariarum autem rerum copia: quandoquidem Janus eis vitæ rationem tradidit ordinatam, moribus ad mansuetudinem redactis; abundantiam autem rerum necessariarum præbet fluvius, navisque, eas partim à mari partim ex agris convehens; ideò numisma, monumentum Legislatoris quidem habuit caput bifrons, ob mutationem factam; fluvii autem, navigium. Plutarch. *in quæst. Rom. q. 41.* Lutetia Pari- 6
siorum, in insignibus suis habet navim,

vim, liliis passim conspersam, *pour monstrer, que Paris est la Capitale & comme maistresse des villes Françoises, de la quelle le Roy est le chef, seigneur & patron, comme celuy qui commande sur une Navire, en toutes choses abondante.* Girard. *tom.1. de le histoir. de France liv.*
7 *9.p.970.* referente Lymnæô. De Anglorum nummo aureo, (vulgò Nobilis Rosatus dicitur) qui in altera parte navi in mari fluctuante, Regeque ense & scutô armatô in ipsa navi, ut in Throno sedente insignitur ejusq; denotatione & significatione vid. Johan. Selden. *lib.2. mar. clauf. cap.25.* Hujus nummi partis adversæ mentem versificator anonymus, qui sub Henrici VI. Regis tempora vixit, rythmis scripsit Anglicanis, de Politia conservativa Maris MS. in bibliotheca Cottonian. ita explicat:

For foure things our Noble sheweth thome
King / Schip / and Schwerd / and power of the See/h.e.

Quatuor indicari nummô, Regem, Ensem, Navem, & maris Imperium.

8 Hisce præmissis primò sciendum est, privatos homines naves habere non prohiberi. *l.1.ff. de flum. & ne flum. pub.* Imò eos ipsos potius ad fabricandas naves à Principibus privilegiis invitatos, ex Sueton. & aliis docent autho-
9 res, exceptis Senatoribus, & qui provinciam administrant. *l.1. C. de navib. non excus. lib 11. l. hi qui naves 3. ff. de vacat. & excus. mun. & l. aufertur. 46. §.quod a Præside. ff. de jur. fisc.* de quo ita Tit. Liv. *lib.21. histor. circ. fin. Invisus etiam Senatui C.Flaminius Cos. ob novam legem, quam iniquè Q. Claudius Tribunus plebis adversus Senatum, unô Patrum adjuvante C. Flaminiô, tulerat; ne quis Senator, quive Senatoris pater fuisset, maritimam navem, quæ plus quàm trecentarum amphorarum esset, haberet, id satis habitum ad fructus ex agris vectandos, QUÆSTUS OMNIS PATRIBUS INDECORUS VISUS EST.* Ratio, ne acqui-
10 rendi & negociandi promiscuâ libertate, studiôque quæstûs, à publica administratione avocarentur, aut commoda mercatorum interciperent. Hanc autem Legem desuetudine abolitam seu abrogatam testatur Cicero, *7. Verrin.* Ubi, *noli me*, inquit, *tueri Hortensi, ne quæram, quòd licuerit ædificare navem Senatori; antiquæ sunt istæ leges, & mortuæ.* Quamvis autem privatis 11
navium constructio & possessio sit concessa, illas tamen sub titulis seu insignibus alienis, ad evitandas publicas necessitates excusare, sub pœna proscriptionis non licet. *l. 1. C. de navib. non excus. lib. 11.* cùm omnem subvectionem sine dignitatis privilegio celebrare conveniat, *d.l.* (Solebant enim 12
veteres mercatores potentes velis navium arma & insignia sua inserere; de quo ita Osiand. *ad cap. 27. Ezech.* verbis: *Byssus varia de Ægypto texta est tibi in velum, ut poneretur in malo*, i. e. Curasti tibi fieri superius velum navis ex bysso, & in eo acu pinxisti tuas imagines & arma, ut tanquam ex vexillo, cujus esset ea navis, inde agnosci posset: **Deine Kauffleute haben ihre Wapen / Schilter und Helm in die köstlichen zarten Segel lassen mit Seiden sticken**) Inter mercatores tamen Hanseaticos, 13
ut hæc obiter moneam, cautum est, ne ullus extraneorum navim in Civitate seu portu sub pœnâ 3. marcarum auri & Hanseaticæ justitiæ ædificet aut emat. Recess. Hans. *de Anno 1412. 1415. 1417. & 1476.* **Revidierte Hänsische Schiffs-Ordnung** *de Anno 1614. art. 1.* Quod & summis Principibus olim Lubecæ & nuper adhuc Ambstelrodami denegatum memini; ratio in promtu, ut hujus commodi magis domestici & cives, quàm exteri participes reddantur.

Secundò notandum, quòd quemadmodum *l. plerią; 18. ff. de in jus voc.* invitum domô suâ extrahi nemini sub gravi pœna licet, cùm sit tutissimum cujusque refugium & receptaculum; 14
d. l.18. ita etiam in navi locum habere & receptum esse asserat Alberic. de Rosat. *in l. penult. in fi. ff. de his qui dejec.* Bl. *in l. certi juris. col.2. n.7. C. Locat.* Neguzant. *tr. de pignor. quart. membr. 2.*

part. n.169. Jaſon. *in d.l.pleriq́. 19.* & Dd.
15 comm. Quia appellatione domûs non
ſolùm continentur facta ex lapidibus,
calce & cæmentis, ſed etiam domus
ex lignis facta. *l.1. §. planè. 8. ff. de vi &
vi arm.* Unde quidam dicunt, mari-
timas naves eſſe claſſes & caſtra. Nicol.
Böer. *deciſ.177. n.7.* quem vid. & Andr.
Tiraquel. *de utroq́. retractu. n.89.* Et *l.
Julia de vi pub.* tenetur, qui homini-
bus armatis de navi ſua quem dejece-
rit, concuſſerit, expugnaverit. *l.3. ff. ad
l. Jul. de vi pub.*

16 Tertiò, quamvis certi juris ſit, quòd
ſocius invitô ſociô re communi uti
non poſſit. *l. Sabinus. 28. ff. commun. di-
vid. l. parietem. ff. de ſervitut. urban.
17 præd.* & ibi Dd. navi tamen ad navigan-
dum paratâ etiam nolente alterô ſo-
ciô, ſocius uti poteſt, ſi utiliter agat,
v.g. Finge, duos eſſe dominos navis:
alterum velle congruô tempore ad
navigandum navigiô uti, alterum ve-
rò malle in portu permanere; ei potius
aſſiſtendum, qui re ad uſum paratâ uti
velit, uti tradunt Br. & Paul. de Caſtr.
*in l. hæc diſtinctio. §. cum fundum. ff. lo-
cat.* Jaſ. *Conſ.98. col.2. vol.1.* Socin. *Conſ.
18 58. vol. 4.* & Dd. alii. Hîc quoque
notandum obiter, quòd decretis Han-
ſeaticis prohibitum, ne quisquam
Hanſeaticorum mercatorum cum ex-
traneo quotam navis colat, aut ſocie-
tatem mercis contrahat, ſub pœna
amiſſionis quotæ. Receſſ. Hanſ. de
Anno 1426. 1440. 1441. 1476.

19 Quartò, etſi notiſſimi juris, quem-
libet rerum ſuarum eſſe moderatorem
& arbitrum. *l.21. C. Mandat.* nec domi-
20 niô quemquam in re propria facilè
privari poſſe; attamen, ſi navis duo
ſint domini, & refectione egeat, alter,
ſi negligens eſt in reficiendo, & alter
communi nomine reficiat, ceſſansq́;
intra quatuor menſes ſumtûs erogatos
pro portione non cum uſuris reſtituat
centeſimis, qui reficit, jus dominii in
ſolidum obtinet. *l.52. ſi fratres. §. idem
reſpondit. 10. ff. pro ſoc. l. ſi ut proponis. 4. C.
de ædific. priv.* quod Jus SINGULARE
ſpecialiter notandum monet Aretin.
§. ſequens. n.13. Inſt. de action. & Jaſ. *in
repetit. l. quo minus. ff. de flumin. n.112. &
in l. Creditor. n.7. ff. ſi cert. pet.* Marſil.
ſingul. 359. Et Jul. Ferret. *de re naval.
lib.3. n.94.* cum aliis ab ipſo ibid. alle-
gatis.

Exiſtit autem hoc jus ex ſingulari & 21
in Jure cognito refectionis privilegio;
cùm is, qui ad navem conſtruendam,
inſtruendam, reficiendam, arman-
dam, & nautas ejus alendos (quæ o-
omnia hîc latè refectionis nomine cū
Vanderano comprehendo) vel quô-
cunq; modô credidit, prælationis ſeu
prioritatis privilegium ante reliquos
creditores chirographarios habeat. *l.5.
& 6. ff. qui pot. in pign. l.25. ff. de reb.
cred. l.26. l.34. ff. de reb. aut. Jud. poſſid.*
Rauchb. *p.1. q.5. n.16.* ubi ejusmodi Cre-
ditori triplex privilegium tribuit, per-
ſonale, reale & prælationis: ratio, quòd
imprimis utilitati publicæ datum, quæ
ex navium fabricatione & uſu capitur.
Vanderan. *de privil. Cred. cap.8.* Apud 22
Hollandos talis pecunia credita in in-
ſtrumentum redacta dicitur den Byl-
brieff; ende ſülcken Brieff gaet vor
Bodmereybrieff. Unde fit, quòd Cre-
ditores qui pecuniam dant uff Bodme-
rey / ſæpè incidant in damnum, te wee-
ten als er een Bylbrieff is / quod credi- 23
torem tempore pecuniæ creditæ late-
bat. Vinn. *ad l. non autem. de Exerc. act.
p.m.95.* Ratio autem hujus privilegii
eſt, quòd ſine his navis ſalva perveni-
re, & ſine gravi periculo hoſtiumque
impetu ad portum appellere non poſ-
ſit. Petr. Vanderan. *tr. de privil. credit.
cap.8.* ubi addit, atque in hoc Reipub. 24
favor conſiſtit; ejus enim intereſt, na-
ves ad portum pervenire ſalvas; cûm
ſine iis contractûs, & hominum inter
homines commercia infirmiora red-
dantur. Hinc annonæ causâ magna
commoda iis, qui mercaturæ causâ
naves fabricarent, propoſita legimus.
Hucusque Vanderan. An autem jus 25
tacitæ hypothecæ talis creditor habe-
at? negant. Vinn. *in Comm. d. l. p.100.*
Loccen. *lib.3. c.2. p.213.* & fusè Stypm.
*de Jur. naut. part.4. c.5. n.20. cum ſeqq.
& nos infr. hoc lib. cap.10. n.37.* de Inve-
ctis in navem. Jure Lubecenſi verò 26
ſolâ

ſolâ translatione navis ad alia loca, hæc tacita hypotheca, ſi quæ eſt ob refectionem ejus, perimi videtur. *art. 6. de pignor. Stat. & nos infr. hoc cap. n.65.*

27 Adeò autem favorabile eſt hoc refectionis navalis privilegium, ut, ſi magiſter navis caveat, ſe accipere in refectionem navis, etiamſi in eam cauſam non impenderit, ſed in ſuos uſus converterit, tamen teneatur exercitor, ſibi imputaturus, cur talem præpoſuerit. *l. 1. §. unde quærit Ofil. ff. de exercit. & l. Lucius. 7. ff. eod. ibiq.* Peck. & ad eum Vinn. *lit. B. p. 184.*

28 Quintò, licet communiter Dd. præſertim Br. Bl. Paul. de Caſtr. *in auth. navigia. C. de furt.* notârint, res piratæ unicuique occupare & deprædari licere Becht. *de ſecur. & ſalv. cond. cap. 4. th. ſeu n. 128.* cùm hoſtibus piratæ comparentur, & ſint ipsô jure diffidati. *per auth. caſſa, & irrita. C. de SS. Eccleſ. & c. 1. de milit. vaſal. qui contra & in tit. hic finitur. Lex Corn. dom. guer. in uſib. feudor.* Imò, jure Pontificiô omnia bona hujus delinquentis ad ſatisfactionem tacitè obligata eſſe dicat Bl. *in l. furtum. C. de furt. arg. c. parochiano X. de ſepult.* De quibus vid. ſleg. Loccen. *de jur. maritim. lib. 2. cap. 3. per tot.* Navem tamen, quâ quis anteà exercuit piraticam (quam Livius prædatoriam & piraticam vocat. *de-*

29 *cad. 3. lib. 9. & decad. 4. lib. 4.*) ſi alteri vendita eſt, ob id à deprædatis non arreſtari aut iis ipſis in præjudicium emtoris adjudicari, multò minus ob id adverſus navis hujus emtorem agi poſſe, ſtatuunt Dd. cum Jaſ. Mayn. (quem ad eam juris peritiam, ad quam paucos, aut tunc temporis nullos, perveniſſe refert Valentin. Förſter. *lib. 3. hiſtor. jur. Civ. cap. 40.*) *conſil. 170. vol. 2.*

30 Cùm navim delinquere nemo ſani capitis diceret. Is enim delictum & culpam admittit, qui rem poſſidet, ut inquit Imp. in *§. oportet. auth. de Mandat. princip.* nec enim propriè dici poteſt deliquiſſe aut damnum dediſſe ſeu feciſſe quod ſenſu caret. *l. 1. ff. ſi quadr.*

31 *paup. fec. dic.* Quod autem dicitur, bona piratarum, ut reliquorum latronum, unicuique apprehendere & occupare licere, intelligendum, donec & quouſque ipſorum ſunt. (Cæterùm de arreſtationibus & Repreſſaliis navium vid. Loccen. *d. lib. 3. c. 4.* Et Stypm. *continuat. de jur. naut. p. 5. c. 1. n. 22.*) Qualitas enim adjuncta ver- 32 bo, intelligi debet ſecundum tempus verbi, cui adjicitur. *l. in delictis. §. ſi extraneus. ff. de Noxal. act. l. ſi Titius. ubi Br. ff. de milit. teſtam.* Quid autem 33 juris, ſi una navis in alteram nocte ſeu tempeſtate, vel concitatô ventô impingat, eamque perdat, an dimidietatem damni reſarcire teneatur magiſter navis, & exercitores ob id in ſolidum obligati maneant, vid. nos infr. *lib. 3. cap. 4. n. 40. & c. 3. n. 36. ejuſd. lib. h. tr.* Item, Als een geladen Schip/ een ledig of Ballaſtſchip overſeylt/ of dan d' ingeladen goederen naer advenant haerer waerde d' halve Schade neffens t' behouden Schip moeten helpen beteren ende betalen: Item of totte voorſz: halve Schade mede moeten contribueren de vracht-loonen van den Schipper/ mitsgaders de hüyren ende ordenaris voring vaende Bootsgeſellen van den behouden Schepe. Vid. Jac. Cooren. *obſ. 40. & 41. rer. in ſupr. Holland. Senatu judicatarum.*

Sextò licet regulariter unicuique 34 rei ſervitus imponi poſſit. *l. ei fundo. 19. ff. de ſervitut. ibiq. Interpp.* Navi tamen 35 ſervitus imponi, ut vel naviget, vel merces alterius deferat, vel quicquam aliud efficiat, haud poteſt. Cæpoll. *de ſervitut. ruſt. præd. tit. de navib. rubric. 39.* Conventione tamen & jure pacti ſeu perſonalis obligationis hoc fieri poteſt. Benev. Strach. *de navib. n. 20.* An 36 autem nauta poſſit ad navigationem cogi, ſicut hoſpes ad hoſpitationem? Affirmat. Par. de put. *de Synd. verſ. advocati. n. 3. per l. cum navarchorum. 6. C. de navicul. lib. 11.* & cum eo Strach. *part. 5. de naut. ſumm.* Hinc judicatu facile, quid de egregiâ hâc & ardui momenti ventilatâ quæſtione ſentiendum: Num 37 liberis Imperii Civitatibus, ad reſiſtendum hoſti, naves imperari poſſint, ſiid cum Reipub. & commerciorum interi-

interitu fiat? De quo olim postulato hoc cujusdam viri prudentis ad amicum est judicium: Das Begehren der Schiffe befinden wir also weit aussehend und von grosser Consequentz, daß/ woferne wir/ oder jemand anders unter uns darin sich alsobald/ ohne fernere Circumspection ergeben würde/ dieselbe nicht anders als eine plötzliche Dissipation und Vernichtigung aller ihrer Commercien/ darauff doch dieser Städte anima & vita allein bestehet/ sambt ihrem endlichen und gäntzlichem Untergang und Schaden zu gewarten hätte/ Vid. Contin. Meteran. *lib. 45. fol. 597. col. 1.*

38 Navis tamen, etiam extranea, potest, propter publicam utilitatem, à Rege & Principe supremo, ad publicum usum converti. *l. Jubemus. 10. C. de SS. Eccles.* P. Santern Lusitan. *de Assecurat. & sponsion. merc. part. 3. n. 26.* eleg. Rota Genov. *decis. 62. per tot. ubi n. 3.* non omnes impedientes in mari piratas dici posse statuunt, nisi conventionum & privilegiorum tabulæ huic detentioni ad-
36 versentur. Quæ navium detentiones voce Persicâ vocantur Angariæ, de quibus Lud. Horneck. *de jure postar. cap. 19. theor. 3. lit. B.* seu onus, quô in transvehendo commeatu armis, equis, exercitu, tempore expeditionis bellicæ, Principibus seu Rebuspub. naves servire tenentur. Quas imponere possunt illi, qui jura Majestatis habent. Inter regalia enim referuntur quoq; navium præstationes. *c. un. Quæ sunt regal. lib. 2.*
40 *feud. tit. 56.* Hac tamen lege, ut sui laboris & officii digna capiant præmia emolumentaque. Hinc Selden. *lib. 2. de Mari Claus. c. 20. Hanc navium detentionem semper intelligas,* ait, *oportet ad justitiæ normam facta ut pro ratione tum doliorum quibus æstimabantur, tum pro nautarum numero, conductorum Congrua merces esset præstanda.* Cujus Justitiæ defectus hodiè sæpenumero à Mercatoribus maximô suô damno deplo-
41 ratur. Quid autem de solenni velorum demissione, quâ hodiernô tempore uti coguntur quælibet mercatorum naves exteræ, si propè Classem Regiam, navemve aliam ejusdem classis, in mari prætervehantur, sentiendum, ex neotericis reperio historicis, binas olim hâc de re in Galliis obtendi constitutiones; alteram Henrici Regis II. Anno 1555. alteram Henrici III. anno 1584. quibus voluére, ut naves exterorum, per mare Galliis conterminum transeuntes, summa vela navibus regiis summitterent, in Imperii sc. Gallorum marini recognitionem; neutram tamen in Parlamentis à Patribus admissam, seu (quod ajunt) simpliciter verificatam. Quin & posteriorem, quantum ad effectum aliquem juris, planè rejectam. Quod & ab ipsis Gallis JCtis traditum est in causâ illustri Hamburgensium aliquot mercatorum actorum in Parlamento Parisiensi sub Henrico IV. Turone habito. Ludov. Servin. *in placit. vol. 2. Placit. 11. 12. Dec. 1592. p. 262. b. Edit. 1609.* Id 42
tamen Regum Angliæ navibus honoris gratiâ, atque in dominii maris recogniti signum, ex jure antiquissimo præstari solitum demonstrat Joh. Selden. *de domin. mar. Britann. lib. 2. c. 26.*
Et velorum demissionem, de cujus an- 43
tiquitate Lips. *lib. 1. Elect. c. 23.* in occursu aut conspectu Regiarum naviũ aut Castelli non semper Imperium maris arguere, sed honoris argumentum esse, nec navigationis libertatem imminuere, docent. Joh. Loccen. *de jure maritim. lib. 1. c. 4. n. fin.* Et Fr. Stypm. *ejusq; continuat. de Jur. nautic. part. 5. cap. 1. n. 21.* Si de hac velorum demis- 44
sione convenire inter Reges non satis possit, sub certo pacti modo definiri solet; quod etiam factum est in pactis Pacis Regum Suediæ & Daniæ Anno 1645. *art. 5. 14. 15.* Sub capturæ autem 45
navis periculo velorum submissionem imperare extraneis velle, contra justitiam & æquitatem esse dixit ipse Ludov. Servin. *2. tit. 11.* Cum exteris enim & amicis non ex rigore agendum. vid. Author *de Judicio inter gent. part. 2. q. 14.* An autem Princeps navis 46
extraneæ in usum belli per detentationem conductæ, at finitô bellô in reditu deperditæ æstimationem præstare,
&

& mercatoribus, ut navigii dominis, damnum illud resarcire teneatur? non incongruè hîc Q. Contra dominos navis duo hîc excitari dubia videntur:
47 Unum, quòd pollicitus sit Princeps præstare damnum, quod in actu militari contingeret: navis autem non illic periit; atqui inclusio unius, est alterius exclusio. *l. cum Prætor. ff. de Judic. c. nonne benedicimus. de Præsumt.* Joh. Petr. Surd. *cons. 25. n. 33. & seqq. vol. 1.* & provisio hominis tollit provisionem legis. *arg. l. fin. C. de pact. convent. arg. l. & habet. §. cùm quis ff. de Precar.* Gabr. *lib. 6. conclus. reg. jur. conclus. 8.* Si quæ hîc fuisset pro mercatoribus.
48 Alterum est contra mercatores, quòd conductor lege non teneatur ad casus fortuitos. *per l. contractus. 23. de R. J. l. 5. §. 2. vers. sed ubi utriusq. ff. commod. l. 108. §. 12. ff. de legat. 1. l. ex conducto. 15. §. si vis tempestatis. 2. verb. si incursus hostium. l. item quæritur. 13. §. exercitu. 7. ff. locat.* Menoch. *cons. 621. n. 5.* Verùm, re diligentius consideratâ, contrarium definiunt Dd. cum Luc. de penn. *in l. 2. C. de Nav. non excus.* ubi dicunt: Quando Princeps accepit navem in usum suum à subditis, & eadem sic periit, ut
49 teneatur Princeps ad damnum. Si igitur Princeps obligatur suis subditis restaurare, quæ accepit de illis publicô belli pacisve bonô, quantò magis obligabitur alienis. Alb. Gentil. *lib. 3. de jur. bell. cap. 3.* Vid. Loccen. *de jur. marit. lib. 1. cap. 5. §. 9.* allegans Sixtin. *de Regal. 2. 13. 77. & seqq.* nimirum si Princeps per se aut alios damnum intulerit
50 Nec movent I. duæ illæ regulæ superius adductæ. Nam ad primam ita respondent Dd. quòd non excludantur casus rationis similes, & similes sunt huic conductioni omnes fortuiti; imò nec tunc excluduntur, cùm aliquis saltem ex multis, frequentioris usus gratiâ sit expressus. Joh. Cephal. *cons. 257. n. 17. cum seqq.* Aym. Cravett. *cons. 242. n. 15. Cons. 447. & 527. n. 6. 7.* Menoch. *4. Præsumt. 89. num. 90.*
51 Quandocunque enim casus secundum litteram non est expressus, & tamen eadem ratio & æquitas expresso & omisso subest; non expressum pro omisso non est habendum, ut tradit Bl. *in l. mater. C. de Instit. & subst.* & post eû Cravett. *cons. 320. n. 9.* cùm taciti & expressi eadem vis sit. *l. cùm quid. ff. si cert. pet.* ubi Br. imò interdum taciti major per *gl. in l. non unquam. ubi* Dec. *num. 5. de R. J.* Surd. *decis. 245. num. 3.* Nicol. Everh. *in Top. loc. ab express. ad tacit. n. 17.* Licet itaque de actu militari hîc tantum expressum sit, quò frequentius pereunt istiusmodi naves quàm alibi, non excluduntur tamen cæteri casus, qui Jure ordinariô & communi essent inclusi. Ad 52
secundum respondetur, non tolli provisione hominis legis provisionem, si non animô novandi facta sit provisio ab homine. Bl. *cons. 329. col. 1. lib. 1. per l. 4. §. si ex conventione. ff. de re judic. & l. pen. de Except. rei jud.* Cravett. *cons. 442. n. 4.* quæ non præsumitur, nisi expressè hoc agatur. *l. fin. C. de Novat.* & ita *Dd. comm.* statuunt cum Cravett. *d. l. n. 4.* Et hæc imprimis obtinent in contractu bonæ fidei. Joh. Ceph. *d. l.* ut locatio & conductio est. *§. actionum. Inst. de action. l. 24. ff. locati. l. 27. C. eod.* & Juris gentium, qualis itidem est conducti. *l. 5. ff. de J. & J.* idque 53
propter exuberantiam bonæ fidei, quæ in Principum contractibus cum mercatoribus factis debet esse uberior & major, quàm in aliis. Alb. Gentil. *2. de Jur. bell. cap. 4.* Antimach. *lib. 3. de Repub. theorem. 21.* Quid quod Prin- 54
cipes ejusmodi absoluti non tàm contrahant, quàm pro imperio agant jubeantque, cùm eorum preces minæ. *gl. in l. 1. ff. quod juss.* & Frid. Pruckm. *cons. 3. n. 57. vol. 1. per alleg.* Velle autem non creditur, qui obsequitur imperio domini. *l. 4. ff. de Reg. Jur.* Jo. Cephal. *cons. 76. n. 42.* Menoch. *2. præsumt. 19. n. 8.* Aretin. *in l. cunctos populos 1. n. 7. C. de summ. Trin.* vid. Cujac. *10. obs. ult.* Wesemb. *in. quod met. caus. n. 3.* 55
Parum itaque negotii facessit altera objectio à natura conductionis, quoniam potius mandatum & jussum hic esse apparet. Mandans enim ejusmodi 56
præstat mandatario casum fortuitum

&

& damna omnia, præsertìm si ex debito non tenebatur. Innoc. Panorm. & alii Dd. *in c. 29. de jurejur.* Cynus, Salycet. *& alii in l. 6. C. de vi & vi arm.* Dd. *in l. 13. & l. re mandata. C. Mand.* Quorum ratio hæc est, ut servetur indemnis mandatarius, nec damnô afficiatur mercator extraneus, qui officium sibi damnosum seu potiùs servitium durum jubenti Principi præstitit. *l. si mandassem. 15. ff. Mandat. l. 26. §. 6. ff. eod.* (Qui §. maximè obstare videretur, nisi de Curialitate & praxi modernâ planè esset abrogatus. Dd. & Accurs. *ad hunc §. 6.*) *l. 7. ibi, & sit iniqvum. ff. Testam. quem. aper. l. 74. de R.*
57 *J. cum aliis textib.* Non repugnat autem hisce omnibus pactio mercedis, quæ facit locationem, quia tantū abest ut hæc aliquid operetur in iis, qui coacti à principe missi sunt in bellum, ut potiùs hic conductionis contractus dicatur accessorius alterius principalis Mandati, & cum eodem ejusdem sit juris. Petr. Anchoran. *Cons. 72.* Carol.
58 Ruin. *1. Cons. 113. in fi.* Finaliter itaq; notandum, si dictum navigium culpâ vel levi periit mandantis aut hominum ejus imperitorum, qui jam sæpissimè amotis peritis naucleris iis regendis proponuntur, mandantem teneri, ut est apud Hostiens. & Panorm. *in d. c. 29. de jurejur.* Imperitia culpæ ascribitur. *l. 9. §. pen. ff. locat. in term. l. 13. §. 5. Eod. l. Imperitia. 132. de R. J. l. idem juris. 8. & §. 1. ff. ad l. Aquil. & praeced. l. 7. in f. eod.* (quib. adde *l. 6. §. sicuti. 7. ff. de offic. Praes.* ubi meritò imputatur Medico, & accusatur ex *l.* Aquiliâ, quòd per imperitiam, vel, ut Gothofr. inquit, non ex artis præcepto, in corpore ægroto commisit. Et addit Ulpian. *Praetextu* enim *humanae fragilitatis delictum decipientis in periculo homines innoxium esse non debet;* Idque locum etiam habet, quoties gratis curationem suscipit. Anthon. Fab. *in §. 6. Inst. ad l. Aquil.* Gothofr. *ad d. l. 8. lit. a.*)
59 Imò de casu tenetur, qui in aliam navim transtulerit merces æquè idoneā, dominô invitô. Strach. *de mand. merc. n. 43.* Ergò & Principes, qui exonerando navim alios ei regendæ, nolentibus mercatoribus dominis præposuerunt, de casu navis tenentur. Suc- 60
currendum namque coactis in accessorio mercedis, cùm merces ab eo, qui jubere potest, vim necessitatis afferre scribat magnus ille C. Tacit. *annal. 14.* Vid. Auth. *de judicio inter gentes. part. 2. q. 10. p. m. 228. & seqq.*

Septimò, quamvis reguliter à præ 61
stratione vectigalium & gabellarum nihil omninò de mundo eximatur, nisi specialiter sit privilegiatum, ut ex Ægid. Boss. Alphons. de Azeved. Bertachin. Sixtin. & aliis supr. *in pr. cap. 3. hujus lib.* fusè demonstravimus. Non 62
tamen hæc obtinent in navi, quæ, si tempestate ad portum delata est, seu hostium vel piratarum timore portui se applicuit, vectigal solvere non tenetur. eleg. *l. Caesar. 15. ff. de Publican. & vectig. l. fin. §. si propter necessitatem. 8. ff. Eod.* quia illud fuit in casu non in voluntate factum. Br. *in l. un. C. de naufr.* Mart. Laudens. *de fisc. q. 171.* vid. Strach. *p. 4. de merc. n. 48. de Navib. n. 26. & de naut. 3. part. n. 6.* Ne autem hic casus 63
fortuitus in exemplum trahatur, aut hôc prætextu, commerciorum valor in Reipub. detrimentum expiscetur, der Marckt der Wahren uff die Arth nicht verschlagen werden möge/ decretô olim Lubecæ cautum, ut ejusmodi casus fortuiti ad consequendam vectigalis & Accisæ immunitatem ab attestantibus juramentô probentur. *Decret. Senat. Lubec. d 14. Martii An. 1627.* Huc pertinet, quod Cicero *lib. 2. de In-* 64
vent. ait: *Lex apud Rhodios, ut si qua rostrata in portu navis deprehensa sit, publicetur: cùm magna in alto tempestas esset, vis ventorum invitis nautis Rhodiorum in portu navem coëgit, quaestor navem populi vocat, navis dominus negat publicari debere &c.*

Octavò, inter hæc navium singula- 65
ria meritò quoque refertur quod continet *art. 6. tit. 4. lib. 3. Statut. Lubec.* nempè solâ translatione navis ad alia loca pignus perimi, contra Regulam juris; id quod nostrum est, sine facto nostro nobis auferri non debere. *l.*

quod

[illegible] *de* [illegible] rationem hujus [illegible] ap. Dn. Mev. *comm. ad Jus Lubec. dict. art.6. lib.3. tit. 4. num.3. & 4.*

66 Nonum singulare Navium de jure Lubecensi est, ut illic & aliquibus vicinis Rebuspub. NAVIUM pro usu publico & singulorum, promovendaque navigatione, quæ sustentationi Reipubl. maximè necessaria. Menoch. *de retin. posses. remed. 6. n.54.* intra certum tempus, sexennij vel septennij, jam triennij, alienatio prohibita sit. In quo tamen magistratum interdum ex justa causa dispensasse novi; alienandi
67 licentiâ factâ, si necessitate quâdam adigatur ad alienandum qui construxit navem, & propriam habet; ita tamen, ut consensum impetret, atque Reipub. ærario certum quoddam vectigal exsolvat. Atque ut observantiæ ejus cô securior sit Respub. hisce in locis suetum est, primos navis constructores aut possessores jurare, quòd intra statutum tempus nolint ab urbe eam alie-
68 nare. An autem hæc prohibitio pertineat ad naves à Lubecensibus in exteris locis constructas, olim acriter in Senatu ventilatum memini; Senatu in affirmativam magis inclinante. vid. & Loccen. *de lib.3. c.5. §.3.* De Emptione & Vend. Navis in gener. vid. Stypm. *Jus naut. p.4. c.9.*

69 Decimum singulare, quòd pœna Capitalis L. Romanâ decreta fuit in illos, qui docuêre barbaros artem fabricandi naves, ante illis incognitam. *l.25.*
70 *C. de pœn.* Quale interdictum Anno 1563. communi Hanseaticorum decretô publicatum fuisse adversus Moschorum tunc temporis Tyrannum Johannem Basilidem, notat Thuan. *lib.36. histor.* Vid. Loccen. *de jur. mar. lib.1. c.2. num.3.*

71 Undecimò, Nave post subhastationem publicam venditâ, & per sententiam emtori aut Creditori adjudicatâ, venditores adversus quascunque detentiones aut arrestationes posteà factas, non tenentur ulterius de evictione, per Berlich. 1. *decis.130.* non attentô, quòd alias in privata venditione navium, inter Mercatores sit styli & observantiæ, daß der Verkäuffer das verkauffte Schiff muß frey in allen Haven und Strömen liefern; Imò Juris 72
Civilis, ut venditor Emptori, etiamsi nihil de eo conventum sit, ad evictionem obligetur. *l.6. C. de Evict. & 30.* Fr. Stypm. *de jur. nautic. p.4. c.9. n.26. cum seqq.* Si autem navis ejusque pars cum 73
evictione vendita, posteà ab aliis Exercitoribus impugnata naufragiô perierit, Emptori perit; salvâ tamen evictionis præstatione. Et ita decisum in judicio Nautico Lub. Anno 1661. & postmodum in Senatu confirmatum. Quod tamen limitatur, nisi aliter pactô per provisionem hominis sit conventum, & ita decisum in Senat. *Lubec. 13. Octobr. Anno 1655.* 74

Hujus occasione observandum duodecimò, inter omnes res inanimatas mobiles solis navibus longis atq; onerariis, propter belli usum singulari favore de jure Civili jus postliminii datū fuisse, nō verò Piscatoriis aut actuariis, voluptatis causâ paratis *l. 2. pr. & §. fin. l.3. ff. de Captiv. & postlim. revers.*
Quod hodiernis moribus non am- 75
plius receptum est, quibus idem jus quod cæteris rebus mobilibus, pariterque hæ & illæ carent postliminiô, quotiescunque eas hostis non eôdem die iterùm navali pugnâ amiserit, sed in potestate eas suâ per diem noctemque retinuerit; in quam rem exstat lex Regia Gallorum, in Cod. Reg. Henrici III. *lib.20. tit.13. art.24.* Et simile est, quod refertur in Consulatu maris *cap. 287.* Atque eandem sententiam habet apud Hispanos Regia partitarum constitutio *pen. tit. 9. part. 5.* Didac. Covarruv. *ad cap. peccatum. de Reg. jur. relect. part. 2. §.11. n.8.* Vid. Loccen. *de jur. maritim. lib.2. cap.4. §.3. & 4.*

Quid si autem navis amica merca- 76
toria pugnans capiatur, num & quando ipsius restitutio statuenda? Hîc 77
ponderandum monent Dd. utra prius aggressa fuerit navis hostiliter, si victrix amica prima fuerit, altera navis

mercatoria restituenda erit; secus si victa primum hostilem fecit impetum; cùm damnum suâ culpâ sibi accersiverit. *l. quod quis ex culpa 203. & c. damnum 86. de R. J. in 6to.* Aggredi
78 autem videtur, qui adversario validior, & incepisse, qui prius provocavit ad pugnam. Bl. 2. *Cons. 143.* Cravett. *cons. 2. num. 12.* idque vel explosione tormentorum; cùm mos sit bellicæ navis advocantis hôc modô alteram, & quidem tali cum imperio & metu provocare. Facius *lib. 10. de Rege Alphonso.* Vel clamore hostili ad retardandum, vel exploratione mercium, & si milium violentorum actuum; & hoc præcipuè, si fiat in libero mari.
79 Nautarum autem factum, si forsan hîc deliquerint, aut causam dederint, non nocet ipsis mercatoribus dominis, cùm nautæ non intelligantur deliquisse ex mandato mercatorum; & hi non aliter, quàm secundum consuetudinem mercatorum mandatum dedisse videntur. Menoch. *3. præsumt. 43. n. 8. & 5. præsumt. 27.* Tib. Decian. *vol. 3. Consil. 68. num. 88.* Vid. tamen Hug. Grot. *lib. 2. de jur. Bell. cap. 17. §. 20.*
80 in contrar. inclinantem. Multò minus nocet territorii dominis, si nautici contra Imperium amicis nocuissent; quod Galliæ & Angliæ testimoniis
81 probat Hug. Grot. *d. §. 20.* Nauta, si cum nave captus fuerit à pirata, an præstare damnum dominis mercium teneatur. Strach. *part. 3. de Navig. n. 50.*
82 Huic navium materiæ libet addere duas quæstiunculas, quas Nicolaus Böer. JC. & Parlamenti Burdegal. Præses, in suis decisionibus, *dec. 177.* movet. Prima quæstio est, Num ligni appellatione contineatur Navis; ita, quod prohibiti vendere & extrahere lignum extra territorium, naves non vendere possint? Et dicit, quod sic; motus *c. ita quorundam. X. de Judæ.*
83 *& aliis textibus.* Ubi materiâ prohibitâ censeri etiam prohibitum materiatum dicitur. Dd. & Br. *in l. quæsitum. §. illud. de leg. 3.* Guid. Pap. *q. 373.* &
84 Alex. *cons. 130.* Verùm contraria Strachæ opinio *in d. tract. de Navib. n. 30.* veritati juris magis videtur consentanea *per l. ligni 55. l. pali, ac l. servus. ff. de legat. 3. l. si convenerit. 18. §. si quis sic. ff. de pignor. act.*

Secunda est. Si, ex venditione rerum immobilium, Regi laudimium debeatur, an, navi venditâ debeatur? Ubi iterùm modò dictus Author affirmativam amplectitur, statuens, rebus immobilibus annumerari navem. Quod autem navis non immobilium, 85 sed mobilum appellatione contineatur, eleganter rationibus & Doctorum authoritatibus probat Benev. Strach. *d. tr. de navib. n. 31.* & Dn. Mev. *Comment. in jus Lub. p. 1. lib. 1. tit. 10. art. 6. n. 78.* quò remisisse placet. Navim ex aliena ma- 86 teria factam cujus sit; an facientis, an materiæ domini? Loccen. *lib. 1. c. 2. §. 5.* Item navim corpus esse ex compositis, 87 quod divisionem non admittit. §. *6.* Item, Nave legata, vel usufructu ejus, 88 quid & quantum debeatur, §. 7. Item de 89 pacto de nave non petendâ. §. 8. Item, num scapha nomine instrumenti contineatur. Vid. Loccen. *d. c. 2. lib. 1. §. 10* 90 & plura alia singularia circa contracto nauticos collegit Joh. Loccen. *lib. 3. de jur. marit. cap. 2. cum seqq.* Atq; hæc de 91 jure navium singulari pro tempore sufficiant. Quæ verò circa navigationem statuta & ordinationes sancitæ sunt, *infr. lib. 3. c. 3. & seq. ubi de Statutis mercator.* luculentius attingemus. De jure Navigandi vid. Loccen. *d. lib. 1. c. 3.*

Præcedentibus hisce Colophonis loco libet quædam addere de frequentatis Veterum Navigationibus ex Jure Civili.

Etsi in omnes oras, & portus à merca- 92 toribus navigari possit & soleat; quædã tamen olim fuére loca, quemadmodũ & nunc sunt, in quæ, ob negociorum frequentiam & commodum oppidorum, naves cursum vulgò dirigebant. Nam & Itinerarium Antonini nomine editum loca describit, ad quæ navigantes applicabant, etsi hodiè minus frequentantur. Inter alia Brundusio Dyr- 93 rachium in Macedoniam naves cursum habuisse scribit, quem vult stadiorum mille fuisse. Jurisconsulti verò ponunt navigationem Berytho Brundusium, ultimam Civitatem

tem Italiæ. Strab. *lib.7.* quod Dion *lib.25. in princip.* & Græci Brentesium vocant; ubi portum inclytum fuisse à Q. Ennio remotiore, sed admodùm scitô vocabulô Præpetem appellatum
94 Gellius scribit, *lib.9. noct. Att. c.4.* De hâc navigatione *in l. qui Romæ.122. §. Callimachus.1. ff. de verb. obl. Callimachus*, inquit JCtus Scævola, *mutuam pecuniam nauticam accepit in provincia Syria, in Civitate Berytho, usq; Brentesium &c.* Item Cassiopa, vel, ut alii legunt, Cassiopeja portu Epiri, Strabo *lib.7.* & Dyrrachio Civitate Epiri sæpissimè Brundusium navigabatur. Sunt naves, inquit Ulpianus *in l.1. §. igitur.* „verb. *sed etsi. ff. de Exercit. act.* quæ „Brundusium à Cassiopa vel à Dyrra-„chio vectores trajiciunt, ad onera in-„habiles. *Gell. lib.19. cit. Navigamus*, inquit, *a Cassiopeja ad Brundusium mare Ionium violentum & vastum, & jactabundum.* Est autem Cassiopa Corcyræ insulæ oppidum, vulgò Cassiopeja dictum, ubi nobilis portus apud Plin. *lib.4 cap.12.* & Ptolomæum *lib.3. Geograph. c.14. in tab.10. Europ.* Idem Gell. *lib.16. cap.6.* Redeuntes Græciâ Brundusium navem advertimus. Strabo *Geograph. lib. 6. E Græcia*, inquit, *navigantibus atq; Asia longè rectior est Brundusium navigatio. Itaq; omnes, quibus propositum est iter Romam, huc applicant. Hinc usq; Romam Appia via vocatur, quæ est CCCLX. milliarium Brundusium autem navigatio dirigebatur, quod portum omnium commodissimum habet, & naturâ tutissimum; unô enim ostiô multi variiq; portus includebantur, nullis fluctuum agitationibus obnoxii, pleriq; sinus placidissimi insunt, quorum singuli tranquillam præstabant navibus stationem, quæ forma cervi cornibus est similima, unde urbi nomen inditum ajunt; quia portus cum reliquo oppido sit cervino capiti, quod Messaria linguâ Brundusium dicitur, perquam similis.* Hæc ille. Tacitus *lib 3.* Annal. *Oppidum*, inquit, *Brundusium naviganti celerrimum fidissimumq; appulsu erat.*

95 Berythus & ipsa clarissima erat urbs Syriæ Phœnices, posteà à Theodosio & Valentiniano facta metropolis cum Tyro: Unde duæ ejus sunt metropoles. *l.1. C. de Metropol. Berytho. lib. 11. tit.21.* Ad mare sita est, & portum amplum habet, ibique erat gymnasium legum; & pulcherrima civitas & LL. nutrix appellabatur. *§. hæc autem tria.7. & §. illud. 8. in proœm. ff. de jur. docendi ratione.* Advehebatur olim & ex Cyrenesi provincia Aquilejam oleum & frumentum. *Navem*, inquit Scævola *l. penult. §. ult. ff. locat. conduxit, ut de provinciâ Cyrenesi Aquilejam navigaret.* Ædificata fuerat hæc Civitas à Romanis propè sinum Adriaticum, ad arcendas Barbarorum incursiones. Ad eam flumine adversô onerariis navibus per Natisonem fluvium plus stadiis sexaginta navigabatur: vinum, oleum, mancipia, pelles, jumentaque eò ab Illyricis gentibus subvehebantur, ut ait Strabo *Geograph. lib.5.* Herodianus *lib.8. Aquileja*, inquit, *urbs magna, po-* 96
pulô abundabat, ac veluti Italiæ quoddam Emporium ad mare sita, quasiq; terminis Illyriæ copiam rerum, è continente per terram fluviosq; convectam, navigantibus suggerebat. Ex quo factum, uti super ingentem civium numerum etiam magna vis hospitum ac mercatorum eam urbem frequentaret. Hæc 97
ille. Alexandriâ etiam ad omnes oras navigabatur, & ex illis Alexandriam; quam orbis emporium Plinius appellat *lib.5. cap.9. & 10.* Unde in jure non desunt exempla de iis, qui promittunt Alexandriam ire. *l. ita stipulatus. 115. §.1. ff. de Verb. obl.* Sed præcipuè ex ea Civitate quotannis frumentum Constantinopolim advehebatur, *l.6. C. de Navicular. seu naucler. lib.11. l.1. C. de frument. Alexandr. lib.11.*

Ostiam quoque, Romæ portum, ex 98
Hispania aliisque provinciis merces advehebantur. *l.4. C. Theod. de navicul.* & præcipuè ex Africâ. *Navis*, inquit Julianus, *l. navis. ff. ad l. Rhod. de jact. adversâ tempestate depressa, Hipponem delata est, ibiq; tumultuariis armamentis, ad præsens comparatis Ostiam navigavit.*

99 Ephesum quoque frequens navigatio fuit; quò Asiæ Proconsulem, Româ venientem, primùm applicare oportebat. *l. observare. 4. §. ingressum. 5. in fin. ff. de offic. Proconsf.* Erat enim Metropolis Asiæ, à negociatoribus frequentata; ob id sæpè in jure fit mentio eorum, qui Ephesi dare promittunt. *l. eum. ff. de Constitut. pec. l. 2. in pr. & §. si quis ita. & §. ult. l. quod si Ephesi. ff. de eo quod cert. loc. l. continuus. §. cum ita. & §. illud. de V. O. §. plus autem. Instit. de Action.* quemadmodum & eorum, qui Romæ, Capuæ, aut Carthagini dare spondent. *d. l. 2. in pr. & § si quis ita. l. Centum Capuæ. l. ult. ff. de eo quod cert. loc. §. Loca. Instit. de verb. obl. l. ult. §. si inter. ff. eod. tit. l. 3. §. non solùm. l. si peculium. §. quadam. ff. de statu liber.* Erant enim antiquitùs hæc omnium celeberrima emporia, à negociatoribus frequenta-
100 ta. Hodiè in Asia, Berythi; in Ægypto, Alexandriæ; Messanæ in Sicilia, & Panormi; in Italia Neapolis & Genuæ; in Galliis Massiliæ; in Hispaniâ Hispalis; in Lusitania Ulissiponæ; in Belgis Antvverpiæ, nunc Ambstelrodami portus sunt nobilissimi, & alii in Oceano, quos in novum orbē navigationes celebriores fecerunt. Guid. Panciroll. *thesaur.*
101 *var. lection. Jur. lib. 1. cap. 40. circ. fi.* Hîc non videtur omittendum, quod Seneca scribit *lib. 11. Ep. 4. alias 77. ante adventum classis quasdā naves præmitti solitas, quæ nuncient secuturæ classis adven-*
102 *tum, quas Tabellarias vocabant.* Sic ad exemplum harum Tabellariarum, quarum usus in mari. vid. Horneck. *de jur. postar. cap. 8. theorem. 2.* in Germania & unitis provinciis Belgii, habentur Navigia vulgò **Marckschiffe**/ quorum adminiculó cursus publicus ordinarius æquè ac per equos & currus seu Cisia veredaria, ut Cic. eos vocat. *pro Roscio Amerin.* vulgò **Post-Calessen** perficitur in fluminibus, quæ proinde Salaminiæ Naves appellari possunt tanquam præveloces. Celebratur enim vel imprimis navale bellum adversus Xerxem gestum apud Salaminem, sive quod ex triremibus altera Salaminia, vocari consuevit, altera πάραλος *Aristoph. in avib.* ἱερὰ ταχεῖα, πάραλος ἢ σαλαμινία. Hæ autem Naves, certis septimanæ diebus, imò horis, à consueto loco alio ad alium tendentes, ordinariæ postæ viam quandoque, secundô præsertim flumine, supplere possunt, nec exiguis privilegiis, ne scil. alterum corporis membrô offendat alter, flagitium probrumque expergefaciat, neve fur, homicida, fugitivus &c. alibi quàm conventum est locô, obstrictô collô eripiatur &c. donata sunt. Talia navigia quotidie Moguntiâ Francofurtum ad Moeni fluenta situm veniunt, aliàs **Mentzer Marckschiffe** vocata. Item **Fehrschüten.** de quibus Stypm. *de jur. nautic. lib. 3. c. 3. n. 144. & seqq.*

De Navium autem, nautarum & 103
eorum qui vehuntur, regulis ac privilegiis, videatur Dissertatio inauguralis Sigismundi Buchneri *De Re & Jure Aquatili. vol. 6. Disput. Jurid. Basil.* Et 104
de Classe seu Militia navali Veterum, nuper, doctissimum tractatum Joh. Schefferi Argentoratensis, Ubsaliæ An. 1653. excusum.

Caput VI.

De
Jure Singulari Emporiorum, eorumque Ædium; Jure Stapulae, Foro promercali; & quomodo inter se à Nundinis differant.

Summaria.

1. Cur Mercium Depositoria seu publica Mercatorum Domus à Principibus privilegiata.

2. De Jure Emporii & stapulæ hodiè frequens certamen.

3. De Jure stapulæ parùm & confusè scriptū.

4. Autho-

57. Domus & Tabernæ Hanseaticorum Mercatorum in Portugallia quibus privilegiis dotatæ.
58. A munere hospitandi milites nemo nisi singulari privilegiô exemptus.
59. Ad imitationem fori Romani invenerunt Germani Jus Stapulæ.
60. Comparatio Fori & Juris stapulæ.
61. Jus Stapulæ & Nundinarum non sunt Synonyma. n. 60.
62. Ex temporis intervallo Jus Stapulæ & Nundinarum discernuntur. & n. 64. in fin.
63. MISSA. vulgò Messen unde?
64. Unde das Kirchmesse und Jahrmarckt gemeiniglich beysammen.
65. Nundinæ ac mercatus diebus feriatis inq; locis sacris non celebrandæ.
66. Privilegia Nundinarum quasnam res afficiant.
67. Diversitas Juris Emporii, stapulæ & Nundinarum.
68. Jus Nundinarum non sub se comprehendit Jus stapulæ.
69. Verba privilegii secundum subjectam materiam intelligenda.
70. Specialia privilegiorum non extendenda ad genera.
71. Nullum verbum in privilegiis frustratorium.

NAvibus in hoc tractatu proximè succedunt publicæ mercatorum DOMUS, seu Emporia.

1 Nam, ut unicuique mercium extranearum suus sit certusque locus, & commodior illarum expositio, distributio & receptio, Mercatores haud difficilè à summis Principib⁹ Jus EMPORIALE seu Institorium impetrârunt, exstructis ad commercia exercenda ingentibus aulis, & sub disciplinâ certâ constitutis ædibus emporialibus, obtentisq; in his variis privilegiis, immunitatibus & juribus, attestante Dn. à Werdenhagen. Priusquam autem ad hæc mercium depositaria, sive appulsûs communis DOMUS nos accingamus, operæ pretium erit, quædam de jure
2 Emporii, seu Stapulæ, ejusque à Nundinis differentiâ majoris evidentiæ & sopiendi hujus certaminis, quod hodiè admodum frequens est, causâ, præmittere.

Quamvis hoc Jus Emporii seu Stapulæ (ut ea quidam conjungunt) valdè fuerit ab omni tempore in usu, & cum ipsis ferè commerciis à principio flo-
3 rere inceperit, tamen inter JCtos præter modò dictum authorem vix sunt aliqui, qui ex professo quid de eo conscripserint, & ut dicitur, ex tripode porrexerint. Unde etiam adeò confusè à multis accipitur, ut neque id, quod emporii vigor exigat, rectè dijudicetur. A multis etenim hoc jus unum idemque cum jure Nundinarum synonymicè sumitur, ita, ut jus mercatûs publici suâ naturâ & significatione sub se comprehendat Jus Stapulæ, sive sistendi & exonerandi. Inter 4
JCtos Germaniæ inveniuntur tamen nonnulli, qui parcè satis eã tractârunt materiam, ut Mynſ. *cons. 19.* Sixtin. *2. de regal. c. 3. n. 39.* Henning. Goedd. *cons. 3. n. 39.* Elber. Leonin. *Cons. 7. & 67.* quibus cum Natta addi potest *cons. 657.* Fr. Pfeil *cons. 194.* De privilegio Emporii frumentarij, quod Magdeburgenses habent, paulò fusius Goedd. *cons. Marpurg. 17. & 18. vol. 4.* De emporio laminarum ferrearum Nicol. Everh. *cons. 9. vol. 1.* Ante hac non 5
adeò hoc jus stapulæ seu sistendi merces secundum eam appellationem olim in usu fuit, sed ex Emporiis Hanseaticis in consuetudinem traductum, Gegenbericht Martini von der Meden/ auff die zu Hamburg Anno 1620. ergangene Außführung etzlicher am Keys. Cammergericht für die gemeine Freyheit der Commercien/ und der Schifffarth auff dem freyen Elbstrohm/ ꝛc. eröffnete Endurtheil betreffend. *p. 99.* Notum autem est nomem Emporii apud classicos authores, ut videre est apud M. T. Ciceronem *lib. 5. ad Attic. Ep. 2.* ubi mentionem Emporii Puteolanorum facit.

Ut tamen aliquid perfectius percipiatur, ante omnia synonyma & locutiones genuinæ sunt observandæ. Sunt 6
autem hæ, Jus Emporii (quamvis etiam Jus

Jus Emporii, ut generalius à jure stapulæ adhuc differre pateat ex Casp. Klock. *de contrib. & collect. cap.1. n.272. pag. m.26. col.2.* Idque exinde dicat, quòd, cùm Jus Emporii etiam Stapulæ in causa Hamburgensi vocaretur, illis sit in Camerâ Imperii injunctum, ut novô libellô id explicarent. Martin. à Meden *in d. refut. p.99.* vid. Dn. Fritsch. *de Jur. Nund. cap.10. n.8.*) Stapulæ, stationis, sistendi, & exonerandi, Germanicè die Niederlage/ Staffelrecht/ Stapelfreyheit/ &c. quæ unum idemque STAPULÆ JUS significant. Pendet enim jus Stapulæ à jure Emporii. Et, qui jus emporii, i.e. jus de exponendis mercibus habet, transeuntes merces ad suum portum & forum trahere potest. Loccen. *de jur. marit. lib.1. c.10.*
8 *§.5.* Et in hac Stapulæ & Emporii differentia, totius disputationis cardo versatur. Nam etsi Jura Emporii & Stapulæ promiscuè accipiant quidam Dd. cum Mynsing. *decad.2. Resp.19. n.3. 9.* & aliis. Auctor scripti Hamb. wegen Staffelgerechtigkeit auff der Elbe de Anno 1620. *art.1. 10. 75. & 82.* Lehman. *in Chron. Spir. cap.12.* Alb. Crantz. *in Wandal. lib 8. cap.12.* Hæc tamen Jura inter se diversa ac separata esse, alii rectius cum experientia docent. JUS namque Emporii, cujus pertinens Jus prohibendæ transvectionis, pinguius est ipsô Jure Stapulæ; estque jus cum exteris & peregrinis quibusvis liberrimè in usum & commodum incolarum & Civium maritima commercia exercendi, Jure Gentium constitutum. Hoenon. *in polit. disput.5. thes.96. & seq.* Hug. Grot. *de mar. lib. cap.8.* Conring. *de urb. Germ. n.100.* quas refert Leuber. *de Jur. stap. Magdeb. n.1496.* ubi modò dictus author *in Disquisitione sua planariâ Stapula Saxonica adversus Magdeburgenses, citra approbationem aliorum in hoc tractatu scriptorum, num. 490. & seq.* hanc nundinarum stapulæ & Emporii diversitatem succinctè & perspicuè explicat, cujus verba adscribere non pigrabimur. Wo schlechte Jahrmärckte und Messen seyn / ohne Niederlagen und Stapelgerechtigkeit / da mag ein jederman Wahren zu und wieder abführen/ feil haben/ verkauffen/ und nicht verkauffen/ wie er will/ er hat dessen allen guten freyen Willen: secundum *l.1. & l.2. C. de Nund.* Wo aber Stapelrecht ist/ da mag man wol die Wahren zuführen/ alleine man muß sie auch feil haben/ einsetzen und nieder legen/ und hat solche Freyheit in Kauffen und Verkaufen nicht. Das Jus Emporii aber erstrecket sich noch weiter/ und ist vom Jure Nundinarum und Jure Stapulæ dergestalt unterschieden/ daß wo ermelte Nundinæ und Stapulæ seyn/ da mag auch ein Frembder Wahren zuführen/ und ein ander frembder Handelsman von solchem frembden Handelsman die Wahren abkauffen/ und haben dabey die Einwohner und Bürger des Orts da Jahrmärckte und Stapel gehalten werden/ mehr nichts denn gute bequeme Gelegenheit zu handeln/ und daß der Obrigkeit Zölle/ Wehrgelt/ Marckgelt und Accisen vermacht wird/ und daß die Einwohner und Bürger etlicher Orten/ den Vorkauff vor andern haben. *l.2. ubi gloss.* verbo tradere, verb. hæc. *ff. de Nund.* Aber wo das Jus Emporii in vollem Flor ist/ da mag ein Frembder wol frembde Wahren zuführen/ solche niederlegen/ und des Orts verhandeln oder verkauffen/ und zwar alleine den Bürgern: Aber an solchem Orte dürffen Frembde von Frembden keine Wahren erhandeln/ sondern die Frembden müssen die jenige Wahren/ so sie erhandeln und erkauffen wollen/ alleine von den Bürgern des Ortes kauffen/ erlangen und handeln/ pro ut ita se habere Jus Emporii allegavit Senatus Hamburgensis in prædicto publico scripto An. 1620. adversus Duces Brunsvv. Luneb. Civitatesque Luneburgens. & Buxtehud. *art.34. 35. 36. 37.* & passim. Emporia 9
ergò loca ad merces commodas importandas & exportandas. Keckerm. *Syst. pol. lib 1. c.12.* Et Negociatio Græcis ἐμπορεία, ἔμπορος Mercator, sed talis qui alienâ vehitur navi, ἀπὸ τῆ πόρα, quod iter significat, & mari conficitur. Gesner. *in Lex.* Et quidem talia loca in quibus celeberrima exercentur

commercia: propriè Handelstädte an der See gelegen. Reliqua verò loca in quibus sunt Nundinæ & Mercatus, Emporiorum nomine non veniunt, sed oppidorum. Comen. *in Jan. ling. c.45. n.49.* Et alii Philologi. Ubi Ergo navigationes per mare liberum ad gentes dissitas, ubi commercia patent liberrima, exteris & peregrinis quibusvis, ubi in singulos dies circa sponsiones & assecurationes, Mercatores versari videmus, ubi maximè viget maritima negociatio, quæ multa multis impertit, Grot. *de mar. lib. c.8.* ibi solummodo sunt & constituuntur Emporia. Ubi autem nulli sunt portus maritimi, ubi nulla commercia peregrinorum, ibidem propriè loquendo nulla sunt Emporia. Leuber. *d. l. n.500. & seqq.* Liquet inde, haud absque
10 ratione dici, eandem differentiam quæ intercedit inter Regale portûs & Regale Nundinarum, esse quoque constituendum inter Jus Emporii & Jus Stapulæ. Mores enim hujus priorisque seculi ex regali Portûs produxerunt Jus Emporii, & ex Regali Nundinarum productum fuit Jus Stapulæ, Fori & Geranii. (de quo paulo post) Martin. Rumelin. *in A. B. p.3. diss.3. thes.18.* Idcirco veluti Jus Nundinarum est ex Principis solius concessione. *l.1. ff. de Nund.* & nos *sup. & paulò pòst h. cap.* & sic ex Jure Civili. *l.7. l.9. ff. de J. & J.* Ita quoque Jus Stapulæ juris saltem Civilis ex Principis constitutione, jurisdictione & protectione erit. PORRO sicut portus sunt juris publici sive Juris Gentium respectu usus communis. *§. flumina autem omnia. Inst. de R. div.* respectu verò Jurisdictionis Juris Civilis & Regii. P. Gregor. *lib.3. Syntagm. jur. cap.14. n.7.* Ita quoque Jus Emporii ex commercantium mutuo consensu mutuoque accessu Juris Gentium erit, licet sub protectione summorum Principum sint Emporia. Rumelin. *d.l.*
11 *thes.25. p.782. Huc spectat* JUS GERANII, Kraengerechtigkeit/ procul dubio ab Instrumento illo tractorio ad flumina & portus collocato, quô facili negociò vasa mercibus repleta navibus extrahuntur, iterumque imponuntur, de cujus notatione & origine vid. Dn. Loccen. *de jur. marit. lib.1. c. §.2.* à privilegio stapulæ diversum; cùm hoc principaliter respiciat commercia & utilitatem Emporii seu oppidi, cui hoc jus Stapulæ conceditur: per Geranii autem & emensurationis onera, aliasque provisiones, utilitati vectigalium adversus fraudes mercatorum providetur; non impeditur transitus aut navigatio, sed utilitati & Reipub. & Principis prospicitur, & ad magis conservandam justitiam in commerciis, & ad removendas fraudes hæ provisiones pertinent. Et expedit multis de causis in provincia hanc Geranii ac mensurationis rationem constitui; ita eleganter Elbert Leonin. *d. Consil. 7. n.10. Et cons.8. ref.* Klock. *d. l.* & noviss. Stypm. *Contin. de jur. Naut. p.5. c.2. n.11.12.13.*

Est autem STAPULA, vox Latinis 12
auribus avia, purè puteque Gallicæ originis, quam ipsi dicunt Estable, ductâ significatione à numero plurali Latini nominis stapulum, attestantibus Hadrianô Juniô & Guicciardinô, in descript. Belg. Dn. à Werdenhagen eã deducit à Saxonico idiomate Stapeln; quod nihil aliud est, quàm merces exponere, & iterùm compingere. Plura de hâc notatione nominis vid. ap. Locc. *de jure marit. lib.1. cap.10. §.2.* & Fritsch. de Nund. *c.10. & seqq.* Quâ 13
significatur privilegium beneficiariæ Civitati seu urbi collatum, sistendi, & ab instituto cursu retrahendi merces exoticas, quas negociator importat, ut nimirûm eô locô ad certum tempus stabulentur ac conquiescant, quò venum prostituantur, quâvis tandem conditione, nisi damnosam venditionem causatus, vel meliorem abundè lucri auram olfaciens vector malit recurrere, unde venit; & ubi domicilium habet: quod illi integrum est, & liberè facere licet, etiam non persolutô statô portorio. vid. Leuber. *Disquis. planar. de Jure Stapulæ adv. Magdeb. n.295. & 302. cum seqq.* Qui ergò ad 14
Jus Stapulæ astringuntur, illis non integrum

tegrum est, ad hoc declinandum, novas vias aut elusiones quærere, ne per indirectum sequantur, quod directò vetitum est. Nic. Everh. *jun. d.*
15 *cons. 9. n. 82.* Qualis stapulæ exemplum obtinet Atrebatum, vulgò Arras in Hennegau/in vina Francica, quæ plaustris importantur.

Middelburgum quoq; Selandiæ Stapulam habet vinorum ex Galliâ, Hispaniâ, Lusitaniâ & provinciis aliis in Belgicum advehi solitorum; quare tenentur tàm Nautæ, quàm negociatores naves suas vinarias eò advertere, & vinum venum exponere. Durdrechtum verò Hollandiæ oppidum, non in unum genus, vina nimirùm Germanica, quæ secundô Rhenô Mosaque deportantur, sed & Cerealia etiam quæcunque semina, & lignorum carbonumque strues, & si quæ sint aliæ illius generis merces, vectoriis navigiis, è Geldris Clivisque convehi solitæ, jus suum extendit. Casp. Klock. *de Contribut. cap. 1. n. 272.* & quidem cum annexâ vendendi necessitate Bronch. *in præf. tit. de R. J.* adde Leuber. *d. l. n. 297.* ubi Leges Stapulæ Dordracenses.

16 In Imperio, ad Rhenum, tres reperio civitates, quibus hoc jus der Staffel oder Niederlage concessum; quas appellitare consueverunt die drey Staffel am Rhein / Coloniam Agrippinam, Moguntiam, & Spiram. De quibus ita Wehner. *verb.* Staffelrecht. In Rheno fluvio seynd unterschiedliche Staffeln/deren die dritte und oberste in
17 privilegio Cæsareo zu Speyer ist/Solch Staffelrecht oder Gerechtigkeit ist/ daß alle die jenige/ so Saltz und gesaltzene Wahren/ auch alle andere Staffelbare Güter den Rhein auff zu Schiffe führen/ und damit bey der Stadt Speyer Gestaaden ankommen/ mit selben Gütern daselbst außkehren/ außladen/ und ohne männigliches Eintrag Staffelrecht damit halten/ auch dem Kauffhauß seine Gebürnüß/ und den Uberschlag davon entrichten und bezahlen sollen und
18 müssen. Ab his Staffelgüter distinguuntur die Meßgüter / so nicht staffelbahr/ Dann der staffelbahren Güter halben muß man sich der Stadt Speyer Staffelfreyheiten gemeeß halten / und Staffelrecht halten / Mit den Meßgütern aber so man berechtiget / mag man unaußgeladen vorüber schiffen; Licèt igitur de jure communi in flumine publico navigare, & merces prætermittere liceat, und auff Entrichtung gebürliches Zolles niemand an den Zoll-Städten auffgehalten werden soll / scil. an Orten/da einige Staffelgerechtigkeit nicht hergebracht / Contrarium tamen 19
usus observat in locis der Staffelgerechtigkeit / ob commerciorum frequentiam, ex liberalitate Imperiali vel præscriptione privilegiatis. Et cum Elector Palatinus Rheni Anno 1575. zu Oppenheim ejusmodi jura der Staffelfreyheit usurpare cæpisset, per Spirenses, obtentô mandato Cæsareo Pœnali sine clausulâ, ei inhibitum fuit, de quo vid. Gillmann. *tom. 2. Symphorem. part. 3. tit. 18. fol. 338. & seqq.* De 20
Stapulis ad Rhenum, modò enarratis scribit Christophorus Lehmann. in Speyrisch Chron. *lib. 4. cap. 22.* Daß sie haben die Gerechtigkeit I. Daß die Schiffe / so den Rheinstrohm auff-und abfahren/ ihre Wahren daselbst außladen/ ins Kauffhauß führen/ niederlegen/ und davon die Schuldigkeit zahlen müssen/ welche nach entrichteten gebürlichen Accis überschlagen / das ist / in andere Schiffe/ oder auff die Axe geladen / oder in die Ober Böhmische Lande verführet werden / Wie dann die Stadt Speyer und deren Schiffleute / von alters die Schifffarth auff Straßburg gehabt / und davon/ vermöge Keyser Friederichs I. privilegii de dato 1182. nicht mehr dann 13. Heller haben dürffen geben. II. Die andere Eigenschafft oder Gerechtigkeit der Staffel/ist vor alters gewesen/uñ noch/nemlich Kauffhauß Kraene/Schiffer und Kärcher/dergleichen Kauffhauß/ Obherren/ Krahnenmeister/ und Kauffhaußknecht. III. Die dritte / daß die Kauffhauß verordnete / über die auffgeladene und niedergelegte Staffelwahr / ob sie von Würden/ oder nicht/ erkennen und richten/und die so unfertig verwerffẽ/ und

und den Fahrten zu Schiff und der Art-Ordnung aussagen/

Die IV. Gerechtigkeit ist secundum quosdam, daß die zugeführten Güter daselbst nicht allein außgeladen/ sondern auch zu feilen Kauff gegeben werden müssen. Quemadmodum in toto Sinu Adriatico tale Decretum fecisse Venetos, scribit M. Anton. Peregrin. *Eq. D. Marci. de Jur. Fisci lib. 8. n. 15.* & defendit Salicet. *ad l. 3. sub. n. 3. C. de Nautic. fœnore. de quo plur. infr. h. cap. n. 28.*

21 Ad Mosellam hâc Immunitate reperitur dotata Treveris. Hamburg. Bericht und Erklärung von der Cammergerichts Urtheil de Anno 1619. den 19. April *n. 6. petit. articul. pro restit. in integr. art. 33.* Die Schiffarth und Staffelgerechtigkeit auff der Elbe betreffend.

22 Ad Danubium itidem tres reperio Civitates, Ratisbonam, Ingolstadium & Passavium. De quo Stapulæ jure inter Passavienses & Ratisbonenses in Camerâ magna fuit contentio, quod illi se privilegiatos dicerent, daß alle Wahren/ so zu Passau vorgeführet/ allda sollen niedergeleget werden/ in qua causâ sententia fuit lata 25. Junij Anno 1554. Mynsing. *consil. 19.*

23 In Visurgi unica Brema hoc jus prætendit.

24 In Albi duæ sunt Civitates, quæ acriter pro hoc jure stapulæ singulari præ cæteris pugnant. I. Hamburgum, allegans privilegium Caroli IV. de Anno 1365. Pragæ datum. De quo vid. plenius suprà citatum Hamburgischen Bericht de an. 1619. und Martini von der Meden Gegenbericht de anno
25 1620. Altera, est Magdeburgum, quòd à D. Othone I. Imp. hoc privilegium se impetrasse dicant, ut non tantùm ipsi provinciales diæceseos & primatus, sed & omnes forenses frumenta sibi nata sursum vel deorsum per Albim navigiis transmittere volentes, ad portum Magdeburgensem sistere & appellere necesse habeant; nec sine singulari veniâ transire possint, Goedd. *Cons. Marpurg. 17. 18. vol. 4. per tot.* At
26 Hamburgenses hanc nimiam extensionem in coactione commerciorum Magdeburgensibus omninò denegant; cùm littera privilegij Ottonici, quod â quibusdam pro figmento reputatur, id nullatenus contineat; nec ex transactione ArchiEpiscopi Burchardi de anno 1309. id liquidò satis appareat; utpote quæ nec tertio præjudicium gignere potuerit. Ob quam controversiam & Salisquellæ & Luneburgi etiam in conventu Hanseatico Anno 1620. admodùm acrem inter se gesserunt examinationem, ut nec in Consilio Hansæ quid in eâ ad transactionem deduci potuerit. vid. sup. allegat. *Disquisitionem planariam Stapulæ Saxonicæ adversus Magdeburgensium privilegium Otthonicum nuper editum à* Benjamin. Leubero Anno. 1658. Hoc 27
autem singulare jus Stapulæ oder der Niederlage frumentorum, quod Magdeburgenses prætendunt, idem explicant Dd. quod Græcis & in LL. nostris σιτόστασις, quasi τοῦ σίτου frumenti, στάσις statio. Alciat. *l. quicquid decreto. C. de frument. Alex. lib. 11.* hoc est, frumenti statio, importatio, depositio, cùm an & quatenus extra provinciam distrahendũ curâ sive Comitivâ, quæ & Sitocomia vocatur à σῖτος & κομέω Emo; Unde Sitones, vel Sitonæ & Sitonici frumenti cöemtores, venditores, Curatores, Administratores. *l. fin. §. 5. ff. de muner. & honor. l. fin. §. 6. ff. de admin. rer. ad Civitat. pertin.* Unde Sitona nummus dicitur publicæ frumentationis. *l. 2. in pr. ff. de vacat. & excus. mun. l. 1. & t. t. C. ut nem. lic. in emt. spec. lib 10. & Novell. 30.* Cujac. *1. obs. 30.* quomodo & Sitorij erant & dicebantur, qui vendendo frumento, & ipsi Sitostasii vel Emporio & stationi frumentariæ præerant. Alciat. *d. l. quicquid.* Indeque & frumentarij apud Spartianum, & frumentatores aliis Latinè dicebantur, qui eidem rei frumentariæ præerant. Cujusmodi Sitonarium & Sitostasium munera tàm apud Athenienses, quàm apud Romanos in usu fuisse notatur *in l. munerum civilium. §. 1. ff. de muner. & honor.* Et ita etiam in militiis tàm olim quàm

adhuc

adhuc jam certæ erant Sitostasæ, seu certæ stationes. gewisse Niederlage des Korns. Unde frumentatio labor militum, quâ frumenta undequaq; congerendo important. *l.12.§.2.ff.de re milit.* Videatur & Hotomann. & Pratej. *in Lexic.* Item Alciat. Cujac. & Luc. de Penn. *ad tres post. lib. Cod.*

28 Prætereà, hoc jure gaudent ferè omnes Metropoles Imperij ad flumina sitæ, quæ id ipsum vel privilegiô Impp. vel Consuetudine & usurpatione, omnem hominum memoriam excedente, quietè possederunt. Dict. Hamburg. Erklärung. *artic. 114.* & hoc suadente necessitate publicâ. *art. 118. 130. 133.* ubi hoc & Civitatibus Italiæ

29 attribuit. Ita Osophi commeantium è Germania mercium perpetuam stationem cum vectigali immunitateq; incolarum, ob virtutem & fidem à Venetis obtinuêre. Paul. Jov. *lib. 12. histor. fol. 211.* Vid. Loccen. *de jur. ma-*

30 *ritim. lib.1. c.10. §.9. & 10.* Sic Lubecam Historici Saxoniæ, cumprimis Chytræus, in Gustavo I. Sueciæ, & Christiano II. Daniæ Regibus *sub annum 1517. in pr. & 1522. circa finem, & rursum in pr. an. 1533.* passimq; alibi, Statum maris Orientalis Emporium faciunt; nec immeritò, cùm amplissima illa in Regnis & provincijs septentrionalibus jura immensis sumtibus obtinuerit, summis laborib9 conservârit, pinguioreque & pleniore idcircò quàm nudô Stapulæ gaudeat jure per ea, quæ super. adducta sunt. At quid sunt emporia, nisi quò vehendæ non transvehendæ merces deportantur; ubi emunt vendunt negociatores; non, ubi more viatorum transeunt. *arg. l. fin. ff. de*

31 *nund.* Quod confirmatur Statutô expressô modò dictæ Reipublicæ *art. 7. Statut. de Emt. & vendit.* his verbis: Ein ankommender Gast / mit seinem Gute in unser Stadt / der kan dasselbe niemand anders dann unsern Bürgern verkauffen / Will er auch dasselbe Gut oder Wahren alhier aufflegen / so hat er doch die Macht nicht / solche als den Frembden zuverkauffen / wie unsere Bürger / denen diese Freyheit allein zustehet 2c. Quod Statutum, unà cum cæteris, à Sacratiss. Imperatoribus tot retrò annis instar privilegii confirmatum est; quapropter eô ipsô etiam contra quoscunque invidos adhuc quietè utuntur. Quomodo autem 32
Jus stapulæ differat à jure Emporii in specie, seu prohibendi transvectionē pinguiori, vid. *sup. lib.1. cap.17. n.41. & seqq. & hoc cap. n.7. & seqq.* Sed Q? 33
hìc anxiè Dd. An huic juri stapulæ der Niederlage simpliciter concessæ semper sit annexa necessitas vendendi merces? (observandum ex prædictis, à Dd. Triplex JUS STAPULÆ formari: Primum, Quod jubet tantùm exonerare merces & solvere vectigal, quod minus plenum. 2. Quod habet annexam vendendi necessitatē, quod & Emporii jus Hoenon. *disp. pol. 5. thes. 96. &* plenum dicitur; & 3. Quando Princeps Mercatoribus certis vel etiam universitatibus copiam facit merces suas in certum locum deferendi) ideo in hac Q. cum Dnn. Marpurgensibus respondendum *ex sup. alleg. cons. 18. num. 73. vol. 4.* Verba privilegii in hoc esse 34
penitus introspicienda, & si hoc verba non habeant, meritò id haberi pro omisso, *per l. jubemus. C. ad. SC. Vellej. c. Rudolfus. ubi* Bl. *col.2. X. de Rescript.* Siquidem hujusmodi privilegia, ut à communi jure recedentia, non nisi strictissimè & secundum verborum tenorem intelligenda Marpurg. *d. Cons. 18. n. 65.* quos ibi & *Consil. præced. 17.* vide plenius differentes, licet ab ipsis dissentiant Dnn. Giessenses. Cum Marpurgensibus coincidit Elber. Leonin. *cons. 67. n. 2.* Subjiciens, usum atque 35
exercitium Stapulæ iis juribus adnumerari, quæ Bannalia vocant Interpretes, quorum vis ex observatione dependet, non tamen sub jure stapulæ comprehendi semper necessitatem vendendi in loco, ubi exerceri consuevit Jus Stapulæ, quod propriâ suâ vi & significatione solum appulsum & exonerationē semel faciendam comprehendit, nullumque aliud vinculum aut necessitatem mercibus injicit, quatenus verum de speciali observatione

in

in contrarium non constat. vid. tamen eleganter Loccen. *de jure marit.*
36 *lib. 1. cap. 10. §. 11.* Ex præcedentibus nunc patet, hoc jus Stapulæ aliquid continui & universalitatem quandam continentiæ secum inducere.
37 Signum autem hujus juris attributum est speciale in Emporialibus ædibus sive forensibus talibus, quas Jus Saxonicum in Weichbild: Weichhäuser seu Niederlaghäuser dicit Johan. *2. vers. 16.* οἶκος ἐμπορίου, domus mercatûs, talis locus vocatur. De jure Civili ἐργαστήρια *in l. penult. C. de merci-*
38 *mon. lib. 12.* Item Basilicæ. In Italia Seggie, Logie Douane; ut sunt Venetiis, Neapoli, Genovæ, Anconæ &c. In Schamachia Persiæ Emporio Schach Carvvansera, Olear. *part. 2.* der Persianischen Reise-Beschreibung.
39 *p. 312.* Ab Hanseaticis Contohren indigitantur, de quibus sequenti capite paulò uberius, quid verò ædes ejusmodi forenses sint, id glossa in triplici significatione plenius explicat in jure Weichbild. *Saxon. art. 9.* Ex quibus
40 elucescit, domus ejusmodi publicas, vulgò Weichhäuser dictas, non tantùm esse curias aut forum causarum, sed etiam forum maximè mercatorum, sive communis appulsus domus aut depositaria, ad quæ omnis generis commercia & merces pertrahuntur & deponuntur, & præsertim, quæ per maria & flumina navigabilia illuc assiduò & cottidianâ continuatione trans. portantur. Quod enim Græcè ἐμπόριον ab ἐμπορέω i. e. negotior, vel potius ab ἔμπορος *Matth. 13. vers. 45.* quod & mercatorem & vectorem, qui mare trajicit (quasi mercatores nomen suum à peragrando & proficiscendo ha-
41 beant, ut nos supr.) denotat. Id Latinè ritè per FORUM describitur, quod, juxta Varronem, verius à ferendo, quòd ibi omnia venalia conferantur, vel à foràs, quod sub dio fiant tales ne-
42 gociationes, derivatur. Dicit autem Festus, quòd VI. modis Forum intelligatur: Primò, negociationis locus. 2. in quo Judicia fieri, cum populo agi, conciones haberi solent, de quo vid. P. Greg. Tholos. *lib. 2. de Repub. c. 6.* 3. Præses provinciæ forum agere dicebatur, cùm civitatem convocaret, & de controversiis cognosceret. 4. Forum antiqui appellabant, quod nunc vestibulum sepulchri dici solet. Quod in memoriam mihi revocat solennem Græcorum ritum, qui intra urbem, & quidem sæpiùs in ipso foro, sepelire solebant eos, quibus honorem exhibitum volebant. Cl. Joh. Kirchmann. *lib. 2. de funerib. Rom. cap. 26.* ubi id ipsum exemplis illustrat. *p. 305.* Et Romanorum, qui funera per forum ducere solebant. Kirchmann. *d. lib. 2. cap. 18. in pr.* 5. Locus in navi; sed tunc masculini generis est, & plurale. 6. Fori significant Circensia spectacula. Hæc ex Festo. Pratejo. Calvin. *in Lexic.* Se- 43
neca author est, triplex forum Romæ olim fuisse. Sic enim *lib. 2. de irâ. Adjice,* inquit, *publica perjuria gentium, Circumscriptiones, fraudes, inficiationes, quibus tria non sufficiunt fora.* Verùm nos cum Johann. Rosino *lib. 9. cap. 7. de antiq. Rom.* omissis reliquis, de iis tantùm foris, quò res conferebantur, dicimus, quorum itidem duo apud Romanos fuerunt genera: Prioris generis fora erant ad urbis splendorem facta, in quibus hominum conventus fiebant, vel negociorum civilium, vel delectationis causâ; de quibus uberius Rosin. *d. l.* & Jacob. Pontan. *part. poster. vol. 3. Progymn. 7. p. 138.* Posterioris generis erant, in quibus res ad communes populi usus paratæ venderentur; qualia recensentur, Boarium, piscarium, cupedinarium, suarium, olitorium, rusticorum sive suburbanum, & alia nonnulla. Quæ omnia, in unum locum contracta, postquam ædificatus est locus, dicuntur Macellum. Varro *lib. 1. de ling. latin.* (Sicuti adhuc in omnibus benè constitutis Rebuspub. talis necessitatis commoditates quotidiano usui conceduntur) Aristot. *7. Polit. c. 12.* forum constituit triplex. 1. Forum Justitiæ vel ma- 44
gistratûs, ad disceptandas civium controversias, de quo fusè Tholosan. *d. cap. 6. lib. 2. de Repub.* 2. Rerum venalium.

45 lium. Tholos. *d. lib. c. 8.* 3. Liberum in celebriore Civitatis loco accommodatum deambulationibus & colloquiis honestorum civium & negociatorum; quod ab omnibus rebus venalibus erat purum & sincerum; quò neq; quisquam sordidus atq; illiberalis artifex, neq; agricola, neq; alius quispiam talis commeet aut adspiret. Hinc venalia quæq; & circumforaneos homines; eorumq; clamores & insolentias, alium in locum rejectas, ne horum turpitudo & temeritas cum virorum rectè institorum elegantia ac modestia misceatur. Pontan. *d. l. progym. 6. part. 102.* De quo Xenophon in 1. eorum librorum, quibus Regem in Cyri persona instituit, quoq; mentionem fecit. Et Lambert. Danæ. *lib. 4. polit. Christan. cap. 2.* Ita verò, inquit, cura publici operis & ædificii exstruendi in iis præsertim Civitatibus, quæ mercatoribus abundant, incumbat potius earum magistratui, in quod merces extraneæ advectæ tutò recipiantur & condantur, & in quo conditæ conserventur; ubi pondus quoq; publicum sit constitutum; item, in quod mercatores omnes semel aut bis in die commodè conveniant, de suis mercimoniis in-
46 ter se acturi; quem locum alii Cambium, velut Lugdunenses in Gallia, alij BURSAM PUBLICAM, uti Londinenses, Ambstelodamenses, Hamburgenses, Hafnienses & Antvverpienses
47 appellant. Hîc non possum, quin paucis de eleganti hujus Antvverpiensis Bursæ structura ex Ludovico Guicciardino subjungam; qui ita in description. Antvverp. *pag. m. 140. 141. Habet deinde hæc Urbs fora viginti duo partim grandia, partim minutiora, horum maximum illud Senatorum, pulcherrimum verò mercatorum; quod BURSAM vulgò appellant*, de Böerse / *geminâ turri horologiisq; insigne. Forum adeò pulchrum, ut celebrandis mercatorum conventibus non temerè alibi invenias par; est enim in transitu omni carrorum, equorum, & cæteris impedimentis immune, & porticibus circumquaq; clausum, quæ quatuor habent spatiosos, adeoq; portarum instar introitus. Jam super porticu & parietum ius spatio amplissimæ ambulationes sunt, tecta & tabernis undiq; plenæ, quas unô vocabulô vocant Perystilium sive Xystum Pictorum*, de Schilders Pandt / *quia nempe præstant in iis potissimum tabulæ pictæ. Condita fuit hæc BURSA Anno à Christo nato 1531.* Sed explicemus hîc paucis, uti rem 48 animadversione dignissimam, undenam derivetur vox ista vulgaris BURSÆ, adeò propriè à consimili quodam locô ad hunc nostrum translata. Est Brugis Flandrorum platea quædam seu forum, omnibus urbis partibus valdè accommodum, & in ejus fronte ampla quædam & vetus domus, structa ab nobili illâ familiâ Bursiorum van der Beurse; quorum in lapide secto præfert insignia, tres videlicet bursas, sive marsupia; atq; ab hac domo & gentilitiis hujus gentis insignis, ut in talibus amat fieri, nomen accepit id ipsum forum; quod quia delegerant mercatores Brugenses ad celebrandos mercatorios suos conventus, iidem Antvverpiam Bergozomiumve ad mercatum profecti, locis seu foris, in quibus ad negociandum congregabantur, ad similitudinem & imaginem fori illius Brugensis indiderunt Bursas vocabulum; quod ipsum adeò approbavit Antvverpia, ut etiam Galli, licet aliô quodam sensu, Tholosam usq; id secum abduxerint. Angli itidem, auctore & fundatore Domino 49 Thoma Grassano, ad exemplar Bursæ Antvverpiensis, Balgâ usi Architecto, ædificarunt Londini, in urbe Regia, & oportunô imprimis locô, consimilem quandam machinam & magnificum ædificium, porticibus quoq; & ambulationibus clausum; estq; adeò notabile, quod absolutô jam opere, ipsamet Elisabetha Regina Londinũ, illi spectando accesserit, spectatum valdè laudaverit; Sed ne videretur apographum Bursæ Antvverpiensis, nomẽ illi indidit Cambii sive Collybii regii, interdictô, ne quis aliter nominaret. Verùm ea fuit nominis BURSÆ vis, ut, non obstante hoc interdicto, etiam illud forũ eô vulgò insigne sit. Est deinde Antvverpiæ pulcherrimum illud opus Anglorum

ſuâ etiam porticu nobile,& ſic dictum,
quod in Anglicæ gentis gratiâ juſſum
fuerit ſtrui à Senatu populoq; Antvver-
50 pienſi An. 1550. Nec minus nobile &
magnificum ibi reperitur Oſterlingorũ
ſeu Hanſeaticorum ædificium; multo-
rum millium aureorum impenſa è ni-
tidiſſimo lapide, ſculpturâ artificiosè
variegato & elaboratô, adeò ſumtuosè
ædificatum, ut Principis cujusdam pa-
latium ſtupenda operis ſtructura ele-
gantiâ & ſymmetra propotione facilè
exæquet. *vid. nos cap. ſeq. num. 58. & 62.*
51 De elegantiſſima Ambſtelodamenſiũ
BOERSA vid. Iſaac. Pontan. *lib. hiſtor.*
52 *Ambſtel. c. 23.* Græci, ut hæc obiter ad-
dam, in quadrato, ampliſſimis & dupli-
cibus porticib⁹ fora ſua conſtituebant,
crebrisq; columnis & lapideis aut mar-
moreis epiſtyliis adornabant, & ſupra
ambulationes in contignationibus fa-
53 ciebant. Italiæ urbes, fora obliqua ædi-
ficabant, in quibus more antiquô gla-
diatoria dabantur munera; de quibus
54 conſulendus Vitruvius. Hebræi quoq;
Jeroſolymis peculiarẽ habuerunt lo-
cum, in quem ad ſua negocia tractanda
convenirent Mercatores. De quo vid.
eleg. Joh. Steph. Menoch. *de Repub. He-
bræor. lib. 7. c. 10. n. 7.* Ipſe igitur mos anti-
quorum hanc diſtinctionem nobis in
manum largitur; ut inde agnoſcamus,
quæ in ipſis FORIS fuerit differentia.
55 Etenim non tantùm judiciorum &
promercalium ſimpliciter rerum, ſed
& Forum hoc maximè MERCATO-
RUM, ab omni tempore in præcellenti
habitum fuit æſtimatione; cui ſingula-
ria quoq; jura & privilegia ſunt attri-
56 buta. Inter cætera autem non ſolùm
hæc loca, ſed etiam alia omnia, ad mer-
cimoniorum & mercium conſervatio-
nem deſtinata, ab hoſpitando milites,
qui veniunt ad civitatem & caſtrameta-
tionem, ſint exemta, *l. pen. C. de merci-*
57 *mon. & t. t. Negociatores ne milit.* Sic
Hanſeaticis mercatoribus, in Regno
Portugalliæ, præſertim in urbe Liſabo-
na, conceſsũ eſt, ut tàm intra quàm ex-
tra mænia urbis domos & tabernas ex-
ſtruant, & ut nihil illis moleſtiæ in iis
exeetur; nec domus & tabernæ, ad mer-
cium conſervationem deſtinatæ, ullis
hoſpitib⁹ aut jumentis, invitis merca-
toribus dominis, onerentur. *priv. Reg.
30. de An. 1607.* Apprimè a. hic notandũ, 58
quòd ab hoc munere ſeu neceſſitate
hoſpitandi milites, quam Græci ἐπισταθ-
μείαν vocant, Rhenat. Choppin. *de priv.
Ruſtic. lib. 1. c. 2.* nemo generali excuſe-
tur privilegiô; ſed ſpeciali opus ſit. Ber-
tazol. *tr. clauſ. 22 gl. 16. n. 2.* Fulv. Pacian.
cõſ. 5. n. 16. Sicut in Gallia, per ſpeciale di-
ploma Regis A. 1563. eccleſiaſtici ab ho-
ſpitib. militarib. & aliis, quę militẽ alen-
do in tranſitu imperari conſueverunt,
immunes redditi ſunt. Thuan. *Hiſt. lib.
33. fol. 209. lit. D.* Cui add. Caſp. Klock. *de
contr. & coll. c. 17. n. 206. & ſeqq.* Sed, ut ad
Emporia noſtra publ. revertamur, Ger-
mani mercatores, ad imitationem fori
antiqui & Romani ex ſuæ nationis vo- 59
cabulo forũ Emporii inſignire volue-
runt & ſtapulam, ejusq; competentiam
Jus STAPULÆ nominârunt, ſive eine Nie-
derlage / appellatione ab appulſu, exo-
neratione, tanquã principaliori empo-
rii parte deſumtâ, ut rectè loquitur Joh.
Dauth. *in Product. Magd. contra Comites
Barbej.* Quemadmodum n. forum à fe- 60
rendo (ut anteà dictum eſt) ſortitur no-
men, quod in eum locũ & controverſię
atq; merces deferantur, cùm Græcis fo-
rum eſſet Baſilica, i.e. domus ampla &
ſpatioſa, quæ ita ſolebat ædificari, ut in
ſuperiore parte judicia, (unde JCti, in
foro mercatorum verſari; in foro mer-
catorum talis ſtylus in uſu) in inferiori
parte negociationes exercerẽtur; uti ex
Vitruvio in officina Ciceronis Georg.
Cracovi9 exponit. Ita STAPULAM voca-
mus, ait Joh. Dauth. & ex eo Dn. à Wer-
denh. mutuatô de Germanica lingua
vocabulô, aggeſtionem & comporta-
tionem mercium omnium, quæ id ge-
neris ſunt, ut ſervando ſervari poſ-
ſint. Alb. Crantz. *in Wandal. lib. 8.
cap. 36.*

Ex quibus omnibus nunc claris per- 61
ſpicitur oculis, quòd etiam ipſe locus
talis publicus, mandatum item Impe-
ratoris indultum, & privilegiata con-
ceſſio in tali continuatione longè quid
ſublimius ipsô Fori Jure, vulgò Marck-
recht / & à nũdinis magis ſeparatũ requi-
rant & ponant; nec Forum nundinas &
ſtapu-

stapulam pro synonymis haberi posse. Dn. à Werdenhagen *d.l.* & Joh Loccen. *d. l.1. cap.10. n.5.* Nundinarum enim vox ipsa indicat, quòd non assiduum adpulsum & cottidianum appellendi & advehendi actum denotet, sicut Jus Stapulæ; sed ipsa denominatio id manifestè exprimit, quòd intercapedinem temporis octo dierum, sive
62 tot partium dissidium interponat; quasi dicerentur Novendinæ, à die nono, qui dies essent Paganorum & Institorum mercibus dicati. Macrob.
63 *lib.1. Saturn. cap.16.* Unde & feriæ Paganorum dictæ sunt, Germanicè Messen/ Gallicè verò FOIRES. prout *sup. lib. 1. cap.5.* docuimus. Quomodò autem Missæ appellatio ad Nundinas transierit, has olim conjecturas habuisse se scribit Jo. Gryphiand. *d.l.* de Weichbild. *Saxon. cap.74. n.29.* Cùm nundinæ in certo aliquo festo, ubi maximus populi concursus fieri solet, haberentur, in eoque Missæ (â Missa seu dimissione populi, more in Ecclesia solenni eóq; duplici dictâ, de quo Isaac Casaub. *Exercit.16. ad Annal. Baron. p.419. &* G. Calixt. *dissert. Acad. de Missis)* sacrificia celebrarentur, factum est, ut ipsæ Nundinæ non minus à feria MISSÆ dicerentur; quod idem de Missa dominica Magdeburgensi, vulgò Heermessen/ sentire videtur Dresser. *de urbib. Germ. fol. 415.* ac Matth. Wehner. *pract. obs.*
64 *verb.* Messe und Märckte/ notat, nundinas & mercatus olim à veteribus cum sacello & annuo sacro institutas, Daher es noch kömmt/ daß gemeiniglich die Kirchmesse/ Kirchweihe und Jahrmärckte zusammen und mit einander gehalten werdē/ Plura de voce Nundinarum & Missæ vid. in nup. tract. Ahasv. Fritschii *de regal. jur. nund. cap.1.* & Leub. *de jur stap. adversus Magdeb. n.248.* qui à Missis, Missaticis seu officialibus veterum Imp. id verbum deducit. Dn. Bret. *de la Souuer. du Roy liv.4. chap.13.* notat, gravissimas olim executiones Criminales publicis hisce diebus & conventibus mercatorum ab Impp. Ethnicis factas. Et Euseb. *lib 5. c.13.* tempore mercatuum publicorum etiam ipsis diebus sacris, Christianos truculentissimis martyriis afflictos fuisse tradit. Oportet verò hîc meminisse, nundinas diebus 65
feriatis regulariter non esse celebrandas. *Exod. c.20. vers.8.* Nehem. *c.13. vers. 15. & seqq.* Steph. Gratian *decis.21. Rebuff. in Constit. Regn. de mercat. art. ult. gl. ult. n 15. per l. dies festos. C. de feriis*, ubi testatur, hoc sæpius fuisse dictum in Senatu, additq; prohibitum esse, in Ecclesiis & Cœmiteriis mercatū exercere, *c. decet. de immun. Eccles. in 6to.* Fr. Marc. *decis. 268.* P. Gregor. *Syntagm. jur. lib.25. c.3. n.8.* Camill. Borell. *de Reg. Cathol. præstant. c. 36. n 56. & seqq.* Carpz. *jurispr. Consist. def. 253.* plenius de hac quæst. & quidem ex professo agit Fritsch. *de jur. nundinar. c.5. n.15. & seqq.* quæ ideò monere operæ pretium fuit, quòd eâ in re non rarò pessimè consueverit peccari, dies festos & loca sacra, Majestati altissimæ dicata, mercimoniis agundis profanando. Casp. Klock. *de Contrib. c.3. n.36.* & Joh. Sibrant. *p.1. Jur. Lubec. sect.36. ubi n.18.* hujus Ovidianæ Metamorphoseos magistros & authores dexterius sibi in memoriam revocare adhortatur dicti istius Salvatoris: Domus mea precibus non autem vanis destinata est usibus.
Afficiunt autem privilegia nundinarum res in ipsis nundinis earumq; tempore emtas; etiamsi non tempore nundinarum, sed paulò post, efferantur, vel longô postea intervallô. Paul. Christinæ. *decis Belgic.99. n.17.* allegans Bl. *in l. unic. C. de Nund. arg. l.3. §. scio ff. de Minor.* E contrario, si ante nundinas res vendita sit, quamvis tempore nundinarum tradita, privilegium non obtinebit, nisi intuitu & causâ nundinarum contractū fuerit, vel eâ lege, ut Nundinis solveretur, prout aliàs Concilii sanctioris Belgici judiciô judicatum fuisse 27. Septembr. An. 1553. testatur Christinæ. *d. l.* Plura de Nundinis vid. apud Commentatores *ad tit. C. de Nundin.* speciatim verò, Sichard. ibid. & Cephal. *cons. 342. p.3.* Fr. Marc. *decis. Delph.53.* Magon. *ad consuet. Andegav. fol.20. col.1.* Tholosan. *Syntagm. jur. lib.2. c.16. & lib.25. c.3.* & ex classicis Festum, Alex. ab Alexand. *gen. dier. lib.5. c.7.* Rosin. *lib.4. Antiq. Rom.* & noviss. Dn. à Werdenh. *p.3. de Rebuspub. Hans. cap.20.* & Fritschium *d.l.* 66

Ex quibus, uti innuimus, satis ad oculũ, hâc dicrũ intercapedine seu intervallô stapulam (quæ quid continui in se continet) à nundinis differre. Ubi igitur determinatio rei certa, ibi sanè nec indefinita potest accipi, cûm mutuò sibi contrarientur; nec temporis intercapedo possit accipi de continuo, Garſ. Mastrill. *de magistr. lib. 3. c. 10. n. 11. & seqq.*

67 De quibus ita perspicuè Martinus von der Meden / in obangezogenem Gegenbericht *p. 18.* Erstlich wird à parte H. gesetzet / es wird unterm Jahrmarckt an sich selbst ein Staffelrecht begriffen / dahero auch Jus emporii, Jus nundinarum & stapulæ, seu sistendi, pro synonymis vendititet werden wolle; daß aber solches unbegründet / hat man leichtlich zu ermessen / ut nos supr. dann sonsten an allen Oertern / da Jahrmärckte gehalten werden / nunmehr lauter Staffelgerechtigkeitẽ verhanden / oder anzurichten seyn; zwar versichet jedermänniglich wol / daß in allen freyen Jahrmärckten / auch ein sistiren, Zufuhr / præsentiren / exoneriren / Ab- und Niederlage der Kauffmans-Wahren an jeden Ort / und zur Zeit des Jahrmarckts seyn müsse / (sonsten wehren es keine Märckte) aber das ist ein freywilliger Temporel und sonderlicher befreyter Handel / und von Staffelrecht / ja von stetwerenden gezwungenen und unfreyen Staffel / davon allhier der Streit ist / weit gnug unterschieden etc. unde supr. ex Lehmanno differentia unter Staffelbahre und Meßgüter. Cum quib9 coincidunt Dnn. Marpurgenses *d. conf. 17. vol. 4. n. 92. & 93.* Stat ergò fixa & irrefragabilis Dd. sententia, Jus nundinarum sive mercatûs publici, vulgò Marckrecht / ab Imperato- 68
re specialiter obtentum, sub se non comprehendere jus stapulæ, sive sistendi & exonerandi, vulgò die Niederlage / cùm unum ab altero necessariò non dependeat vel proficiscatur; sed prorsus sint diversa & separata, Goeddæ. *d. Conf. 17. n. 92.* Nisi & hoc Imperator specialiter concesserit. Est enim juris 69
vulgati, verba contractuum, privilegiorum, & omnium dispositionum, secundum subjectam materiam & naturam illius rei, de qua agitur, intelligenda esse. *l. si uno. in pr. ff. locat. l. si olei. C. eod. l. damni infecti, ubi Angel. ff. de damn. infect.* Alexand. *Conf. 26. n. 6. lib. 3.* nec privilegium debere extendi ad ge- 70
neralia, quæ ipsa prorsus ignorat littera; nec quod de specie certâ & determinata loquitur, ullâ ratione ad universalem locutionẽ aut genericam posse retrahi, cùm specifica differentia omnẽ à se excludat genericam acceptationẽ. *l. in toto jure. 80.* & ibid. Dd. Comm. *ff. de R. J.* Præter hæc tradunt & Inter- 71
pretes Juris, nullum verbum censeri in privilegio frustratoriè positum & sine effectu operandi. Quæ cum aliis pluribus similibus copiosè deducunt Joh. Petr. Anchoran. *q. 23. n. 5. vers. 7. & 8.* Alvar. Valasc. *decis. Lusitan. 58. n. 8. 9.* Rol. à Valle. *Consil. 2. n. 7. usq; ad fin.* maximè *n. 47. 48. lib. 4.* Joh. Cephal. *Conf. 451. n. 220. cum seqq.* Quibus adde Dnn. Marpurgenses *Conf. 26. num. 148. vol. 2.*

CAPUT VII.

De

Quatuor Emporiis Civitatum Hanseaticarum; quæ CONTHORIA dicuntur; eorumq; origine, conditionibus, incrementis, decrementis & restabiliendi mediis.

SUMMARIA.

1. Connexio Capitum.

2. Hanseaticorum laudabilis conatus in promovendis Commerciis.

3. Hanseaticorum societas quare vicinorum Regum privilegiis & Confirmatione opus habuerit.

4. Ob utilitatem publicam & distributionem omnigenarum mercium Hanseatici privilegiis Extraneis dotati.

5. Quatuor præcipua Hanseaticorum Emporia.

6. Ini-

1 Vidimus de Emporiis in genere. Nunc ad speciales Hanseaticorum Conthorias seu Emporia specialia à præcedentibus distincta progrediemur, & de eorum origine, conditionibus, decrementis, & restaurandi mediis, συλλήβδην & ordine quædam subjungemus.

2 Quemadmodum semper arguta fuerunt mercatorum inventa in iis, quæ variis in terræ partibus ad populorum gentiumque sustentationem & regnorum conservationem necessariam facerent, ità maximè Hanseaticorum imprimis laudatissimus in hoc fuit conatus. Atque cùm cernerent, quòd facilè miræ & variæ possent interruptiones & turbines exoriri, proinde commodis invigilando, statim in principio in id totâ animi contentione la-

borâ-

borârunt, ut firmam intentionem sine damnis expensarum facerent, aliàs enim eorum commercium nullâ ra-
3 tione diu subsistere potuisset. Ideoque societatem suam ita auctoritate Regum potentiorumque terræ dominorum confirmari curârunt, ut ab utraque parte in his sibi solidum ponerent fundamentum, & omne commodum utrinque in utilitatem publicam salutemque omnium redundaret, ut ipsa norma confœderationis uberius id declarat.
4 Cùm igitur ex antiquis temporibus huc usque negociationes suas commerciis orientalibus exercuerint hæ Civitates, variisque mercibus, imò quicquid terræ septentrionales ad usum humanæ vitæ benignè suppeditare possunt, exteris quoq; nationibus & regionibus, putà Belgis, Anglis, Hispanis, Norvvegis, Suecis, Gallis, Italis, Russis, & ipsis Africanis communicaverint, haud difficulter quoq; iis in locis ad commodiorem mercium istarum distributionem certum Jus Institorium impetrârunt, exstructis illic ingentibus aulis, & obtentis variis privi-
5 legiis. Quatuor autem fuêre istiusmodi primariæ sedes seu Emporia: Novogardianum in Muscoviâ; Londinense in Anglia; Brugense in Flandria; cui posteà Antvverpianum in Brabantia successit; & Bergense, in Norvvegia.

6 Etsi verò, ut rem paulò altius repetamus, nihil certi de origine & fundatione horum Emporiorum, ut & ipsius societatis Hanseaticæ, æquè ut de Origine Dnn. Electorum Imperii, apud probatos authores constet; in quo supinâ vetustatis negligentiam valdè admirari oportet, ut propterea in re tàm præclara non nisi conjecturâ, ut in antiquis consuevit, nitamur; dubium tamen non est, & ex privilegiis constat eam ante quadringentos & aliquot annos ortum habuisse (Thuan. *lib.* 51. *histor.* ex Chytræo, eam ab Anno 1200. paulò ante tempora Friderici II., repetit; Keckermannus verò annum 1270. habet *1. polit.* cum quo coincidit Eberh. à Weihe. Unde crassus J. Isaacis Pontani Historiographi Danici & Gelrici aliàs celebris, error est; qui æmulatione an ignorantiâ affectatâ. *lib. 7. histor. Gelr. pag. m. 281.* Hanseaticæ Societatis Originem demùm sub annum 1364. ponit) & quemadmodum Vandalicarum Civitatum, quæ in vicino solo Wandalico quasi circuitu structæ sunt, conjunctio antiquissima est, & 7
idcircò etiam ad deliberandum in pleno, si res magni momenti videatur, reliquas confoederatas conscribendi convocandique jus habet; quarum caput jam inde à primordio fuit atque etiamnum est LUBECA nostra. vid. 8
Dn. Mev. *ad Jus Lub. lib. 3. tit. 9. art. 2. n. 16. cum seqq.* Ita cæteras etiam Civitates istô exemplô & incrementô adductas sensim alias post alias his Vandalicis sese aggregasse certum est. Honestis 9
autem ea societas & certis quibusdam legibus ad propagandum utiliter in Germania amplissimum commerciorum usum, & impediendas peregrinorum fraudes & imposturas principiô est introducta, quibus freta, & præterea potentissimorum Hispaniæ, Galliæ, Angliæ, Daniæ, Sueciæ ac Norvvegiæ, aliorumque magnorum Regum & Principum, qui eam maximis privilegiis, utpote remissione tributorum, ac permissu liberæ negociationis, cæterisque aliis in hoc tractatu sparsim adductis immunitatibus, propter commodum & utilitatem, ad se suosque subditos redundantem, exornârunt; favore adjuta, tantos omninò brevi progressus fecit, ut ad remotissimos etiam totius orbis terrarum angulos & fines celeberrimam honoratissimi nominis sui famam & potentiam propagârit. Quantâ e- 10
nim potentiâ præstiterit, quidve laude dignum re adhuc integrâ gesserit Illustre hoc Collegium, omnium ferè scriptorum Septentrionalium annales testantur. Sensére ejus vires olim finitimæ regiones & provinciæ, aliique vicini Principes, quos illatâ aliquâ injuriâ justissimis armis se suaque defendendi ad satisfaciendum, restituendum, aut cavendum, sociæ Civi-

tates compulerunt; Ita, ut nemo ferè
11 illas unquam impunè irritaverit. Quod de LUBECA, cæterisque confœderatis Civitatibus, figuratis hisce verbis exprimit Joh. Sibrand. *p.1. jur. pub. Lubec. Sect. 8. n.13.* Præterea ait, ut aquila „volatu reliquas aves facilè vincit; sic „potentiâ alarum terrâ mariq; inter Ci„vitates Admiralii seu Ducis vices tenu„it, & res magnas, juxtà cũ sociis præcipi„ti volatu expedivit Lubeca, teste Cran„tziô, Chytræo, Bonno, Tracigero, „& aliis. Quippe non rarò sola cum „Leonibus, equis, Gryphis, Tigridibus, „Bucephalis, aliisque animantibus co„ronatis congressa, majorem laudem, „quàm commodum reportavit. Si „etenim vacaret hortos historiogra„phorum perlustrare (pergit Sibrand.) „& exinde flosculos bellicæ ejusdem „virtutis decerpere, & saltem per indi„cem indigitare, quantâ strenuitate Im„perium Henrici Leonis violentum „exuerint, jugum Danicum abjecerint, „libertatem contra quosvis, maximè „vicinos, nonnunquam in ipsam Civi„tatem erumpentes, defenderint; ob„sessiones in territorii sui fines perpessas „ingenti inimicorum strage, solverint; „Regibus quamplurimis præclarè mili„tarint, opemque tulerint, vel ipso et„iam Momô judice belli laudem, po„testatem atque facultatem inde repor„tarent. Brevitatis autem studiô curiosum lectorem remitto ad libros Helmoldi, Alberti Abbatis Stadensis, Cranzii, Chytræi, Tracigeri, Hermanni Bonni, Reimari Kochi, Reckmanni, Henr. Gobleri, Fr. Stypm. *de Jure marit. lib. 1. c. 7. n. 47. & seqq.* & aliorum, qui sinceris facilem fidem facient, eorumque desiderium explebunt. Ut taceam Annales, sive recessus actionum Wandalicarum, ex quorum perlustratione ii, quibus fas est eos evolvere, innumera prælia, adspirante Cæsare suscepta, nec non consilia bellica, aliaque innumera ad expeditionem facientia inveniet. Id quod inter cæteros & testantur Scaliger *de claris urbibus, pag. 610.* ubi ita de Lubecâ canit:

Si referam, mihi quis credet? sub limina mundi 12
Ultima legiferi jura vigere DEI.
Ingenium, candorem animi, cultumq; fidemq;,
Fortiaq; invictâ pectora pura manu.
Dum mirata stupet terras Astræa relinquens
Atq; putat Cœli regna, resedit ibi.

Et Lindebergius de eadem:

Gens humana, situs, commercia, littora, mores,
Mars, toga, divitiæ, curia, relligio
Arctoas inter claras virtutibus urbes
Efficiunt tollat tanta Lubeca caput.
Et decus Europæ & lumen sit totius Hansæ
Et sit Vandalici pulchra corona soli.

13 Nec minus Æneas Piccolominæus Senens. Cardinalis, de his quæ sub Frideric. III. Imp. per Europam gesta sunt, *cap. 24. n. 40. vol. 2. German. scriptor.* Collecti per Marquard. Freher. *pag. 69.* „LUBECENSIUM Civitas potentissi-„ma est, inquit, sine cujus auxilio vix„ unquam Daniæ Reges continere suos„ subditos valuére. Duodeviginti viri„ Reipub. præsunt, quos Proconsules &„ Consules appellant; quorum perpe-„tua potestas est, & in Equestri dignita-„te ex parte constituti sunt. Populari-„bus, nisi vocentur, nulla de regimine„ urbis consulendi facultas. Nec ta-„men servire plebs videtur, sua cuique„ substantia tuta est & libertas, salvis le-„gibus ut velint vivere. Æqvum ju-„dicium consules agunt: ab his Cæsar„ si excesserint, appellatur. vid. hîc Dn.„ Mev. *lib. 3. Statut. Lubec. p. 346.* Sed, quò me ducit jucunda Patriæ commemoratio? eò nimirùm ut paucis saltem inclytæ hujus & antiquissimæ Societatis potentiam & virtutes Bellicas, quibus olim polluére, indicem.
14 Neque hodiè ullus contra illam facilè contendere auderet, si non magis ambitione & alienæ felicitatis invidiâ, quàm conservandæ florentissimæ olim gloriæ & perpetuæ conjunctionis studiô inter se certarent. Sed postquam firmissimum & adamantinum illud concordiæ vinculum rumpendo,

do, quærendoque proprium commodum pernicioso schismate in diversas partes abierunt, non solùm universum corpus quasi afflictis membris nutare & collabascere, sed etiam ab iis, qui saltem minas ejus quondam haud sustinere potuissent, ferè contemni cæ-
15 pit. Optandum quidem foret animitus, ut tandem, veternô excusso evigilarent, & antecessorum majorumq; vestigiis insistendo, aureæ istud concordiæ fœdus, quod non in verbosis orationibus, sed fide & factis, priscâ & majorum ætate, consistebat, repararent, denuoque providerent, quæ aliquando certissimè (utinam ominandi fallerer!) nisi benè caverint, sunt eventura; memores caudæ equinæ pilos seorsim facile evelli, & singulas sagittas vel à puero confringi posse; quibus exemplis Sertorius & Scylurus Scytha usi, ad quid concordia conducat, quamque noxia & perniciosa sit discordia & pleonexia, demonstrare voluerunt; quæ quidem exulceratô & conclamatô hoc seculô optanda, speranda autem vix erunt. vid. D. Bœkel. *de jure clientel. p.3. cap.4. n.27. & seqq.*

16 Particulatim autem de hâc societate conqueritur Besold. *dissertat. de Praecedent. cap. 1.* Malum omen, inquit, quod Hanseaticæ Civitates lites inter se fovere dicantur, nec eæ statim à sociis, tenore recessuum Hanseaticorum, componantur. Pluribus de hujus corporis & membrorum statu moderno disserit Joh. Limnæ. *in Not. ad lib.7. Jur. Publ. cap.1. n.76. & seqq.* & certus quidam author anonymus seu Pseudo-Patricius Brunsuicensis, Nachklang des Hänsischen Weckers / *pag. 14. & seqq.* quò & ad Dn. Mev. *art.2. tit.9. lib.3. Statut. Lubec.* benevolum lectorem remitto. Sed, ne extra oleas divagari videar, & ἐν ἀλλοτρίῳ χορῷ πόδα τιθέναι, missis iis, quæ de hac societate illustri & antiquâ prolixius dici poterant, pedem ad semitam reflecto.

17 Inter Emporia illa quatuor universalia & celeberrima Hanseaticis mercatoribus, ut paulò antè dictum, concesso, dignitate & præstantiâ primum est & præcipuum Russicum seu NOVOGARDIENSE. Sigism. Lib. Bar. ab Herberstein *in hist. Muscov. f.79.* ex quo, tanquam ex scaturigine, cætera Emporia promanata, in ejusque commercio fundata sunt. Recess. Hanseat. de Anno 1628. 2. April. Hoc 18
ipsum, quantum quidem ex annalibus & privilegio Gothofredi, magni Livoniæ Magistri, conjicere licet, ante trecentos & quadraginta circiter annos, in amplissima & totius Russiæ maxima urbe Novogardiâ 40. milliaribus supra Narvam Livoniæ urbem & portũ, 36. à Plescoviâ, & 120. à Mosqua, hoc tempore Russiæ & Moscoviæ Metropoli & Cæsareâ sede fundatum est; quod propter commoditatem & quæstum uberrimum, cætera emporia longô post se intervallô reliquit. Ne- 19
que enim ulla regio, vel magnitudine, vel fertilitate rerum ad vitam & victum pertinentium, Moscoviam sive Russiam vincit. Cujus indicium est, quòd ea sola tantum ceræ, sebi, mellis, corii infecti & præparati, pretiosissimarumque pellium non solùm ad indigentiam & necessitatem, sed etiam ad abundantiam, satietatem & luxum totius Germaniæ, Italiæ, Hispaniæ, Galliæ, Angliæ, Belgicarum, multarumq; aliarum latè patentium regionum, singulis annis copiosè emittit. Neutiquam autem olim Russiæ & Muscoviæ incolis cum aliis, quàm Hanseaticis mercatoribus, ibidem residentibus, solâ duntaxàt mercium permutatione inter se utrinque agentibus, negociari licebat. Ex quo vel 20
solo Civitati Lubecæ, ex qua omnes hæ merces per totam Europam passim sparsæ sunt, haud exigua, sed longè uberrima utlitas, brevi temporis spatio accrevit. Quibus etiam incrementis & opibus in hanc amplam surrexit molem. Quod enim alii invidiosè gloriantur, quasi ex suis argenti & Cupri fodinis ac cavis montium visceribus ortum habeat, planè falsum est. Hâc felicitate sociæ Civitates diu flo- 21
rentissimè usæ sunt, donec illatô Novogardiensibus à Johanne Moscoviæ

Prin-

Principe, & Basilii, istius famosissimi tyranni parente bello, illa mercatorũ Germanorum libertas valdè afflicta & indies labefactata, tandem, per illum ipsum Johannem, Revaliensibus, ob quædam contumeliosa in se effusa verba gravissimè iratum, ad extrema redacta est, quadraginta novem societatis mercatores Novogardiæ deprehensi, miserrimâ conditione in carceres detrusi, Hanseaticorum ibi inventæ merces, quæ ad trecies centena millia aureorũ existimabantur, confiscatæ, direptæ, & ne tantillum quidem ex tanto bonorum cumulo, frustrà sollicitantibus confoederatæ HansæCivitatibus, restitutum fuit. Mercatores autem, dum post triennium impetrata liberatione, lætabundi Lubecam navigare parant, inter horrendos fluctus ad scopulos illisi, ad unum omnes, cum multis aliis, in mari, circa annum 1498. perierunt. Reckman. *in Chron.*
22 *Lubec. pag. m. 88.* In cujus rei testimonium Lubecæ, ante portam septentrionalem vulgò das Burgthor ingentis magnitudinis columna, in formam dependentis à cruce Salvatoris, aureâ inscriptione erecta est. Ita isthinc ejecti
23 Hanseatici, supra quinquaginta annos Revaliæ cum Ruthenis & Moscovitis, quamdiu istis liberè hoc in loco negociari permissum est, agere con-
24 sueverunt. Cæterùm, cûm Revalienses, præ nimia pleonexia exclusis sociis Civitatibus, omnia ad se rapiendo, suis solummodo commodis servirent, neque amplius concedere vellent, ut vel Rutheni cum Germanis, vel Germani cum Ruthenis usitatum hactenus mercimoniorum usum haberent; sed, ut utrique merces suas immediatè ad se destinarent; quod ut sine impedimento sibi melius liceret, non solùm Principis sui rescriptô impetrârunt, sed etiam, spretis pactis, Hanseaticis in universum renunciarunt. Quapropter Lubecenses, sociæque Civitates, prætergressâ Revaliâ, Narvam Livonicam, commercii & emporii sui sedem anno 1558. constituerunt. Quò mox Angli, Belgæ, Galli, magnô concursu undique fluxerunt; multùm frementе Livonici Ordinis Magistrô & Archiepiscopô Rigensi, de injuria Imperio factâ apud Ferdinandum I. Imp. communicatô simul consiliô expostulantibus; continuatum nihilominus commercium & navigatio, donec 25
Ericus Suecorum Rex XIV. cui nullam non (attestante Thuanô *lib. 31. histor.* & Sethô Calvisiô, *in Chronolog. sub ann. 1562.*) vicinis incommodandi occasionem arripere ludus erat, Lubecensium naves, Narvâ redeuntes, hostiliter captas, Revaliam & Stockholmiam duci ac merces omnes in fiscum redigi jussit; quod octennali ferè bello causam præbuit, Sedinensi Pace Anno 1571. composito. Verùm hæc tam sanctè inita pacta eheu! non diu servata sunt, attestantibus idipsum tot ab Anno 1571. usque ad annum 1579. ad Regem Johannem iteratis Imperatoris, Regum & Principum Intercessionib. & in Sueciam Lubecensium sumptuosis legationibus, quarum intra hos annos postrema. Anno 1579. à Dnn. Hermanno Warneböke Synd. & Johanne Ludinghusen p.m. avo, per semestre spatium expedita. Ita ultra 26
annos centum & plures possessione istius Novogardiani Emporii Hanseatici caruerunt. Etsi verò Basilius, & qui eum seqvuti sunt Moscoviæ Imperatores, sæpissimè illius reparandi spem aliquam fecerint, non semel ejus rei causâ per litteras & salvum conductum evocatis Lubecensium Legatis, ea tamen semper inciderunt turbulentissima tempora, ut, cùm in procinctu sæpissimè starent, nihilque aliud, quàm profectionis signum expectarent, statim nihilominus, conversis retrò consiliis, ab incepto impedirentur. Tandem exhibitis, ante quinquaginta & quod excurrit annos, à Moscoviæ Imperatore Boris Fedrovvitz, qui propius aliquantò, exutâ illâ priori Moscovitarum agresti vivendi formâ, ad mores nostros accessit, de quo vid. Thuan. *lib. 120. histor. p. 835.* ubi & de Immunitatibus exteris mercatoribus concessis, per suos Lubecam venientes intern-

nun-

nuntios, singularis cujusdam favoris, affectionis & clementiæ signis, annô saluti 1602. concordibus patrum suffragiis conclusum, istam occasionem, dum fronte capillatam sese ostenderet, ambabus manibus amplectendam; nec diutius moram pertrahendam es-
27 se. Istudque statim obeundæ legationis munus Lubecensibus (quos Moscoviæ Imperator, consuetudine quâdam inveteratâ inter confœderatas Civitates, tanquam caput, magni hucusque fecit) deputatis ad id ex Senatorio ordine Dnn. Conrado Garmers Cos. Henrico Kirchringio Senatore; & Johanne Brambachio, tunc temporis Secretario; Quibus deinde Stralsundenses, ad exornandam magis hanc legationem sunt adhibiti, qui ut in pristinum Neogardiæ reciperentur locum, debitâ submissione Anno 1603. communi Hansæ nomine petiverunt, & tantum obtinuerunt, ut illis licitum sit, ibi rursum erigere ædes, sicut & locus certus iterùm assignatus sit, ut frequens ibi & adhuc ante paucos annos fuerit commercium, quod deinde, subortis tot motibus internis, externorumque Regum bellicis tumultibus excitatis, rursùm aliquantò collabascere cæpit. vid. *privilegia à Boris Federowitz Magno duce Anno 1603. obtenta & in fine annexa sub lit. G.* G
28 Quamvis autem de hujus illustris Emporii restauratione proximis annis in conventibus Hanseaticis, imprimis autem in amplissima illa anni 1628. congregatione sæpius deliberatum fue-
29 rit; ipsi etiam Revalienses suam de restabiliendo commercio Ruthenico, quod ingenti cum orientalium Civitatum detrimento, ad alia loca, putà D. Nicolaum, Archangelum, Colmograd derivaretur, intentionem diversis literis indicârint; præhabitô tamen maturô consiliô judicatum, hujus Contorii reparationem, ratione liberæ navigationis usûs, & exercitii in aliorum potentiorum manibus planè
30 sitam esse. Non omisit etiam ipse Rex Sueciæ Gustavus Adolphus, gloriosissimæ memoriæ Heros, literis ad Senatum Lubecensem Anno 1625. datis, hanc suam de restaurando Orientali commercio gratiosam voluntatem, ad ejusque promotionem clementem animi propensionem testatam facere.
Quæ Regiæ Majestatis literæ Dominis Directoribus, indesinenti Civium querimoniâ motis, de mandato Narvæ publicato (quo cautum erat, ut omnes mercatores extranei cum advectis mercibus illinc demigrarent; nec eorum ullus ad exigenda nomina, ultrà octiduum ibidem commoraretur) opportunè ac submissè conquerendi, simul ac civium suorum irreparabile damnum demonstrandi ansam præbuére, obnixè rogantes, ut commerciorum Ruthenicorum pro more soli- 31
to tractandorum usum navigationemq; Narvicam, remotô omni obstaculô, vigore perpetuò duraturæ Pacificationis Sedinensis, non sine uberrimo Civitatum Livonicarum emolumento, imposterum sibi commendatum habere haud gravaretur. Qui- 32
bus Civitatum litteris Regia p. m. Majestas, eôdem adhuc annô hâc clementi responsione dignata est, sibi nihil gratius fore, quàm ut sociæ Civitates de hoc restaurandi negotio cum Revaliensibus per Legatos amicè conferre, atque ita libero commerciorum exercitio hâc viâ nitorem pristinum restituere allaborent, cui rei favore & sublevatione Regiâ penitùs deesse nollet. Quod ipsum tamen ingravescentibus hisce turbulentissimis temporibus in actum deduci hucusque, non sine maximo Septentrionalis commercii decremento, haud potuit. Donec tan- 33
dem annis 1643. & 645. præviâ præliminari sollicitatione, per legationes solennes à Lubecensium D. Davide Gloxinio Syndico, posteà à D. Johanne Marquardo, Senatore, expedita, Emporiô Narvæ restauratô, portoriô & vectigali ad 2. pro Centum remissô, cæterisque obstaculis remotis, hoc commercium postliminiò quasi ad pristinam suam libertatem; quam supremus rerum arbiter faustô commerciorum successu secundare velit; 34

lit, aliquâ ex parte redactum est.
35 Secundum Emporium, & quidem tempore antiquissimum, Londini Angliæ constitutum est. Quamvis hoc ad annum Christi 1250. ab Henrico III. Angliæ Rege societati Hanseaticæ attributum aliqui dicant, tamen ipse textus diplomatis haud obscurè indicat, altiorem ejus originem subesse, velut & in eo dicitur, quòd Henricus III. cùm Philippum & Johannem ex illustri Valesiorum prosapiâ ortos Galliæ Reges,
36 auspiciis & viribus Hanseaticorum bellô vicisset, ad remunerandum maximum à confœderatis Civitatibus summâ necessitate præstitum officium, amplissimarum immunitatum & exemptionum privilegiis eas ornaverit; speciatim verò ita cum hisce transegerit, ut si quæ ex subministratis ad belli auxilia navigiis caperentur, frangerentur, perirentve, eorum æstimatio annumeratâ & paratâ pecuniâ præstaretur. Rege itaq; præfatô modô & auxilio victoriã reportante, illis verò reditũ ad suos parantibꝰ, tanta & tàm immanis classem afflixit tempestas, ut pleræque naves submersæ undis perirent. Rex autem cùm solvendo vix esset, videns debitum ex mora accrescere, iterum hôc pactô cum Hansæ Teutonicæ mercatoribus transegit, ut inibi ne-
37 gociantes, solutâ tantùm Centesimâ parte pro vectigali, facultate mercaturam plenè exercendi, importandi, exportandique merces fruerentur; neque contributionibꝰ, exactionibus, aut
38 aliis oneribus gravarentur. Quod firmum ratumque habuerunt sequentes Angliæ Reges, usque ad Edoardum IIII. qui ardente inter Anglos Danosque bellô, cùm Hanseaticos variis cladibus injuriis & direptionibus LX. navium ac mercium pretiosarum ad arma contra se excitâsset, primus omnium prædecessorum, quos XIV. enumerant Dn. à Werdenh. & Matthias Stephani, concessis & plenô beneficiorum officio partis immunitatibus
39 spoliavit. Cùmq; tribus continuò annis inter se certassent, tandem Carolus, Dux Burgundiæ, cognomine Audax, & Edoardi sororius, hoc dissidium in Comitiis Trajectensibus, ubi & Regis & Civitatũ Oratores frequentes convenerunt, post varias utrinque institutas querelas & disceptationes, amicè diremit, & confœderatas in tranquillam & plenam exarmatæ libertatis possessionem Anno 1474. reduxit; unde ab Historicis adhuc Trajectensis concordia indigitatur hæc compositio; hanc in fine Tractatûs inter privilegia Anglicana annexam vide sub lit. D. D
Nothwendige Vertheidigung der E. E. Hansee-Städte de Anno 1609. *pag. 18.*
Ab eo tempore per annos circiter 40
LXXX. sub Richardo III. Henrico VII. & VIII. Germani mercatores immunitates hasce in Anglia quietè retinuerunt, frementibus nihilominus & indignantibus Anglis, qui eam alienigenis liberè emendi & negociandi licentiam extremè invidebant & ereptam cupiebant. Factaque omninò pro 41
pter quorundam malitiosorum & fraudulentorum hominum aliquot, (quos Gedanenses fuisse attestatur Meteran. *lib. 18. histor.*) transgressionem Edoardi VI. tempore Proscriptionis executio, conceptâ jam & latâ à Parlamenti Regii Consiliariis sententiâ (de cujus tamen sententiæ seu decreti invaliditate, *infr. lib. 4. c. 3. n. 11.* per tot. prolixior sese offeret disserendi occasio) nisi Civitatum sollicitâ & laboriosâ intercessione Legatis Lubecensibus Anno 1553. Dnn. D. Hermanno Falcke, 42
Cos. Gotskalko à **Wickeden**/ Senatore: & posteà 1558. Henrico Sudermando, Hansæ Syndicô, Anthoniô Ludinghusen, Senat. proavo meo, adjunctis Coloniensibus, Bremensibus & Hamburgensibus emollitus Rex Edoardus, & post eum Maria soror; apud quam novas Angli, præsertim Londinenses, querelas movebant, istud decretum revocassent & moderassent. Nihilominus, eâ per mortem ex hâc vitâ subtractâ, Elisabetha in regno & gubernatione succedens, anno æræ salutis 1559. ut suæ nationis subditis in Imperii ingressu gratificaretur, varios frustrà conventus instituit, pro-

43 poſitis longè iniquiſſimis conditioni-
bus, nihil aliud egit, niſi ut ea, quæ tàm
in Ultrajectinis Comitiis, quàm ante,
& poſt eam Angliæ Regibus acta &
transacta fuerant, & à multis annis na-
turam contractûs acquiſiverant, vicis-
ſim convelleret, & everteret, ac ſi con-
ſentire nollent, eos quâcunq; occaſio-
ne Regnô Angliæ exterminaret. Nec
ullâ ratione adduci potuit, ut confœ-
deratis priſcâ conſuetudine & moribus
ſuis agere ſe permiſſuram polliceretur,
niſi reciprocè promitterent, idem jus
etiam Anglis in Germaniâ & terrâ
Hanſeaticâ conceſſum iri, vid. Chytræ.
Chron. Sax. *lib. 24. & 25. plenè hæc enar-
rantē.* Tandem eò res rediit, ut, etiamſi
illud obtinuiſſet, tamen Hanſeaticos
naturalibus ſaltem ſubditis coæquare
vellet, Anglorum verò adventuraria &
44 Monopolica ſocietas (de cujus origine
ſuô locô uberius) primò à Duce Alba-
no Antvverpiâ ejecta, Hamburgum;
inde Embdam Oſtfriſiæ, atq; ex eâ ſta-
dium conceſſerat, Edicto Imperatoriô,
ſub interminata pœna amiſſionis &
confiſcationis omnium bonorum to-
tâ Germaniâ expulſa & ad Angliam re-
45 legata fuit. Quod Edictum Rudolphi
II. variè à quibusdam etiam in aulâ
Imperatoriâ explicatum & robore ſuô
enervatum, ſociis Civitatibus immen-
ſis ſumtibus & legationibus fatigatis,
nova & maxima damna ad obitum us-
que Reginæ creavit. Et quia illa aver-
tendis ſeditioſis contentionibus & in-
teſtinis regni bellis moritura ſucceſſo-
res prudentiâ togata ex optimis literis
enatâ aliisq; heroicis virtutibus annis
majores Jacobum VI. Scotiæ Regem,
filiumq; Carolum poſt ſe reliquit, fir-
miſſima ſpe, quam de ipſis concepe-
runt adductæ Civitates, ab omnibus
novis querelis & moleſtiis adverſus
modò dictos Monopolitas Adventu-
rarios turbulentis hiſce temporibus ſe
continuerunt Hanſeatici, ſtatueruntq;
proximis conventibus, quia hoc An-
46 glicanum Monopolium ſemel Imperii
negocium in comitiis reputatum, & ad
ipſam quoq; executionem modò per-
ventum ſit, nullum aliud quàm Imp.
Majeſtatem ad obtinendam Edicti vim
& efficaciam, eâ quâ par eſt ſubmiſſio-
ne exorandi remedium ſupereſſe;
idq; eò citius, cùm nondum Magnæ
Britanniæ Regem eam ipſam Adven-
turariam ſocietatem confirmaſſe com-
pertum ſit; hâc tamen adhibitâ mode-
ratione, ut μεταμορφώσεως hodiernæ,
Anglicanæ & conclamati hujus tem-
poris, quô importunis querelis com-
mercia præſertim Hiſpanica facili ne-
gotiô reſtrictiora & difficiliora reddi
poſſent, maxima & circumſpecta ha-
beatur ratio. Plenius de hiſce vid. Chy-
træ. in Sax. *lib. 23.* Et nos infra *de hoc* Ne-
gocio Anglicano ſub fin. tract. lit. D. D
ſub tit. Epitome Anglicani nego-
cii.

Domus in Anglia erecta, dicitur der 47
Staelhoff/ Anglicè Steelyard, oder dů-
deſche Gildhaller / à chalybe, eò quod
ingentem vim chalybis illuc defer-
rent. Eam autem nunc nemo impor-
tat, niſi cui ſingulariter à Rege huc in-
dulgetur. De hujus Conthorii ſeu do-
mûs publicæ immunitate verba privi-
legii Edoardi 3. ita ſonant: Wy van 48
Sůnderlick unſer Gnade verlehnen den-
ſůlven Koplůden ſambtlick und jeder be-
ſůnders / und ere Nachfolger / dat vorge-
ſchreuen hueß / in unſer Stadt tho Lon-
den / welcker der důdeſchen Gildhaller
geheten is / tho hebben in alle den ſůlven
Fryheiten und fryen Wanheiten / welcke
de Koeplůde by uns und unſers Vaders /
und den andern unſern Vůroldern tyden
gebrůket hebben / beſchermet und beholden
werden tho ewigen Tyden ꝛc. vid Aſſer-
tionem Jurium Hanſeaticorum circa
Curiam Stiliardanam & eò perti-
nentibus Juribus & privilegiis Anno
1657. Londin. transmiſſam & annex.
Privileg. Anglicanis ſub lit. D. cum D
demonſtratione rationum ſub & ob-
reptitiarum de Anno 1659. De cujus 49
Conthorii ordinationibus, Statutis,
Conſule ſeu Oldermanno, ejusque
electione, jurisdictione & officio infe-
rius dabitur differendi occaſio. Præ-
cipua autem privilegiorum Hanſeati-
corum capita in hoc Conthorio hæc
fuêre:

1. Stiliardanæ & cæterarum privile- 50
giatarum Domuum Boſtonæ & Linnæ

in Regno Angliæ, cum omnibus pertinentiis & jurib⁹ possessio & dominium.

2. Jurisdictiones privilegiis comprehensæ super hominibus Hansæ & respectivè Exceptiones à Judiciis & Statutis Regni.

3. Libera Importatio omnium cujuscunque generis mercium in Regnum ex quibuscunque locis.

4. Libera Exportatio omnium mercium ex Regno ad quæcunq; loca, solis notoriis Regni hostibus exceptis.

5. Libera negociatio in Regno, etiam in Civitate Londinensi & loco publico, qui dicitur Blackvvehalle, cum quibuscunque personis.

6. Immunitas à Costumis & impositionibus in chartis privilegiorum comprehensis, de quibus in Actis Anglicanis Hanseaticorum uberius agitur, & hîc ea saltem indicasse sufficit. vid. Privilegium Edovvardi VI. & Mariæ cum Transactione Ultrajectensi in
D fin. tract. sub lit. D.

51 Tertium Emporium Hansis exhibuit BRUGGIS in Flandria; quod circà annum 1262. à sociis Hanseaticis frequentari cæpit, & præ cæteris propter varias ex omnibus mundi partibus & regionibus eò importatas merces aliquamdiu conspicuum fuit, florentibus satis Bruggensium rebus; un-
52 de etiam in nimiam incidére petulantiam, adeò, ut sæpius injustô arrestô detinentes mercatores Hansæ nullis amplius Justitia pateret. Ideoq; etiam in publico conventu Hans. an. 1387. conclusum, quòd nulla imposterum ad Flandros mercimonia deportari deberent. Quod & publicô Edictô per Civitates fuit confirmatum. Demùm anno
53 1487. cùm fatalem periodum complevissent, multum hæc urbs per seditionem, de pristina opulentia amisit. Captô enim & in custodiam abductô à Brugensibus Maximiliano I. Archiduce Austriæ, nuper in Germaniæ Regem adscitô, & præcipuis quibusdam ministris in ejus conspectu occisis, Parens ipsius Fridericus III. Imperator, totius Imperii viribus obsessæ urbis portum obstruxit, eâq; ad hunc modum captâ, cives gravissimis poenis mulctavit. Ejus calamitatis, quæ omnes pariter oppressit, non postremam partem residentes negociatores, bonis eorum direptis & in prædam concessis sustinuerant. Necessitate a. propter obstructum 54
portum, & inde excedere coacti, primò Dordracũ, post ANTVVERPIAM sese recipientes cum Senatu ab An. 1516. variis modis de Emporio Brugis istuc transferendo agere cæperunt, donec tandẽ impetratâ per Antvverpienses & Lubecenses (quorum tunc magna fuit ob 55
præstita Imperatori auxilia authoritas & gloria) à Carolo V. ejusq; filio Philippo II. eorum quibus Brabantiæ Principes socias Civitates olim liberaliter donaverant privilegiorum confirmatione; regiô diplomate comprehensa publicè posteà Antvverpiæ promulgata, & Lubecam ad Civitatem Oratores transmissa, honestissimè in urbẽ Han- 56
seatici admissi receptiq; fuére An. reparatæ salutis 1562. in quâ perinde, ut in cæteris emporiis suis legibus & institutis, nullius præterquam sui magistratûs 57
jurisdictioni obnoxii, & ab omnibus oneribus immunes vivant, constructâ ibidem magnificâ (ut cap. præcedenti, *n.44.* ostensum) Osterlingorum domô, vulgò das Osterische Hauß. vid. Vertrag der Stadt Antwerpen mit der Hanse-Städte de An. 1545. *Et Confirmationẽ privilegiorum Brabantinorum à Philippo II. Rege Hisp. & Duce Brabant. An. 1567. obtentorum & in fin. annex. sub lit. H.* Ve- H
rùm, ob multiplices, quas opulentissi- 58
ma & pulcherrima ea Civitas Antvverpia, parentum nostrorum memoria, ab atrocissimis hostibus perpessa est, luctuosas bellorum tempestates & horribiles conversiones, quib. factum est, ut tempore Ducis Albani, cùm ex ejus sævitia tantus esset metus, præ aliis præcipuè Antvverpiensibus, ut una vice 19000. homines inde in Hollandiam & Saxoniam concesserint, & maximè Ambstelrodamũ. Klock, *de ærar. lib. 2. c. 26. n. 21.* Unde vix jam umbram pristini 59
splendoris, & pacissimas reliquias, minore Osterlingorum domo venditâ, istius celeberrimi quondã emporii (cujus magnificentiam & omnigenarum mercium opulentiam fusè & eleganter de-

descripsit Ludov. Guicciardin. *in suâ Antwerpiâ*) proh dolor! superesse; sed omnia, quæ admirabilia in eâ fuerunt, hodiè Ambstelodamum, inconstantiâ
60 & vicissitudine humanâ quâ fatô ita ordinante, nullius rei eôdem semper locô stat fortuna. Senec. *consol. ad Helv. cap. 8.* commigrâsse videmus. Illuc enim Mercurius fortunam transtulit. Cujus quoq; vices ex fatorum dispendio aliæ atque aliæ urbes haud immeritò expectant. Nic. Burg. *lib. 3. histor. Belg. p. 167.* Nihil tamen adhuc de me-
61 liori fortunâ desperet. Fluxum enim, caducum & instabile est, quicquid sublunari huic sphæræ subjacet & brevi incertôque spatiô rerum momenta convertuntur. *Novell. 22. cap. 3. l. 28. ff. de serv. urb. præd.* Et, uti hominibus, sic & oppidis sunt fata & stata tempora. Alb. Crantz. *lib. 1. Wandal. cap. 1.* vid. Minister. Richel. *part. 1. lib. 5. cap. 28. pag. 387.* Warem. ab Ehrenberg. *de fœder. cap. 1. per tot.* omnia volvuntur, semper in transitu sunt, & ut lex & naturæ necessitas ordinavit, aliunde aliô deferuntur. Senec. *consol. ad Helv. c. 6.* Eritque hic rerum in se remeantium orbis, quamdiu erit ipse orbis. Omnia abeunt in nascendi pereundiq; gyrum. Lips. & Burgund. *lib. 3. histor. Belg. p. 167.* ubi tamen Burgund. notabiliter addit, magnas Civitates & Emporia difficile resurgere, cùm semel de fastigio deciderint, fatiscentibus per senectutem LL. sensimque degenerantibus à suo principio: potentiam deinde ad interitum trahentibus non iisdem amplius fundamentis subnixam.

62 De hujus magnificæ Osterlingorum domûs, militum hospitationibus destructæ, reparatione, ad ejusque finem debitâ ad Serenissimos Belgii Gubernatores sollicitatione in postremis Hanseaticorum conventibus sæpè deliberatum est; donec tandem decrescente & collabascente indies hôc commercio, splendida hujus ædificii structura, ruinæ suæ propior facta, Lubecensium industriâ vigilantiâ & impensis postremis hisce annis aliqua ex parte restaurata fuerit. In particulari 63
autem Commissione, ut hæc obiter attingam, obtinuerunt ante aliquot annos Colonienses, ut Emporii hujus cursum & administrationem benè observarent, ac si quid propterea in aulâ Bruxellensi sit sollicitandum, curarent; velut quoque tale munus ante annos aliquoties sustinuerunt, & proptereà integram relationem ad Comitia miserunt Hanseatica, licet non semper debitâ id egerint industriâ & diligentiâ, referente Dn. à Werdenhagen. *p. 4. de Reb. Hanseat. cap. 9. p. 1050.*
Dissertationem super mercatoribus 64
alienigenis Antvverpianis, eorumq; commerciis vid. apud supra allegat. Ludov. Guicc. *in descript. Antwerp. pag. m. 225. & seqq.*

Quartum & postremum est BER- 65
GENSE, in Regno Norvvegiæ, annis ab hinc circiter trecentis & quadraginta tantâ opportunitate excitatum, ut tria Aquilonaria Regna, Norvvegiam, Sueciam & Daniam ambitu suô complectatur. Unde istud piscis genus Aselli indurati, & multa alia, magnâ quotannis copiâ in Civitates Hanseaticas & ex illis vicissim in has mundi partes devehuntur. Licet verò olim cum cæteris comparatum, ignobilissimum fuerit; hucusque tamen, reliquis ferè oppressis, in hoc solo an- 66
tiqui fœderis vestigia *aliquantulum* expressa remanserunt. Crebra verò 67
mutatio impetuosa & inconstans, quâ hæc tria septentrionalia Regna inter se tàm variis vicibus coierunt, & alternis subjugationibus se mire torserunt, fecit sanè, quod Civitates Hansæ quoq; variam subire & sentire coactæ sint concussionem; ac, nisi necessitas re- 68
medium interposuisset hoc, quòd mercibus horum mercatorum non potuerint carere, certè planè disjecti fuissent modò dicti negociatores. Quan- 69
quam & Nobiles illius loci illicitô quæstu translatis ad se mercatorum compendiis, côemtos undique pisces & alia, quæ in istud emporium ex Daniâ, Norvvegiâ & adjacentibus Regionibus derivari solent, merces in Belgi-

eas provincias importando superiori-
bus temporibus Hanseaticos ferè inde
expulissent. Sed querelis Civitatum ad
Reges Christianum III. & Fridericum
70 II. gloriosæ memoriæ delatis, illi pro-
hibendo ut in posterum abstinerent,
Regiam certè navarunt operam. Quâ
& modernis temporibus consuetudi-
nem in observantiâ retinentes, in hoc
Conthorio eatenus quatenus adhuc
71 fruuntur. In hoc Emporio mercatores
Hanseatici, eorumq; superiores, inter
cætera jura & hôc à multis annis fru-
untur singulari, ut ex ædificatione, do-
tatione & conservatione, habeant jus
patronatus in præsentando, conferen-
do, salariando & removendo ministrũ
Ecclesiæ quamvis in hâc minimâ Juris-
dictionis (ut majora silentiô præterlabi
sinam) Ecclesiasticæ specie, ab officia-
libus Regiis sæpiusculè turbati sint, ut
acta hujus Emporii cantant.
72 Coronidis locô quædam de horum
Conthoriorum Statutis & ordinatio-
nibus, essent adjungenda; cùm autem
eorum tractatio alibi in hoc opere à
nobis reservata sit, hîc saltem ea atti-
gisse sufficit.
73 Quibus autem adminiculis seu me-
diis ad recuperanda, & quæ ex dissipatis
& distractis supersunt, conservanda
Emporia utendum non immeritò quis-
piam quæret? Ante centum, & quod
excurrit, annos, hâc de re à viro doctri-
nâ & experientiâ conspicuo ita graviter
conclusum fuit. Ex quatuor nimirùm
viis unicam esse eligendam, 1. aut Po-
tentiores & Magnates, horum privile-
giis sese opponentes, litteris & legatio-
nibus pro pristinâ & communi com-
merciorum libertate & immunitate,
eâ quâ par est observantiâ fatigandos,
quod nunc, experientiâ teste, videtur
esse actum agere; aut 2. sufficienti &
desideratâ satisfactione ad hoc permo-
vendos; quod, habitâ temporum & fa-
cultatum ratione, impossibile; aut, 3.
privilegiis, re & sanguine partis renun-
ciandum; quod irrationabile, & apud
posteros inexcusabile; aut 4. deniq;, se-
cundùm illud Comici, omnia prius
consiliô quàm armis experiri decet, ad
necessariam, omni jure licitam, & ex-
emplis comprobatam defensionem,
tanquam ad sacram anchoram refugi-
endum; quod tantummodò reliqvum,
licet periculosissimum.

Hæc autem remedia, & inter ea po- 74
stremum potissimùm, in arctiore fidâq;
corporum, nervorum animorumque
unitate & *συμμετρίᾳ*, vid. Nachklang des
Hänsischẽ Weckers *p. 14. & seqq.* ut & per
viam fœderis aut amicitiæ, certis legib⁹
restrictæ, corroboratione consistere,
extra omnem dubitationis aleam posi-
tum est. Nullum enim, autore Polybiô, 75
aliud remedium tuendæ libertatis ad-
versus hostium insultûs superest, quàm
aut æquè potentem esse, aut cum aliis,
adæqualem potentiam, confœderatio-
nem (quæ à clientela & protectione
quæ inter inæquales est, differt. Grot.
lib. 2. de jur. B. & P. c. 15.) societatem & a-
micitiam sincerè coire; cùm majori
potentiæ imparibus obviam ire virib⁹,
res periculi sit plenissima. vid. Novell.
Leon. 102. Verùm & hîc meritò per-
pendenda erit aurea JCti regula, in *l. 6.
§. 3. de off. Præs.* *οὔτε πάντα, οὔτε πάντοτε, οὔτε
παρὰ πάντων. Neq; omnia, neq; quovis tem-
pore, neq; ab omnibus.* Cùm & interdum
summę prudentiæ reputetur, cavere, ne
alienâ societate illigati, ob amicorum
consilia periculum adeamus. Thucid.
lib. 1. de bello Peloponn. seu ut celeberrimi
Theologi Jenensis, Jo. Gerhardi, amici
nostri, dum vixit, summi verbis, *in locis
suis Theologicis. tom. 6. de Magistratu Pol.
sect. 6.* §. *405.* hîc utar, *ne aliena pericula
faciamus nostra. Præstat n. habere dubium
amicum quã hostem certũ si is sit potentior.*

An autem ad recuperationem & 76
conservationem horum Privilegio-
rum Clientelari jure seu Patrociniis ex-
traneorum Regum & Principum uti ex-
pediat. Q. Ita sanè suadent nonnulli ex
modernis JCtis & statistis, qui non tan-
tùm olim tuendi & propagandi com-
mercii causâ sæpenumerò bella acer-
rima suscepta, societates initas, patro-
cinia potentiorum quæsita docent;
verùm etiamnum illa hodiè quæren-
da necessariò statuunt. Concedo 77
jam facilè, ac principiô Capitis hujus,
passim-

passimq; in Tractatu nostro ex historicorum monumentis demonstratũ est, Hanseaticos commercii sui tàm Occidentalis quàm Septentrionalis, imprimis verò Orientalis, libertatem, non semel gladio, haud sine magnis impensis, summâ industriâ & fortitudine defendisse, attestantibus Thuan. *lib. 51. histor.* Alb. Crantz. Chytræo & aliis historicis supr. adductis; attamen majorem inde laudem quàm commodum plerumque reportasse, ibidem subjunximus. Hinc præteritorum temporum experientiâ edocti hanc belli gloriam potentioribus reliquére; & Archidami Polybiani regulæ insistentes, illorum, qui forsan clientelam expressam olim ambivêre, amicitiam patrociniô nimis suspecto & periculoso prætulére; idque doctrinâ Bodini, & aliorum saniorum Politicorum; qui

78 putant, hos sibi melius cavere, qui hujusmodi clientelam, nisi vi coacti, aut potentiorum injuriis oppressi, adire nolunt. *lib. 5. de Repub. cap. 6. p. m. 919.*

79 Sanè aliarum avium plumæ, (ut hoc simili utar) aquilinis nimiùm vicinæ, in periculo sunt; hæ siquidem corrodunt illas ac destruunt, ob superstitem in iis antipathiam naturalem, quæ est inter aquilam & reliquas volucres, attestantibus Pliniô *lib. 10. H. N. cap. 3.* Ælian. *lib. 9. hist. anim. c. 11.* Ita Protectio, in Imperium ne dicam Tyrannidem facilè vertitur. Gail. *2. obs. 54. n. 6. & 8.* Nec est, quod nostri JCti & Statistæ cautelis suis theoreticis hoc axioma Statibus Imperii persuadere studeant, Protectionem seu Jus Clientelare

80 neque superioritatem, neque jurisdictionem parere; nec Protectionariis aut Clientibus priscam libertatem imminuere. Gail. *d. obs. 54.* Frid. Mind. *lib. 2. de Mand. c. 14. n. 4.* P. Gregor. *lib 11. de Repub. c. 11.* & cæteri, ab aliis plenâ manu congesti. Idque maximè locum habere in liberis Imperii Civitatibus, aliorum protectioni commissis, unde Imperio ne hilum quidem decedere. Modestin. Pistor. *cons. 43. num. 20.*

81 Quasi, verò nihil decedat, ubi vexa accedit, Quapropter, Protectionem nomine Jurisdictionis contineri, cum Baldo, *ad l. 1. col. 2. C. quacunq; præd. potest.* quem refert Natt. *cons. 636. n. 95. & seq.* magni nominis JCti adstruunt. Et superioritatem nihil aliud esse, quàm Protectionem & defensionem ratione Jurisdictionis, post Mandell. *cons. 62. n. 20.* & passim statuit Petr. *de jur. quæst. non toll. c. 21. n. 84.* Et, accipere aliquem sub protectione, nihil aliud esse, quâm accipere sub jurisdictione & imperio, putavit August. Berous *cons. 65. n. 119. vol. 1.* Hinc rectè inferre videtur Warem. ab Ehremb. *de fœderib. l. 1. c. 4. n. 15.* Quòd clientes hodiè à subditorum conditione parùm differant, quibus nullis clausulis, 82
& protestationibus difficilimè præcaveri potest. Ubi enim vis & potentia, ibi leges & pacta in angulo latent, metu perterritæ, jura pallent, plumæ squalent, nec leges veretur potentia major, nec autoritatem ambitio; idque instinctu naturalis inclinationis, quâ ser- 83
vus vinctus id postulat, ut vincula dissolvantur, solutus libertatem petit, liber factus, civitatem; civitatem adeptus, magistratum; hinc ad summos honoris gradûs conscendere, quousq; Regnum consequatur, nec contentus solùm, se Monarcham fore confidit; postremò, humanæ conditionis oblitus, divinos cultûs ambit. Quod etiam optimorum Principum animi dominationis libidine & licentiâ abripiantur in pejus, exempla odiosa, sed obvia & vicina satis comprobant. *Sic mala, unde minimè expectatur*, inquit Seneca.

Accipitrem, Milvi pulsurum bella, columba
Accipiunt Regem; Rex magis hoste nocet.
Incipiunt de Rege queri; quia sanius esset,
Milvi bella pati, quàm sine morte mori.

Primus enim, post Protectionem 84
gradus est Invasio & Subjectio. P. Greg. Tholos. *d. l. cap. 11. n. 6.* Cui adde Bodinum *de Repub. lib. 5. c. 6. n. 587.* Et, protectionis obtentu facilè obtinetur,

quod viribus non poterat effici: & Warem. ab Ehrenb. *de fœder. lib.1. c.4. n.13.* Gail. *2. obs.45. n.6.* Mynſ. *dec. 2. Resp.13. n.11.* Wehner. *in metamorph. Rerumpubl. c.18.* & Zach. Victor. *de Exemption. th. 20 in pr.* Bocer. *de Jurisd. lib.2. c.8.* Zaſ. *lib.5. conſ.7. n.5.* Unde & CLIENTES Juramentum fidelitatis præſtare tenentur patrono. Paurmeiſt. *de Jurisd. lib. 1.*

85 *cap.3. in fin.* Quàm ſpecioſis titulis tyrannidem ſuam velârunt Romani, dum aliarum Nationum populos in Cives & ſocios adſciſcere dignati ſunt. Albanos in ſuam introduxerunt Rempub. & quos anteà hoſtes habuerunt, eos ſocietatis communis voluerunt eſſe participes. Sabinos in jus Civium admiſerunt. Tanquam protectores conſervatoresque libertatis ac privilegiorum; tanquam juſtitiæ univerſi orbis Arbitri, à diverſis implorati fuére provinciis, ut eorum viribus contra hoſtes ſuos uterentur. Vid. Machiav.

86 *de Repub. lib.3. c.18. & paſſim alibi.* Hæc fuit magna illa Aquila, quam vidit Ezechiel *c.17. verſ.7.* magnis alis, multisque pennis, ubi ſeptuaginta legunt; plenis unguibus; nam plumæ ejus, ungues erant. Quoties namque exiſtimant homines, ſub alis ſe ſtare, ſub unguibus conſiſtunt; quoties ſe putant liliô tegi, ſub ſpinis hærent ac ſentibus; ut non, niſi palliô relictô, inde

87 poſſint emergere. Civitas Piſana, jura ſua & prætenſiones, quas habebat adverſus Rempub. Florentinam, commiſerat patrocinio Regum, Ferdinandi Catholici, & Regis Franciæ; & inter utrumque convenit, ut ea Florentinis traderetur, ſpecie libertatis Italiæ procurandæ. Quid Græciæ Civitatibus contigit, quando Philippus Rex Macedo, libertati omnium tanquam ex ſpeculâ inſidiatus, dum contentiones Civitatum alit, auxilium infertoribus ferendo, victos pariter victoresque ſubire Regiam ſervitutem coëgit. Corinthus non aliam ob cauſam ſub jugum Tyrannorum redigebatur, quàm quòd extraneum Timophanem in auxilium vocaret. Metim, Tullum & Verodunum, florentiſſimam quondam Imperii Civitatum trigam, ſub ſpecioſo defenſionis ac protectionis prætextu à Gallis ab Imperio avulſam, poſt Warem. ab Ehrenberg. ipſe Galliæ Scriptor. Chopinus *de dom. Regis, lib.2. tit.8. n.5. & 8.* non diffitetu. Fruſtrà igitur ut multa alia de Germaniæ noſtræ ſtatu Joh. Bodinus alias vir doctus *lib. 5. de Republ. cap.6* Galliarum Regem hoc nomine magnopere extollit, quod ob conſcriptum pro Germanorum Principum libertate exercitum, non ſolum nullas pecunias acceperit, ſed & 200. aureorum millia iisdem belli adverſus Carolum Imp. gerendi causâ magnifice elargitus ſit. At, quid antiquis immoramur exemplis? Dicat Dux Mantuanus, quàm carè ſibi ſteterit, quamque graviter noxia fuerit aliena protectio! Dicant Trevirenſis Elector, & Griſones, num ſuam conſervârint libertatem armis extraneis, quæ titulô defenſionis ac tutelæ, in ſuum ſtatum admiſerunt. Dicat Germania, dulciſſima noſtra patria, ejusq; aliquot Provinciæ & Civitates, vicinæ, quomodo nunc ſe habuerint ſub exterorum patrocinio.

Juſtin. lib.1.

Quid illis profuerint cautelæ & proteſtationes, tàm ratione Imperii quàm ſubditorum tabulis hiſce clientelaribus adjectæ: ut ſcilicet integra retineatur libertas, ſtatuta, jurisdictio, & quævis alia jura, Ordinibus, Civitatibus & cuivis ſubdito quæſita. Loquantur nunc illæ ſine omni libertatis ſpecie Provinciæ & Civitates conculcatæ & expoſitæ arbitrio, ſervæ amicorum & hoſtium, ſuismet malis turbatæ tantoperè ut nec damna ſua nec emolumenta queant agnoſcere. Videatur plenius hac de re prudens quidam & nobilis ſcriptor, amans patriæ, in ſuâ Comitiologiâ, *p.4. diſſert. 6. p.255. & ſeqq.* 88

Coincidunt cum præcedentibus publici Imperii noſtri Germanici Receſſus quibus prohibitum, ne quis Statuum Imperii alterius extranei protectionem quærat. R. A. de Anno 1529. §. wie auch & de Anno 1541. §. und damit 89

mit aliisque simill. apud Denais. *jur. Cam. tit.211.* §.2. Rul. *de Commiss. p. 4. lib.2. cap.3. num.12. & seqq.* Jul. Pflug. Episcop. Numburg. *in Orat. de Repub.*
90 *Germ.* licet Jus faciendi inter se & cum exteris fœdera pro sua cujusque conservatione ac securitate, singulis statibus ut antiquitus ita adhuc vigore Instrumenti Pacis universalis perpetuò liberum maneat, modò ejusmodi fœdera non sint contra Imperatorem & Imperium. *art.8. Instrum. Pac. univers. de Anno 1648.*

Caput VIII.

De
Jure Singulari Obligationum, pactorum, & Contractuum Mercantilium ubi I. De Mutuo, usuris & Commodato.

Summaria.

1. De Jure Singulari rerum Incorporalium seu Obligationum & Contractuum Mercantil.

2. In Mercaturâ Fides & Veritas negocii ante omnia attendi debent.

3. Fides seu verba. Bey Treu und Glauben *inter Mercatores æquipolleant juramento.*

4. Quare Mercatores ante statuam Rolandinam olim contraxerint.

5. Scopus & intentio Authoris in hac materiâ.

6. Mercatores humaniter conveniendi.

7. An inter illos Reconventio locum habeat. remiss.

8. Mercatores obligantur ex nudo pacto, & qualibet promissione, ubi ratio.

9. Quomodo inter Meacatores Novatio nudô pactô inducatur.

10. Pactum factum à majore parte Creditorum Mercatorum cum decoctore, an & quatenus minori parti dissentienti noceat? & n.13.

11. Statutum Lubecense de pacto majoris partis Creditorum.

12. Regula. Exceptiones quæ reo competunt & fidejussori competunt, Limitatur in Fidejussore mercatorum.

13. Aliquando interest minorem partem accedere majori.

14. Pactiones sponsionis conditionalis valent in foro Mercatorum.

15. Mercatores non tenentur servare pacta quæ cum Decoctore inierunt, si postmodum fiat solvendo.

16. Mercatores possunt à decoctore ad pinguiorem fortunam reverso, remissa debita condictione ob turpem causam repetere.

17. Beneficiô quis adjuvari, non decipi debet.

18. Distinctio inter pactum ex misericordià remissum, & pactum extortum.

19. Contractuum divisio & subdivisio.

20. Mutuum quotuplex.

21. De Jure Civili non est Mutuum si iidem nummi restituantur.

22. In Curia Mercatorum Mutuum dicitur si eadem species reddatur.

23. De Jure Civili invito Creditori aliud pro alio solvi non potest.

24. Secus in Curia Mercatorum ubi interdum mercatoribus ex justa causa aliud pro alio solvitur.

25. Regulariter in reddendo mutuo valor contractus inspicitur.

26. In Curia Mercatorum æstimatio in alia monetâ & valore quam mutuò data est, reddi potest.

27. De Jure Civili non valent conventiones, ut sibi invicem mutuas præstent pecunias & operas.

28. In Curia Mercatorum valent ejusmodi conventiones.

29. Mutuum de Jure Civili gratuitum.

30. Mercatores pro pecuniâ mutuò data usuras accipiunt.

31. Mercator in mutuo habet Jus Prælationis.

32. Usuræ non simpliciter probibitæ.

33. Usuræ quomodo probibitæ de jure Civili.

34. Usura quomodo jure Naturali prohibita.

35. Usura quomodo de Jure Canonico vetita.

36. Jus Divinum quas usuras prohibeat.

37. Usura alia terrestres, alia nautica.

38. Soli Mercatores de Jure Civili exigunt usuras bessales seu 8. in centum.

39. Apud Hollandos exigunt Mercatores locô usurarum XII. in centum.

40. Injustum, ut qui indigentibus opem ferunt, id cum damno faciant.

41. Cessionarius non-mercator usuras bessales exigere non potest.

42. Mercator capit ab Illustri bessales usuras, cùm Illustris à Mercatore non nisi trientem petat.

43. D. Lutheri dictum: Daß itzo nicht Zeit sey/ mit 5. oder 6. fl Zinse uffs 100. Reichthum zugewinnen.

44. In Emporiis & locis commerciô efflorescentibus graviores usuræ exiguntur.

45. Lubecæ in judicio contradictorio ultra semissem seu 6. in centum peti non possunt.

46. De Jure Civili lucri cessantis non habetur ratio.

47. Mercatores mutuantes nō tantum Interesse damni emergentis, sed etiam lucri cessantis petere & exigere possunt.

48. Ratio, quare singulariter Mercatores Interesse lucri cessantis exigere possint.

49. Debentur Mercatori usuræ pro pecuniis, pro quibus alias non debentur.

50. Mercator quomodo lucrum cessans teneatur probare.

51. An ad probandum lucrum cessans juramentô suppletoriô opus sit?

52. Usuræ quando excedunt sortem, de Jure Civili peti amplius non possunt.

53. Mercatores possunt usuras redigere in sortem, & Interesse Cambiorum convertere in capitale.

54. ALTERUM TANTUM quid?

55. An Alteri-Tanto insit simplum? A.

56. Alterum Tantum duo constituit simpla, unum sortis, alterum usurarum.

57. Num usuræ particulatim solutæ, alterum tantum superare possint?

58. Usuræ ultra alterum tantum exigi possunt, si petuntur ut INTERESSE.

59. Usuræ ultra sortem peti possunt à mercatoribus. Si Lis in Judicio constituta: ubi de moribus Pomeran. & Megap.

60. Usuræ ultra alterum tantum peti possunt in annuis reditibus, ubi illorum privilegium singulare in concurs. Creditorum ex jur. Lub. notatur, & quid hoc in passu Juris Saxonici.

61. De natura annuorum redituum, & qui de iis scripserint, remiss.

62. Nauticum fœnus quotuplex.

63. In fœnore Nautico seu Usurâ maritimâ capiuntur à mercatore Centesimæ.

64. Ratio & æquitas hujus usuræ centesimæ.

65. Pecunia Trajectitia impropria, quæ?

66. Usuræ maritimæ quæ habeant singularia præ fœnore terrestri.

67. Usuræ maritimæ similis Assecurationis sponsio. de qua remiss.

68. De BODMERIA mercatorum.

69. De modo Cautionis hujus fœnoris nautici Bodmeriæ.

70. Navarchus non pro lubitu, & non nisi pro ratâ navis parte, carinam fœnore nauticô obligare potest, præsentibus Exercitoribus.

71. Quando in hac obligatione Creditores hypothecarii priores tempore præcedant.

72. Magister navis ultra valorem navis ejus carinam obligare non potest.

73. Carina navis non nisi summa urgente necessitate à navarcho obligari potest.

74. Quando navis sit periculo Creditoris, quando non.

75. De Bodmeria non solvitur Haveria.

76. Navarchus carinam obligans iter prolongare & extendere non potest.

77. Navarchus ubi & quando carinam obligare possit.

78. Novissimum pecuniæ nauticæ Instrumentum præfertur aliis similibus obligationibus & Chirographis in concursu plurium diversi temporis Creditorum.

79. Si Creditores pecuniam dederint non nautæ, sed mercatori ipsi, inter illos nullum est Jus prælationis ratione temporis.

80. Instrumentum pecuniæ creditæ in navem extruendam & instruendam. vulgò

vulgò Bylbrieff gehet für dem Bodmereybrieff.

81. De Jure nautico Wisbuensi & Hollandiæ Nauta qui necessitatis tempore carinam obligare non valet, merces pro salute Navis vendere potest.

82. Nauticum fœnus aliud Heteroplum aliud Amphoteroplum.

83. De Jure Communi in COMMODATO rei dominium & possessio penes Commodantem manet.

84. In foro Mercatorum Lub. domino commodanti contra eum qui rem commodatam justô titulô accepit, non datur rei vindicatio, sed saltem adversus commodatarium commodati actio.

85. Hoc singulare commodati displicet modernis JCtis Saxonicis.

86. Interest Commerciorum securitati. Das Hand müsse Hand wahren. *Quod ex Fide originem trahit.*

87. Ne quidem in subsidium (alienante non existente solvendo) rei vindicatio competit Domino, contra possessorem remissiv.

88. Hoc commodati singulare ad alios contractûs extendi non potest.

89. De diligentiâ in servandâ navi aut scapha commodatâ.

90. Num casûs fortuiti in re naviganti mercatori commodata sint præstandi?

91. Num in naufragio, & quando res commodata præferenda sit propria? Dist.

92. De Commodato Navis remiss.

1 HActenus de rebus mercatorum corporalibus, & quæ in iis singularia occurrunt, egimus: Proximum erit, ut videamus de incorporalibus; quales, inter cætera, sunt obligationes, pacta & contractus mercatorum.

2 Cum Mercatura sit actus, in quo, ob utilitatem publicam FIDES vel, ut Bald. ait *in Cons. 40. lib. 5. n. 6. & Consil. 466. n. 5.* veritas negocii simpliciter attendi, & præ cæteris strictè observari debeat, videatur Werdenhagen *part. 2. de Rebuspub. Hans. in Epilog. p. 966. & seqq. Edit. prim.* & quidem adeò, ut, Mercatorum substantia & Spiritus vitalis in fide & bona opinione hæreat. Pek. *de jur. sist. c. 15. n. 3.* post Joan. de Nevizan. *Consil. 52. n. 8.* sc. ut justô tempore sua recipiant & in negociationem convertant; ex cujus remorâ & impedimento Commercia interitura sunt, quorum tamen non minor favor quàm in Republ. utilitas esse debet. Dn. Vice-Præs. Mev. *tr. de levam. inop. debit. cap. 1. n. 85. & de Arrest. cap. 4. n. 5.* idcirco secundùm P. Peckium, *in c. mora, in pr. de R. J. in 6to.* eâ semel violatâ vel in suspensionem deductâ, mercatores vix amplius honestè in foro versari possint.
3 Quapropt. inter eos verba, in scripturâ seu Zertâ adjecta: Bey Treu und Glauben / æquipollere juramento asserit celeberrimus ille practicus Ernest. Cothman. *cons. 16. n. 124. Vol. 1. per c. ad aures, ibi: juramento vel fide. X. quod met. causa.* Stephan. Bertrand. *Cons. 253. n. 36. Vol. 7.* Stephan. Lamberteng. *tract. de contract. inf. n. 92.* Unde Bertrand. *d. cons. 253. vol. 2. col. fin.* dicere consuevit, Mercatoris domum & veritatis & æquitatis plenam esse opotere. Et refert Casp. Klock. *de Contrib. cap. 5. n. 95.* Wedelæ, in vico ad Albim Scha- 4
vvenburgicæ ditionis reperiri Rulandum, sive potius saxum, Colossi instar ad quod mercatorum consuetudine etiamnum usitatâ Contractus plerumq; simplici fide celebrantur; quasi tum validiores & omnium firmissimi, si modò in conspectu hujus statuæ Rulandi sint initi, sicut & olim apud Rhodios mercatores simpliciter perfici solitam vendionem, & contractûs quosdã alios nudâ relatione in acta, notavit in Rhodiacâ Dion. Prusæensis, referente Grotiô *lib. 2. de J. B. & P. cap. 12. §. 15.* Non immeritò itaque aliquantò largius magisque ex æquo & bono in mercatorum obligationibus, quàm aliàs procedi jus & æquitas volunt.

Cùm verò de Contractibus mercato- 5
rum, & quomodo in iis procedatur, integri prostent JCtorum tractatûs, inter hos autem familiam ducant Equitis & Patricii Anconitani, Benev.

Strachæ

Strachæ & Johannis Nideri relicta opera, nostri non erit instituti in illis huc transscribendis tempus inutiliter consumere; sed ea, quæ nostro inserviunt scopo, quæque in illis singularia sese offerunt συλλήβδην & ordine delibare.

6 Primo itaque in genere notandum, quoniam constat, in mercatorum curiis non agi de apicibus juris, sed de æquitate; Dd. *Comm. apud* Gail. *2. obs. 20. n. 5.* Jo. Crott. *lib. 3. cons. 350. n. 12.* Jac. Phil. Port. *cons. 47. n. 29.* Cacheran. *decis. 2. n. 2.* Raph. de Turr. *de Camb. disp. 1. q. 12. n. 43.* eos etiam præ cæteris benignè & humaniter esse conveniendos, Bart. Salic. *ad l. 1. C. de Commerc. & Mercator.* nec reconventionem unà cum

7 conventione in eorum foro admittendam. P. Foller. ad Marant. *Spec. p. 4. dist. 9. n. 114.* vide tamen hoc in passu nos *infr. lib. 3. cap. 8. n. 58. 59. hujus tractatus.*

8 Obligantur autem mercatores, vel ex pacto nudo, vel ex contractu. Dixi, ex pacto nudo. Etsi enim aliàs pacta nuda obligationem vel actionem nullam pariant. *l. 7. §. 4. & ibi Dd. ff. de pact.* In Curia tamen mercatorū ex nudo pacto & quâlibet promissione inita inter absentes, sive sit per nuncium, sive per Epistolam, agi posse & receptum esse latè attestantur Dd. & Br. *in l. Quint. Mutius. ff. mandat.* Bl. *in l. in personam. §. qui pecuniam. ff. de pact. & l. si pro eâ. C. Mandat. & l. 2. C. de Constit. pecun.* Salyc. *in l. placuit. 8. C de judic.* Felin. *c. 1. n. 1. X. de. pact.* Böer. *decis. 221. n. 14. p. 2.* Guid Pap. *cons. 103. n. 4.* Arnold. Reyger. *in Thesaur. pract. verb. Mercator. n. 189.* Jo. Crott. *cons. 189. n. 27. vol. 2.* Decis. Rot. Gen. *48. n. 6. & 90. n. 3.* ubi, quod inter mercatores nudum pactum habeat vim stipulationis. Strach. *de contract. mercat. n. 1.* & in pulchrâ facti specie Alexand. *in Cons. 52. n. 3. 4. vol. 6.* Matt. de Afflict. *decis. Neapol 399. n. 3.* & noviss. Raph. de Turr. *d. tr. de Camb. q. 12. n. 43.* ratio additur, quia æquitati naturali convenit, inter eos, qui plurimùm negociantur, pacta qualiacunque servari. Bl. *in c. pro debilitate. X. de offic. delegat.* Petr. Wesembec. *cons. 27. n. 9.* His adde Jo. Bapt. Bonn. *de Statutar. urb. præscript. gl. 19. n. 170.* Jo. Bapt. Severin. *tr. de pact. q. 13 n. 2.* Paul. Paris. *cons. 96. n. 1. vol. 3.* Licet 9
autem à Dd. traditum sit, quod inter mercatores nudô pactô Novatio quoque induci possit, contra *l. fin. C. de Novat.* Fr. Mantic. *de tac. & ambig. convent. vol. 2. lib. 17. tit. 8. n. 8. p. 299.* per delegationem tamen debitoris hoc fieri non posse docet Mantic. *d. n. 9.* quem hîc omninò vide.

Deinde, quamvis regulariter juris sit, quod major pars statuit, id à minori parte deberi ratum haberi. *l. quod major pars. 19. ff. ad Municip. l. 3. l. 4. ff. Quod cuj. univers. nom. l. 3. ff. de Decret. l. 45. ff. de Decurion.* & elegans *l. fin. C. Qui bon. ced. poss. Et in term. l. 7. §. fin. l. 8. & l. seq ff. de Pact.* ubi pulchre explicatur qui censeantur major Creditorū pars. Pactum tamen factum à majore 10
parte Creditorum mercatorum cùm decoctore (quod vulgò Accordium oder Accordiren dicitur. Rot. Genov. *decis 43. n. 8.*) minori parti dissentienti non nocet; in his enim, quæ sunt communia plurium, ut singulorum, non sufficit majoris partis, sed omnium consensum esse adhibitum, per *l. 11. ff. de servit. præd. rustic. l. fin. C. de pact.* Strach. *de decoct. p. 6. n. 3. cum seq.* ubi tres facti species recenset. vid. de hâc Q. Jac. Cooren. *consil. 8. p. 26. & seqq.* Matth. de Afflict. *decis. 288.* & cæteros alleg. à d. Jac. Cooren. Et necessum est, Creditores omnes in unum conveniant, & communi consensu declarent, quotâ parte debiti sint cōtenti; nec n. consensus seorsim & separatim præstitus, à majori parte Creditorū, minori obest. *per d. l. 11. & l. fin.* Nam cùm pactum aliis nocet, omnes in unum convocari debent; & tunc pactum liberationis partis debiti à majore parte initum aliis obest, *per d. l. 7. fin. & l. 10. ff. de Pact.* Coincidunt cum hoc statuta nostræ 11
Reipub. Lubec. *lib. 3. tit. 1.* art. ult. his verb. Würde einer in Schuld vertieffet mit seinen Creditoren sich vergleichen / und etzliche der Creditoren darinen nicht begrif-

begriffen seyn wolten/ so stehet denselben frey/ den Schuldener mit recht zu verfolgen. Imò minor pars Creditorum potest tunc agere ad solidum debitum contra fidejussorem pro debitore obligatum, pactione coitâ à majore parte nō obstante, *per l.58. §. Lucius.1. ff. Mandat.* Alex. Jas. *in d. l. 7. §. hodiè fin. ff. de pact.*
12 Et ita regula Juris, quod Exceptio, quæ reo competit, & fidejussori competat, *§ 4. Inst. de replicat. l. 24. ff. de pact.* & in hoc casu notabili limitatur, quia & fidejussor ante Principalem mercatorem potest conveniri, cùm in illis Excussio locum non habeat, *ut infr.* de-
13 monstrabimus. Quamvis non rarò intersit, ut minor Creditorum pars majorem in remissione & dilatione sequatur, ne fugâ aut aliis inconvenientibus in difficiles concursus ac tricas Creditores deturbentur. Unde minus sæpè accipitur quàm impenditur, prout in simili decisū in Senatu Lub. An. 1658. *10. Decembr. & 14. Januar. An. 1659.* Rigor enim exactionum obstat vigori commerciorum. Dn. Mev. *de levam. inop. debitorum. cap. 1. n. 294.* & per
14 tot. Valent quoque inter mercatores commerciorū favore pactiones sponsionis conditionalis, non autem inter alios, tunc enim recidunt in aleam. *arg. l. in quib. 3. ff. de aleatoribus.* Carol. Molinæ. *tr. de Commerc. & usur. n. 93. 97.* Ut si mercator paciscitur cum alio quodam, si perdat merces suas naufragio, vel aliô quodam casu majori, refundatur sibi damnum ab eo, sive in totum, sive usque ad talem summam; & viciſsim, si in salutis vado pervenıant, quod talem velit summam solvere assecuranti, Strach. *tr. pecul. de Assecur. & sponsion. mercator.* De hujusmodi autem assecurationib9 seu sponsionibus mercatorum quoniam innominatis contractibus potius quam pactis annumerari possunt, Rutg. Ruland. *de Assecur. præm. non sol. à n. 18. & seqq.* quàm copiosissimè, suô locô uberius agemus.

15 Quartò denique, quamvis nihil tàm congruum sit fidei humanæ, quàm ea, quæ inter aliquos semel placuerunt, servare. *l. 1. in pr. ff. de pact. & ibi* Dyonys. Gothofr. Rot. Gen. *decis. 43. n. 8.* constat tamen, mercatores non teneri servare pacta & accordia, quæ cum decoctoribus & fallitis inierunt, si ex post facto constiterit, eos fuisse solvendo. Nicol. Böer. *decis. 215.* Robert. Marant. *in spec. aur. d. p. 4. dist. 9. n. 132.* Decis. Genov. *17. n. 13.* Sed ii ipsi rursùm habita quantitatis acquisitæ ratione, conveniri possunt. *l. 4. 6. 7. ff. de Cession. bon. l. 16. ff. de re judic. §. fin. Inst. de action.* Imò, possunt hoc residuum, 16
quod remiserunt anteà, conditione ob turpem causam repetere, Strach. *de decoctor. p. 6. pr. Dd. in l. fin. ff. de cond. ob turp. caus. l. 2. §. 1. ff. eod. Castrens. cons. 179. part. 2. per l. cura. 4. §. 1. ff. de muner. & honor.* Cum quo concordat Sta- 17
tutum Italiæ Perusinum. Ratio est, ne nimia debitorum inopia, propter quam creditores moventur, ad pactum partis debiti remissivum, ut potius aliquid habeant, quàm totum perdant, Creditoribus noceat; beneficiô enim quis adjuvari non decipi debet. *l. 17. § 3. ff. Commodat.* Nec obstat *l. intra. 41. ff. de pact.* Distinguendum 18
enim cum Baldo inter pactum gratuitum seu ex misericordiâ remissum. *l. 6. ff. de Cess. bonor.* & extortum; in primo potest repetitio quali modô cessare, in secundo verò non. Strach. *d. princip.* Dn. Mev. *ad prædict. art. fin. de concurs. Cred. n. 5. & seqq. vid. sup. lib. 1. c. 14. n. 30.*

Contractus, qui in negociationibus 19
potissimum cernuntur, sunt vel veri vel quasi. Veri, vel principales vel accessorii. Principales vel ipsorum mercatorum vel Institorum. *de quib. lib. 1. c. 8.* Utrique vel nominati vel innominati. Nominati vel re constant vel consensu; Qui re constant, sunt, 20
Mutuum Commodatum, Pignus, Depositum; Mutuum vel verum & proprium est, quod merè est gratuitum; vel improprium seu usurarium; quod fit, cùm sorti aliquid accedit. De singulis hisce Contractibus unam atque alteram quæstionem movebo. Primò autem de Mutuo propriè sic dicto, pòst de usuris agam.

21 Primò, Vulgaris est quæstio. An mutuum sit, si Titius eosdem nummos, quibus posteà non indiget, mercatori mutuanti restituat? De jure Civili regulariter hoc negatur *per l.2. ff. si cert. pet.* in quâ dicitur, mutuum damus, recepturi non eandem speciem, sed idem genus. *l.1. §.1. ff. de Obl. & Act. princ. Inst. quib. mod. re contrah.* In
22 curiâ tamen mercatorum & mutuum dicitur, si eadem species reddatur, *gloss. in d.l.2. si cert. pet.* quia hîc magis attenditur principale propositum, quàm id, quod posteà ex accidenti fit. *l. si procuratorem. 8. in pr. ff. Mandat. l. si tantum. 12. ff. ad SC. Macedon.* Franc. Card. Mantic. *de tacit. & ambig. convent. lib. 8. tit. 4. part. 1. n. 6. & seqq.* Dn. Ortholph. Fohmann. Sen. p.m. *Synops. Jur. Instit. disp. 20. thes. 1. lit. E.* Dn. Arumæ. *Exerc. Justin. 12. θ. 9.* Dn. Ungepaur. *exerc. Justin. 10. q. 5.* olim in Academ. Jenensi Antecessores celeberrimi & amici mei dum viverent honorandi.

23 Secundò. Cùm mutuum demus, idem genus, quod datum est recepturi. *l.2. in pr. ff. de reb. cred.* pecunia verò & frumentum diversi sint generis. *l.1. ff. de contrah. emt. l.1. ff. de rei permut.* cumque Creditori invito aliud pro alio solvi non possit. *l.2. §. 1. ff. de reb. Cred.* Trentacinq. *de solut. resolut. 36. fol. 194.* dubitandum non esset, quin mercator, qui frumentum debet, æstimationem & pecuniam invito Creditori solvere non posset. *d. l.2.* Borcholt. *part. 1. disp. 2. de reb. Cred. propos. 6.* videmus tamen hoc interdum ex justâ ratione, præsertim inter mercatores, fieri posse. *Novell. 4.*
24 *cap. 3.* & ibi Rittershus. *arg. l. 71. § 3. ff. de legat. 1.* Pyrrh. Maur. *de solut. & Dd. comm. ad d. l.2. ff. de reb. cred.*

25 Tertiò. Certi juris est, quòd mutatio valoris pecuniæ creditæ, ad commodum vel incommodum debitoris spectet; secundùm enim eam bonitatem facienda solutio, cujus pecunia tempore contractûs fuit; quippe quia æstimatio ab initio statim substantiam capit, *l. usufructus. 26. ff. de stipul. servor. l. 41. §. testem. 4. de legat. 3.* Joh. Köppen. *decis. q. 2. n. 1. & 9.* Græva. *2. conclus. 73. consid. 2. in summar.* remissivè Georg. Schultz *de oblat. pecun. deb. cap. 4. n. 7. cum seqq.* Mynsing. *4. obs. 1. & Dd. Comm.* Quod tamen secus 26
obtinet in Curiâ mercatorum, ubi interdum nummi non secundùm valorem temporis, quô dati sunt, sed quô solvi debent, restituuntur. Brun. *tr. de monet. 8. limitat. 9.* Köppen. *d. l. n. 12.* quod nec eô casu, propter dubium eventum lucri vel damni futuri, usurarium dici potest, Aym. Cravett. *cons. 47. n. 2.* Carol. Molinæ. *de usur. n. 513.* & alii allegati à Joh. Köppen. *d. l. n. 13.*

Quartò, licet Bartol. Castrens. & Imola, plurimique alii magni nominis JCti, innixi *l. 2. ff. si cert. pet.* & alii, hujus sint opinionis, debitorem, qui nummos aureos mutuatus est, non posse Creditori invito æstimationem in aliâ monetâ reddere; hocque per expressum textum *in l. debitorem*, seu, ut rectius legit Gothofred. *Creditorem. 99. ff. de solut.* sanior tamen est eorum, qui hoc in curiis mercatorum fieri posse arbitrantur, opinio; cùm, quòd in nummis non corpus sed potestas. *arg. l. si is cui. 94. §. 1. ff. de solut. l. si pœnæ. 19. §. 2. ff. de condict. indeb. l. quod dicitur. 5. ff. de impens. in res dot. fact.* non materia, sed quantitas, non substantia, sed valor & æstimatio spectetur. *l.1. in fi.* ubi Gothofr. *de contrah. emt.* Donell. *ad l. 3. n. 10. ff. de reb. cred.* Hotom. *illustr. q. 15. n. 90.* Fachin. *lib. 2. controv. cap. 49.* Hinc est, quod etiam aurei, æris appellatione contineantur. *l. 159. de V.S.* Senec. *lib. 5. de benefic. c. 14. Æs alienum*, inquit, *debere dicitur & qui aureos debet, & qui corium formâ publicâ percussum*, quale apud Lacedæmonios fuit, quod usum numeratæ pecuniæ præstat. Concludo igitur, debitorem mercatorem, quamcunque monetam, ex quâcunque materiâ solvere posse, dummodò eandem quantitatem & valorem solvat, nec ex eâ solutione Creditor damnũ patiatur. *d. l. 99. ff. de solut.* vid. Sigism. Scacc. *tract. de Commerc. & Camb. §. 2. gloss. 5. n. 102. cum seqq. p. 349. cum seqq.* Etiamsi mu- 27
tuans, ut debitor remutuet, de jure

commu-

communi presumatur propter vitium usurarum illicitè contrahere, quando ultra sortem lucrum sentit. *gl.c.si fœneraveris.14. q.3.* Panorm. *c.consuluit. n. 8.* Felin. *in c. ad audientiam. 2.n.20. de Rescript.* Decius *l.rogasti. §.si tibi. n.5 si cert.pet.* Joh. Koppen. *decis.q.23.n.1.& 2.*

28 Inter mercatores tamen hodiè tales conventiones creberrimæ sunt; quotidiè enim mutuas sibi invicem pecunias & operas præstant eâ ratione, ut posteà eandem vel majorem quantitatem recipiant. Kopp.*d. l. n.1. & 3.* vid.*& artic.2. tit.1. lib.3. Statut. Lub.* Conficiendæ tamen pecuniæ negotium sejunctum est ab ipso contractu mutui. Hartm. Pistor. *lib.3. quæst.3. num.23. & 60. & ibi sparsim.*

29 Quamvis mutuum, suâ naturâ, de Jure Civili sit gratuitum, & à fœnore distinguatur. *l.si tibi.17 ff.de pact.l.Granius.71 §.ult. ff. de fidejuss.* juxta illud Plauti *in Asinar.Act.1.scen.3. v.95.* Si mutuas non potero, certum est sumam fœnore. Et Albinovanus ad Liviam:

Vita data est utenda, data est sine fœnore nobis
Mutua, nec certâ persoluenda die.

Nam ultra illud, quod datum est, non contrahitur mutuum, etiamsi sit promissum. *l.rogasti.11.§.1. ff. de reb. cred.* Nider. *de contract. mercat. c.3. num.14.* quia tunc in locationem conductionem degenerat. P. Gregor. Tholos. *de usur. lib.1. cap.3. n.8.* Gail.*2. obs.7. vers.2.*

30 Nihil tamen usitatius mercatoribus, quàm pro pecunia mutuò data usuras accipere. (Quomodo autem & quibus casibus in mutuo licitè ultra sortem quid recipi possit, vid. latè & eleg. ap. Sigism. Scacc. *de Commerc. §.1. q.1.*

31 *n.398. cum mult. seqq.*) Unde mercator plurium negotiorum, si mutuò det pecuniam, in ea negociatione, pro qua mutuavit, cæteris præfertur. Mynf. *decad.1. consil.9. n.21. & seqq.* Ludov. Rom.*singular. Dd.575.per text. in l.Procuratoris. 5. §. si plures.15. ff. de tribut. act.* ubi ratio redditur, cùm jus nostrum contrarium teneat. Raph. Cuman. *Cons.172. vid. nos supr. hoc lib. 2. cap.2. num.16.*

Mercatorem igitur conscientiosiorem latere non debet, usuras neq; civili, neq; naturali, neq; Canonicô, neq; divinô jure ἁπλῶς & indistinctè esse prohibitas; sed potiùs pro secundario usu licitas. Nider.*de Contract. Mercator. c.3.n.15.* & hoc propter Interesse. Hug. Grot.*lib.2.de J.B.& P.c.12.§.20. cum seqq.* & Salmas.*de fœn. trapezitico & de usur.* 32

NON JURE CIVILI. Nam primùm ipsis LegibusXII.tabb.usura, quamvis levissima, constituta est, Cornel. Tacit. 6. *Annal.* confirmante; *qui sanctum esse* ait, *ne quis unciariô fœnore amplius exerceat.* Deinde, rogatione Tribunitiâ, ad semuncium redacta est, ut ex T. Livio.*1. decad.7. inf.* & A. Gellio.*16. Noct. Attic.* patet; posteà multis LL.& Plebiscitis ampliata; & ad Centesimam, (quæ aliàs legitima dicitur. *l.si promutua.8.C. si cert.pet.*) permissa. Tandem æquissimô fine, & modestissimâ ratione, temperata est constitutione Justiniani *in l. eos. C.de usur.* Plura de his vid. apud Christoph. von Hagen *de usu usurarum cap.5. per tot.* 33

NON JURE NATURALI; quia, si certum quæstum facere potuisti pecuniâ, quam mutuò das, aut ea propter damnum incurris, non est iniqvum ejus rationem haberi, cùm nemo alteri suô detrimentô benignè facere cogatur. *l. 1. §. item ajunt. ff. de aqu.pluv.arc.* Neq; verò officio dilectionis & juri naturæ contrarium est, sic alium juvare, ut te serves indemnem, & officium tuum tibi sit damnosum. *l.sed si quis.7. ff. Testam.quemadm aper.l.sancimus.25.C.de Admin.tut.* Coler.*de process execut.part.1. c.10.n.54. & seqq.* nec ipse quidem Doctor Gentium Paulus vult, sic nos aliis commodare, ut nobis sit afflictio. *2.Corinth.8. vers.13.* adde Wesembec.*tr. de usur. n.7. & 8.* eleganter Christ. von Hagen *d.l. c.3.per tot.* 34

NON JURE CANONICO; Nam hôc jure ea tantùm usuræ damnantur, quæ modum à LL. præscriptum excedunt. Vid. eleg. Molinæ.*tr.de usur.n.515. & 518.& fusè* Dn. Christoph. von Hagen/*d.tr.de usu usur.c.4.* 35

NON DENIQ; JURE DIVINO. Sacræ enim literæ eatenus saltem usuras prohibent, quatenus da- 36

mnô afficiunt proximum, & contra charitatem sunt Christianam; quod probant textûs & verba ipsa Hebraica נשך Neschech & Tharbeth, vel Marbeth, quæ significant morsum, de quib. vid. eleg. differentem Christoph. von Hagen *d.tr. cap.2. per tot.* nos infr. *hoc tract. lib.4.c.4.* & Herbrand. cum Gerh. *in casib. Consc.* Lud. Dunth. *cap.10. sect.2. q.42. & seq.*

37 Ex dictis patet, usuram aliam licitam esse, aliam illicitam. De hac mihi nullus erit sermo. Illam divido in Terrestrem & Nauticam.

Terrestres usuras quod attinet, patet ex *l. eos qui 26. §. super usurarum. C.*
38 *de usur.* Quòd, dum omnes alii ultra trientem & semissem locô usurarum petere haud possint, solos Mercatores præ cæteris hôc privilegiô ab Impp. frui, ut duplicatas possint exigere usuras, videlicet bessales; quæ quolibet annô VIII. in Centum producunt. *d.l. eos.* Cothm. *cons.52. n.277. & seqq vol.2. per plur. alleg.* Cui adde Carpz. *in Jurispr. For. part.2. Constit.30. defin.2.* ubi eas non putat esse improbas. Et Modestin. Pistor. *vol.1. cons.47. n.9.* ex Guil. Bont. *de usur.* asserit, Mercatorem solitum lucrari, non committere usuram, stipulando DECEM pro CENTUM; addens hæc verba Germanica: **Weil dießfals Handelsleute im Rechten mehr Vortheil haben/als andere.** Apud Hollandos quàm
39 pridem concessum esse aliis quidem octo nummos in Centum, mercatoribus autem 12. pro usu annali exigere testatur H. Grot, *lib.2. de jur. bell. ac pac. c.12. §.22.* Si quidem verè stant intra compensationem ejus, quod abest, aut abesse potest. Grot. *d.l.* His add. Cl. Salmas. *de fœn. trapez. pag. 40. 567. 741. 748.* Hasce mercatorum usuras singulares produxit Justinianus Novell. *136. c.4.* eò, ut, quamvis hæ in stipulationem deductæ non sint, tamen ipsò jure deberentur; quod in aliis contrà observari scribunt Fr. Hotom. *per l. in stipulatione 31. ff. de usur.* & Carol. Molinæ. *de Com-*
40 *merc. & usur. n.125. & 503. Qui* enim, ut Imp. d. Nov. loquitur, *omnibus indigentibus opem ferre parati sunt, hos uti & per ejusmodi minutas usuras injuriã perpeti justum non fuerit.* Dissentire videtur Christinæ. *vol.1. decis. Belgic.293. num.3.* Hoc in tantum verum est, ut justus 41 mercator, si desinat negociari, vel alii non negocianti hoc nomen fœneratorium cedat, cessionarius non possit amplius, nisi semisses usuras exigere. Molin. *d.l. n.60. & 61.* Quia, cessante personâ vel causâ privilegii, cessat privilegium. *l. privilegia. ff. de Reg. jur.* & succedit prohibitio juris communis in *d.l. eos*, ibi: *Cæteros autem homines dimidiam tantummodò.* Imò potest mer- 42 cator capere besses, etiam ab Illustri & tamen illustris, non potest capere ultra trientes etiam à mercatore, *d.l. eos.* & ibi Molinæ. *n.54.* D. Lutherus harum 43 usurarum in *d. l. eos.* moderationem approbat, his verbis: **Kan diese Mäßigung des Keysers zu Abwendung des alten harten schweren wucherlichen Lasters dienen/ so wil ich gerne mit stimmen und helffen tragen vor GOtt/ sonderlich wo es ein Nothwucher oder barmhertziger Wucher wehre/ Dann es ist jetzt die Zeit nicht/daß man mit fünff oder sechs Gülden auffs hundert Reichthum gewinnen kan.** *Tom.7. Jenens. sub tit.* **Vermahnung an die Pfarrer/ vom Wucher zu predigen** *fol. 405.* Et quòd in Regionibus, in quibus sunt 44 frequentiora commercia, graviores usuræ dandæ, & mercatoribus solvendæ sint, statuit Ernest. Cothm. *Cons.52. n.143. vol.2.* per Carol. Molin. *d.l. n.127.* Petr. à Well. *tr. de usur.* in explicat. *l. 29. §. hodie. ff. de usur.* Joh. Köpp. *decis. q.23. n.4. & 7. 8.* Claud. Salm. *de mod. usur. cap.5.* Quamvis hîc Lubecæ in 45 Judicio contradictorio ultra semisses, seu 6. in Centum; haud peti possint, in causis Cambiorum ita decisum in Senatu Lub. *12. Junii Anno 1658.* in causa. H. Porten. Nicolai Severin. & Joh. à Deules. vid. Molinæum *de usur. n.54.* 2. Licet regulariter, de Jure Civili, in 46 actionibus bonæ fidei actor à tempore moræ, Interesse quidem damni emergentis, sed non lucri cessantis petere possit; cùm alter de damno vitando, alter verò de lucro cessante certet; quemadmodum id in judiciis, præser-

tim

tim in Camera, non considerari, multis
47 præjudiciis confirmat Gail. *2.obs.6.* Fallit tamen hoc in mercatoribus negotiari solitis, qui non tantùm mutuantes pecuniam destinatam ad negotiandum, sed & in omnibus contractibus tàm bonæ fidei, quàm stricti juris, tàm de jure Civili, quàm Canonicò rectè possunt exigere æstimationem lucri cessantis, idque propter retardatam solutionem sortis principalis. Vid. *Constit. Electoral. Augusti* 30. wie das Interesse post moram zu erkennen / Anton. di Gamma. *decis. Lusitan. 110. n.3.* Gail. *d. obs. 6. n.3. cum allegg.* Dd. Ant. Gabr. *lib.3. sentent. tit. de solut. & liberat. conclus. 19. n.1.* Tiber. Decian. *Resp. 2. n.203. vol.1. & resp.76. n.6. vol.4.* & hanc communem Doctorum opinionem firmiter statuit Cacheran. *decis. Pedem 143.* subdens, ita Senatum judicâsse. Rot. Genov. *decis.1. n.43. decis.19. n.10. decis.30. n.9.* & aliis pluribus. Hieron. Magon. *decis. Florent. 32. n.5.* ubi multis relatis autoritatibus, & *decis. 103. n.8.* ubi de jure Canon. hoc probat. Vincent. Caroc. *tr. de Locat. rubr. de nat. Locat. tit.3. n.2.* Carol. Molinæ. *de Commerc. & usur. n.30. & seqq.* Farinac. *decis. Rom. 892. n.2.* Decius *cons. 441. n.13. 14.* & præ cæteris elegantissimè Fr. Pfeil *Cent.1. cons.60. ubi ita n.5.* Mercatoribus seu negociatoribus in hoc quasi præcipuè succurrunt jura, quod lucrum illis ex debitorum cunctatione decedens pro damno reputatur, ut post Dn. Mevium, *lib.3. tit.1. art.2. num.7. Statut. Lubec.* & Cravett. *cons. 470. n.7. & 8.* in juribus proximè citatis & aliis plerisque locis traditur à Dd.
48 Estque hujus prærogativæ ratio non obscura. Quia cùm vehendis iis, quæ ad vitæ usum pertinent, inserviant Reipub. nec habeant præterea quæ ex negociationis operâ percipiunt unde vivant, grave admodum detrimentum est, & damni emergentis instar, eos lucrô seu potius mercede operarum suarum destitui, & honestam negociationem tueri non posse. Quod secus est in iis, qui agros fertiles aliaq; id genus bona possident, ex quorum fructibus vitam inter homines pro sua venditione traducere queant; nec operam pecuniasque suas in pertractandis mercibus collocare soliti sunt.

Imò, debentur mercatoribus usuræ 49
pro pecuniis, pro quibus aliàs non debentur. Rot. Genov. *decis. 185. n. fin.* &, ad exemplum piscatoris *in l. jactum. ff. de act. emt. V.* possunt vendere Interesse quod pecuniâ sperant. Ludov. Molinæ. *disp. 315. n.12.* & noviss. Casp. Klock. *de Contribut. c.19. n.516.* Rot. Genov. *dec. 194. & dec. 150.* Debet tamen mercator, 50
prætendens hoc interesse & damnum emergens, illud probare veris probationibus. *d. Const. Elect. August. 30.* Borgnin. Cavalcan. *p.3. decis.26. n.35.* Gail. *d. obs.6. n.4. & seqq.* & quod præ manibus habuerit, quibus fuisset tantum lucratus. Castrens. *in l.3. §. nunc de officio n.3. ff. de eo quod cert. loc.* Paul. Christinæ. *decis. Belgic. 106. vol.3.* Rot. Genov. *decis. 202. n. 4.* Ant. di Gamm. *d. decis. Lusit. 100. n. 20.* Bernh. Grævæ. *lib.2. pract. concl.6. n.9.* Sigism. Scacc. *de Commerc. & Camb. §.1. q. 7. part.2. ampl.8. n.221. cum seqq. & n. 244. cum seqq.* Quod si à parte petentis sal- 51
tem semiplenè probetur, locus est juramento suppletorio, quod judex actori deferre cogitur. Vid. Coler. *de process. execut. p.1. c.10. n.139. & seq.* Mascard. *de prob. concl. 933. n. 8. & seqq.* Rot. Genov. *210. decis. & decis. 206.*

Tertiò. Et hoc singulare in usuris 52
mercatorum erit annotandum: usuras de jure Civili, quando excedunt sortem, non amplius peti, nec usuras usurarum exigi posse, *per l. si non sortem. 26. §.1. ff. de condict. indeb. l. fin. C. de usur. l. improbum.* ubi gl. & Dd. *C. ex quib. cau. irrog. infam.* Cothm. *cons.22. n.28. & 30. vol. 4. & eod. vol. cons.38. n.7. & 17.* adeò, ut quamvis promissæ sint, non tamen exigi, imò & exactas atq; solutas rectè condici posse, *d. l. si non sortem. in pr. ff. de Condict. indeb.* quod pluribus probat Matth. Wesembec. *cons.72. n.6. cum seqq. & per tot.* cùm accessio accessionis esse non possit. *l. un. C. de sentent. quæ pro eo quod interest.* nec commodum commodi, *l.2. §. si indemnitas. ff. de Administr. rer. ad civ. pertin.* Unde ex usuris usuras velut

prodigiosam superfœtationem odio habet Christ. JCtus Carol. Molinæ. *de*
53 *commerc. & usur. n. 506.* Possunt tamen sæpenumerò mercatores usuras in sortem redigere, & totius summæ usuras stipulari, Decis. Genov. *28. n. 15. usq; ad fin. per l. qui negociat. 57. §. ex duob. ff. de admin. tut.* Quem Contractum Plutarchus ἐν ἑλληνικ. Παλιντοκίαν Cic. *5. ad Attic. 20.* Ἀνατοκίαν nuncupat. Nos vulgò ἀνατοκισμὸν vocamus. Sic Interesse Cambiorum potest converti in Capitale. Scacc. *de Camb. fol. 252. n. 1. 2.* Si enim liceat mihi Centum, usurarum nomine, à te accipere, eademq; vel aliâ tibi in novam sortem numerare, quidni liceat etiam ita convenire, ut centum, quæ mihi usurarum nomine debes, deinde ex mutuo apud te sint? Certè, quemadmodum, in priori specie, vera & realis numeratio mutuum facit; sic in posteriori casu BREVIS MANUS fictione mutuum conciliari posse dicit Ernest. Cothm. *cons. 18. n. 218. vol. 1.* vid. Dn. Christof. vom Hagen *d. tr. de usur. c. 5. n. 728. & seqq.* & Dn. Mev. *tr. de levamin. inop. debit. c. 4. n. 27. & seqq.* Et hoc usurarum duplum ALTERUM TANTUM à practicis vocatur. Calvin. in Lexic. Dn. Georg. Gerdes. *in disp. inaug.*
54 *de An. 1647.* Hocq; significatu ALTERUM TANTUM nihil aliud est, quàm ad sortem mutuò datam talis tantave accessio, qualis quantave est sors principalis. Jo. Ammann. *de Alter. tanto posit. 4.* Cùm enim in mutuo ita sit comparatũ, ut usura, quoad materiam conveniat cum sorte, Hotom. *de usur. c. 2.* nec accessio alterius generis, quàm cujus est sors, propriè loquendo sit usura, sed aliquid datum vel promissum locô usuræ. *l. 14. 17. C. de usur.* Ideò ratione qualitatis dixi consentire alterum tantum cum sorte principali. Quantitatis autem ratione illud cum sorte reciprocari, vocabula ipsa innuunt. Statim enim, datô aliquô accessionis causâ suprà tantundem, non est amplius alterum, sed incipit TERTIUM TANTUM, ut ita loquar. Quemadmodum nec infra exæquationem simpli vel sortis Principalis dici potest tantum, cùm nec dum quantitatem attigerit, nec sit tantum, quantum est sors ipsa. Inde liquet, cujus sit farinæ opinio Bartoli, Baldi, Castrensis, aliorumque, existimantium, QUANDO IN JURE DICITUR, USURAS NON DEBERE EXCEDERE DUPLUM, INTELLIGI DE UNIUS ANNI USURIS: nimirùm eâ nihil absurdius, ut refert Fachinæ. *10. controv. 68.* Non enim tàm brevi temporis spatiô fieri potest, nisi à crudeli Creditore, ut tantum, usurarum nomine (unicô putâ annô) exigatur, quantum sors ipsa debita valeat, nec alterum tantum vel duplum considerari, si minore adhuc summâ, nec pari cum sorte quantitate consistat. Declaratur hinc controversia, in hac materia principem ferè locum tenens: An alteri tanto 55
insit simplum? Et quamvis Budæus *ad l. 10. C. de Usur.* voluerit, in duplo hoc usurarum non inesse simplum, & sic posse usuras currere usque ad duplum sortis, sorte non computatâ. Molinæ. *tr. de usur. n. 47.* Hoc tamen non esset, usuris modum præscribere vel metam dupli, sed tripli. Rectius itaque censebitur cum Molinæ. *d. l.* Borcholt. *c. fin. de usur. num. 19.* alteri tanto inesse simplum, adeòque cum duplo usurarum non exigi adhuc ipsam sortem. *per l. 10. C. de usur. & Nov. 121.* Alterum enim tantum duo con- 56
stituit simpla, unum sortis, alterum usurarum, uti etiam illud elucescit ex pronunciandi more ac verbis: **Daß die versessene Zinsen höher nicht / als die liquidirte Hauptsumma anzurechnen seyn.** Vid. Molinæ. *d. l.* & Amm. *d. l. pos. 9. cum seqq.* Num verò usuræ, 57
particulatim solutæ, ultra sortem excurrere, atque sic alterum tantum superare possint? non adeò expeditum est. Id primâ fronte dicendum videtur ob *d. l. 10. num. 8.* Cujac. *ad Nov. 121.* Rittersh. *p. Nov. 3. cap. 9.* Hodiè igitur usuræ minutim & diversô tempore solutæ, in duplum conferuntur, ac statim post exæquationem deberi desinunt. *d. Nov. 121. c. 2. & Nov. 138.* Rationem vid. ap. Molin. *d. l. n. 46.* Hæc tamen assertio, quòd usuræ ultra alterum

rum tantum peti & exigi non possint, fallit 1. si usuræ à mercatoribus non tanquam usuræ, sed tanquam INTERESSE petuntur. Matth. Berlich. *part. 2. concl. pract. 38. n. 37. usq. ad fin.* Quoniam iniquum esset, quòd debitor alienâ pecuniâ uteretur, & exinde lucrum perciperet, Creditor autem intereà eâ careret vel damnum sentiret *l. 5. C. de action. Emt.* Petr. Surd. *cons. 302. num. 5. vol. 3.* Interesse autem hoc restringitur Lubecæ regulariter ad V. pro Centum: & ita decisum in curia Lubec. 21. Junii. Anno 1656. vid. Dn. Mev. *ad art. 2. de Mutuo Stat. Lub. num. 14. & seqq.*

58

59 Deinde fallit, si lis super sorte & usuris esset contestata, vel debitor in jus vocatus solutionem remoretur, ut interim pecuniâ utatur; quia tunc usuræ currere non desinunt, quamvis sortem lite pendente æquaverint. Berlich. *d. conclus. n. 37. per l. lite contestatâ 35. ff. de usur.* Zanger. *de Except. p. 3. c. 25. n. 35. & 38.* Ern. Cothm. *Cons. 52. n. 262. vol. 2.* Natt. *Consil. 450. n. 14. & seq. lib. 2.* Ruin. *Cons. 103. vol. 1. n. 4.* Quæ observantia inter mercatores potissimè attendenda est, Petr. Santern. Lusitan. *in tr. de sponsion. mercat. part. 3. n. 8.* Rot. Genov. *decis. 78. n. fin.* In facti itaque specie, quâ reus moram commiserat, ac fuerat temerarius litigator, lite insuper motâ super sorte & usuris, ac contestatâ, sententia in Scabinatu Jenensi, mense Majô, Anno 1625. contra alterum tantum hôc modô lata: Dawieder beklagter sich mit dem altero tanto, daß die Zinsen das Capital erreichen/ gestalten Sachen nach/ nicht zu behelffen. V. R. W. Ita etiam modò laudatos Scabinos Jenenses 4. Octobr. Anno 1610. & Lipsienses, 18. Augusti eòdem annô pronunciasse refert Berlich. *d. Conclus. 38. n. 37. & decis. aur. 30. num. 7. cum seqq.* Notandum autem circa ALTERIUS TANTI moderamen id obtinere, quod morbus in Pomerania & Megapoli rebus multoties judicatis invaluit, ut solutæ usuræ in illius computationem non veniant, solvendæ autem non adjudicentur ultra sortis quantitatem, nisi debitor, ut dixi, in mora fuit ex judiciali seu extrajudiciali interpellatione constitutus, Dn. Mev. *tr. de levamin. inop. debit. c. 4. sect. 6. n. 36.*

Tertiò deniq; fallit in annuis pensionibus, censibus & reditibus. Hi nanque tamdiu ultra duplum vel alterum tantum currere possunt, quamdiu sors penes debitorem remanet, & ita Justinianum constituisse *Novell. 160.* ait Pacius *ad d. l. 10. C. de Usur. n. 10.* cum habeant aliam à formali usura naturam. *d. Nov. 160.* Et redituum emtiones, ut & contractus censuales, Jurisdicher Zins- oder Gültkauffe/ sint liciti per se, & non usurarii, etiamsi de novo constituantur *Extrav. commun. tit. de Emt. & vend. cap. 1. & 2.* Pius V. *lib. 7. Decret. tit. de form. contr. ib. Cens.* R. A. zu Augspurg Anno 1500. tit. von wucherl. Contract. §. dieweil aber. R. A. zu Augsp. An. 1530. Eod. tit. von wucherl. contr. §. und nach dem. R. A. zu Augsp. de Anno 1548. tit. eod. § und nach dem. Policey Ordn. zu Franckfurth de Anno 1577. tit. eod. 17. §. und nach dem. ubi de annuis reditibus hoc unicum Juris nostri Statutarii Singulare & à Jure communi discrepans notandum, quô illorum sicut & aliarum realium præstationum nomine, veluti decimarum, censuum, canonis emphyteutici tacita saltem hypotheca competit, non tamen cum speciali privilegio. *l. 1. ff. in quibus causis pign. l. lex vectigali 31. ff. de pign. l. 15. ff. qui pot. in pign.* Sed nostrô unius anni reditus ob commerciorum promotionem, privilegium habet ante omnes Creditores, *art. 11. de Concurs. Cred. lib. 3. tit. 1. Stat. Lub.* Ubi notandum Jure Saxo. aliter provisum. De illo enim nihil ex usuris quicquam solvitur, antequam omnibus Creditoribus de sorte satisfactum sit. Ordin. Torg. de An. 1583. von Wucher §. jedoch wann eines Schuldeners Zang. *de Except. p. 3. cap. 24. n. 47. & seqq.* Plura 61 de hac materia vid. ap. Gail. *2. obs. 7. per tot.* Dn. Mevium, *ad art. 8. & 9. tit. 6. art. 5. tit. 5. art. 1. tit. 7. & art. 12. & 13. tit. 8. lib. 3. item art. 2. tit. 10. lib. 1. Statut. Lubec.* Ernest. Cothm. *vol. 2. cons. 52. n. 70.*

60

n.70. cum seqq. & Petr. Frid. Mindan. *tract. de mandat. Judic. lib.2. cap.73. n.21.* Ex cujus sententia, quam sequitur Cothm. *d. l. n.259.* hodiernis moribus usuras tàm diu præstari debere quamdiu durare mutuum reperitur. Johan. Köppen. *decis. q.23. n.4. & seqq.* ubi quodnam in annuis reditibus verum sit pretium vide. Quod tamen in terris Saxonicis non observari adstruit Berlich. *decis.30. n.6.* quibus adde Christof. von Hagen *de usur. c.7.* Et hæc de usura mercatorum terrestri pro in-
62 stituto sufficiant. Accedo nunc paucis ad Nauticum fœnus; quod aliô nomine dicitur usura maritima à Paulo *in l.6. ff. de naut. fœn.* & pecunia trajectitia; quæ duplex: Propria, & impropria seu Terrestris. Propria est, quæ trans mare, periculô creditoris vehitur. *l.1. ff. de naut. fœn.* Sichard. *ad tit. C. eod.* hôc pactô mutuò data, ut, salvâ nave, cum fœnore reddatur, naufragiô autem factô, & sors & spes lucri Creditori pereat. *d. l. ubi* Gothofred. & Duaren. *de nautic. fœn. cap.1.*

63 Cùm itaque in hoc fœnore, contra naturam mutui, mercator Creditor, pretium periculi in se suscipiat, æqvum visum est, centesimas seu XII. in centum ipsi usuras concedere. §. *Item is cui. Instit. quib. mod. re contrah.* eleg. Francisc. Duar. *ad hunc tit. ff. de naut. fœn.* Vid. Loccen. de jur. maritim. *lib.2. cap.6. §.5. & 6.* ubi de quantitate hujus fœnoris.

64 Quòd autem hoc justissimum sit fœnus, non liquet tantùm ex multitudine & magnitudine periculorum, quæ versantur in mari, & propter exiguitatem & utilitatem pretii, videlicet Centesimæ, respectu tantorum periculorum sortis; sed & ex eo, quia centesima non currit, nisi quamdiu durat navigationis & negociationis marinæ periculum. *l. nihil interest. 4. ff. de naut. fœn. & l.1.2. C. eod.* Molinæ. *de usur. q.3. n.91.* Navigatio autem ut plurimùm inter mercatores non excedit sex menses, & sæpè non excedit mensem, vel octo aut tres dies. Et sic, pro suscepto semestri periculo Creditor non habet, nisi 6. in centum, & pro uno mense unum tantùm in centum, quæ est valdè modica summa. Carol. Molinæ. *de usur. d. n.91. cum seqq.* qui pluribus hæc demonstrat. Cui adde nuper. tract. Joh. Loccen. *de Jure marit. d. lib.2. c.6. §.3.5.6.*

Trajectitia pecunia impropria quo- 65
que est, quando, ad similitudinem fœnoris trajectitii proprii, circa navigationem ex pacto vel contractu pecunia datur; nam & tunc centesimas usuras mercatori licet accipere. *l.5. ff. de naut. fœn.* Habent enim usuræ ma- 66
ritimæ & hæc singularia pro fœnore terreno, sive terrestri pecunia (de qua Cujac. *ar. C. de naut. fœn.* Borcholt. *tr. de usur. cap.2. n.11.* Christof. von Hagen *de usu usurar. cap.1. n.17.*) ut illæ etiam ex nudo pacto debeantur in mutuo, & exigi possint, *d. l.5. §.1. ff. de naut. fœn.* cui adsentitur Paul. *in l.7. ff. Eod.* cùm aliàs citra stipulationis vinculum, in mutuo peti usuræ ex pacto nequeant *l.3. C. de usur.* prout supr. dictum est. Vid. Duaren. *d. tit.* ubi tria hujus generis singularia enumerat. Licet itaque contrahentibus mercatoribus prout majus aut minus apparet maris periculum, majores aut minores usuras stipulari ac promittere, ut notat Cl. Salmas. *cap 9. de mod. usurar. p.380.* ubi & temporis navigandi, & locorum, ad quæ navigatio dirigitur, habenda ratio, ita tamen ut omnis usurariæ fraudis prætextus, qui subesse potest, excludatur. Molinæ. *de usur. q.3. n.94.*

Huic usuræ maritimæ valdè similis 67
est. 1. ASSECURATIONIS SPONSIO, quæ cum innominatis potius, quàm nominatis contractibus à plerisque annumeratur, prout supr. *n.13. huj. cap.* innuimus, eam suô locô, *infr. cap.12. huj. lib.* reservabimus. De stipulatione navis & sponsione wetten vid. Stypm. *p.4. Jur. naut. cap.6.* 2. Assimi- 68
latur huic materiæ singulare fœnus nauticum mercatorum nostrorum, quod indigetatur BODMERIA, vulgò auff Bodmerey nehmen/ oder außzahlen. Cl.

Cl. Salmaſ. *de fœn. Trapez. p.95.* quo ſub ſpe majoris lucri certa pecuniæ ſumma perſolvitur navis patrono, hôc pactô, ut ſalvâ navi tantum cum fœnore reddatur, relictô intereà ſibi hypothecæ locô navigii fundô, quô perditô, &
69 Capitale interit. De modo cautionis hujus fœnoris vid. Loccen. *d. c. §.7.* De quo plenè Dn. Stypm. *de jur. naut. p.4.c.5.* Interim nos brevitatis ergò quæ Statuta Hamburgenſium de hoc habent contractu, apponemus. Ita enim *tit.18. part.2. Stat. Hamb.* von Bodmerey.

Artic.1. Es ſol kein Schiffer / an dem Orte/
70 da die Rehdere und Schiffsfreunde geſeſſen/und gegenwertig ſeynd/mehr Geld auff Bodmerey nehmen / als auff ſeyn eigen Part / ſo er im Schiff hat / Wer aber in dieſem Fall dem Schiffer mehr auff Bodmerey außthut / als ſeyn Part ſich erſtrecket/ der mag ſich an des Schiffers Perſon und Güter allein erholen / und ſeynd die andern Schiffs-Rehdere darzu zu antworten nicht ſchuldig. Concord. *art.55.* der Henſ. Schiffs Ord. vid. Loccen. *d. lib.2. cap.6. §.8.*

2 Nimmet ein Schiffer bey den Rehde-
71 ren und Schiffesfreunden/ nach Inhalt des vorgeſetzten Articuls/ oder auch ſonſten auſſerhalb Landes/ Geld auff Bodmerey / ſo ſoll allewege der Jenige/ welcher die åltiſte Pfandverſchreibunge beweißlich einzuwenden hat/ præferiret und vorgezogen werden /

3 Im Fall aber ein Schiffer auſſerhalb
72 Landes/ ſeyn Schiff höher mit Bodmerey beſchweren würde / als das Schiff / die Fracht / und Schiffs Gerechtſchaff ſich erſtrecket und werth wehre / ſeynd die Schiffsfreunde darzu zu antworten nicht ſchuldig / ſondern es mögen die Jenigen/ ſo das Geld auff Bodmerey ausgethan / bey den Schiffern / und deſſen Güter/ nach Inhalt der Verſchreibung/ ſich ihres Rechtens ferner erholen.

4 Würde einiger Schiffer vorſetzlich /
73 ohne vorhergehende Noth in frembden Landen / das Schiff mit unziemlichen Bodmereyen beſchweren/ derſelbige ſoll / wann er allhier wiederumb anlanget/vor einen unehrlichen Mann gehalten/ auch in dieſer Stadt und deren Gebiete nicht geduldet werden /

Thäte jemand einem Schiffer Geld 5
auff Bodmerey / und das Schiff würde 74
genommen / alſo daß der Schiffer deſſelbigen Schiffes/nach angewanten müglichen Fleiß nicht könte wiederumb mächtig werden / So ſoll der Schiffer ſolch Part/welches er verbödemet / es ſey das gantze Schiff / oder ein Theil deſſelbigen / dem Jenigen/ ſo das Geld auff Bodmerey außgethan / transportiren und überweiſen / Im Fall aber beweiſet werden könte / daß der Schiffer ohne dringende Noth / das Schiff / oder ein Part / höher mit Bodmerey beſchweret hätte / als das Schiff / oder ein Part / wann es zu beſtimter Hafe glücklich angelanget / nach erfahrner Schiffleute unparteilicher Erkäntnüß/ ſambt der verdienten Fracht werth geweſen wehre / ſo ſoll gegen den Schiffer / wie in vorgehenden Articuln geordnet / verfahren werden / und der / oder die Jenigen / ſo das Geld außgethan / nicht deſto weniger auß ſeinen Gütern ſich ihres Nachſtandes zu erholen befuget ſeyn / vid. Loccen. *d. c.6. §.9.*

Von Bodmerey Geld iſt man nicht 6
ſchuldig eine Haverey zubezahlen / Quid 75
autem ſit Haferey vid. *infr. lib.3. c.4.*

Es mag ein Schiffer/ſo gebodmet hat/ 76
ſeine Reiſe wol kürtzen / aber ohne Conſens und Vorwiſſen des Jenigen/ ſo ihm Geld auff Bodmerey gethan/ nicht verlängern.

Notandum tamen hîc, Magiſtrum 77
navis, ſumtô fœnore nauticô, tunc carinam in regione peregrinâ (nam in loco ubi degunt Exercitores, nauta carinam hypothecæ dare pro lubitu non poteſt *art. fin.* Hänſiſcher Schiff-Ordn.) obligare poſſe, ſyn Schip mit Bodmery belaſten/ ſi (ut *artic. ſup. 4. Statut. Hamburg.* indicavimus) hoc exigat navis & mercium conſervatio, neque fide exercitorum pecuniam ſibi collybô parare queat, Geld auff Wexel auff ſeine Rehdere kriegen; nec bona habeat in navi, quibus venditis periculum averti posſit, minori cum detrimento exercitorum, quàm per BODMERIAM *d. art. ult. naut. vet. Civit. Hanſ.*

sed junge omninò *art.19.* Ordinant. up assecurant. *& art.12.* Placaet van Schip: en Coopluid. Impress. Amstelr. Item *art.35.41.69.70. leg. naut.Wisbu.*
78 Et hôc casu, quod singulare & mirū est, Gaet der jüngsten Bodmerie Brieff vor anderegelyke Brieffen/ i.e. novissimum pecuniæ nauticæ instrumentum præfertur aliis similibus, si concurrant plures, qui instrumenta nautici fœnoris diversi temporis habeant; ratio, quoniam per illam postremam pecuniam factum est, ut navis ex portu abi-
79 erit. Quòd si diversi Creditores pecuniam nauticam dederint, non nautæ, sed mercatori, sub obligatione mercium, quibus navem oneravit; inter illos nullum jus est prælationis, ratione temporis; sed omnes habentur pares & simul concurrunt. Ita Amstelod. in Camera foenoris nautici ser-
80 vatur. Vinn. ad Peck. *LL.p.95.* Aliud Instrumentum est, quod apud Hollandos appellatur den Bylbrieff/ nos *sup. hoc lib. c.5.n. 22* nempe Instrumentum pecuniæ creditæ in navem exstruendam & instruendam; Ende sulcken Brieff gaet voor Bodemerie-brieff. Unde fit, ut Creditores, qui pecuniam dant op Bodmerie/ sæpè incidant in damnum, teweten alser een Bielbrieff is/ quod creditorem tempore pecuniæ creditæ latebat. Arnold. Vinn. *ad l.non autem.ff. de Exerc. act. lit.a.p.95.* Plura de hoc nautico fœnore vid. ap. Carol. Molinæ. *de Commerc. & Usur. n. 93.*
81 cum seqq. De Jure nautico Wisbuensi *art.35.41.69.70.* ut & Hollandorum observantia cavetur; Een Schipper/ synde buiten Landes in noot van gelde/ ende keen Bodmerie können finden/ mag verkoopen de ingeladene goeden/ ende is schüldig deselve goederen an den Koopmante betaelen binnen 14. dagen na syn Ankunfft/ sülckes als de goederen gegolden souden hebben ter plaetse/ dar deselue hem geschicket weren/ mits doende deselve vergoedung geniet den Schipper fracht ock van den Goedern/ de by hem alsò verkocht syn. Doch/ hadde den Schipper goeden Wind verlegen/ ende was hy dardoor in so danige Noth gekomen/ offt hadde hy des Koopmans Goederen verkocht büiten noot/ so soude hy an den Koopmann gehouden syn in alle Schade ende Winst derving/ daerdoor synde verorsaket. H. Grot. *introd. ad Jurispr. Batav. p.20. n.15.* Het Schip auersi vermogen sy niet te verkoopen nogte Geld opthonemen aen dese syde den Zees Hugo Grot. *d. lib. part. 23. num. 4.* Quando navis foenore nauticô obligata sit periculô Creditoris, quando non, vid. Loccen. *de jur. mar. lib. 2. c. 6.§.9.* Quæ poena pecuniæ trajectitiæ sit ex mora. *d.l.§.10.* Quando usuræ solùm ordinariæ & communes, non foenus nauticum hîc peti possit? Locc. *d.l.§. 11.* Exemplum rei judicatæ de nautico fœnore in Suecia vid. ap. Loccen. *d.c. 6.§.12.* Colophonis locô notandum, 82
quòd Pollux nauticum fœnus duorum generum ponat; heteroplum & amphoteroplum. Heteroplum est, cùm commeatûs tantùm periculum fœnerator suscepit. Amphoteroplum cùm remeatûs quoque; veluti si negociator Venetiis pecuniam acciperet reddendam Brugis, hoc genus negociationis quod utriusque periculô fit, à Græcis dicitur ἀμφοτερόπλουν, idque mutuum vocabatur δάνειον ναυτικὸν, usus est Demosthenes, *in orat. adversus Dionysiodorum.* Nam sciendum est, Creditorem nauticum interdum periculum suscipere in omne navigationis tempus vel in certum portum. Ideò Græcis duo pecuniarum nauticarum genera hæc ἑτερόπλοια & ἀμφοτερόπλοια. i.e. ut dixi in quibus solus abitus nō reditus, alius in quibus utriusq; periculum suscipitur. vid. *l. qui Romæ 122. §. Callimachus 1. ff. de V. obl. & ibi* Gothofred. *lit. P.* & alios quibus adde. Stipm. *de jur. naut. lib.4. c.2. num.34. & seqq.* Plura vid. ap. Loccen. *d. l. de jur. marit. lib.2. cap.6. n.7.* & Fr. Stypman de Jure Nautico *d.p.4. cap.2. & 5.* ex professo hanc materiam prolixius tractantem.

Post Contractum Mutui sequitur COMMODATUM, in quo primô locô hoc singulare observandum, quòd, quamvis de Jure communi obtineat, ut

83 ut rei commodatæ dominium & possessio penès commodantem remaneat *l. rei commodatæ, 8. ff. commod.* Et rei vindicatio contra quemvis detentatorem competat. *l. officium. 9. ff. de rei vind. l. un C. de alien jud. mut. causa. l. fin. §. 1. C. de furt. & aliis textibus.* In
84 foro tamen mercatorum & imprimis hisce in oris, contrarium sit receptum, nempe domino commodanti, contra eum, qui rem commodatam à commodatario venditam, donatam, oppignoratam, aut alia ex causa alienatam accepit, non competere rei vindicationem, sed saltem adversus commodatarium integram esse commodati actionem. *art. 1. & 2. tit. 2. lib. 3. Statut.*
85 *Lubec.* Quæ juris dispositio etsi quibusdam JCtis Saxonicis, & inter hos Carpzovio *in Jurispr. for. Rom. Sax. part. 2. Constit. 26. def. 5. n. 4.* displiceat, eâ præsertim ex causa, quòd commodatum nihil ultra commodantis intentionem operari debeat, quâ noluit transferre dominium; idcircò etiam, eô jure neglectô, observantiam fori Saxonici aliud introduxisse asserat. Certum tamen est, hisce, ut dixi, in Civitatibus maritimis hanc vigere observantiam; quæ non modò ipsô jure & quotidianis præjudiciis, sed & ratione
86 approbatur. Prospectum enim hâc in re est commerciorum securitati, cui Lubecensis Jurisprudentia, contra merum jus laxè opitulatur, quia nempe ad summam Reipub. cui leges conduntur, pertineat. Si enim adversus quoscunque superesset rei vindicatio, timida & incerta semper foret mercium acceptio, & inquisitio originis multas pareret difficultates. **Dann Hand muß Hand wahren/ und wo einer seinen Glauben gelassen/ da muß er ihn wiederumb suchen.** *d. art. 1. & 2. in fin. ibiq.* Dn. Mev. Sola itaque ob commerciorum conservationem habita Fides, & non translatio dominii, ut quidam putant, hujus Statuti singula-
87 ris est causa. Sed quid si Commodatariô aut aliô, cujus fidem quis secutus, non existente solvendo, in subsidium repetitio adversus possessorem, in quem res alienata est, supersit? vid. Dn. Mev. *ad prædict. art. 2. n. 31. & seq* qui & hôc casu possessoris conditionem meliorem esse asserit, quod & in praxi observatur. Verùm, sicut in Jure Civili o- 88
mnis definitio periculosa. *l. omnis. 203. ff. de Reg. Jur.* ita & hæc cum grano salis intelligenda. Nam etsi quidem hoc axioma **Hand muß Hand wahren.** prædictis locis generaliter loquatur; non tamen generalem ubique admittit intellectum. Rectè itaque Dn. Steinvvigius *ad hunc art.* putat, pertinere saltem hunc Canonem ad Commodatum, neque extra hoc ad locationem-conductionem, aut depositum, tanquam exorbitans à jure communi, extendi posse; quam sententiam confirmavit Senatus noster An. 1646. 22. April. & Anno 1647. 17. Martii. Quomodo autem in merce aliena oppignorata procedat hic Canon? vid. infra *cap. 9. n. 14. huj. libr.*

Secundò, in foro mercatorum juris 89
& observantiæ est, ut mercator, qui utendam navim alienam accepit, exactam diligentiam ei custodiendæ præstare teneatur; nec satis est, ut aliàs in commodato juris, tantam diligentiam adhibuisse, quantam suis rebus adhibere solitus est, si alius eam diligentius poterat custodire. *arg. §. 2. Inst. de Commod.* Quod de navi dictum, idem de Scaphâ accipiendum est; non minor enim diligentia in eo quod sequitur rem commodatam, quàm in ipsa re principali præstanda est. *l. 5. §. 9. ff. Commod.*

Tertiò, Inter Mercatores quæstio- 90
nis est, num casus fortuiti in re quacunque naviganti commodatâ, sint præstandi? Sanè jure Romanô nô præstantur, cùm illis resisti nequeat *l. 18. ff. Commod.* Ubi naufragium & piratarum incursus etiam inter istos casus referuntur, & quæ sine culpâ alicujus accidunt, à nemine præstantur *l. 23. in f. de Reg. Jur.* Si verò alicujus culpâ is casus intervenerit, ex eo tenetur, E.g. Si alicui mercatori quædã pocula argentea quis ideò utẽda dederit, quòd is amicos ad cœnã vel nuptias se domi invi-

invitaturum diceret, & ea peregrè secum portaverit, & naufragiô vel prædonum incursu perdiderit, sine ulla dubitatione hunc casum præstare debet. §. 2. *Instit. quib. mod. re contrah.* Quamvis jure Suecanô *c.20.§.2.de jure ædif. LL. Civit.* ex casu fortuito, etiam extra culpam alicujus dato commodans teneri videatur; cùm verba legis generaliter & indefinitè loquantur, & commodantis utilitatem respicere videantur.

91 Quartò. Si quis mercator in naufragio simul res suas & alienas sibi commodatas aut commendatas servare nequit, an res suas præferet alienis? Quamvis hunc casum alii aliter decidant. vid. Pac. *de Contract. lib 3. c. ult. n. 48.* Affelmann. *Colleg. Contract. disp. 4. th. 23.* tamen hæc mihi simplicior, & æquitati, quæ in causis mercatorum attendenda, convenientior decisio videtur, ut, cũ posset quis res alienas salvas facere, suas prætulerit, etiam ex hoc damno fatali teneatur. *l. 5. §. 4. ff. Commod.* Non enim minorem salvâ fide alienis rebus quàm suis diligentiam „præstabit. *l. 32. Depos.* Si verò suas & alienas res naufragiô vel aliô casu amiserit mercator, ad restitutionem vel rerũ„ alienarum æstimationem præstandam„ non tenebitur; prout inter alia etiam„ jure Suecicô obtinet, *jur. mercat. LL. Suecic. Civ. c. 9. LL. prov.* Si verò partem aliquam rerum propriarum naufragiô liberârit, alienam verò perdiderit, quid tunc statuendum erit? De hoc præmemoratæ LL. Goticæ ita ex æquitate, *lib. 5. tit. 5.* decidunt: Si partem ali-„ quam de rebus propriis liberâsse co-„ gnoscetur, illi, cujus res secum habue-„ rat, juxta modum perditæ rei vel libe-„ ratæ restituat, qualem judex ratione„ deductâ æstimaverit portionem. Si„ autem sua omnia perdidit, cum libe-„ raret aliena, & de liberatis & de perdi-„ tis rebus similis ratio deducatur, ut„ partem arbitriô judicantis, qui libera-„ vit, accipiat. Justum est enim in simili„ casu, ut ille damnum non solus excipi-„ at, qui se gravibus objecit periculis, &„ dum aliena minora conatur liberare„ sua majora perdidisse cognoscitur.„ Plura de Commodato Navis. vid. ap. 92
Fr. Stypman. de *jure naut. p. 4. Cap. 3. per tot.*

Caput IX.

De

Contractibus Pignoris, Depositi, Emptionis Venditionis, eorumque singularibus.

Summaria.

1. *Pignus de jure Civili sine Judicis authoritate contrahitur.*
2. *Jure Saxo. nemo Immobilia sine judicis loci consensu oppignorare potest.*
3. *Mercatores in foro Saxon. sine authoritate magistratûs bona Immobilia alienare possunt.*
4. *Commerciorum facilitas suasit hanc oppignorationem Immobilium.*
5. *Declaratio Statutorum quomodo extendatur.*
6. *Mercatores Immobilia sua oppignorant, si inter se contrahant. Secus si cum aliis.*
7. *Causa impulsiva, cur Mercatorum oppignorationes non fiant publicè in judicio, est, ne facultates manifestentur, & Fides labefactetur.*
8. *De Jure Lubecensi immobilium oppignoratio indistinctè fit authoritate publicâ.*
9. *An Merces Mercatorum in domum conductam invecta, tacitè pignoris locô obligentur.*
10. *An sub tacita universali bonorum oppignoratione, contineantur merces mercatorum venales?*

11. Trans-

52. *Quid*

52. *Quid juris in Emptione, si merces traditæ emptori.*

53. *Quando dicitur venditor fidem de pretio habuisse? remissivè.*

54. *Emptori qui mox post rem traditam fallit, dominium ejus quæsitum non censetur, etiamsi de pretio fides illi habita sit, ideoq; venditor in ea reliquis Creditoribus præfertur.*

55. *Contra charitatem Christianam, in commercio circumvenire.*

56. *Mercatoribus in constituendo emptionis pretio semetipsos invicem circumvenire licet.*

57. *Hæc naturalis circumventio quibuslibet bonæ fidei contractibus accommodatur.*

58. *Explicatio vocis NATURALITER in l.16. §.4. ff. De Minoribus.*

59. *Conscientiis hominum imperari non potest.*

60. *Legi humanæ sufficit prohiberi, quæ destruunt hominum convictum.*

61. *An in foro conscientiæ videatur innocens, qui sciens prudens rem accipit viliori pretiô, aut vendit majori, quàm valet?*

62. *Justum lucrum Mercatoribus ob pericula & incommoda non est invidendum.*

63. *Mercatores regulam sibi præfixam habeant, Quod tibi non vis fieri, alteri ne feceris.*

64. *Contra Justitiam commutativam, carius justô pretiô vendere.*

65. *Non culpandi Mercatores, qui carius vendunt pecuniâ creditâ, quàm numeratâ.*

66. *Minus solvit, qui post tempus solvit.*

67. *Quando liceat Mercatori carius vendere, si solutio differatur.*

68. *L.2. C. de Rescind. vendit. an de solo venditore intelligenda?*

69. *In foro Mercatorum æquè Mercator emptor ultra dimidium læsus, restituitur, ac venditor.*

70. *Correlativorum eadem ratio, idemq; Jus.*

71. *De Jure Civili, emens de pecunia communi nomine propriô, facit rem suam.*

72. *Frater Mercantiam continuans, cùm aliquid lucratur, illud fratribus etiā communicare tenetur, etiamsi propriô nomine contraxerit.*

73. *Jure Communi res vitiosa vendita redhiberi potest.*

74. *In foro Mercatorum edictum redhibitionis non semper obtinet.*

75. *Hanseaticorum Mercatorum in Hispania hoc in passu privilegium.*

76. *De Jure Lubecensi quando vitium est patens, redhibitio locum non habet.*

77. *An Mercator frumentum advehens, teneatur indicare, alios esse, qui id ipsum facient, pro & contra disputatur.*

78. *Num Mercator rem furtivam bonâ fide emptam teneatur recognoscenti domino, non solutô pretiô restituere?*

79. *Bona fides tantundem præstat, quantum rei Veritas.*

80. *L.2. C. de Furtis negat in propositâ quæstione pretii restitutionem.*

81. *Idem negat Jus Canonicum.*

82. *Consentit Constitutio Criminalis Caroli V. cum communi Dd. opinione.*

83. *Similiter Jus Saxonicum & Lubecense.*

84. *Caroli Magni hac in quæstione cautela.*

85. *In Nundinis etiam cautè negociari oportet.*

86. *Ei, qui à Latronibus rem emit, & verò domino restituit, debetur pretium.*

87. *Æquitas hujus Juris.*

88. *Judæorum hoc in passu privilegium contrarium, bonis moribus repugnat, Et quid hoc in passu juris.*

89. *De Assignatione ad fideles manus, proxenetæ, nomine peregrini emptoris factâ* zu treuen Händen einem ins Stadtbuch ein *Immobile* zu schreiben lassen / *ejusq; origine.*

90. *Commerciorum necessitas suasit hunc alienandi modum.*

91. *Hamburgi hic assignandi & alienandi modus quare in usu?*

92. *Civium bona immobilia in extraneos transferre de Jure Communi prohibitum.*

93. *Idem*

93. *Idem obtinet de Statutis Lubecensibus & Rostochiensibus.*
94. *Similis Constitutio in Gallia.*
95. *Effectus hujus fideicommissariæ assignationis primus, Jus protimiseos.*
96. *Hujus Assignationis proprii adsunt libri publici.*
97. *Secundus Effectus Assignationis ad fideles manus, ne Reip. invitæ obtrudantur incolæ minus accepti.*
98. *Interest Reipublicæ, ne res subtrahantur Jurisdictioni & oneribus publicis.*

VIdimus suprà de MUTUO & COMMODATO, ejusque accessoriis USURIS. Seqvuntur PIGNUS & DEPOSITUM Mercatorum.
1 De illo, hoc primùm quæro: Cùm hodiè, contra jus commune (quô Pignus solô contrahentium consensu, sine Judicis autoritate, perfectè & efficaciter contrahitur. *l. 1. ff. de pact. l. 1. ff.*
2 *de pign. act.*) per provincias Saxoniæ, longissimô usu & consuetudine introductum sit, ut nemo sua bona immobilia, allodialia & emphyteutica &c. citra consensum domini aut judicis istius loci, sub quo illa sita sunt, oppignorare possit: eleg. Matth. Coler. *de process. exec. p. 1. c. 10. n. 194.* & aliis locis. Zobel. *p. 2. diff. 28. n. 12.* Landrecht.
3 *lib. 1. art. 8. in pr.* An hoc etiam inter mercatores receptum sit, ita ut illi sibi invicem extrajudicialiter non solùm mobilia, sed etiam immobilia oppignorare possint? Negativè quidem, mense Martiô Anno 1617. responderunt JCti Wittenbergenses, in quodam Rescripto, cujus verba finalia hæc: De rebus mobilibus alleine zuverstehen/ und auff die Immobilia nicht zu extendiren ist. Contrarium tamen cum Berlichio videtur verius 1. per textum generalem in Edicto Elect. Joann. Georgii die 1. Febr. Anno 1614. §. 5. versu: Alleine Kauffleute/ubi dicitur, Und solches / zum fünfften/ ohne Unterschied der Summen / ob sie hoch oder gering/ auch der Personen / so sie mit einander contrahiren/ alleine Kauffleute außgenommen/ wann sie mit einander handeln/ die/ gestalten Sachen nach/ an diese Ordnung (quâ sc. cautum, ne bona immobilia sine consensu magistratûs oppignorentur) damit den Commerciis ihr starcker Lauff gelassen / nicht verbunden. Ut igitur mercatoribus præ reliquis quædam prærogativa indulgeatur, nec verba illa, Alleine Kauffleute / otiosè & sine effectu ponantur, necessariò sequitur, quòd dicta verba, Alleine Kauffleute/etiã ad bona immobilia extendantur. 2. Quia 4
ratio & causa illa impulsiva, ob quam mercatoribus cessiones vel oppignorationes extrajudiciales permittuntur, ne sc. commercia impediantur, est universalis, & obtinet tàm in immobilibus quàm mobilibus; universaliter igitur & generaliter est intelligenda; tùm 3. quia in tribus præcedentibus *§§. dicti Edicti* disponitur non tantùm de mobilibus, sed etiam immobilibus; quibus deinde statim in *dicto §.* und solches zum fünfften/ quædam declaratio præcedentium & exceptio de mercatoribus subjicitur. Notum autem 5
est, si in Constitutione certa quædam capita exprimantur, & posteà quædam declaratio & restrictio subjiciatur, quòd hæc subjecta declaratio non ad proximè præcedens caput, sed ad omnia & singula præcedentia referatur, ut notabiliter dicit post gl. *in c. de multa 28. X. de præbend & dignit.* Panormit. *ibid. col 5.* Damhoud. *in prax. crim. c. 61. n. 15. 16.* Sciendum autem est, quòd mer- 6
catores prædictâ prærogativâ tùm demùm gaudeant, si inter se contrahant, & sibi hypothecas constituant; *text. expr. in d. Edict.* ibi: uñ untersich handeln. Si verò cum aliis, qui mercatores non sunt, contrahant, & sibi ab illis hypothecas fieri velint, tunc secus est, & ejusmodi cessiones extrajudiciales & conventionales hypothecæ, mercatoribus Creditoribus constitutæ, non valent. *d. Edict. §.* und solches zum fünfften/ vers. da sie aber mit andern/ die keine Kauffleute seynd. Sed quid si debitor quidem est mercator, Creditor verò

 non

non item, an & tunc oppignorationes judicialiter fieri debeant? Quod negandum; quia & hoc in casu licet ex parte debitoris saltem sit mercator, ratio Edicti sibi locum vindicat, ne scil. commerciis parata via obstruatur. Ubi autem eadem ratio, ibi idem jus. *l. illud.32. ff. ad L. Aquil. l. à Titio.108. ff. de*
7 *V. O.* Maximè cùm potentior & principalior causa seu ratio, cur cessiones & oppignorationes ejusmodi judicialiter fieri non debeant, consistant in debitore, ne ejus facultates manifestentur, fides labefactetur, & via commerciis obstruatur. Sed ubi duæ causæ concurrunt & requiruntur ad perfectionem unius actûs, quarum una est potentior alterâ, tunc potentior inspici debet. Böer. *decis. 273. num. 5. vers. tum, quando enim ad perfectionem,*
8 *& seq.* Secus tamen obtinet de jure Statutario Lubecensi *art. 1. lib. 3. tit. 4. de pignor. & hyp.* his verbis: **Will jemand seine liegende Gründe und stehende Erbe versetzen oder verpfänden / der soll es thun vor dem Rathe / so ist es kräfftig und beständig.** A cujus Statuti observatione nec mercatores sunt exemti. Dn. Mev. *ad h. artic. n. 10.*

9 Secundò, in hoc pignoris contractu singulari quæritur, An merces mercatorum, in domum conductam invectæ, tacitè pignoris locô pro pensione sint obligatæ? Mihi nihil obstare videtur, quominus hoc contra tenorem *ll. 2. 3. 4. 6.* generatim *ff. in quib. cau. pign. vel hyp contrah.* de Jur. Civ. negem, *per l. 32. ff. de pign. & hypoth. & l. 32. §. 2 ff. de Usufr. legat.* vid. supr. *cap. 2. num. 2. huj. lib.* An nautæ pro servitio in navi competat tacita hypotheca? Vid. Strach. *de Nav. part 5. summ. 7.*

10 Tertium, hoc in contractu, singulare est, quòd, cùm regulariter sub tacita universali bonorum oppignoratione, comprehendantur omnes res mobiles & immobiles, *l. 1. C. quæ res pign. vel hyp. dat. obl. non poss.* Sub tali tamen oppignoratione non contineri res venales; quemadmodum hæc suprà *cap. 2. hujus lib. n. 2. & seqq. fusius deduximus.*

Quartò. Notandum hoc singulare de Jure Lubecensi, quòd translatione navis oppignoratæ ad alia loca, immutetur pignoris conditio. *art. 6. de pignor.* contra regulam Juris: Id quod nostrum est, sine facto nostro nobis auferri non debere. *l. quod nostrum. ff. de R. J.* 11

Quintum singulare in materia pignoris de Jure Lubec. est; quòd cùm de jure communi pignus ab alio acceptum repignorare liceat. *l. fin. ff. de usur. l. ex nominis. C. de hereditar. act. l. 1. & t. t. C. de pign. pignor.* non modò ut Speculator *in tit. de pignor. §. 1. vers. sed cùm pignus*, sensit, tertiâ saltem vice, sed vel millies. Negusant. *de pignor. p. 2. memb. 3. n. 20.* De Statutis tamen patriis hoc, sub pœnâ judicio solvendâ, vetatur; odiô fortè & præcautione tricarum, quæ ex istis repignorationibus oriuntur. *art. 10. de pignor.* ibiq; D. Mev. *n. 4.* vid. Loccen. *de jur. maritim. lib 3. c. 3. §. fin.* & Fr. Stypm. *de jur. naut. p. 4. c. 5.* ubi imprimis de pignore navis & Conventione **Boddemerey.** 12 13

Sextum singulare in Pignoris contractu est. Quòd licet de Jure Civili rei alienæ, in qua debitor nullum Jus habet, oppignoratio non valeat, *l. 1. §. 1. ff. de Pignorib.* Secus tamen obtineat in foro Mercatorum de Statutis Lubecensibus, quib', si quis Mercator bonâ fide merces sibi pignoratas à non domino accipiens possideat, is juramentô præstitô contra omnes impeditiones securus erit, nisi merces furti vitiô affectæ sint. *art. 9. de Pignorib. lib. 2 tit. 4.* idq; ob securitatem comerciorum, & possessionis certitudinem, cui nostra Jurisprudentia ob utilitatem publicã in multis providè consulit. Bona fides enim hîc tantundem præstat quàm veritas. *l. bona fides. 136. ff. de R. J.* Et possessio juncta titulo fortior est nudô titulô. *l. sive autem. 9. §. si duob. 4. ff. de Publ. act.* Barbos. *in l. alienam. 11. num. 45. ff. sol. matrim.* Limitatur tamen hæc regula Juris singularis, Si Oppignoranti Mercatori seu Factori in merce transmissa & oppignorata 14

gnorata saltem, pro certa mercede aut provisione nudum ministerium à Principali concessum sit, sine potestate utendi fruendi (qualis in Commodato concessa *art.1.& 2.de Commod. Stat. Lub.* & deposito licet irregulari. verbis **Wann einem Waaren vertrauet sein Bestes zu wissen mit Verkauffen und allerhand** Contracte *art. fin. de depos. dict. Stat. Lub.*) Quô casu merces alienæ tanquam extra limites concessionis & Mandati alienatæ pignori dari non possunt, sed in iis oppignorandis contra fidem datam, quæ inter Mercatores exuberare debet, furtum committitur, ad exemplum aurigæ, cui res pro certo pretio transferenda datur, *art. 7. tit.1. lib.4. de Furt. & artic. 17. de Locat. cond. Statut. Lub.* Dn. Mev. *ad art.2. de Commod. Stat. Lub. n.20. 27. & seqq.*

Alia singularia circa pignora navium nuper congesserunt ut dixi Francisc. Stypm. *d.l.* & Locc. *de jur. mar. lib. 3. cap.3. ut:*

15 1. De navis oppignoratione pro debito, ejusque privilegio. *§.1. d. c.3.*

16 2. Num in pignore silvæ etiam materia navis comprehendatur? §.2.

17 3. Magistrum navis jus tacitæ hypothecæ in bonis vectorum pro naulo & contributione habere. *§.4.*

18 Num Creditor, impetu aquarum pignus amittens, jus crediti amittat? §.5.

19 Cur conducta navis possit relocari alii, non verò pignori obligari? §.7.

20 De Repressaliis seu pignorationibus navium vid. Loccen. *d. lib.3. c.4.* §.9.

21 Jam de DEPOSITO pauca monebo. Notum est de Jure Civili propriè dici depositum, quando pecunia deponitur & recipitur gratis, ut species, sed simplicis custodiæ causa, non datâ facultate utendi aut abalienandi. *l.1 ff. depos. l.7. C. eod.* Gomez. *var. resol.*

22 *tom.2. c.6. n.2.* nihilominus tamen cernimus, & quotidiè experimur in curia mercatorum, contra substantialia & naturalia hujus contractûs, & hoc dici Depositum, quando pecunia non solùm datur ad numerum, sed etiam ut depositario eâ, sub mercede usûs, & quæstu certô uti liceat. Hujus rei exemplum in sequenti habemus hypothesi; quam ex Carolo Molinæo hîc non displicet apponere.

Quidam mercator, magnum & honestum quæstum faciens, egens in eam rem promtis 6000. aureis, in proximis nundinis misit schedulam ad quendã Trapezitam seu mensarium, German. **Banckierer** / rogans pro se ac quodam hac in re associato provisionem, (id est, hôc locô, auxilium) sibi fieri in proximis nundinis de 6000. aureis solatis in depositum pro duabus nundinis (h. e. ad utendum semestre) ita, ut hoc depositum non constet pro illis duabus nundinis ultra $4\frac{1}{4}$, vel $4\frac{1}{3}$, vel ad summum non ultra $4\frac{1}{2}$ pro illis duabus nundinis. 23

24 De hoc singulari mercatorum depositο, & apud Antvverpienses recepto ita Ludov. Guicciard. *in descript. Antwerp. p.m.229.* Depositum hodiè,„ vocant isti, turpitudinem rerum ho-„ nestô tegentes vocabulô, cùm quis al-„ teri tradit certam pecuniæ summam,„ ad aliquod tempus utendam; idq; pre-„ tiô sive usurâ quâdam certâ præfinita-„ que, verbi gratiâ, juxta permissionem,„ Caroli V. Imperatoris confirmatam,„ deinde à filio ejus Philippo Rege duo-„ denorum in centena annô exactô per-„ solvendorum; quam quidem usuram,„ potius quàm depositum iidem Princi-„ pes mercatoribus permiserunt diffici-„ limis Reipub. temporibus; quò videli-„ cet gravioribus obviam irent incom-„ modis. Sed & tempus & experientia,„ ne quid dicam de antiquis exemplis, e-„ videnter satis ostendunt, hanc usuram,„ quæ malitiâ quâdam humanâ plurifa-„ riã indies depravatur, & ad augetur, esse,„ admodùm gravem, & cùm tenuioris,„ fortunæ hominibus, tùm & ipsis com-„ merciis detrimentosam. Utilis quidem,„ foret in universum hæc ipsa contra-„ hendi ratio, si honesto alicui pretio,„ homines acquiescerent, putà fenorum,„ & unius quadrantis in Centena, vel a-„ liquantò etiam ampliori scil. octenorũ„ & unius trientis; quod permittere ferè,„ solet Cancellaria Brabantiæ; quia verò,„ pretiis istis non acquiescunt, & mode-„ stiæ limites sæpè transiliunt, fit, ut ne „

 goti-

„gotium istud depositariũ variis modis „incommodum, adeoq; etiam violen„tum reddant. Hucusq; Guicciard. ubi
25 pluribus in ipsum invehitur. Ex hoc itaq; casu apparet, quòd maximè mercatores depositum nominant, depositum tamen propriè non esse; imò, notissimos ejus egredi terminos *l.24.ff. depos.* cùm notoriè nec creditor egeat custodiâ alienâ pecuniæ suæ, nec det in custodiam, sed in usum quæstuarium: debitor verò non præstet officium depositi vel custodiæ, sed sibi utendum accipiat & paciscatur de mercede. Unde & in ejusmodi deposito irregulari contra naturam depositi admittitur compensatio, in foro mercatorũ. Rota Genu. *decis.34.n.9.* Pluribus de his qui erudiri cupit, consulat Molinæ. *d.tr. de*
26 *commerc.& usur.n.626.cum seqq.* An autem in hujusmodi deposito irregulari usurario locum habeant prærogativæ & privilegia, quæ aliàs verum habere solet depositum? vid. ap. Henn. Meurer. *de Præfer. Creditor. lib.2. tit.8. n.11.* Jul. Pac. *tr. de depos. n.87.* Molinæ. *d.l.* Mozz. *de depos. rubr. de divis. n.12. & col.3. n.10. & 19.* id affirmantes. Statutum verò Lub. *art.2. de depos.* contrarium adserit, & tale pro communi credito, seu potius pro mutuo habet, ibi: So ist das keine treue Hand/ sondern muß gemahnet werden als gemeine Schuld; nec id à jure communi alienum. Dn. Mev. *ad h. art.2. n.18. & seqq.* ratio, quia ejusmodi depositum non deponentis sed depositarii gratiâ contrahitur. *d. art. 2.*

27 Superiori quæstioni succedit nunc alia non minus utilis quàm in praxi sæpius occurrens altercatio. Deponit quis apud mercatorem quendam cistas diversis mercibus refertas; depositarius inopiâ & fortunæ injuriâ pressus, eas ipsas alteri pignoris locô tradidit, animô forsan evitandi damni, & pignus suô tempore ad priorem causam reducendi; hypothecarius debitoris diutinâ absentiâ & primi deponentis (utpote qui has cistas alteri oppignoratas haud ignoravit) negligentiâ motus, pignus suum judicialiter & legitimè distrahit. Q? Num primo deponenti adversus hypothecarium, ad restituendum depositũ oppignoratum justa competat rei vindicatio? Quamvis, in hoc casu, de jure communi pro deponẽte haud levis armaturæ rationes sese offerant.

Et quidem primò, quòd depositarius rei depositæ neq; dominus neq; possessor sit, imò ne minimum quidem juris in ea sibi adscribere possit. *l.17. §.1. ff. de pos. l.2. §.1. ff pro herede.* dum saltem simplicis custodiæ causâ, nullâ datâ facultate utendi, alienandi, aut oppignorandi fidei ejus committatur, ut paulò antè id probavimus *per l.1. ff. depos. & l.7. C. eod.* & nemo plus juris in alterũ transferre possit, quã ipse habuit. *l.54. l.120. de R.I.* 28

Secundò, quamvis expediti juris, furtum committi, cùm quis alienam rem invitô dominô contrectat, v.g. si creditor pignore, sive is, apud quem res deposita est, eâ re utatur. *§.6. Inst. de obl. quæ ex delict. nasc. l.67. l.76. ff. de furt. l.3. C. depos.* Et per consequens talis quoq; depositi uti rei furtivæ vindicationem, adversus quemvis possessorem, dominô nullô etiam restitutô pretiô competere *§.2. Instit. de usucap. l.2. C de furt. l.23. C. de R. vind.* nisi res furtô ablata functionem recipiat, vel bona fide consumta sit. Thom. Lindem. *exerc. Justin. disp.8. tit.1. th.ult. & ibid. allegat.* 29

Hisce tamen non obstantibus hypothecariorum causam in hoc casu potiorem aliquando, *ob. art.2.* verb. vertrauen judicatam fuisse, constat. Sic enim illud *art.2. tit.2. lib.3. Statut.* Ein jeglicher sehe wol zu/ weme er das Seine vertrauet. Dann würde es sich zutragen/ daß der Jenige/ dem es vertrauet/ dasselbe verkauffete/ versetzte/ oder sonsten alienirte, wil dann d[illegible]ußleiher das Gut wieder habẽ von dem/ welchem das außgeleihete Gut per contractum gebracht/ so muß er es selbst lösen/ sonst bleibet / der es gekauffet / oder per titulum bonum an sich gebracht/ näher darbey/ dañ der Jenige/ welcher das Gut vertrauet hat/ dann Hand muß Hand wahren / und wo jemand seinen Glauben gelassen/ da muß er ihn wiederumb suchen. vid. Mev. [illegible] *hunc. artic.* 30

Huic accedit 2. Natura depositi tàm de jure communi, quã statutario, quæ potissimũ in depositarii fide consistit, quam 31

quam circumspectè explorare deponenti incumbit; quia, qui negligenti aut minus fideli amico rem custodiendam tradit, non ei sed suæ facilitati id imputare debet. *d. art.2. tit.2. lib.3.* Land-Recht *lib.2. art.60. §.3. in f. Instit. quib. mod. re contrah. obl. d.l.1. Depos.l.1. §.5. ff. de obl. & act. vid. l.19. de R. J.* his
32 adde *l.8. C. depositi.* Quamvis contrarium in Senatu Lub. decisum, & hunc Canonem, utpote à jure communi exorbitantem, non ad depositum & locationem, sed commodatum, argumentô rubricæ *tit. de commod.* & consensu juris Saxonici saltem extendi recorder. vid. nos. sup. cap. *præced. 8. n.88.*

33 Ultimò tandem in foro mercatorum nostrorum Lubecensium & hoc dicitur depositum, **Wann jemand einem andern sein Gut / Kauffmanswaaren oder Geld / ohne einige Vorthel zu treuer Hand zuschickt / oder sonsten bey ihm läst / daran der Jenige / dem es vertrauet / weder Part noch Antheil hat. Nicht aber / wann einem Waaren / Gut / oder Geld vertrauet / damit sein Bestes zu wissen / mit Kauffen / Verkauffen / oder allerhand** Contract. *artic. fin. tit.3. lib.3. Stat. & argumentô l.24. depos.* notissimos enim hujus contractûs terminos egredi videtur, & ob id non gaudet privilegiis veri depositi. supr. hoc. cap. *n.25.* De deposito naufragii causâ privilegiato. vid. Loccen. *de jure marit. lib.3. cap.2. § 8.* Singulare depositi Lubecen-
34 sis in punctô prælationis Creditorum, vid. *supr. cap.2. num. fin. huj. lib.2.*

Hæc pro Instituto de Contractibus, qui re constant; pergimus nunc ad eos, qui consensu perficiuntur; & quidem primò ad Emtionem & venditionem.

35 Hîc statim in principio nobilis & in foro mercatorum frequens occurrit quæstio: Quando videlicet inter mercatores Emtio & Venditio sit perfecta, ita ut periculum spectet ad Emtorem?

Ad eam ita paucis respondemus, quòd quamvis I. in hoc Contractu consensuali, de jure communi statim, postquam de merce & pretio conventum, licet traditione nondum factâ, emtio & venditio sit perfecta, ita, ut periculum rei spectet ad emtorem. *l.7. 8. & t.t. ff. & C. de peric. & comm. rei vend.* quod & in alienatione navium ejusque partium cum evictione præstandâ venditarum, & postea naufragiô perditarum, obtinet ex decreto judicii Nautici Lubecensis de An.1661. vid. sup. hôc *lib. c.5. n.73.* idque ex ratione, quòd venditor sit speciei debitor, ac idcircò & speciei periculum etiam ad emtorem, cui debetur, spectet, *l.23. ubi Dd. de Verb. obl.* Secus tamen in 36
foro mercatorum, præsertim in rebus, quæ pondere, numerô & mensurâ constant, obtinet; in quibus non prius perfecta venditio, nec dominium translatum, ita ut efficax actio nascatur, quæ exceptione elidi possit, antequam res appensa, annumerata seu admensa fuerit, **ehe der Scheffel und die Wage darüber gegangen** *l.35. §.5. ff. de contrah. emt. & ibi Dd.* præ cæteris autem Alb. Gentil. *lib. Advoc. Hisp. cap.29. per tot.* Ratio, quòd tunc adhuc emtio generis esse videatur, (cujus interitus non liberat debitorem, *l. incendium. C. si cert. pet.*) non speciei; quæ hanc habet conditionem adjectam, ut, quantum appensum, adnumeratum & admensum fuerit, tantum sit emtum. *d. l.35. §.5. & l.2. C. d. t.* nam omne futurum, quod desideratur ad essentiam actûs, habet vim conditionis. Dd. *ad præd. l.35. §.5. & l.2. C. de peric. rei vend.* Wesemb. *in par. de contrah. emt. num.10.* Br. *cons.74. n. fin.* Decis. Rot. Genov. *13. n.25.* Seb. Med. *de casib. fort. p.2. q.10. n.93. & seqq.* Sic Lubecæ in venditione cerevisiæ, quæ forsan postea acescit, 37
aut deterior fit, non priùs periculum ad Emtorem pertinet, quàm Venditor probationis schedulâ, **mit der Rothprob Zettel** demonstravit, eam ipsam cerevisiam ab æstimatoribus publicis pro benè coctâ & bonâ habitam.

II. Etsi in Emptione & Venditione 38
Precium sit de substantia Contractûs *l.1. 2. 9. & aliis textibus ff. de contrah. empt.* Obtinet tamen in foro Mercatorum, ut si aliàs constet de re Empta

Ven-

Vendita consensisse Emptorem, quanquam de Precio non sit facta expressa mentio, tamen perfectum esse Contractum E. V. Joseph. Ludovis. *decis. Perus. 44.* Marta *inff. Jur. novissimo tom. 3. de Empt. V. c. 88.* E. G. Si dixero, tibi vendo, & tu fueris contentus, pro quanto erimus in concordia. Item, **Was es alldañ/ oder daselbst gelten/ oder der Preiß seyn wird**/ valebit Contractus, si sequatur concordia, ex tunc, non autem retro per *l. qui balneum ff. qui potior. in pign.* Fab. de Monte. *de Emt. V. quæst. princip. 5. n. 24. 25.* ubi notabiliter explicat. *n. 28.* Quod ubi Pretium
39 est incertum, semper à Judice est declarandum per. Bl. *in l. 1. C. de comm. serv. manumiss.* Eaque declaratio fit secundum qualitatem & valorem rei venditæ. Fab. de Mont. *d. l.* **Was dazumal Marckgang gewesen.**

40 III. Venditor quamvis de Jure Civili rem venditam statim & præcise emtori tradere teneatur. *l. ex emto. 11. §. 2. l. servus. 30. §. fin. ff. de act. emt. & vend. l. si ita. 25. §. 1. ff. de contr. emt.* Anton. Fab. *lib. 6. conject. c. 17.* Cujac. *ad Jul. Paul. lib. 5. recept. sentent. tit. 13. §. si id quod emtoris.* nec liberetur solvendo Interesse. Nob. & Consultiss. Dn. **Richter.** Antecessor Jenens. Ordi-
41 nar. Amicus noster. *decis. 97.* Mercator tamen, qui fidem de pretio non habet, vendens pretiô suas merces, & partem mercis retinens usque ad pretii solutionem, non peccat; nec tenetur restituere, antequàm ipsi integrum sit solutum pretium, per express. text. *in l. Julianus. 13. §. offerri. 8. ff. de act. emt. & vend. arg. l. 4. C. de usur. & l. 18. §. fin. ff. Commod.* Ludov. Molinæ. *tr. 2. de Commerc. disp. 351. n. 5.* Fr. Hotoman. *Illustr. quæst. 20.* & Gothofr. *ad d. l. 13. §. 8. lit. N. & O.* Quia, quicquid contrariô judiciô peti potest ab eo, qui directè convenitur, etiam retineri pot-
42 est. *d. l. 18. ff. Commod.* Retentio enim majorem in jure favorem habet, quàm acquisitio; cùm multa retineri possint, quæ acquiri nequeant, Joh. Sichard. *ad d. l. 4. C. de usur.* Dn. Marpurg. *Consil. 20. n. 77. vol. 1.* Surd. *consil. 4. n. 5. & decis. 5. n. 1.* Unde facilius mercatori creditori indultum, ut retineat quod habet, quàm ut consequatur, quod non habet. Phil. Matth. *ad l. 5. de R. J. n. 26. per l. 3. ff. de compens.* Omnis 43
enim retentio locum habet, si debitum sit liquidum, causa possessionis justa, & debitum rei retentæ cohærens. Gail. *2. obs. 12. n. 5. & seq.* Aliam exceptionem hujus reg. vid. *in art. 18. tit. 6. lib. 3. Statut. Lubec.* ibique Mev. distinguentem inter res imobiles & mobiles.

IV. Licet de jure Civili Emptor 44
præcisè nummos venditoris facere cogatur per *d. l. 11. §. 2. & l. 13. §. offerri. 8. ff. de Act. Emt.* Obtinet tamen in foro Mercatorum, ut Emptor possit opponere compensationem ejus, quod prius habere debebat, & per eam solvere pretium, & rem emptam consequi per text. *in l. si ex venditione. 7. C. de compensat.* Rot. Genov. *decis. 124. per tot.* prout singulari modô in foro mercatorum & in deposito interdum opponitur compensatio. Rot. Gen. *34. n. 9. vid. sup. h. c. n. 24.*

V. Nota res est jure civili, si una 45
eademque res duobus vel pluribus ab uno sit vendita, eum præferri in quæstione dominii, non cui prius vendita, sed cui prius tradita res fuerit. *l. si duobus. 6. ff. de divers. & tempor. præscr.* quæ lex explicatur à Cujac. *l. quoties. 15. C. de Rei vind.* ut gl. Bl. & Dd. Anthon. Gomez. *de Emt. n. 20. in pract. for. tit. 31. obs. 5.* Fallit tamen hoc in mercatore, 46
si primus rem emtam signô mercatoriô, quod vulgò Marcum dicunt, signaverit; tum enim præfertur secundo emtori, cui res tradita est, quia hæc signatura locô traditionis est, & per eam dominium in signantem transfertur. text. notab. in *l. quod sine q. § fin. ff. de peric. & commod. rei vend.* Jo. Sichard. *ad rubr. C. de peric. & comm. rei vend. n. 3.* Jas. *in d. l. quoties. n. 18.* Gail. 2. *obs. 55. n. 10. & obs. 118. n. 5.* Gabr. *de Emt. & V. Concl. 2. n. 47.* Menoch. *de præsumt. 3. præsumt. 64.* Vincent. de Anna. *alleg. 110.* Robert. Marant. *in spec. aur. p. 4. dist. 4. n. fin.* Signum enim mercatorum facit 47
rem eorum præsumi, quorum sunt signa-

signacula. Rot. Genov. *decis. 201. n. 2. & seqq. de quib. infr. lib. 3. c. 9. n. 69. & seqq. luculentius.* (Dissentire videtur cum Stracha Alb. Gentil. *lib. 2. Advoc. Hisp.*
48 *cap. 20.*) Et hoc ad exemplum curiæ Ecclesiasticæ, cui mercatorum comparatur. Speculat. *in tit. de compet. jud. adit. §. 1. vers. 28.* Decis. Rot. Gen. *171. n. 5.* Cardin. Tusc. *vol. 5. concl. 207. n. 3. cum*
49 *seqq. & concl. 208. n. 2.* In hoc quippe foro, si Ecclesiæ prius quid vendatur, & tradatur alteri, præfertur Ecclesia. *l. ult. C. de SS. Eccles.* Covarr. 2. *Resolut. 19.* Gail. *d. l. num. 9.* Idem in collatione beneficiorum Ecclesiasticorum. *c. tibi. de Rescript. in 6to.* & Gail. *d. l. n. 9.* Rittersh. *in differ. Jur. Civ. & Canon. lib. 3. c. 12.*

Utrum verò, si Emtor, antequam ipsi tradatur res emta, coactus sit bonis cedere, mercator venditor, præferatur reliquis creditoribus, in re vendita?
50 non incongruè hîc Q? Quod adfirmo 1. Quia venditor traditione nondum factâ, manet dominus, *l. 3. C. de his, qui à non Domino. l. 20. C. de pact.* imò ad traditionem usq; res commodô & periculô venditoris esse, contra communes legum textus notavit Theophrastus in loco qui apud Stobæum est, referente H. Grot. *lib. 2. de jur. bell. cap. 12. §. 15.* Unde & emtori, ante traditionem, nō competit rei vindicatio. *l. si ager. 50. ff. de rei vind.* quæ non datur nisi domi-
51 no. *l. 23. ff. eod.* Dominus autem rei præfertur in concursu Creditorum omnibus aliis habentibus actionem hypothecariam vel personalem. *l. 24. §. 2. ff. de reb. auth. jud. possid.* & ibi Gothofr. *& l. 5. §. 18. ff. de. Tribut. act.*

52 Quid autem juris, si res eô casu tradita est emtori? Disting. Andr. Gail. 2. *obs. 15.* inter fidem de pretio habitam & non habitam; quòd primô casu mercator vendens non præferatur cæteris. Secus verò, si fidem de pretio non habuerit; quia tunc meritò aliis omnibus
53 in re vendita præfertur. *d. l. n. 4.* Quando autem dicatur venditor fidem emtoris seqvutus, *vid. ap. eund. d. l. n. 6. & seq. & fusè* Bernh. Grævæ. *2. conclus.*
54 *pract. 15.* Fallit tamen in mercatore emptore mox decocturo. Dan. Moll. *lib. 4. Semestr. c. 28. n. 6. vid. nos sup. hoc lib. c. 2. n. 16.*

VI. Licet quidem secundum Hostiensem, Scotum, & alios, videatur 55
esse contra charitatem Christianam, & præceptum Apostoli, quô jubet, ne frater fratrem in commercio circumveniat, rem pluris quàm valet, vendere, & vilius emere, quod posteà carius vendas; Jure tamen permittitur 56
in constituendo emtionis pretio mercatores semetipsos naturaliter posse circumvenire. per *l. in causa. 16. §. Idem Pomponi 9. 4. ff. de minorib. l. idem si pretio. 22. §. ult. ff. Locat.* Carol. Molin. *tr. de Usur. q. 14. n. 170. & seqq.* Oldend. *cl. 4. act. 1.* Bachov. *disp. 28.* Treutl. *d. 2. lit. F.* qui hanc circumventionem quibus- 57
vis bonæ fidei contractibus accommodat, de quibus vid. *Instit.* Reifenb. *Consil. jur. cum Philos. activ. posit. 1. p. m. 47.* cum sequentibus, ita, ut venditor, quàm minimô pretiô potest, vendere, emtor quàm minimô potest, emere, permittatur *l. si voluntate. 8. in fin. C. de rescind. vend.* Quod tamen ita accipi 58
debet, si hæc circumventio NATURALITER, h. e. ex jure gentium, vel ut Hugo Grot. *lib. 2. de jur. bell. & Pac. cap. 13. in fin.* hoc verbum intelligit, ex recepto passim more fiat, omni dolô malô careat, & infra dimidium pretii justi fiet. *infr. h. cap. n. 70.* quæ idcircò industria negociativa dicitur. Jac. Marchisell. *recoll. lib. q. 16. n. 9. & 11.* fit enim ἐμπορικῶς, ut habet *Novell. 97. cap. 1.* vel ut vetus interpres reddit, negociativè, h. e. ut in negociis & commerciis fieri solet. Cujac. *ad d. Nov. in fin.* Bart. Muscul. *de success. convent. & anom. class. 1. membr. 3. n. 150.* Expediret sanè Reipub. 59
ita suos Cives instituere, ut nulla circumventio in illa sit: Verùm, propter morum perversitatem, & quia conscientiis hominum imperari non potest, hoc assequi legislatores non possunt. Unde Cicero, Non cum perfectis vivitur, & benè nobiscum agitur, si initia virtutum habeamus. Et nominatim de circumventione in pretio emtionis ita Thomas Aquinas (Doctor ille Angelicus, ut à Romanensibus appellatur)

tur) *q.77. art.1.* Et ideò lex humana
60 non potuit prohibere quicquid est contra virtutem, sed ei sufficit, ut prohibeat ea, quæ destruunt hominũ convictum, alia verò habeat quasi licita, non quia approbat, sed quia ea non pu-
61 nit. An autem in foro conscientiæ videatur innocens mercator, qui sciens prudens rem accipit viliori pretiô aut vendit majori quàm valet, vid. Dn. Nicol. Hunnii, Superintend. Lubec. **Unterricht und Erörterung der Frage; Wie weit ein gottseliger Handelsmann in Verkauff seiner Waaren mit gutem Gewissen steigen/ und wie viel er/ über seine Unkosten/ daruff schlagen könne?** *Insert. Decis. cas. conscient.* Ludovici Dunte. *c.10. sect.2. q.41.* Et Damhoud.
62 *de subhastat. cap.5. n. 26. & seqq.* Si enim Mercatores merces pluris aliis vendant, quàm emunt, non est reprehendendum, nisi modum excedant. Magni enim sumtus faciendi sunt negociatori, multa subeunda pericula, sive eques sive pedes iter faciat. Merces coëmtæ non rarò in itinere aut fluviis pereunt: jam huc jam illuc proficiscenti imbres & grandines sunt expectandæ; ut nihil dicam de labore emendi & vehendi domum, de periculo quod de latronibus ipsis eis impendet, item à servis, quorum operâ in conservandis, mutandis & transferendis mercibus utuntur. Merces magnâ pecuniâ emtæ, sæpè annis aliquot vendi non possunt; unde jacturam mer-
63 cator facit. Mercatores autem hi imprimis hanc regulam sibi præfixam habeant: QUOD TIBI NON VIS FIERI, ALTERI NE FECERIS. Ludov. Lavather. *Homil.119. in Ezech. cap.27.*

64 VII. Licet quoq; secundum Scholasticos Dd. videatur repugnare dilectioni proximi, & esse contra legem commutativæ Justitiæ, carius justô pretiô vendere, & ultra id ab emtore exigere. Nider. *de Contractib. mercat.*
65 *c.3.n.3.cum seqq.* jure tamen potest adseverari, nõ esse culpandos mercatores, qui homini experto cariùs vendunt, quàm simplici. Nider. *d.l. de contr. merc. Cap.2.n.14.* & qui in nundinis merces, quæ solent frequentius vendi, pecuniâ creditâ quàm numeratâ vendunt carius, pretiô ad certum diem solvendô, quàm si statim id numeraretur, in tantum, ut non ad restitutionem superflui teneantur. Ludov. Molinæ. *tr. de Commerc. disp. 357.* quia pretium magis potest augeri si solutio differatur, cùm minus solvat, qui post tem- 66
pus solvit. Fr Cardin. Mantic. *de tac. & ambig. conv. lib.4. tit.20. n.46.47.* Cephal. *lib.4. Cons.569. n.23.* Et maximum Reip. commodum esse, ubi ita ad certum diem à mercatoribus fides de pretio habetur, dicit Didac. Covarr. *tom. 2. var. resol. lib.2. cap.3. n.6.* Hoc ipsum est quod annotârunt Salycet. *in auth. ad hæc. n.9. & 11. C. de usur.* Dec. *Cons.111. col.3.* Permittitur autem hoc merca- 67
toribus, ubi adest dubium an res ipsa, tempore solutionis sit plus vel minus valitura, nec venditor erat ante tempus solutionis, quô plus accipere potuit, venditurus: his enim duobus contingentibus licita est hæc venditio carior. text. celebris *in capit. naviganti.19. & capit. in Civit.6. X. de usur.* ubi Did. Covarr. *d. cap.3. n.6. & 7.* quò lectorem remitto.

VIII. Quanquam famosissima *l.2.* 68
C. de resc. vend. de venditore solo est concepta, ut is tantummodò, si ultra dimidium læsus est, contractum emtionis rescindere possit, Emtori verò hoc denegetur. Pro qua sententia, tanquam pro aris & focis pugnat magnus ille JCtus Galliæ Jac. Cujac. *lib.16. obs. c.18. & lib.23. cap.32.* ejusque discipulus Emund. Merillius Antecessor Bituricensis, amicus meus, cum ibi degerem, summus, *in suis observat.* Cum quibus coincidit Phil. Matth. *ad l.68. de R. J. n.34. & seq.* Communis tamen 69
interpretum schola docet, mercatorem emtorem, si in emendo enormiter læsus sit, hoc privilegiô *d. l.2.* æquè ac venditorem frui posse; quod comprobat gl. & Dd. *in d.l.2.* Conan. *lib.7. cap.9.* Ar. Pinell. *in secund. part. d. l.2.* Obrecht. *disp.35. thes.30.* Et hoc ex 70
natura correlativorum. *l.1. C. de Cupress. ex luc. Daphnens. lib.11. l. fin. C. de indict.*

indict. vid. toll. l. 1. §. 13. ff. si quid in fraud. patron. l. fin. ff. de Acceptil. & identitate rationis; Cùm eadem sit ratio in emtore, quæ in venditore, enormis sc. læsio & dolus, qui ab utraque parte ab omni contractu abesse debet. *l. 36. ff. de V. O. nos supr. hoc c. n. 58.*

71 IX. Quamvis communiter Dd. statuant, quòd emens etiam de pecunia communi nomine propriô, faciat rem suam *l. pen. C. si quis alter. vel sibi.* Tiraqu. *de retract. §. 32. n. 16. & 17.* ubi plu-
72 res *allegat. & §. 1. gl. 9. n. 62.* Nihilominus si frater mercantiam continuat & exinde aliquid lucratur, illud omne matri & fratribus communicare tenetur, etiamsi fortè contractum propriô nomine confecerit, *arg. l. solemnibus. C. de Rei vind. l. functiones. C. de donat.* Bl. *l. si patruus. C. commun. utr. jud.* Jod. Port. *cons. 68. n. 21. 25. 29.* Petr. de Ubald. *de duob. fratr. p. 3. n. 6. 11. & 12.* quod ampliatur procedere, etiamsi frater unus vel plures diversas acquisitiones tractent. B. Strach. *de mercat. p. 1. num. 97.* Joh. Kopp. *dec. q. 49. num. 12, 13. 14.*

73 X. Etsi aliàs de jure communi æquè ut saniorum philosophorum opinione provisum sit, ut in emtionibus & venditionibus, si res vendita vitiosa deprehendatur, redhiberi, vel eô nomine quantò minoris agi possit, ita ut tali casu venditor emtori restituere debeat pretium, unà cum usuris & quod interest se pretiô non caruisse, *l. debet. a. 27. l. illud sciendum 29. & t. t. ff. de ædil. edict. redhib. & quant. min.* Wesemb. *in π. d. l. n. 7. 9.* Nider. *de contr. merc. c. 3. n. 10. & seqq.* Indicat idem Cicero, injustè improbeque illum facturum, qui, ut pluris vendat quicquam eorum, quæ ipse noverit, emtorem celat. Marci Catonis sententia eadem.

74 In foro tamen hodierno mercatorum hæc ita strictè haud observari posse, quotidiana dictitat experientia.

75 Quapropter etiam Hanseatici mercatores in Regnis Hispanicis hôc jure utuntur, ut merces ab ipsis semel venditæ & traditæ pro probis habeantur, nec redhibitioni aut pretii diminutioni locus sit, nisi intra triduum à die traditionis emtor de vitio conqueratur. *privil. Hispan. 18. de Anno 1607.* Et hoc quàm maximè obtinet etiam de Jure Civili, si vitium sit patens, & sensibus occurrat *per l. 1. §. 6. & l. 3. 4. l. 48. §. 3. l. 51. ff. de Ædil. edict.* cum quo concor- 76
dant Statuta Lubecensia, *art. 11. & 15. tit. 6. lib. 3.* his verbis: Kaufft jemand/ es sey/ was es für Gut wolle/ wann er dasselbe zuvorn zur Gnüge besehen/ da es kan besehen werden/ solches muß er bezahlen/ ibique D. Mev. vid. *infr. lib. 4. cap. 5. n. 18. h. tr.* Hîc congruè quærunt Philosophi: Si aliunde mercator 77
in hanc urbem magnum frumenti numerum advexerit, idque in summa annonæ caritate; si idem sciat, plures mercatores ex Borussia, Livonia & Dania solvisse navibus frumentô onustis, dicturusne id sit Civibus Lubecensibus, an silentiô suum quàm plurimi venditurus? Affirmabit Cicero cum Antipatro, Philosopho acutissimo, celandum hoc non esse; cum eâ lege natus sis, ne publicæ saluti officias, & ut homo de hominibus, civis de concivi benè merearis. Negabit contra Diogenes Babylonius, magnus alioquin & gravis Stoicus; cùm, qui silet, suum vendat, sine insidiis agat, nulli injuriam faciat, nec jure Civili illud dicere constringatur, *per sup. alleg. textt.* Nam tale quid indicare, est quidem officiosum & laudabile, sæpè adeò, ut omitti nequeat, nisi ut caritatis regula violetur; non tamen injustum id est, non pugnans cum jure ejus, quî cum negotium est: ita ut hîc locum habere possit illud, quod idem ille Diogenes non incommodè dicebat, referente M. Tulliô, *3. Offic. Advexi, exposui, vendo meum, nō pluris quā cæteri: fortasse etiā minoris, cùm major est copia, cui fit injuria?* Non ergò generaliter sequendum illud ejusdem Ciceronis, Celare esse, cùm tu, quod scias, id ignorare emolumenti tui causâ velis eos, quorum intersit scire. vid. Grot. *lib. 2. de jur. bell. ac Pac. cap. 12. §. 9.* Quibus adde *lib. 4. d. cap. 5. num. 18. huj. tractat.*

XI. Præ-

XI. Præcedentibus in hoc Contractu & hanc apud Interpretes satis intricatam quæstionem libet annectere:
78 Num mercator, si rem aliquam, furtivam fortè, bonâ fide, in publico foro seu nundinis emerit, illam teneatur recognoscenti domino, non solutô pretiô restituere? Quod dominus recognoscens, restituenti pretium reddere debeat, maximè pugnat Dionys. Gothofr. *ad l. 2. incivilem.* ubi sedes hujus Q? *C. de furt.*

Et hoc 1. *arg. l. 3. ff. ad SC. Maced. l. 52. §. 15. ff. de furt.* & huc refert *l. 74. ff. eod.*

79 2. Per *l. bona fides 136. ff. de R. J.* ubi bona fides tantundem tribuit possidenti, quantum veritas.

3. Hoc probari potest ex eo, quòd nimirùm idem judicetur de possessore bonæ fidei, quod de domino. *l. 5. §. si pupillus. 2. ff. de reb. eor. qui sub tutel. l. 48. de acquir. rer. dom. l. 25. §. 1. ff. de usur.* Huic sententiæ adstipulatur P. Foller. ad Marant. *p. 4. dist. 9. per l. unic. C. de Nund.* ut & Statut. Tholos. *in Galliâ. c. 2. de Empt. in consuet. Tholos.* Aufrer. *decis. 151.* Capell. Tholos.

Mihi tamen cum Magnificis & Consultissimis D. Petro Theodorico p. m. *in colleg. crimin. disp. 2. thes. 7. lit. B.* Et Dn. Christoph. Philip. Richtero Antecessoribus & Ordinariis Jenens. illô hospite olim, hoc amico nostro pl. colendo *p. 2. decis. 96. per tot.* Negativa, quæ est, ut Dominus haud teneatur pretium emtori solvere, magis placet;

80 Idque 1. per *d. l. 2. C. de furt.* Quæ nobis pro regulâ, donec limitationes expressè monstrentur, *arg. l. 1. ff. de Reg. jur.*

2. *Per l. si mancipium. 23. C. de R. V. l. 16. C. de evict. l. mater tua 3. & ibi* Sichard. *n. 4. C. de R. V. l. 32. §. 4. de Admin. & peric. tut.* Sic Harmenopulus: Si quis alienam rem furtô aut aliô quoquô modô subtractam vendiderit, velitque dominus suum revocare, haud sanè cogitur ejus nomine pretium dare, ἀλλὰ καὶ χωρὶς τοῦ τιμήματος λαμβάνει αὐτό. sed & sine pretio rem furtivam vendicat, ut vertit Gothofred. *promt. jur. Civ. lib. 6. tit. 5. n. 6.*

3. Jure Canonicô idem receptum 81
Can. 3. hoc jus. § qui verò res. 10. q. 2. c. penult. §. Universas. 16. q. 3.

4. Consentit Constitutio criminalis 82
Caroli V. *art. 51. & art. 207. pr.* & §. **So dann.** *cum art. seqq.* & ita Dd. *commun. ad d. l. 2. C. de furt.* Damhaud. *prax. crim. cap. 119. n. 4.* Jul. Clar. *§. furtum. n. 26.* Alciat. *de præsumt. 29. n. 2.* Menoch. *lib. 5. præs. 29. n. 5.* Gilhaus. *arb. judic. c. 2. tit. 27. n. 14.* & alii, quos habet Farinac. *tract. criminal de furt. part. 3. q. 177. n. 29. & 31.* Vincent. Carocc. *tr. de re furt. repet. q. 13. num. 12. & 22.*

De Jure Saxonico dubium habere 83
minus potest propter expressa verba *art. 36. lib. 2.* **Landrecht**: ibi: **Spricht der Besitzer er habe das Pferd gekauffet auff dem gemeinem Marckte / verleuret er doch seine Pfennige.** Concordat cum hoc *Statut. Lub. art. 9. lib. 4. tit. 1. de furt.* (non obstante *art. 1. tit. de præscript.*) **Hat jemand etwas auff freyem Marckte offenbahr gekauffet / und solches unverholen gehalten / und ein ander / daß es ihm gestohlen oder geraubet beschweren oder beweisen würde / kan als dann der Käuffer den Kauff beweisen / wie gemeldet / so mag er deswegen nicht beschuldiget werden** (puta furti) &c. **Geld und Gut aber muß er zugleich entbeeren.** Unde refert Rhenat. Choppin. *lib. 1. de jurisd. cap. 46. n. 53. in pr.* 84
laudabilem Carolum Magnum in Capitulis constituisse, **daß keiner ein Pferd / Ochs / oder Vieh / auch auff öffentlichen Jahrmärckten kauffen solle / er wisse dann zuvorn / oder habe erfahren wer der Verkäuffer were / auß welchem Dorffe er sey / und unter welchem Herren er gesessen.** Nundinarum enim securitas non 85
in eo consistit, ut citra leges quis mercetur, sed sunt tantùm tutæ & liberæ, quoad accessum & recessum, & ne quis in iis molestiâ injustâ afficiatur. *d. l. unic. & ibi Cujac. C. de Nund.* non verò sunt privilegiatæ, quominus cautè negociari mercatores debeant: quippe contraria consuetudo nutriret peccatum, hominesque ad furandum invi-

invitaret, quòd nullâ ratione fieri potest. *l.1.pr.ff. ad SC. Maced.* Prosp. Farinac. *d.q.177. de furt.* plura de hac Q. vid. ap. Fritsch. *de Jur. Nund. cap.8. num. 18. cum seqq. ubi ad contraria respondet.*

86 Secus tamen est 1. Si quis à latronibus emerit, ut vero domino restituat. *l.6. in fin. ff. de capt. & postlim. reversi.* Gothofr. *ad d. l. 2. C. de furt.* (ubi & alias vide limitationes) idque ex eo æqvum esse volunt, quòd dominus nullâ actione suum consequi à latro-

87 nibus potuisset. Tunc enim deduci poterit, quantum dominus impensurus libenter fuerat; ipsa enim facti possessio, præsertim recuperatu difficilis, est aliquid æstimabile, & in hoc dominus post rem amissam censetur factus locupletior. H. Grot. *lib. 2. de jur. bell. ac Pac. cap. 10. §. 9 per allegata*, & eleganter confirmat Natt. *cons. 436. per tot. tit.* Et hôc casu locum habet, quod dicitur in *c. rapinam. 14. q.5. Rapinam emere non licet, nisi eâ intentione, ut cui est ablata reddatur.*

88 Sic Judæi privilegium à principibus vel Civitatibus quibusdam in locis habere dicuntur, quòd non possint conveniri rei vindicatione, nisi dominus offerat pecuniam. Panormit. *in c. quod Clericis. de for. compet.* Joan. de Anan. *cons. 70.* quæ Dd. opinio obtinet, si Judæi res alienas esse nesciverint. Menoch. *5. præsumpt. 29. n.7. & seqq.* Marquard. de Susanis *de Judæ. p.1. c.11. n.18.* Quo cum convenire videtur Jus Sax. **in Landrecht** *lib.3. art.7.* ibi: **Was der Jude unverholen kaufft/ und unverstohlen bey Tageslicht/ und nicht in beschlossenen Häusern/ mag er das gezeugen selb dritte/ er behelt seine Pfennige daran/ die er darum gab/ oder darauff liehe/ und den Unkosten mit seinem Eyde/ ob es wol gestohlen ist. Gebricht es ihm aber an den Gezeugen/ verleuret er seine Pfennige.** De Jure tamen Imperii citra refusionem pretii ad restitutionem teneri Judæos statuit Fritsch. *de Jur. nund. cap. 8. n.30. & seq.* ob rationem, quòd hæc Privilegia & Statuta non immeritò bonis LL. & moribus contraria esse dicantur. Damhoud. *tr. Crimin. cap.* *117. n.7.* Virgil. Pingizer. *q.49. n.19.* & nos supr. *lib.1. cap.11. n.86.*

Huc colophonis locô referri pot- 89
est singularis quorundam Emporiorum emendi vendendi & alienandi modus, qui dicitur ASSIGNATIO ad fideles manus proxenetæ, nomine peregrini Emtoris facta, **zu treuen Händen einem ins Stadtbuch etwas lassen zuschreiben** / Cùm autem non omnibus Rebuspublicis phraseos hujus vis, seu alienationis ratio sit familiaris aut usitata, quandoquidem jure Romanô fuit incognita, pauca quædam de his attingemus. Alienare enim Romanis propriè nihil aliud fuit, quàm jure suô prorsus abdicare & plenô jure idipsum in alium transferre, *l. alienationis verbum. 28. de V. S. & ibi* Goeddæ. *n.4.* Cùm 90
verò necessitudo commerciorum & mercatorum varia genera, ad maritimas præcipuè urbes confluentia, peculiarem alienationis suaserint modum, qui alienantem quidem jure dominii penitus privat, acquirenti verò idipsum non plenô jure adjicit, sive dominium proprietatis & ususfructûs in accipientem seu possidentem transfert, uti, e.g. Amplissimus Hambur- 91
gensium Senatus, per litteras Collegio Juridico, quod est Rostochii, ante annos exposuit; Rempublicam vid. suam alere quàm plurimos Belgicæ nationis incolas, bona quidem Civitatis immobilia possidentes, sed cùm cives veri minimè sint, **Weil sie das Bürgerrecht daselbst nicht gewonnen** / eorundem dominio pleno minimè, sed ad usum tantùm fruentes: & quidem hâc ratione, ut Belga emtor, ædes suas seu prædium, per Civem hereditarium licitè ad se transferat; sed easdem non suo, sed Proxenetæ nomini & personæ adscribi curet, **Wird einem andern Erbgesessenem Bürger im Stadtbuche zugeschrieben.** Et hæc assignatio proxenetæ, nomine peregrini emtoris, dicitur ad fideles manus facta; quasi dicas, fidis manibus concredita; quæ est velut fideicommissaria notatio. Quem acquirendi modum ipsa suasit & induxit necessitas, Posteà enim, quàm prædictis

Belgis, Hispanis, Anglis, vel aliis incolis jus commerciorum concessum est, ut liberè cum Civibus hereditariis & peregrinis contrahant, permutent, negocientur, aliter fieri haud potuit, quin nonnunquam Civium bona, veluti ædes, campi, fundi, &c. alienentur, vendantur, oppignorentur, pignorumque distractione factâ, suos facerent; quod tàm de jure communi, per *l. quoties fin. C. de Agric. & mancip. domin. lib. 11.* in verbis *ex simili & jure.*
92 *ibiq.* Jo. Platea & *l. in illis. 1. C. non lic. habitat. Metrocom: loca sua ad extraneos transferre*; quàm moribus hodiernis & jure statutariô, speciatim verò sta-
93 tutô Reipublicæ meæ patriæ *art. 5. tit. 2. lib. 1.* est prohibitum; quam prohibitionem servat & Rostochium. Ean-
94 dem & vigere in nonnullis Galliç locis, testis est Chassanæ. *in Consuet. Burg. rubr. 9. §. 10. l'homme de main morte.* Hujusmodi itaque casu, ubi Belgæ vel alteri cuipiam civi, impropriè sic vocato, addictio fit pignoris, non statim huic res oppignorata sive emta adscribitur, sed ad fideles saltem manus eidē per Proxenetam civem assignatur.

95 Differentiæ itaq; usum, salvô rectiore & maturiore judiciô, in hoc consistere arbitror, ut non alienator solùm, sed & civium hereditariorum quilibet, Hamburgi ædes seu bona immobilia ad fideles manus extraneis adsignata, sibi comparare cupiens jure ac licitè, quasi protimiseos beneficiô, eadem vindicet, nullôque annorum decursu obstante, justâ pretii refusione repetat.

Unde etiam pro majori rerum ejus- 96
modi alienatarum certitudine peculiares tabulæ, sive liber publicus, ad ejusmodi fidelium manuum consignationem, commerciorum favore adinventus & destinatus est; qui tamen eundem, quem hereditarii libri publici effectum sibi vendicat.
Alter fidelis manùs effectus hic esse 97
videtur, licet Belgæ, aliive cives haud hereditarii bona privatô possideant modô, illaque ad hæredes Hamburgi commorantes, & pari quidem jure transmittant, minimè tàmen post obitum eadem ad extraneos & in illa Civitate non degentes transferant: ne invitæ reipublicæ huic incolæ minus accepti obtrudantur. Reipub. enim 98
interest, ne res Civium deveniant in alienas manus, aut subtrahantur jurisdictioni & oneribus publicis. Dd. *comm. in l. 34. ff. de V. O.* Gail. *2. obs. 32. n. 3. & obs. 19. n. 2.* Coincidit paulò antè allegatus *articulus 5. Statutor. Lubec.* ibi: **Gleicher gestalt soll es auch gehalten werden/ wann einem Frembden ein Erbe allhier anstirbet/ der soll dasselbe auch nicht an Frembde vereusern/ sondern an Bürger bringen &c.** ibique D. Mevius.

Caput X.

De Locatione & Conductione Mercatorum.

Summaria.

1. *Locatio versatur vel circa terrestria vel maritima.*
2. *Locatio Conductio Contractus consensualis.*
3. *Locatio fit sine scriptura.*
4. *In Curia Hollandiæ, in contractu locationis, scripturâ opus est.*
5. *De Jure Civili res conducta alii relocari potest.*
6. *Merces alii locari non possunt.*
7. *Immobilia in Belgio relocari non possunt.*
8. *Cur Navis conducta relocari, pignori autem dari non possit? remiss.*
9. *In navigatione & locatione maritima consistit salus Reipublicæ.*
10. *Ad conductionem maritimam requiruntur IV. personæ.*
11. *Exercitor quis.*
12. *Magister quis.*

13. Nau-

60. *Limit.*

60. Limit. nisi ex obligatione seu charta partita contrarium appareat.

61. Utrum lis intentata coram uno judice super damno, per locatorem navis dato, ob non impletam locationem, impediat locatorem, mercedem petere ex eodem contractu coram alio judice? remiss.

62. Promittens solvere naulum certo locô, an & quando alio locô conveniri possit? remiss.

63. Nomine Institoriô contractū locati conducti exercens, an obligetur? remiss.

64. An & quando pactò interveniente conductor navis possit conveniri pro naulo? remiss.

ABsolutô primó contractu consensuali, seqvuntur singularia,
1 quæ in contractu LOCATIONIS & CONDUCTIONIS observavimus. Hic autem contractus versatur vel circa res & negotia terrestria, vel
2 maritima. Ad priora quod attinet, quamvis notum sit ex jure Civili Rom. Locationem & conductionem esse contractum consensualem, in quo personarum vel rerum usus pro certâ aliquâ mercede conceditur. Wesemb. *ϖ. h.t.n.3.* quod tàm de tacita relocatione, quàm expressâ locatione leges nostræ intelligunt, *per l.52.ff.& l.11.C.eod. l.9.§.1.ff. de public. & vectig.* taciturnitate enim utriusq; partis colonum reconduxisse videmus. *l.13.§.11.ff.h.t.* ita, ut
3 hîc nullâ scripturâ opus sit. Dd. ad hanc *l.13. §.11. d. t.* secus tamen obtinet in multis mercatorum curiis, im-
4 primis verò Batavorum Curia Hollandiæ, ubi nulla Locatio conductio, nisi in scripturam redacta robur obtinet, in tantum, ut contravenientes, eorumque heredes ad omne interesse & expensas litis teneantur. Costume van Antwerpen. *tit.59. art.12.* cui adde Mantic. *de tac. & ambig. convent. lib.5. tit.15. n.17.* Ant. Fab. *C. Locat. defin.48.* Menoch. *lib.3. præsumpt. 85.*

5 II. Quamvis de jure communi nemo prohibeatur rem, quam conduxit, alii locare, si nihil aliud convenerit.
6 *l.6.C. locati.* Communi tamen Interpretum opinione ab hac licentia mercatorum merces excipiuntur. *arg. l.32. §.2. ff. de usufr. leg.* Wurmbs. *1. pract. obs.*
7 *30.c.1.* Cothm. *ad h.l.6.C.h.t.lit.I.* Quod in Belgio & ad res immobiles, puta ædes privatas & prædia extenditur. Grot. *introd. ad Jurispr. Batav. part.19. n.26.& 27.* Cui adde Christinæ. *ad LL.*
8 *Mechlin.tit.8.art.10.n.2.* Cur autem conducta navis possit relocari alteri, non verò pignori obligari? Vid. ap. Loccen. *de jur. mar. lib.3. c.3.§.7.* Quoniam verò 9
salus & incolumitas cujusq; provinciæ, & Reip. consistat in navigatione & consequenter in Locatione maritima: Ad hanc autem quatuor personę prin- 10
cipales, & cum iis simul tres actûs præcipuè in considerationem veniunt, de hoc inter mercatores nostros frequentissimo contractu ejusque actibus aliquantò prolixius erit agendum.

Sunt itaq; personæ 1. Exercitor. 2. Magister navis. 3. Nautæ. 4. Mercatores, navim, mercium vehendarum causa conducentes.

Exercitor est, ad quem obventiones 11
& reditus navis perveniunt, sive is dominus navis sit, sive eam à domino per AVERSIONEM (h.e. receptô in se periculô) conduxit vel ad tempus vel in perpetuum. *l.1.§. exercitor.15.ff. de exerc. act.* qui & navicularis & Patronus navis, vulgò Rehder/dicitur. Cuj *ad d.l.1 §.15.*

MAGISTER. Cui totius navis cura, (qui- 12
dam anchora legunt, vid. Beck. & Vinn. *ad l.1. h. t.*) demandata est ab exercitore (qui regulariter locandis navibus præficitur) merces vehendas accipit, & ex hoc merciū locator dicitur. *l.1.§.3.ff. h.t.* Strach. *de naut. part.2.& de nav. p.3. n.2.* qui & potestatem substituendi aliū magistrum habet. *d.l.1.§.5. de Exerc. act.* Cujus officium plenius describunt Jo. Loccen. *de jur. mar. lib 2.c.1.§ 9.& lib.3. c.7.§.3. cum seqq.* & nuper Fr. Styp. ejusq; continuat. *de jur. mar. & naut. p.3. c.6.* cum Peck. & Arnold. Vinn. *ad d. l.1. ff. de exercitor.*

NAUTÆ sunt omnes ministri, qui na- 13
vigandi causa in navi adsunt, eiq; operas præstant; quorum integrum catalogum recenset Benev. Strach. *de naut. lib. 8. n.8.* & nov. Franc. Styp. *d. tr. part.3. c.5.*

MER-

14 MERCATORES verò, qui pecunias vehendarum mercium causâ dant, Conductores appellantur; vulgò Domini mercium, die Fracht-Herren/ oder Befrachtere/ de quibus vid. Strach. *d.p.3. de nav.n.2.* Et Stypmann. *d.p.4. c.10. n.5. cum seqq.*

15 Actus autem locati & conducti maritimi, qui cum hisce personis intercedunt, sunt imprimis triplices: 1. Conductorum cum Magistro navis, der Befrachtere mit dem Schiffer. 2. Magistri navis cum nautis, der Schiffer mit ihren Schiffgesellen und Maatsen/ & 3. Magistri navis cum exercitoribus, des Schiffers mit der Rehdern. Hi verò actus cùm in curiis & foro mercatorum singulari quôdam jure & observantiâ gaudeant, operæ pretium erit, secundùm illos unum vel alterum singulare hîc attingere.

16 Et quidem primò. Quoad actus conductorum mercatorum cum magistro: Cùm in hoc contractu consensuali sit συνάλλαγμα seu ultrò citroque conventio; utraque pars illam complere tenetur. Magister
17 navis, ut vecturam conductori præstet, & ad omne interesse, damna & expensas de suo teneatur. *art.5. tit.5.* Von Außrehdung der Schiffe. Hänsisch.
18 See-Rechtes. Si Navarchus solvendo non sit, conductor ad exercitorem regressum habet exercitoria actione. *t.t. ff. de Exercit. act.* Et ita decisum in Senatu Lubec. *16. April. An.1651.* vid. nos
19 *supr. lib.1.c.8.n.31.& seqq.* E contrario conductor, ut & ex suâ parte conductionis legem impleat, aut plenam vecturæ mercedem solvat, jura communia & municipalia volunt *art.5. tit.5.* Von Außrehdung der Schiffe. *d. Ord.*
20 *Hans.* Cujus verba hæc sunt: Welcher Schiffer eine Fracht annimmt/ es sey Ost- oder Westwerts/ an welchem Orte es wolle/ der soll der getroffenen Vereinigung unverwegerlich nachkommen/ oder allen Kosten und Schaden/ so dem Befrachter auß der Nichthaltung erwachsen/ von dem Seinen erstatten/ Hingegen soll auch der Kauffmann oder Befrachter/ was er zu Schiffen verheissen/ oder uff die Rollen gesetzet/ in bestimmter Zeit zu Schiffe bringen/ oder eine andere Fracht/ oder Güter/ damit der Schiffer und Rehdere friedlich/alsobald verschaffen/ Thäte er deren keines/ daß also der Schiffer gantz oder zum Theil ledig fahren müste/ soll ihm der Kauffman/oder Frachter die zugesagte Fracht nichtes weniger zu zahlen und zu erstatten schuldig seyn. Hinc, si quis navem 21
conduxerit cum conditione & promisso totam eam onerandi, quam tamen non plenè mercibus onerârit; nihilominus plenam vecturæ mercedem debet. Ita quoq; lege Rhodiâ Statutum. *c.23.* Ἐὰν ὁ ἔμπορος μὴ παρέχῃ τὸν γόμον πληρῆ τῶν λειπαζομένων παρεχέτω τῷ ναύλῳ. *Si mercator plenum onus non præstet, Idem obtinet si aversione, vel in universo, non in singulas amphoras seu lastas navis conducta sit.* Græci vocant ἐν ὁμάδι. Gallien gros. Nostri eine vorgrepische Fracht. Si verò pro numero impositarum amphorarum, vulgò nach lasten/ merces constituta sit, tunc pro tot amphoris vecturæ merces debetur; quot impositæ sunt. *l.10. §.2. ff. ad L.Rhod. de jact.* Idem convenit Statut. Hamb. *lib.2. tit.15. art.3.*

3. Si mercator promiserit ad certum 22
temp⁹ inferre merces in navim, nec id fecerit, illud temporis & lucri dispendium præstare conductorem æqvum est. Muß ihme seine Liegetage bezahlen/ aut plenam vecturæ mercedem solvere magistro navis, si paratâ navi ad navigandum vacuum ei navis spatium in præsentia testium ostenderit magister navis, nisi probabilis tergiversandi intervenerit causa. *arg. l.24.§.2.& l.55. §.2.ff. Locat.* Wisbuisch See-recht *art.34.*

Sed ne magistri navis incuriâ atque 23
morâ iter negligatur, aut merces dominorum deteriores reddantur, in tempore expediet navem, eiq; de annona prospiciet. *art.11.* Hans. Schiffs-Ordn.

Ibidem cautum, ut, quando merces 24
ultimas in navem recepit nauta, intra biduum vel triduum, favente ventô abeat, sub pœna 50. aureorum. *d.art.11.*

Quia verò multis modis culpa com- 25

mittitur à nauta, adversus mercatorem conductorem; ita, ut nauta teneatur, aliquot eorundem verbô enumerabimus, de Jure Civili.

1. Ut, si navigaverit tempore vetitô. *l.3. C. de naufrag.*

2. Vel in idoneô. *l.36. ff. de R.V. l.13. §.1. ff. Locat.*

3. Si tempus navigando prorogârit. *l.122. §.1. vers. item quaero. ff. de V.O.*

4. Si commodô tempore navigare omiserit, & in portu manserit *l. fin. §.1. ff. ad L. Rhod.*

5. Si littora devia & insidiosa sectetur, nec locum navigii servet. *l.14. ff. de mort. ca. don. l.7. C. de Naucler.*

6. Si plus justô navem oneret. *l. un. C. ne quid oner. publ. art.2. tit. de off. Navarchi,* oder Ampt des Schiffers Hänsisch See-rechts An. 1641. zu Bremen gedruckt.

7. Si sine gubernatore navim in flumine immiserit, & profunditatis ignarus fuerit. *l.13. §.2. ff. locat.*

8. Si navem non benè reparaverit, ita, ut merces exinde corruptae aut madefactae. *arg. l.19. §.1. ff. locat.* Secus, si vi tempestatis navis & merces deterioratae; quô probatô non tenetur ultra diligentiam exactam, non verò suis, sed mercium impensis. *arg. l.55. §.1. ff. d. t. Loc.* Ordin. Philipp. II. Regis Hisp. von Schipp. end Kooplüden. *art.5.* Carol. V. *art.42.43.* Nederl. See R. Jus naut. Wisbuens. *art.23.*

26 9. Frumentum in navi movebit nauta, quoties necesse fuerit, ne corrumpatur; nisi fecerit tenebitur; exceptô si per tempestatem aut procellam impediatur; pro hoc tamen labore singularem mercedem ex aequo feret. *art.8. tit. de Naut. Statut. nostr. Lub.*

27 10. Si justam mensuram frumenti aut aliarum mercium, quae pondere & mensurâ constant, locô praescriptô, & in charta partita destinatô non praestet nauta; ubi tamen locorum in mensuris varietatem & diversitatem curiosè attendere oportet, ne nauta aut conductor hoc in passu graventur, sicut experientiâ edoctus in simili saepius factum recordor.

28 11. Culpa est, si navicularius, invitô dominô merces ex navi conductâ in deteriorem transtulit, & illa posteà in fluminis ostio cum mercibus perierit. *l.13. §.1. ff. loc.* nisi jussu magistratûs, aut aliâ rationabili causâ hoc fecerit. *l.10. §.1. ff. ad L. Rhod. de jact.*

Hinc, si quis eâ conditione conduxerit navem, ut, nisi intra praefinitũ temp9 merces eò loci magister navis exposuerit, in quẽ devehendas eas locârat, poenam praestaret certam, ille verò praeter opinionem à loci magistratu detentus sit, ut ei angarias aut onus publicum praestet, aut alia causâ detentus, atque ita prohibitus sit cum mercibus navigare, excusatur; culpâq; caret, qui imperata invitus facit; nec debet pati dispendium, qui imperium facit alienum. Cassiod. *var. Epist.12.* cùm penes illum non steterit quominus navigaret. *l.19. §.9. ff. h. t. l.5. ff. de condict. ca. dat.* Neostad. *suprem. Cur. Belg. decis.15. & 32.* ubi decidit, navigii alteriusve rei locatae, cujus usum aut casus fortuitus aut vis major impedit, nullam mercedem praestare cõductorẽ, nisi locator, re adhuc integrâ, temporeq; oportunô rem eandem aut aequè idoneã offerat. Huic adde Niederl. Placaet *Carol. V. art.37.* 29

Quid a. juris, si navis aut merces in mari perierint naufragiô aut piratarũ incursu, nũ nihilominus vecturae merces debeatur navicularió, aut praerogata ab eo restituatur? De jure Civili deberi videtur, si damnum non culpâ ej9, sed casu fortuitô aut vi majore acciderit, perq; eum non steterit, quominus locatas operas praestaret *l.38. ff. locati. l. 10. C. de condict. ob turp. caus.* Attamen, si non secutũ sit propter quod data merces aut promissa est, nonne tunc vel data repeti, vel promissa non exsolvi potest? Et iterùm respondetur, de jure communi, *per l.15. §.6. ff. h. t. loc.* Casus sc. fortuitos non debere nocere conductori & prodesse locatori nautae; quia munere vehendi non functus est magister navis, hic autem contractus sit reciprocus, ubi si locator pensionem habere cupit, tenetur etiam à sua parte plenum usum conductori prẹstare. *l.33. l.15. §.2. ff. h. t. Locati.* Aequitas tamen & Statuta nostra Lubecensia & 30

Borus-

Borussiaca admittere videntur, ut magister navis, vecturæ mercede non in
31 totum careat, sed pro ratâ temporis, quô munere vehendi functus non est, & pro quantitate servatarum mercium accipiat, *arg. d. l.15. §.7. ff. h. t.* Strach. *de Navib. n.24. Statut. Lub. de naufrag. art.1. & 2.* Jus Prussic. *lib.4. tit.19. art. 13. §.1. & 2.*

32 Si verò navis onerata in aliquo portu ob illicitas vel prohibitas merces, quas conductor navi imposuit, retenta sit, & merces vetitæ in commissum ceciderint; nihilominus integras vecturas vel mercedem totam nauta à conductore navis exigere potest; quia hîc nulla culpa nautæ vel locatoris, sed solius conductoris intervenit; nec ille merè casus fortuitus est, sed quem culpa domini præcessit. *l.61. §.1. ff. locati, l.3. C. de naut. fœn.* Pac. *Cent.5. consil.16. n.18.* Ordin. Belgic. de naut. Carol. V. *art.35.* Ordin. Philipp. *2. de naut. & merc. art.2.*

33 Quid autem si Conductores navium solutionem nauli in reditum navis pactô differant, mercibus in navim impositis tantùm pro naulo obligatis, navis autem cum mercibus in reditu pereat; an nihilominus conductores mercedem seu naulum solvere teneantur?

34 De Jure communi hoc afferendum videretur. Cùm in contractu Locationis nemo, & ita nec navis magister, de casu fortuito & vi majore teneatur, per supr. *alleg. l.15. §. si vis.2. l. 25. §. vis major.6. l.38. ff. b.t. l. contractus.23. ff. de*
35 *R. J.* Contrarium tamen obtinet in foro mercatorum, imprimis apud Batavos & Hollandos, ubi ita supremâ provinciarum curiâ decisum notat Jacob Cooren. *obs. 24.* **Dat under de Koopluiden ende Schippers eene Costume en Gebruick is / dat / als den Koopman an den Schipper belooft t' bedongen Frachtlohn te betaelen op des Schippers Wederkompte / offte so wanneer he de ingeladene Goedere by de Certepartie da er vor hadde verbonden / in solcken gefalle de voors Schipper met Schip ende Goederen op de wederom Reise verunglücket / de Koopmann nit geheel offte deel an geen Frachtloon is gehouden /** Ratio, quòd naulum seu merces pro- 36
missa sub conditione reversionis dictæ navis; cùm illa dictio Cum importet conditionem, secundùm Portium, *cons.5. n.23.* & nihil interest, utrum dicatur Cùm venerit, an verò Si venerit navis. text. *in l. quodcunq. 45. § fin. ff. de V. Obl.* Item Dies incertus faciat conditionem, non tantùm in ultimis voluntatibus, *ut in l. dies incertus. 74. l. hæres meus. 78. ff. de condit. & demonstr.* verùm etiam in contractibus, secundùm Castrens. *in l. stipulatio ista. §. inter certam. n.2. ff. de V. Obl.* Mantic. *de tac. & ambig. conv. lib.14. tit.41. n.17.* Et notum sit, conditionem debere impleri priusquam dispositio sortiatur effectum, secundum Br. & alios, relatos à Mantic. *d. l. tit.42. n.1.*

Hisce præmissis succedit & hoc 37
singulare, quòd quamvis retentio mercium sit species processûs executivi, tamen exemplô cauponum & aurigarum & hæc meritò detur nautæ pro mercede conductâ. Coler. *process. exec. lib.1. cap.2. n.246.* Rebuff. *de litt. oblig. art.4. gloss. 2. n.31.* Cui enim actionem damus, ei exceptio denegari nequit. *l.1. §.4. ff. de superfic.* In tantum, ut legibus antiquis Wisbuensib. & Holland. **By gebreck van betaeling van Fracht den Schipper mag des Koopmans Goet tot voldoeningh aen hem neemen / voor so veel Geldes als voor Gelyck goet in de Marckt weert gegeuen /** Grot. *introduct. jur. Holland. cap. 20. n.25.* Wisbuis **See-Recht /** *art.27.*

An autem Magistro navis in merci- 38
bus transvectis ut retentio, ita & tacita hypotheca competat? magnum inter Dd. dubium existit. Affirmant cum Mozzo, Stracha, Gailio, *2. obs.12.* Covarruv. qui *1. var. resol.7. n.3.* eam communem dicit. Negusant. *de pignor. membr.4. 2. part. pr. n.140.* Peck. *ad l.2. n.6. ff. ad L. Rhod. de jact.* tàm pro naulo, quàm pro omni nautæ interesse. Negat autem cum Ludov. Roman. *in l.1. §.6. ff. ad SCtum Syllan.* Cùm nulla lex de navibus, sed de invectis saltem in prædium urbanum hanc hypothe-

pothecam exprimat. Francisc. Stypmann. *de jure naut. part. 4. cap. 5. n. 20. & seqq.* Vid. nos supr. *hoc lib. 2. cap. 2. n. 2. & cap 5. n. 25.*

Et tantum de actibus Conductorum cum Navarcho seu Magistro navis dem
39 Schiffer; Sequitur, ut paucis despiciamus de locario cum mercede à navarcho nautis, den Schiffkindern promisso. de quo Stipm. *d. lib. 3. cap. 6.*

40 Hîc primò observandum, de jure Hanseaticorum nautico, navarchos nullius nautæ operâ pro certa mercede uti posse, nisi prævio & exhibitô vitæ testimoniô, h. e. Sie haben dann gnugsame Paßborte von vorigen ihren Schiffern/ mit welchen sie gefaren/ vorgezeiget. *artic. 1. tit. 4.* Von des Schiffs-Volckes Uffnehmung und Ampt/ Hänſ. See-Rechte zu Breemen Anno 1641. gedrucket.

Secundò ex observantia & Statutis nauticis notanda venit differentia inter mutatam voluntatem navarchi & nautarum, post contractum condu-
41 ctionis inter ipsos initum. Nam etsi de jure communi cautum, ut qui contra legem conductionis fundum ante tempus sine probabili causa deserit, ad solvendas totius temporis pensiones ex contractu conveniri possit. *l. 24. §. 2.*
42 *l. 55. §. 2. h. t. Locati.* Obtinet tamen in foro mercatorum, quòd si Magister destinatum navibus iter ob prægnantes belli, piratarum, detentionis, capturæ, aut similis periculi causas prosequi detrectat, nautis dimissis, ultra id quod anteà solvit, quartam totius mercedis partem tantum superaddere teneatur, Ord. Belgic. naut. Philipp. II. *art. 9.* Caroli V. *art. 18.* Idque ratione dictæ *l. 55. §. 2. d. t.* verb. *sine justâ & probabili causa.* Si autem hæc non adsit, nautis integram tenetur solvere mercedem. *art. 7.* Von des Schiffers Ampt. d. Hänſ. See-Recht/ nisi, Es were dann/ daß nach vollenzogener Reise jemands seiner Verbrechung halber etwas an dem Lohn abzuziehen were. *art. 5. d. tit.* Vom Ampt des Schiffers.

43 Concordat ferè cum prioribus *art. 20. tit. 4. prædict.* Ordin. Hanseat. Von der Schiffleute Uffnehmung un Ampts-gebühr. Cujus verba ita habent: Wann ein Schiffer sein Volck uff einen gewissen Ort geheuret/ und es keme ihme zur stelle Zeitung von seinen Freunden/ oder sonst jemand zu/ daß er am andern Orte besser Profit zu thun verhoffete/ so sollen ihm die Schiffskinder folgen/ des soll ihnen der Schiffer Verbesserung zusagen/ und so sie sich derer unter einander nicht vergleichen könten/ soll die Erkäntnüß darob seyn bey den Alterleuten der Schiffergeselischafft/ oder andern unparteyischen Seefarenden Leuten/ Wolte sich niemand daran begnügen lassen/ und etwa Meuterey anrichten/ der soll wie ein factiosus, oder Meutmacher gestraffet werden; Et *artic. seq. 21. eod. tit.* Also auch/ wann dem Schif- 44
fer ausserhalb Landes eine Fracht fürfiele/ sollen ihme seine Schiffkindere gegen ziemliche Verbesserung folgen/ konten sie sich der Verbesserung nicht vergleichen/ soll der Schiffer deswegen die Reise nicht unterlassen/ sondern dem Volcke ungefehr soviel als die halbe Heure ertragen mag/ entrichten/ und das übrige nach vollendeter Reise zu guter Leute Erkändnüß stellen. Secus autem si 45
nautæ navem post contractum initum derelinquere conentur; cum hoc illis sub amissione mercedis, aliisque gravibus pœnis sit prohibitum. Constit. Belgic. Phil. II. *de naut. art. 1.* Jus naut. Wisb. *art. 54. & art. 23. 24. 25.* hisce verbis. *Artic. 23.* Würde aber ein Schif- 46
fer ausserhalb Landes von fremden Potentaten angehalten/ oder er müste uff Fracht warten/ oder auß andern Ursachen den Schiffsfreunden zum besten stille liegen/ so soll er deswegen dem Schiffvolcke über Kost und Tranck ein sonderbar Beygeld zugeben weder schuldig noch berechtiget seyn/ sondern sollen solches nach verbrachter Reise ebenmässig zu Erkäntnüß guter Leute stellen/ Wolte jemand der Schiffleute dessen nicht vergnüget seyn/ sondern etwan vom Schiffe derentwegen lauffen/ der soll auf gutbedüncken der Obrigkeit an seinem Freyen höchsten gestraffet werden. Et *art. 24.* Wolte auch der Schiffkinder einer/

einer/wann die halbe Reise gethan were/ vom Schiffer Urlaub haben / so soll er dem Schiffer die gantze Heure und Fürung zu bezahlen schuldig seyn. *Art.25.* Würde aber ein Botsman oder Schiff-Officirer / wann er die halbe Heure empfangen/vom Schiffe entlauffen/dem soll/da er betreten/ein Bootshaccк auf die Backen gebrand werden.

47 Modò autem dicta procedunt de jure nautico Belgico & Wisbuensi, nisi ante solutionem navis & suscipiendum iter post contractum initum,nauta,der Schiffgesell ipsemet navim accipiat, in quo magistri officio fungatur, aut matrimoniô interveniente detineatur, quô casu mercede redditô, ab itinere suscipiendo, ob matrimonii favorem, liberatur. dict Ordin. Phil. II. *de Naut. art.14.* Jus Wisbuens. *art.64.*

48 Idem obtinet, si navis vendita aut alii cessa; quô factô nautæ conductionis lege haut ulterius tenentur. d. Ordin. Philip. II. *art.12.* & Caroli V. *art. 21.* Si autem hâc venditione aut cessione lædantur nautæ, magistrum ad omne interesse convenire possunt. *d. Ordin. naut. Carol. V. art.22.*

49 Si nauta duobus magistris operam sub certa mercede promiserit, priori locationi, si ita magistro visum fuerit, stare tenetur. *d. art. Carol. V. 22.*

50 Si sine probabili & justa causa magister nautam dimittat, aut nauta dimissionem petat, non nisi dimidium mercedis peti potest, per antè *alleg. art. 20.* Von der Schiffleute Uffnehmung Häns. See-Ordn. Si ante susceptum iter; secus si in ipso itinere fiat, quô casu integra merces seu locarium solvendum erit. d. Ord. Phil. II. *art.13.* Jus Wisb. *art.3. & 44.*

51 De vecturæ autem pretio, ejusque varietate secundum consuetudines regionum vid. Fr. Stypm. *de jure naut. p.4.c.10.n.114. usq. ad 140.*

Quô tempore hæc vectura solvenda de consuetudine Hanseaticorũ vid. *art.6. tit. de offic. mag. nav.* Hans. See-Recht zu Bremen Anno 1641. gedrucket.

Quo in loco vectura solvenda, *vid. infr. h. cap. n.55. & seqq.*

Tantum etiam de actibus Magistri & nautarum in hoc Contractu. Sequitur 52
paucis de Exercitorum cum Navarcho. Sæpè enim accidit, quòd magister non sit dominus navis, in totum aut pro parte. Si pro parte dominus, aut lucri partem locô mercedis stipuletur, societas vulgò Maetschap vocatur; de quâ alibi. Si simpliciter autem mercedem petit ab Exercitoribus, locatio conductio indigitatur, de quo ita leges nostræ nauticæ Hanseaticorum, tit. Von der Rehder Macht 53
in Annehmung und Beurlaubung der Schiffer *art.1.* Welcher Schiffer zuvor einSchiff gefüret hat/ der sol võ niemand anders vor Schiffer angenommen werden / es sey dann / daß er gut Beweiß und Zeugnüß uffzulegen habe/ daß er võ seinen vorigen Freunden/ denen er gedienet / mit ihrem Wissen und gutem Willen/ nach gethaner richtiger Rechnung abgeschieden sey/ bey Straffe 40. Reichsthaler / halb dem Rahte / und halb den Schiffsfreunden zu entrichten. *Art. 2. d.t.* So bald nun jemand vor Schif- 54
fer angenommen wird / sollen ihm die Rehdere und Freunde seine Heure uff alle Fahrwasser machen/ damit der Schiffer nach solchem auch des Steuermannes und anderer Officirer Heure zumachen/ und darein der sämbtlichen Rehdere bestes zu wissen/möge angewiesen werden.

Et tantum etiam de hoc. De cæ- 55
teris actibus inter Exercitores & Navarchos cùm ad hunc Loc. conductionis contractum propriè non spectent, plenius videri possunt sæpè allegatæ LL. nauticæ Belgarum, Hollandorum, Wisbuens. & Hanseaticorum, Item Dd. & Interpp. *ad tit. ff. de Exercit. act. & Locat. & conducti.* Hisce omnibus colophonis locô libet addere unam vel alteram generalem, in foro observatam Quæstionem. Et quidem primò: 56
Si mercatorum aliquis, nomine alterius mercatoris Hamburgi degentis, navim certô pretiô Lubecæ conducat; navis autem illa in itinere intercipiatur, aut aliâ vi majore impediatur, quominus propositum iter persequi possit, an conductor in foro contractus, an verò domicilii committentis, ut vo-

57 cant, conveniendus? Et respondetur quòd ille, qui ad conducendam navim ab alio mandatum habet, meritò in loco contractûs conveniri possit. Cùm in foro mercatorum cogniti juris, ut contrahens ex mandato alterius, ibi conveniendus sit, ubi ex mandato contractus celebratus. Decis. Rot. Genovens. *161.n.4.* & contrahens Factor seu mandatarius, absente mandatore conveniri possit. Paul. de Castr. *vol.2.cons.20.* Böer. *decis.273.circ.fin.* Cæpoll. *vol. 2.cons.141.n.21.& 22.* imprimis
58 si stipulatio pretii Lubecæ solvendi expressa conductori facta accesserit. *l. si procurator meus. 28 ff. de Procurat. l. cum vendente C. ubi causa fiscales.* ut ita ad contrahentis personam reflexionem habuerint, ejusq; fidem secuti sint ipsi exercitores locatores. Nec interest, an in dem Seebriefe vulgò Charte partye, Galli lettres de Gargayson, Itali in
59 charta partita, ut vocāt, seu instrumento contract9, verbū uff Rechnung eines andern/ gesetzet/ cùm hæc verba saltem quoad regressum eventualem conductori prosint, non verò, ut forum mandantis & absentis sequi teneantur Lo-
60 catores. Secus si ex charta partita appareat, exercitores seu magistrum non Factoris seu Mandatarii, sed Principalis seu Mandantis Hamburgensis fidem seqvutos fuisse; quô casu & principalis illic conveniendus erit. vid. Jac. Cooren. *observ. 28. p.199. & 200.*

61 Secundò, quærunt Dd. Utrum lis intentata coram uno Judice super damno per locatorem navis dato, ob nō impletum contractum locationis, impediat locatorem mercedem petere ex eodem contractu, coram alio judice?

Item, promittens solvere naulum certô locô, an & quando aliô locô conveniri possit? 62

Quartò, Nomine institoriô Contractum locati conducti exercens, an obligetur? 63

V. An Conductor navis possit conveniri pro naulo, si ita conventum sit: Partien verbinden elckandern voort geene voorß: is/ te weten de Koopman syn ingeladen tarwe (oder Waaren) sonder mehr; ende de Schipper sine Voorseide frecht/ ent Schip mit sinen toebehorden/ ende vorß: syne Persoon ende Goederen &c. 64

Et respondetur, quòd ultra promissas & navigiô contentas merces tunc non teneatur conductor; idque ob verba pactô adjecta sonder mehr; quæ sunt taxativa seu restrictiva; quorum natura est excludere omnes casus, extra orationem, in qua ipsa est, positos. Br. Alex. *in l. in pr. ff. si quis in jus voc. non obtemp.* Quamvis enim sit de naturâ locationis & conductionis, ut conductor sit obligatus pro naulo, pactô tamen effici potest, ut naulum ab alio petatur, & pro eo tantummodò res aliquæ obligatæ sint. Quoniam naturalia contractuū per pactum amoveri possunt. Mantic. *de tac. & ambig. convent. lib. 1. tit.13. n.30. cum seqq. & lib.22. tit.21. n.23. per l. Lucius. 24. in fi ff. Depos.*

De hac & præcedentibus quæstionibus, vide plenè in utramq; partem disquirentem Jac. Cooren. *observ. 28. rer. in super. Jud. Holl. Zeland. & Fris. judicatarum.*

Caput XI.

De
Societate, Mandato, & Fidejussione Mercatorum.

Summaria.

1. Inter Mercatores Contractu Societatis hodiè nihil frequentius.

2. Societas quotuplex.

3. Societas quomodo perficiatur.

4. Tacitè inter Mercatores quomodo ineatur Societas.

5. Actus, ex quibus tacitè præsumatur Societas.

6. Citra

6. *Citra intentionem contrahentium ex nullis actibus nascitur societas & .8.*
7. *Quomodo discernantur Societas, Communio bonorum, & Negotiorum gestio.*
8. *Actus Communes in foro mercatorum non statim efficiunt socium. Sicut nec Correi debendi Socii.*
9. *Conditores Juris statutarii Lubecensis distingvunt inter Societatem, quæ ex consensu, & eam, quæ ex communione nascitur.*
10. *A negociorum gestore, seu Factore ad socium non valet consequentia.*
11. *Depositio mercium in una eademq́ navi* die zusammen Rehdung/ *non inducit in Curia Mercatorum, Societatem, citra speciale pactum.*
12. *Num si plures unam eandemq́ gerant negociationem, ut socii, pro Contractu unius cæteri conveniantur?*
13. *Duo rei debendi hodiè in solidum conveniuntur.*
14. *Quæ requiruntur, ut ex contractu unius cæteri conveniantur socii? Ubi in fin. de Beneficio competentiæ, an & quando, inter socios locum habeant. ad concil. L.16. ff. de Re jud. cum l.63. ff. pro Soc.*
15. *Una societas particularis non ad aliam, nec ad diversum contractum per socios gestum, trahenda.*
16. *Extra societatem gesta non obligant socium particularem.*
17. *An pactum sociorum valeat, ut dissolutâ societate capitale salvum maneat ponenti, ei verò, qui præstitit operam, interusurium saltem communicetur?*
18. *Æqualitas inter socios servanda.*
19. *Pretium operæ intelligitur correspondens interusurio non sorti:* An das Capital kan der *Operarius* nicht kommen.
20. *Expensæ sunt pars Capitalis.*
21. *Lucrum non est nisi sorte deductâ.*
22. *Socius socio impensas necessarias in societatem præstitas refundere tenetur.*
23. *In bonæ fidei judiciis non tantùm expressa, sed etiam tacita veniunt, si æqua & bona.*
24. *In impensis necessariis, socius utitur Jure retentionis.*
25. *Num sit societas, si Mercator accipit in conficiendis negotiis alienis aut communibus mercedem laboris, vulgò provisionem?*
26. *Ex observantia Mercatorum, hodiè in societate, rectè provisio accipitur.*
27. *Pactum sociorum valet, ut Capitali deperdito solus ponens damnum sentiat.*
28. *Res perit suo domino.*
29. *Pacta inæqualitatem inter socios inducentia, quatenus permitttantur. remiss.*
30. *Quilibet aliena negocia administrans rationam reddere tenetur.*
31. *Quando & quomodo à Mercatoribus rationis redditio petatur.*
32. *Cautela pro Mercatore Socio, qui ad reddendas rationes nimis urgetur.*
33. *In folle rationes reddere, quid sit?*
34. *Qui de Societatis Contractu fusè scripserint remiss. ubi de dissolutione societatis quædam annectuntur QQ.*
35. *De societate bellica, vulgò Admiralitét & ejus definitione.*
36. *Admiralitatis origo ex Hispano-Belgico bello; ejusq́ requisita & officia.*
37. *Damnum in Admiralitate perceptum, quomodo rependatur.*
38. *De Statutis & ordinationibus circa singularem hanc Admiralitatis societatem remiss.*
39. *De societate navali, seu actione exercitoria vulgò* Mitrehderschafft. *remiss.*
40. *Magistri navis hodiè ex suis navium partibus plus lucri, quàm exercitores ipsi acquirunt.*
41. *Magistri navium cum consensu cæterorum invitis exercitoribus iter prosequi possunt.*
42. *Nautæ simul exercitores carinam ex necessisate obligare volentes, si creditorem non inveniant, merces, non verò navem vendere possunt.*
43. *Nautæ exactissimam rationem reddere tenentur.*
44. *Mandatum in foro Mercatorum dicitur Commissio.*
45. *Mandans mandatum pro parte acceptari & rejicere non potest.*
46. *Fines Mandati strictè observandi.*

47. Clau-

47. Clausula de non transferendo merces ex navi onerata in aliam navem, an semper & indistinctè in omni Mercatorum mandato exactissimè observanda?
48. An in duplici mandato, re adhuc integrâ, primi, an verò posterioris mandati litteræ observandæ?
49. Mandatum ad emendum & vendendum dari potest: It. aut receptum expediri, aut maturè renunciari debet.
50. Mandatô nos juvari, non decipi oportet.
51. Formam posterioris mandati mercatori secundùm omnes qualitates observare incumbit.
52. Non est in facultate mandatarii addere vel demere ordini seu Commissioni sibi datæ.
53. Mandatum seu commissio, an, quando, & quomodo per cognata seu æquipollentia in foro Mercatorum impleri possit? & seqq.
54. Mandatum ad solvendum quomodo promissione adimpleatur in curia Mercatorum.
55. Mandatum habens, ut certô locô quid agatur, alibi locorum effectui dari non potest.
56. An inter Mercatores in generali mandato, facultas quoq; pecuniam ad cambium recipiendi tradita censeatur.
57. Quid in Recambiis hoc in passu juris?
58. Num Mercator cui transmissæ merces cum mandato, ut eas ad diem vendat, si vendidisset, & mercium Emtores amissâ fide, quâ tempore contractûs erant, decoxissent Mandati teneatur? N.
59. In mandatis sufficit utiliter negocium esse ceptum, etsi eventus ex casu non adsit.
60. Statutum Hamburgense in præced. quæst.
61. Tutori non potest imputari decoctionis casus, si pecuniam pupillarem, deposuit apud Mercatorem, cui parens credidit.
62. Mandatum de Jure Communi gratuitum.
63. In Mandatis Mercatorum hodiè solvitur provisio.
64. Provisio solvitur etiamsi non conventa sit.
65. Salarium quando Mandati actione de Jure Civ. peti possit.
66. De Jure communi, qui aliquem commendat, non tenetur.
67. De Jure Statutario Lubecensi, qui aliquem commendat, mandati tenetur.
68. Creditor alicujus Mercatoris, quem novit jam decocturum, si alii, idoneum esse, falsò affirmaverit, ut pecunia ipsi crederetur, ex qua sibi postea satisfieri procuravit, actione de dolo conveniri potest.
69. An & quando laudans, persuadens, affirmans & approbans aliquem, mandati teneatur. remiss.
70. Rejicitur Brocardicum Dd. quod Fidejussio non sit de pertinentibus ad negociationem.
71. Fidejussio cùm non sit contra bonam fidem, ex foro mercatorum non est relegand.
72. Mercator fidejussor in duriorem quàm ipse Principalis non obligatur causam.
73. Excussionis beneficium Mercatorum curia non denegatur.
74. Beneficium excussionis locum non habet, ubi quis principalem se constituit debitorem.
75. Idem de Jure Lubecensi obtinet, ubi Exceptiones, quibus excussio locum non habet remiss.
76. An qui generaliter fidejussoriis beneficiis renunciavit, excussione renunciâsse videatur?
77. An & quando alteratione, prorogatione temporis, & novatione obligationis cum principali facta, fidejussor liberetur?
78. Si fidejussor se obligavit ad certum tempus, non videtur facta prorogatio.
79. Quid fidejussori præstandum, si conventum inter creditorem & debitorem, ut solvatur aliud, quàm quod fuit in prima obligatione.
80. Singularis fidejussorii pacti inter negociatores exemplum.

81. In

81. *In bonæ fidei Judiciis cùm nondum dies præstandæ pecuniæ venit, de jure Civili justè cautio petitur.*

82. *Secus de Statutis Lubecensib. ob facilitatem Commerciorum.*

83. *Qui cum alio contrahit ejus conditionis ignarus, facilitati suæ imputare debet, cùm læditur.*

84. *An qui extero Mercatori merces vendidit, ut pretium certô die solveretur, eô prætextu, quod ille nullibi possessionatus, traditionem negare aut post conventionem fidejussores petere possit? remiss.*

85. *Limit. præd. singulare in Bancci-ruptore & fugam meditante debitore, à quo in diem vel sub conditione debente Cautio exigi potest, quâ deficiente petitur missio in bonorum possessionem.*

86. *Singularia de Fidejussionib. mulierum & uxorum Lubecensium. remiss.*

87. *Utrum si nauta pecuniam communem ex summo periculo solvet, & apud bonæ fidei Mercatorem cum fidejussione deponat, posteà depositariô decoquente conveniri possit?*

88. *Qui in fraudem Creditorum alienatum accepit, excussô alienante tenetur.*

89. *Qui suas simul res & alienas casu amisit, ad restitutionem non tenetur.*

90. *Regula* Hand muß Hand wahren / *ratio.*

91. *Damnum sentire nō censetur, quòd quis propriâ negligentiâ & facilitate sentit.*

92. *Absurdè distinguitur circa obligationum jura inter proprium & fidejussorium debitum.*

93. *Fides est mercatorum substantia & Spiritus Vitalis.*

Satis multa pro instituto nostro de Semtione & venditione, item Locatione conductione, ut primis contractibus, qui consensu constant, diximus; quoniã verò inter mercatores ho-
1 diè contractu SOCIETATIS & MANDATI nihil ferè frequentius (negociationes enim plerumque fieri solent, aut per mandata, quæ vulgò, stylô modernô, Commissiones ab illis dicuntur, aut per societates, Vultej. *in l. un. C. in quib. causis mil. for. præscript. uti non poss. n. 63.* Und treibet man in Kauffmanschafft gemeiniglich Maschopey / ut mercatores loqvuntur. Matth. Wehn. *in observ. verb.* Mascopey) pauca & de his, sicut & fidejussione erunt attin-
2 genda. Hæc verò societas est vel Pacata, vel Bellica, quæ vulgò Admiralitas
3 vocatur. Pacata illa vel terrestis vel maritima seu navalis mercatorum societas, perficitur non modò expresso verborum, sed & tacitô consensu; ita tamen, ne sub tectis & tacitis contracti-
4 bus fraus fiat bonæ fidei. Tacitè autem inita societas dicitur I. Ex inscriptione libri mercatorii, Rot. Genov. *decis. 31. n. 2. & decis. 71.* per text. *l. qui admittitur. 19. l. planè. 24. ff. pro socio.* Br. in *l. Titio. 47. §. altero. 6. de admin. tut.* Strach. *tr. de mercat. p. 2. n. 53.* & quos ibi alleg. vid. & Tib. Decian. *Cons. 8. vol. 5.* II. Ex actibus facti (ut loqvuntur Dd. & Joh. Petr. Surd. *Consil. 9. pr. vol. 1.*) Cùm plus sit, factô aliquid quàm verbis demonstrare, *c. dilecti, De Appellat.* Et mens & intentio, quæ in fraudem legum sæpissimè à mercatoribus invertitur, ex qualitate actuum omninò colligenda erit; sicut ex P. Anchorano per Menoch. *de Præsumt. lib. 3. præsumt. 56. n. 3. 4.* videre licet. *Ubi n. 10.* concludit, quòd ex communi emtione societas præsumatur contracta. Sunt autem hi actûs inter cæte- 5
ros 1. Communis obligatio, receptio & solutio pecuniarum. 2. Alienatio. 3. Mutatio. 4. Promiscua & communis possessio rei, & damnum in communi negociatione ortum commune. Quibus omnibus fama mercatorum communis accedit; de cujus viribus & requisitis vid. Cothm. *cons. 12. n. 155. & seqq. vol. 1.* Maximè tamen hîc Judici 6
observandum erit, ex actibus hisce communibus mercantilibus, citra intentionem contrahentium & agentium, non statim nasci inter mercatores societatem. Nam, ad discernen- 7
dam societatem & communionem bonorum, ut & negociorum gestionem ex quasi contractu ortã, maximè erit distinguendum inter communionem

nem sine tractatu evenientem,& eã quę præhabitô tractatu contrahitur; hæc solã actionem pro sociô, illa verò solùm negociorum gestionem, communi dividundo, familiæ herciscundę, Jul. Ferr. *de re naval. lib.3.n.31.* vel similem actionem parit, per textûs expressos *in l.31.& 32.ff. pro soc.* & ibi Gothofr.

8 Sic tótô die in foro observatur, à duobus vel tribus mercatoribus simul integrã sæpè navem, mercibus onustam coëmi, transmitti & vendi, quæ non, nisi pro rata, citra ullam societatem ad quemlibet eorum spectat. Similiter duos vel plures navem certis mercib9 onerare & exonerare comperitur, qui nihilominùs tamen haud protinus propter hunc actum communem pro sociis reputandi sunt.

Deinde, cùm in certa & determinata summa, duo, ut correi debendi, se in solidum obstrinxerint, à mercatoribus idipsum statim pro societatis actu non erit ducendum, nisi 1. Intentio societatis initæ ab adversario probetur. 2. Comuni nomine pecunia credita, accepta & expensa sit, certis proba-

9 tionibus adferatur. Et conditores juris Statutarii Lubecensis accuratè distinguunt inter societatem, quæ ex consensu, & eam, quę ex communione nascitur; comprehendentes non solùm unamquamque singulari titulô, sed disponentes etiam expresse, quòd solutio debitorum socii, non aliter nisi in casu societatis universalis, seu bonorum accipienda sit. *art. fin. tit. de societat. Stat. Lub.*

10 Tertiò, ad perficiendos hosce actûs communes notandum, non sequi: Est ipsius Institor, Factor, seu negociorum gestor, E. socius. E.g. Wann einer/ jemands halben/ eines oder ander empfänget/ oder verhandelt/ er also fort dessen socius oder Mascop seyn müste/ per notissimam juris differentiam.

11 Quartò, depositio mercium in una eademque navi, die Niederlegung der Waaren in einem Raum oder Schiff/ non inducit, præter intentionem & speciale pactum, societatem aliquam in Curia & foro mercatorum. *Dd. Practici* communiter.

Visis & excussis paululùm actibus, ex quibus præsumatur mercatorum societas, nunc ad ipsum Contractûs synallagma, ejusque singularia progrediemur. Ubi primô locô sese offert vulgata illa & in praxi frequenter occurrens quæstio, Numquid, si sunt plu- 12
res qui gerunt mercaturam, vel unam negociationem, ut socii, pro contractu unius, cæteri conveniantur in solidum? Remotis ambagibus, Affirmativa nobis, cum Nicolao Eberhardo Jun. *consf.6.n.12.vol.2.* videtur verior. 1. *per l. eandem rem 9. ff. de duob. reis.* & ibi Ronchegall. & Bart. *n.7.& 47. ff. locat. l.3.§.1.ff.& l.2.C. de duob. reis,* quia hi socii deveniunt duo rei debendi, qui (scil. si sunt socii & correi simul; secus si sint nudi correi. *auth. hoc ita. C. de duob. reis.*) hodiè in soli- 13
dum conveniri possunt. *dd ll.* imprimis *d. l.9. §. fin.* ubi dicitur, quod in cujusque persona propria singulorum consistat obligatio. Nobiliss. Dn. Arum. amicus meus, dum vixit, summus, *Exercit.13. θ.9.* Hillig. *ad Donell. 16. Comment.25. lit.G.* Costal. *ad l.17. ff. ad SC. Vellej.* Robert. Marant. *in spec. aur. d. p. 4. dist.9. n.94. & seqq.* Unde vult Bl. *in l. fin. Col.3. C. de ædilit. action.* Quòd si mercator, à tribus aliis mercatoribus unius negociationis, res aliquas emerit, & velit agere quanti minoris vel redhibitoriâ, non autem reperiat nisi unum ex dictis mercatoribus, quòd tum possit illum ipsum in solidum convenire, si nimirùm omnes æquales habeant partes, & æqualem administrationem. Bernh. Grævæ. *2. concl.24. consid.2. n.2. per tot.* Rot. Genov. *decis. 46.* Marant. *d.l.n.99.* Inde fit, ut socius assecurans nomine cæterorum omnes suos consocios in solidum obliget. Rot. Gen. *decis.29.*

Ut autem ex contractu vel facto u- 14
nius sociorum teneatur socius alter, non solùm hoc est necessarium, 1. quòd unus ab altero negociationi præpositus sit tacitè vel expresse, juxta *l.1. §. fin. de exercit. act.* Sed etiam hoc

hoc requiritur, 2. quòd ille ſocius qui contractum fecit, eum celebraverit nomine hujus ſocietatis, cujus ſocios Creditores vel contrahentes convenire volunt. Nicol. Everh. *conſ.6. n.16.* Quod fit, ſi negocia ſocietatis à ſociis ſimul & promiſcuè pertractantur; ita, ut negociatores modò cum uno, modò cum altero eorum contrahant. Surd. *deciſ. 213. n.1* Roncheg. *in l. eandem in pr. n. 187. ff. de duob. reis* Rot. Gen. *deciſ. 185. n.2.* Menoch. *conſ. 410 n.37.* ubi ait, ſic communem mercatorum uſum ſe habere. 3. hoc fit, ſi plures mercatores ſocii adminiſtrationem negociationis committunt uni eorum. Hic tunc Inſtitoris & Factoris locô eſt, & ſingulos ex ſuo contractu obligat in ſolidum. *d l. ſi cum plures. 1. ibid.* Bart. *ff. de exerc. act.* Cacheran *deciſ. 150. n.7.* Mozz. *de ſociet. col. 4. n. 18.* 4. Quando liber rationum ſub unius ſocii nomine concipitur & inſcribitur, tunc ille cæteros obligat in ſolidum. Br. *in l penult. n. 4. ff. de ſtipul. ſerv.* Menoch. *d. conſ. 410, n. 39.* 5. Si alter ſociorum bonis cedat, vel aliàs ſolvendo nō ſit. Menoch. *d. conſ. 410. n. 40.* Cum quo coincidit Statut. Reipub noſtræ patriæ *art 5. tit. 9. lib. 3.* verbis: **Was der eine kauffet/ muß der ander bezahlen**; aliàs meritò in iis ex novo jure beneficium diviſionis D. Hadriani locum habet. *auth. hoc ita, C. de duob. reis. & Novell. 99. cap. 1.* Gail. 2. *obſ. 24. n. 2.* Hîc non incongruè Q. AN INTER HOSCE MERCATORES Socios Beneficium Competentiæ (quô tanta portio relinquenda eſt, quanta pro honeſtâ ac competenti ſuſtentatione neceſſaria eſt, quam denominationis rationem reddit Caſp. Manzi. *in patrocin. debit. depauper. decad. 3. q. 1.* Jura noſtra dicunt eſſe conveniendos in id quod facere poſſunt. *l. 16. ff. de re jud.*) locum habeat, ita ut omnibus omnino Sociis, an verò tantum ſociis omnium bonorum illud ipſum competat? in qua quæſtione notabilem Antinomiam inter *d. l. 16 ff. de Re judic. & l. 63. ff. Pro Socio* agnoſcere non dubitârunt Anton. Matth. *Diſp. 5. de fundam. jur. Hillig. ad Donell. 17. Comm. 9. lit. R.* Bachov. *ad Treutl. vol. 1. Diſp. 26. theſ 4. lit. K & ad §. 37. Inſtit. de Action.* Tentandum tamen, an non omnis hic ſcopulus evitari poſſit. Si in *l. 16. ff. de Re judic.* regulam, *in l. 63 ff pro ſocio.* exceptionem proponi dicamus.

Regula eſt, Socium tantùm omnium bonorum conveniri in id quod facere poteſt. *d. l. 16.* Exceptio eſt, interdum etiam unius rei Socium in id quod facere poteſt, conveniri. Hanc exceptionem ibi proponi oſtendit ipſa ibidem adjecta ratio, de jure fraternitatis, quæ in Socio unius rei non ſemper, ſed reſpectu tantum illius rei, in qua ſocietatem contraxerunt, militat. E. G. Si ſocius à ſocio particulari ex MUTUO conveniatur, ibi ceſſat ratio fraternitatis, quia mutuum non quaſi inter ſocios, ſed tanquam inter extraneos contractum intelligitur, ſi ſcilicet non dependeat ex illa re, in qua ſocietas contracta eſt. *Vi Regulæ* itaq; ſol⁹ ſocius omnium bonorum, quotieſcunque pro ſocio convenitur, condemnatur in id, quod facere poteſt. *d. l. 16.* ſive actione ex ſtipulatu. *l. 41. ff. Pro Socio*, ſive actione Legis Aquiliæ. *l. 47. §. 1. ff. Eod.* vel aliâ actione doli clauſulâ carente, conveniatur, ratio, quia in Socium omnium bonorum nulla poteſt dari actio, quin ſit, ratione Societatis, quæ Jus fraternitatis continet. *Vi Exceptionis* verò, etiam Socius unius rei in id quod facere poteſt, condemnatur, at non ſemper, ſed tum demum, ſi ratione illius rei, in qua ſocietas contracta eſt, conveniatur. Limitatæ enim cauſæ limitatus effectus ponendus, & utique Socius unius rei, non ſemper reſpectu ſocietatis, ſed interdum etiam ratione alterius rei, extra ſocietatis copulam mutuò convenitur. Vid. *l. 55. §. 5. & 6. l. 63. §. 9. in fin. l. 66. §. 10. l. 67. § 1. ff. Pro Socio.*

15 Unam ergò ſocietatem non ad aliam trahi, nec ad diverſum contractum, per unum ex ſociis geſtum, indubi-

dubitati juris est; cùm sit particularis societas. *l. cum duob. 52. & §. cum duo erant. ff. pro soc. & ibi Dd.* E. G. Is, qui cum Titio societatem contraxit coriorum, si posteà idem Titius cum tertio societatem panni iniit, & fide tantùm labefactatâ decoxit, nequaquam ad debita Titii, causâ societatis panni contractâ, tenetur. P. Anchotan. *Conf. 410.* Paul. Parif. *conf. 94. n. 27. vol. 1.* Raph. Cuman. *conf. 172. col. 2.*
16 Strach. *de decoct. part. 5. num. 3.* & nullum socium ex negocio socii, extra societatem gesto, obligari tradunt Marpp. *conf. 24. num. 156. vol. 1.* ubi allegantur Gail. *2. obs. 90. n. 5.* & Gabr. Mudæ. *ad l. jure societatis 82. & l. nemo ex sociis. 68. ff. pro soc.* Nicol. Everh. *d. conf. 6. n 32.* Nisi sit socius omnium bonorum. *art. 5. de societ. Statut. Lub.* ibique Dn. Mev. *n. 19. & seqq.* quibus adde Wesembec. *conf. 138. per tot.*

Deinde solent plerumque à mercatoribus societati certa quædam adjici pacta; de quibus una atque altera erit
17 discutienda quæstio, v. g. Quidam mercatores socii pacti sunt inter se, ut, dissolutâ societate, capitale salvum maneat ponenti; cum eo verò, qui præstitit tantùm operam, ut etiam interusurium tantùm communicetur; quæritur, num pactum valeat? Et pri-
18 mâ quidem fronte dicendum videtur non valere, propterea quod æqualitas perpetuò inter socios servanda sit; & ponens operam intelligatur pretium operæ posuisse; ut ob id ei, qui pecuniam posuit, æquiparandus sit, quemadmodum ultra Andr. Gail. *2. obs. 24.* ita sensit Camill. Borel. *cons. 5. n. 1.* asseverans probansque tàm Civilistas, quàm Canonistas, nec non Theologos communibus suffragiis huic addere vota, consentit Fr. Vivius, *decis. Neap. 180. n. 1.* Joseph. Ludov. *concl. 53. n. 34.* & alii. vid. Stypm. *d. p. 4. c. 11. n. 25. cum mult. seqq.*

Verùm hisce minimè obstantibus, licet de jure communi ita receptum sit, pactum tamen hoc inter mercatores valere non dubitarem, cùm pacta sint leges inter partes. *l. prima. §. si con-*
19 *venerit. ff. depos.* Et hoc pactum de jure esse concludunt Dd. & Socin. *conf. 24. col. 10. vers. & ex prædictis. vol. 1.* & pretium operæ intelligatur esse correspondens interusurio pecuniæ, non ipsi sorti. Decis. Rot. Gen. 159. & Fachinæ. *lib. 2. controv. cap. 95.* Si tanti sit opera, quanti pecunia. *l. 29. §. 1. h. t.* Capitale enim socii manet incommunicabile. h. e. An das Capital des andern kan der Operarius nicht kommen. Anthon. Matth. Giphan. & alii *ad §. illa. Inst. de societ.* (Idem quoq; juris hoc in passu in Expensis, quod in Capitali seu sorte; cùm expensæ pars sint Capitalis; quip- 20
pe hisce non restitutis, tot de sorte citra omnem culpam impendentis decederent; non sunt enim expensæ in definitione lucri non minus, quàm causa in effectu contra ordinem naturæ) Ratio est, quòd hic effectus intentioni contrahentium, quæ non in sortis sed lucri communicationem dirigebatur, rectà adversaretur, dum lucrum non 21
sit, nisi sorte deductâ, *l. 30. & ibi Costal. pro soc. & l. 65. §. 14. d. t.* idque omne juxta proportionis Arithmeticæ naturam; ne alioquin alius cum alterius damno locupletetur. Pro qua sententia ratiocinatur Bald. *in l. 1. C. pro soc.* Unde socius 22
mercator, ratione impensarum necessariarum, e. g. victûs & alimenti, in causam societatis ab alterutro sociorum præstitarum vel damnorum communi causâ acceptorum alteri ex sociis pro rata b. f. impendenti restituere tenetur, etsi nullâ præviâ cautione hoc munitum sit. *l. 27. 28. & 38. pro Soc.* Ratio, quòd 23
omne in bonæ fidei contractibus, non tantum quod explicitè verbis expressum, sed & tacitum veniat, sc. si æqvum & bonum sit, *per l. 11. §. 1. de Act. emt. l. 12. §. 9. ff. mand. l. 2. & 5. de obl. & Act. & in fin. Inst. de obl. ex consens.* Et in his Judicis potestas & officium circa omissa tantundem operatur, ac si eorundem expressio facta sit. *l. 7. de neg. gest. l. 24. depos. l. 6. §. 1. de contrah. emt.* præsertim si accedat tacitus consensus socii præsentis, factum non ignorantis, nec legitimè actui contradicentis; & ita promiscuè sentiunt Dd. *ad §. in bon. fid. Inst. de act.* & Ludolph. Schrad. *de contr. tit. 27. n. antepen.*

pen. & d. tr. cap. 26. n. 53. Quapropter positâ hâc thesi, quòd actione scilicet vel condictione socius has impensas repetere possit, sequitur & exceptione sc.
24 retentionis vel compensationis, eas salvare posse; cui enim damus actionem, eidem & exceptionem competere, ex vulgari regula juris notum est. Quibus adde Roland. à Vall. *1. Cons. 53. n. 17. & seqq. per l. 14. §. 1. pro soc.* Et quoad compensationem Vasq. *6. illustr. controvers. c. 64. n. 7.* Idque fictione brevis manûs *l. 22. C. Theod. quorum appellationem non recipi.* Et hoc quàm maximè procedere, quando socius operam conferens alteri pecuniam conferenti assecurationem pro collata pecunia fecerit, ex Martin. Azpilcer. *cons. 1. n 72.* demonstrat Bernh. Grævæ. *2. concl.*
25 *pract. 24. n. 8.* Numquid autem societas propriè dicenda, si pactô conventô mercator in conficiendis negociis alienis aut communibus accipiat mercedem seu stipendium laboris, quod vulgò provisionem vocant? dubium movere potest. Quamvis hoc de jure communi, utpote locationem aut contractum innominatum FACIO UT
26 DES, sapiens, negari videatur. Observantia tamen mercatorum quotidiana, præsertim si de majori lucri parte haud conventum sit, contrarium suadet; cùm mercator pro quacunq; re, causa, vel operatione, licite possit recipere provisionem seu lucrum. Jo Nider. *de contract. merc. c. 3. n. 13.* Ist auch gar gemein inter mercatores, daß etliche sich bloß mit Worten / davon keiner als sie unter sich Nachrichtung wissen / einlassen / auch keine ordentliche Mascopei-Bücher (sicut Rotæ Genuensis *decisio 31. n. 2. & decis. 71. n. 4. superius allegatæ, requirunt*) davon halten / besondern gleichsam in einer geheimten Societät sich vereinbahren / Gelder sociali nomine & negociatione auff ihren Credit auffzunehmen / und eine Partei Waaren / womit der eine diese der ander andere Außwege weiß / dafür einzukauffen / und weme unter diesen sociis particularibus die Waaren zu verhandeln an die Hand am glücklichsten und nähesten gerathen / derselbe seine gewönliche Provision darvon berechne / Im übrigen / die also Mascopeilicher weise auffgenommene Gelder einem zugeordnet werde / abzutragen / soweit sich dessen Rechnung erstrecket / der andere und dritte gleichfals / und also collatô calculô zugesehen wird was detractâ provisione, Gewinn und Verlust sey. Et ejusmodi societates inter mercatores quotidiè contrahuntur & observantur, adeò ut usque ad solutionem receptarum pecuniarum in solidum maneant obstrictæ.

An autem pactum inter socios initum, ut, quā quisq; pecuniam in commodum societatis confecerit, ex ea plus lucri quàm alter consequatur, intelligatur etiam de ea pecunia, quæ studiô quidem ac industriâ unius ex sociis conquisita est, sub fide tamen & cautione totius societatis? Vid. Hartm. Pistor. *lib. 3. q. 3. per tot.*

Neque minus & hoc pactum inter 27
mercatores socios valet, ut, capitali deperditô solus socius, ponens capitale, damnum sentiat *l. jurisgent. 7. §. ait. ff. de pact. l. 1. §. si convenerit. Deposit. l. legem. ff. de LL. l. 1. ff. Constit. pec.* Rota Genov. *decis. 183.* Fachin. *lib. 2. controvers. 94.* Harprecht. *2. disp. 12. th. 11.* Quemadmodum & contractâ societate conquæstuum tantùm, si domus alterius ex sociis exusta, fundus inundatione absumtus, aut navis naufragiô deperdita sit, damnum hoc ex communi resarciri non debet; docente elegantibus rationibus Jac. Cooren. *consil. 18. p. 79. & seqq.* Nec 28
est, quòd tale pactum inæqualitatis aut iniquitatis insimuletur; cùm certum sit, rem suam perire domino. *l. quæ fortuitis. 6. l. pignus. 9. C. de pignor. act.* Vid. Mantic. *de tac. & ambig. convent. lib. 6. tit. 8.* Quatenus autem hæc pacta, inæ- 29
qualitatem inter socios inducentia, jure permittantur, vel non, tractant Hart. Pist. *3. q. 1.* Jo. Köpp. *2. obs. 56.* Aym. Cravett. *cons. 173.* Gail. *d. obs. 24.* qui consulendi cum Stypm. *de jur. naut. p. 4. cap. 11.* Quamvis indubitati juris sit, quemlibet 30
aliena negocia administrantem, rationem reddere oportere. Jas. *cons. 4. n. 1. & 3. vol. 1.* Paris. *cons. 82. n. 22. cons. 84. n. 24. & cons. 88. n. 6. lib. 1.* Rot. Gen. *decis. 165.* Menoch. *lib. 2. de arb. JJ. quæst. cent. 3. cas. 109.*

Rol.à Vall. *vol.1. conſ.49.* cùm ad hoc juris divini autoritate compellatur; juſſit enim hoc Villicum Salvator noſter. *Luc 16. Matth.18.* & habetur *in c. qualiter & quando. 2. de Accuſat.* Dd.*d.l.* Nihilominus tamen quid in hoc puncto juris inter mercatores ſocios obtineat; & num ab his, quandocunque & ubi libuerit, rationis redditio peti pos-
31 ſit? Doctores non conveniunt. Bartolus putat, ante annum id exigi non poſſe à mercatore ſocio, *in l.neminem. C.de ſuſcept præpoſ.& arch.lib.10.* Baldus contrà, quandocunq; calculum peti poſſe opinatur *in rubr. C.pro ſoc. n.5.* facit *l.boves 89. §. inter. de V. S.* Strach. *de Contr. merc. n.8.* Petr.de Ubald.*tr.de duob fratrib.in fin.12.part* Uterq;, quamvis in ſpecie pugnent, rectè ſi intelligantur, non malè mihi ſtatuiſſe videntur; ſi enim quæramus, an calculus cum pecunia & lucro peti quandocunque poſſit, tunc Bartoli ſententia amplectenda; perniqvum n. eſſet, mercatorem, poſtquàm pecunias recepit & in merces erogavit ſeu deſtinavit, ante annum ſimul & pecunias & rationes reddere & reſtituere cogi: cùm, quòd hâc ratione conſilia mercatoris frangerentur; tùm quòd non ſine ſuo magno fortaſſe damno & incommodo fieret, ſi merces alieniori tempore cogeretur diſtrahere. Hæ a. rationes cùm in reddendo ſolo calculo ceſſent, rectè cum Baldo, qui procul dubio hoc quoq; ſenſerat, dici poteſt, calculum ſolum, ſeu nudam computationem ſine pecunia & lucro, quandocunque libuerit, edendam reddendamq; eſſe.
32 Quòd ſi verò mercator rationem adhuc intricatam juſtô tempore reddere urgeatur ſub pœna, id autem præſtare nequeat, quid faciendum ipſi erit, ut ad tempus ſecurus ſit? Hîc ei Dd Itali ſuppeditant cautelam, ut ſc. in FOLLE ut loqvuntur, Calliſtratus *in l. 82.ff. de condit. & demonſtr* (h.e. inex-
33 plicatè & confusè; eſt enim proverbialiter dictum, rationes in folle exhibere, ab illis ſumtum, qui pecunias ſeu ſyngraphas in marſupio oſtentant, nec qualis quantave ſit, ſciri volunt; quemadmodum egregiè exponit Doctiſſim⁹ Alciatus *lib.4.de verb.ſignif.n.4.* & ante eum Erasmus *Cent.9 Chiliad.proverb.37.* Fr.Munozz.de Eſcobar.*tract.de Ratiocin.adminiſtr.c.10.n.48 49.*) offerat rationem, & calculô ſubductô, ſe unius tantùm nummi debitorem remanere profiteatur, eumq; nummum illicò ſolvat. Cæterùm fidejuſſorem dare paratus, in eventum, quô apparuerit debitor in majore ſumma. Bald. *conſ 353. vol. 3.* Paul.de Caſtr. *in l.2.C. qui legit.perſon. ſtand. in jud.* facit *l.ſi à te. C. de pact. int. emt.* Angel. Alexand. & Bald.*in l.ſi reſiduum.5.C.de diſtract pignor.* & Dd.*in d.l. 82 de condit & demonſtr.* ubi Calliſtrat⁹, in folle ſeu ſacculo reliqua offerri, opponit ei, quod eſt rationes reddere; id eſt *legendas offerre rationes primùm, deinde computandas, ut explorari poſſit, imputationes probè an improbè referantur, accepta rectè relata, an non rectè: ita, ut à facto res incipiat, perveniat autem ad pecuniam.* Prat. & Briſſon. ad *hanc l.82.* Et hæc quoq; pro noſtro inſtituto de hoc contractu ſufficiant; plura & uberiora qui deſiderat, adeat Stracham; de- 34
ciſiones Genovæ, Manticam *de tac. & ambig.convent.* Mozz.*de Contr.* Hect. Felic.*de ſociet.* Burſat. *conſ.302.* qui magna ex parte verſatur circa quæſtionem reſtitutionis deperditæ ſortis. Weſemb. *conſ.31. & conſ.71.* Thoming. *deciſ.13.49. & vol.1.conſ.36.* ubi dicit: Quando certa pecuniæ ſumma in negociationem ita confertur, ut lucrum participet is, qui confert, damni autem expers ſit, ſocietatem non contrahi, ſed mutui naturam, adeoq; uſurariam pravitatem ſapere talem contractum. De ſocietate certæ negociationis Nicol Everh.*Jun. vol 1.conſ.9.* & de rationib⁹ ob eam reddendis *vol.2.conſ.6.* De fide libri, ratione ſocietatis vid. Munnoz de Eſcob.*de ratiocin admin. c 12.* De pactis hujus contractûs Hartm Piſtor.*part.3. q.1.q.2.q.3.* Quomodo ſocietas probetur. Maſcard *concl.13 16.1309. cum ſeqq.* Quando ſolvatur. T.Decian. *vol.1.conſ.60.* An & quomodo transmittatur ad heredes. Surd.*vol.1.conſ.20.& vol.5.conſ.8.* Thoming. *deciſ 13.* An morte & decoctione unius ſocii diſſolvatur. Rot. Genov. *deciſ.71. num.1. & deciſ.13. num.21.*

Hacte-

Hactenus de societate pacata, nunc de Bellica. Ad quam pertinet Admiralitatis (dicto sit venia) Jus; seu societas navalis, vulgò Admiralschop/ & Exercitoria actio, vulgò Mitrehderschafft.

35 Admiralitas, Græcis Σύμπλοια vel ὁμόπλοια, quòd conjunctìm unâ classe navigetur, & societas navium ad diversorum mercatorum defensionem
36 spectans. Hanc apud Batavos & Hollandos diuturni belli Hispano-Belgici calamitates, hostiumque & piratarum excursiones eum in finem introduxére, ne ullæ hisce ex portubus naves solvant, nisi certô, ad aliarum defensionem instructarum, numerô stipatæ; nullisque vel primùm vel postremùm solventibus, vel armatis vel minus armatis, ab harum armandarum & instruendarum contributione exemptis; quarum officium est, fideliter sibi invicem necessitatis tempore adsistere, & de futuro periculo certis ad hoc signis constitutis, earumque unâ atque alterâ Archithalassi & Admiralii vicem sustinente, cæteras in tempore præmonere, suppetias ferre, viamque per ho-
37 stium classes aperire. Damnum per hostes aut piratas harum uni atque alteri extra nautarum culpam illatum, magnæ seu grossæ Avariæ instar, à cæteris concomitantibus navibus rependitur: vid. *nos infr. lib.3. c.4. n.19.* videlicet pulveris nitrati, & cæterorum muniminum bellicorum ob communem defensionem jactura, hominumque in conflictu vulneratorum mutilatorum aut occisorum cura, cumque plena mercede & vectura, sumtibusq; sepulturæ reparatio quælibet navium merciumque, antequam solvat, prius æstimatione factâ. Quicunque autem in defendendo aut assistendo negligentes assistunt, tenentur ad reparationem detrimenti, cæteris ob id illati, nullâ ipsis retributione rerum amissarum factâ. Quibus adhuc aliæ Statutis & ordinationibus municipalibus adduntur pœnæ. Navibus autem quæ celeri suâ navigatione fretæ, à cæteris excursiones faciunt, tanquam culpâ suâ damnum sentientibus, & sui facti nomine pœnam merentibus nihil ex communi resarcitur. *arg. l.9. ff. de noxal. act. & l.203. de R. J. fac. l.52. § fin. & l.60. §.1. ff. pro soc.* Plura de hac 38
singulari Admiralitatis Societate qui scire desiderat, consulat & videat verschiedene Placaeten und ordonantien von Kön. Philips den II. in Hisp. und der Herrn Staaden General der unirten Niederlanden uffgerichtet; Absonderlich T' Placaat van Kön. Philip. de ult. Octobr. Anno 1563. Tit. van toerustung van Schepen. Ordonant. van Admiralschoppen van de Staaten van Holland/ zyede gedrucket worden. De Placaeten van de Seerechten. Placaeten van de Staaten General van eer. 9. *Novembr. Anno 1603. de 23. Febr. 1607. de 22. Jul. 1625. de 16. Jan. 1627. de 17. Martii 1627. de 20. Octobr. Anno 1628. de 14. Martii Anno 1629. de 24. Decembris 1630. & de 3. Octobris Anno 1643. &c.* & novissimè Stypm. *de Jur. nautic. p.4. c.11. n.48. & seqq.*

Hisce addi libet vernaculâ nostrâ Die Admiralitet Ordnung der Stadt Hamburg *de Anno 1623. sub lit. Q. in fin. Q. huj. Tractat.* Et nuperrimum tractatum Jo. Loccen. *de jur. marit. lib.2. cap.2.*

EXERCITORIA actio, vulgò Mitreh- 39
derschafft/ est societas diversorum mercatorum, unam atque alteram navim ad negociationis usum communem habentium. Grot. *introd. ad Jurispr. Batav. part.23.* Hæc autem societatis species cùm secundum communes societatis leges plerumque reguletur, nostrum non erit, huic, præter ea, quæ superius *lib.1. c.8.* adducta sunt, pluribus prolixè inhærere. Consulat hac de re, qui velit, Strach. & Peck. cum notis Arnoldi Vinnii in *h.t. ff. de Exercit. act. lib.6. tit.1. & seqq. Statutor. Lubec. & Anseaticor. & Wisbuens. Statuta naut.* Et novissimè Fr. Stypm. *de Jure Naut. p.4. cap.15. per tot.* ubi quàm fusè de hac materia, & Joh. Loccen. *de jur. marit. lib.3. cap.7. per tot.* Cùm 40
autem plerumque accidat, ut Magistri navium, partem navis, suô ministeriô vel aliô quoquô pactô, mercantur & acquirant; illi autem sæpenumerò &

hodiè, proh dolor! ferè semper plus lucri, quàm cæteri exercitores inde reportent, unum atque alterum hîc notabo singulare, in foro Hollandico usitatum.

41 Primò; si Exercitorum aliqui nolint iter confici, Magister navis, cum consensu cæterorum idipsum prosequi potest, idq; seu ad proprium usum & emolumentum; seu certâ ad id boni viri constitutâ mercede. Wisbuisch See-Recht/ *art.65.*

42 Secundò, nautæ, simul exercitores, si, tempore necessitatis, carinam sub fœnore nautico obligare volentes, pecuniam collybo parare nequeant, merces invectas vendere & obligare quidem possunt, navem autem ipsam vendere prohibentur. d. Placaet von König Philipp. de ult. Octobr. Anno 1563. tit. van Schip-ende Koopluiden/ *art.12.*

43 Tertiò. Quilibet nauta, ad requisitionem sui exercitoris exactissimè tenetur rationem reddere; idque sub pœna ducentarum librarum exercitoribus, lucrô non computatô exsolvendarum.

Reliqua, ut dixi, petenda erunt ex supra allegatis titulis & authoribus, qui de re nautica scripserunt. Quibus adde & nos sup. hoc *lib. c.10.*

44 Visô Societatis contractu, nunc, quia haud raro mercatores ex MANDATO privato (quod hodiè in foro mercatorum Commissio dicitur, Rot. Genov. *decis.2. n.31. & decis.9. num.1.* Joh. Oldend. *de Act. Class.4. act.24. n.1. pag.m.554.*) tenentur; non abs re erit, si & de hoc unum atque alterum casum in medium proposuero: Et qui-
45 dem PRIMO quemadmodum mandans Mercator gesta mandatarii pro parte acceptare & pro parte rejicere non potest. per *l.23. 25. ff. de negoc. gest.* & ibi Dd. pro ut acriter olim in causa Hamburgensium & Lubecensium mercatorum discussum & tandem decisum memini.

46 Ita è contrario cùm præcipuè mandatarius, seu commissionem suscipiens, fines mandati diligenter custodire atque ad unguem observare debeat, §. *is qui exsequitur. Inst. Mand. l. si quis pro te. ff. eod. l. diligenter. 5. ff. Mandat.* in tantum, ut ne quidem in ejus qualitatis modico excedere liceat. Paris. *cons.47. n.42. & nos infr. h.c.* fusius deducemus: Dubium existit inter Dd. quid de sequenti casu sit judicandum: Mercatores quidam Revalienses Lu- 47
becensibus mandârunt, ut certas quasdam merces Lubecæ emerent, & eas Ambstelodamum transmitterent, eâ adjectâ lege, ut mercium periculum suscipientes inveniant, quos vulgò ASSECURATORES appellant, & eâ clausulâ de non transferendo merces ex navi onerata in aliam navem; idq; fieri posse putabant Revalienses; solutis VIII. ratione periculi pro centenario quolibet. Lubecenses, emtis mercibus navem quandam iis onerârunt, receptis fidejussoribus, periculi pretium solventibus, absque clausula tamen supradictâ; quoniam dicebant, expromissores se non invenisse cum ea clausula, nisi XV. pro centenario quolibet solvissent: merces deinde in ipsa navigatione, forsan ob periculum in aliam navim translatæ fuerunt; & unà cum ea periére. Q. an Lubecenses in culpa sint? Philippus Decius *in consil. 340.* quòd errore geminatum *cons.631.* in simili casu valdè pro Lubecensibus pugnat, scribens, quòd si Revalienses mercatores adversus Lubecenses egissent, & non probâssent, in Civitate Lubecensi fuisse, qui mercium periculum suscepissent cum dicta clausula & lucro octo pro centenario, absolutioni locum esse; nec Lubecensibus mercatoribus, non obstante hâc regulâ generali: Quod præcisè fines & ordo mandati observari debeant, culpam naufragii imputari posse; hocq; rationibus probat, quas vid. ap. Strach. *de Mand. mercat. n.39. & seqq.* Contrarium tamen affirmandum esse non modò ex suprà posita regula, *sed & l. item quæritur. §. navicularius. ff. loc. & l. fin. §. si eâ conditione. ff. ad L. Rhod.* satis abundè docet Benev. Strach. *d.l.n. 41. cum seqq.* Cujus sententiæ & nostrum addi-

addimus calculum. Ex eodem fundamento sequitur, quid de subsequenti
48 facti specie censendum: Titius transmisit Gajo Narvam aliquot vasa vini reddenda, hôc primum per litteras mandatô datô, ut pecunias pro vino vendito receptas, tutâ occasione transmitteret; quibus posteà aliæ subsequutæ sunt litteræ, diversam à priore conditionem continentes, nimirùm, ut, revocatô priore mandatô de iis ipsis solutis nummis certam cannabis partitam, uti loquuntur, suô nomine pro certo adsignato pretio emeret, primisque navibus transmitteret. Gajus, nullâ habitâ ratione secundi mandati insinuati, vina caveæ includit & vendit. Venditione autem factâ commissionis posterioris ordinem & fines transgreditur, solutasque pecunias Damasippo (cui præter inspectionis liberrimæ curam, nullum de vendendo vino recipiendaque pecunia mandatum injunctum erat) Lubecam transportandas tradit, qui fide ruptâ cum pecunia fideicommissaria nequiter excessit, evasit, erupit. Q? Numne Gajus mandati teneatur? Remotis verborum ambagibus, dicimus quòd sic: 1. cùm aperti juris sit, ut ad emendum, ita etiam posse dari mandatum ad
49 vendendam rem mandantis. *l. mandatum. l. Creditor. 60. §. Lucius. 4. ff. Mandat. l. 1. C. eod.* & indubitatissimum, quòd suscipiens mandatum, imò recipiens tantùm literas mandati & tacens. Rot. Gen. *decis. 125. n. 1.* teneatur vel illud perficere secundum omnes qualitates novissimè datas, vel re integrâ & quidem tempestivè, renunciare, nisi ad interesse & omne damnum, quod incurrit per idipsum mandans, conveniri velit, per *l. si mandavero. 22. §. sicut a. 11. & l. 27. §. 2.* ibi: *quam primùm. ff. Eod. § Mandatum suscipere. Inst. eod. tit. l. si literas. C. Mandat.* Alex. *cons. 52. 1. punct.*
50 *Col. fin. n. 8.* cùm juvari nos, non decipi beneficiô oporteat. *l. 17. §. sicut. ff. Commod.* & tacitâ dissimulatione contrariæ voluntatis non sit fallendus is, qui fidem amici invocat. Oldendorp. *class. 4. act. 24.* Hinc eleganter Cic. *pro Rosc. Amerin. Quid recipis mandatum, si aut neglecturus, aut ad tuum commodum conversurus es? Cur mihi te offers, & commodis meis officiô simulatô officis & obstas? recede de medio, per alium transigam.* Et Chrysostom. *homil. 68. in Joan. cap. 12. Qui mandatum accipiunt*, inquit, *neq; facere neq; dicere volunt, præter voluntatem mittentis, quousq; mandatum impleant, ne quid transgrediantur.* Qui enim præscriptos sibi fines excesserit, aliud quid facere videtur, de quo vide elegantissimè disserentem A. Gellium, *noct. Attic. lib. 1. c. 13. per tot.* Idque imprimis inter mercatores ob majorem fidei infallibilis religionem & observantiam, Dd. & Bl. *cons. 40. n. 6.*

2. Cùm ex Titii literis commissioni certa forma, ordo & qualitas data appareat; quod literis probari potest Rota Genov. *decis. 49. n. 1. decis. 51. num. 4.* 51
decis. 68. n. 3. decis. 119. n. 1. & decis. 187. n. 4. meritò hæc forma secundum omnes qualitates observari debuisset, prout suprà monuimus ex Paris. *cons. 47. n. 44.* Ubi addit, ordinem esse ex forma, & esse quid indivisibile; qui enim litteras mandati accipit, & non in tempore contradicit, non servatô ordine, sibi præjudicat. Rot. Genov. *decis. 20. n. 1. & decis. 47. n. 4. & 125. n. 1.* Paris. *d. l. n. 38.* & ad interesse & damnum exinde seqvutum sese obstringit *per d. l. si mandavero. 22.* & alias suprà adductas; cùm 52
non sit in facultate mandatarii addere vel demere formæ & ordini sibi dato. Bl. *in l. fin. Col. 2. C. de suis & legit.* Rot. Genov. *decis. 9. n. 14.*

3. Quia mandatum ad vendendum 53
& emendum, non adimpletur transmittendo pecunias; sicut nec mandatum ad vendendum merces, non extendi potest ad permutandum easdem. Rot. Genov. *d. decis. 9. n. 7.* ac mandatum ad solvendum, promissione haud impleatur, *l. si debitorem 21. ff. de novat.* Paul. de Castr. *in l. delegare. ff. eod.* præsertim cùm non eadem adsit ratio. Rot. Genov. *d. decis. 9. n. 7.* Licet non negem, mandantem, si solutionis locô promissio à Creditore suo acceptata 54

& probata fuit, hâc ratione liberari, Castrens. *l. qui usumfructum. inf. ff. de V. O.* Dec. *cons. 107. & cons. 421. inf. & in l. singularia. n. 26. ff. si cert. pet.* nec inficias eam, mandatum quandoque adimplendum esse ut fieri potest. Decis. Gen. *64. n. 2. & decis. 174. n. 4. 9. 11.* Ubi tamen notandum, quòd, ubi est tradita certa forma, & modus præscriptus, quô quid in negociatione agi debeat, tunc non admitti executionem per æquipollens. Jas. *in l. 1. ff. de lib. & posth.*
55 *d. decis. 174. n. 9. 11.* E. g. Mandatum habens, ut certò locô frumentum emat vendat, alibi locorum absque fidei fractione & interesse præstatione id effectum dare non potest, idque ob pretii pro diversitate locorum & exinde emergentium incommodorum varietatem. Vid. *§. 33. Inst. de act. l. 3. ff. de eo quod cert. loc. l. 63. §. 2. ff. ad l. Falcid.*

Secundò, cùm inter mercatores usitatissimum sit, ut generaliter Procuratores constituant, dubitatū fuit inter
56 Consulentes, An in generali mandato facultas quoq; pecunias ad cambium recipiendi tradita censeatur? Et quia in generali mandato ea veniunt, quæ constituentes facere solent. *l. vel universorum. ff. de pignor. act.* quæque ex consuetudine loci sunt, Br. *in l. si fraudata ff. quæ in fraud. cred. & in l. 1. C. pasc. pub. vel priv. lib. 11.* Roman. *cons. 114.* Dec. *cons. 441. n. 9.* putarem, si alterutrum horum probari posset, constituentem vi mandati quoque ad cambia obligatum esse, nisi expreßè sit prohibitum. Vid. *nos sup. lib. 1. c. 8. n. 26.*
57 *& seqq.* An verò hoc in recambiis quoque locum habeat, vid. ap. Dec. *cons. 562.* qui ex conceptione verborum & relata vulgari formula mercatorum id dijudicandum relinquit; quò benevolum lectorem remitto.

58 Tertiò. In mercatorum curia sæpè disceptatur hæc quæstio: Num mercator, cui transmissæ sunt merces cum mandato, ut eas ad diem vendat, si vendidisset, & mercium emtores, amissâ fide, quâ tempore contractûs erant, decoxissent, mandati teneatur, ex eo quòd minus diligenter illud curaverit? Me ad hoc negandum, cùm LL. alliciunt, tùm Baldi authoritas. Leges inter alias præcipuæ sunt hæ duæ: 1. *L. qui sub conditione. 111. in fin. ff. de condit. & demonstr.* deinde *l. litis. 37. §. si pecuniæ. 1. ff. de negot. gest.* Baldus verò *in cons. 72. vol. 3.* ita scribit: *Ille qui tenetur assignare nomina debitorum, tenetur assignare veros debitores; non autem cogitur assignare tales, qui sunt solvendo semper; nisi hoc possit facere.* Sufficit 59 enim, utiliter esse cæptum negotium, etsi eventus ex casu non adsit. *l. sed an ultrò. §. 1. ff. de neg. gest.* Atque ita pro factoribus, quibus transmissæ sunt merces ad vendendum, vel aliàs cura contractuum demandata est, in magnis emporiis sæpè pronunciatur, Et 60 per Statutum Hamburgense, *part. 2. tit. 12. art. 7.* plenius explicatur: Würde einer / uff empfangenen Befehlich / auff Zeit und Termin jemand Güter verkauffen / und die Käuffer darnach in discredit gerathen / so soll dadurch der Befehlichaber nicht gefähret werden / wofern zu dero Zeit / als der Kauff beschehen / „ die Käuffere also bewand gewesen / daß „ ihnen auch andere fleißige Händlere ge- „ trauet haben. Cui adde Decium *cons. 7.* „ Strach. *de mandat. merc. n. 36. & seqq.* Hinc Munoz. de Escobar. *de ratiocin. admin. cap. 19. n. 44.* prædictæ *l. qui sub conditione. ff. de condit. & demonstr.* autoritate statuit, Tutori non posse imputari decoctionis casum, aut damnū amissionis pecuniæ, si pecuniam pupillarem deposuit apud mercatorem, apud quem pater pupilli in vita sua tales depositiones facere consuevit; quia propter probitatem & bonitatem personæ anteà expertam receditur à regulis juris communis, ut ex multis probavit Jason. *in auth. jubemus. n. 8. ff. de judic.* nisi fidejussionem suam interposuerit. vid. *infr. hoc c. n. 85. & seqq.* 61

Quartò, quanquam mandatum de 62 jure communi naturâ suâ sit gratuitum; adeò, ut, si aliquid pro negocii demandati expeditione datum aut promissum sit, non sit mandatum, sed in alterius negotii formam h. e. in aliū contractum cadat: mercede enim consti-

constitutâ incipit locatio & conductio. *§. ult. Inst. mand. l.1.* §.*fin. l.6.* §. *ult. l.36. §.1. ff. eod.* Videatur disputatio nostra de Mandato, habita Jenæ Anno 1630. & inserta tractatui de Contractibus Magnifici Dn. Christophori Philippi Richteri, ibidem Profess. Publ. nunc Ordinarii amici nostri pl. colen-
63 di *th.1. lit. J.* In curiis tamen mercatorum datur mandatario, solventi litteras cambii mandatoris, vel exsequenti aliud negotium PROVISIO, seu merces & stipendium laboris & periculi. Decis. Rot. Gen. *16. n.11. & decis. 30. n.2.* Sigism. Scacc. *de Commerc. & camb. § 3. gl.3. n.1. fol.412.* Quod de consuetudine moderna in Emporiis hodiè ad omnes mercatores extenditur, ut scilicet eorum mandatariis, Factoren pro singulis centenis unus & dimidius florenus solvantur, daß sie eines oder einen halben von 100. provision nehmen. Vid. Dn. Mev. *lib.3. Comment. in jus Lubec. lib.3. tit.6. art.20. n.*
64 *46. & 47. & per tot.* Ubi sparsim de Mandat. mercatorum adeò, ut de stylo mercatorum debeatur, etiamsi non conventa seu promissa sit provisio.
65 Scacc. *d. l. n.2.* Hoc autem salarium seu honorarium huic contractui saltem incidit, necessariò verò (vel, ut Bachovius putat) planè non inest; ideòque tale salarium non ordinariâ mandati actione peti potest, sed aut ex stipulatu, si stipulatio intervenit; aut ex alio contractu, aliâque actione, putà præscriptis verbis; vel extra ordinem peti potest, modò sit certum aliquod promissum. *text. in l. salarium. 7. ff. Mandat. l.1. C. eod. l.56. §. salarium. 3. ff. eod.* Certum enim debet esse salarium; nam salarium incertæ pollicitationis neque extra ordinem rectè petitur. *d. l.56.* §.*3. & l.17. C. eod.* Cujac. *ad rubr. tit. ff. Mand.* Duaren. *cap.3.* Nisi mercatorum stylus & consuetudo (quæ apprimè attendi debet. Rot. Genov. *decis 7. n.11.* & aliis:) contrarium suadeat prout docet Sigismund. Scacc. *d. l. num. 2.*

De jure Lubecensi, in Mandatis mercatorum hoc singulare occurrit, quòd quamvis de jure communi pateat, ut is, qui aliquem commendat, non statim fidem suam interposuisse eive 66
mandâsse videatur. per text. express. *in l. si verò. 12. §. cum quidam. 12. ff. Mand. arg. l. fin. C. quod cum eo qui in alien. pot. l. Lucius. 16.* & ibi Dd. Comm. *ff. de fidejuss.* & aliis. Wesemb. *in π. de mand. n.6.* Conan. *7. Comment. 14. n.1.* Dn. Lindem. *Exerc. Justin. tit. de Mand. thes.2.* Cùm verbum commendandi, quando ad personam refertur, obligationem non inducat. *d. l.12. §.12.* (secus si ad rem referatur, Gothofr. *ad d. l.12.* §.*12. lit. L.*) vid. supra allegatam *nostr. Disputat. Jenæ habitam thes.1. lit. A.*

Hoc tamen ex Statutis nostris Lu- 67
becensibus aliter sese habere, in propatulo est. Nam iis cautum est, talem commendationem personalem vim fidejussoriam habere, tit. *de Mandat. consil.10. lib.3.* Verba Statuti hæc sunt: Wil jemand einem Frembden sein Gut nicht verkauffen / ein ander stehet darbey und saget / ihr müget ihm wol vertrauen / die Bezahlung wird euch wol; Wird der Verkäuffer von dem Käuffer nicht bezahlet / so muß der Jenige zahlen / welcher den Frembden loben thät / dadurch der Verkäuffer verführet worden / Cujus tituli enodationem vid. in Comment. Dn. Mev. *ad h. tit.* Cum quo concordat Donell. *13. Comment. 10.* præsertim si hæc verba commendans adjecerit: Si quid in eum contuleris æquè gratum erit, ac si in me collatum sit. Et speciatim hîc observandum, 68
creditorem alicujus mercatoris, quem novit jam decocturum, si alii idoneum esse falsò affirmaverit, ut pecunia ipsi crederetur, ex qua sibi posteà satisfieri procuravit, actione de dolo ab eo, qui credidit, conveniri posse. Strach. *De Decoctor. tit. quom. proced. cum illis qui Decoct. consil. ded. n.35. & fin.* An autem laudans, persuadens, 69
affirmans & approbans aliquem ut sufficientem, bonum, securum, fidelem & idoneum, fidejussor dici possit, & uti fidejussor teneatur, si approbatus extraneus non sit idoneus? Vid. Pyrrh. Maur. Aretin. *tract. de fidejuss. part.2. sect.*

sect. 3. cap. 4. pag. m. 177. & Fr. Pfeil *cent. 1. consil. 21.* & Carpz. *jurispr. for. part. 2. Const. 18. defin. 24. n. 8. & seqq.* ubi ex Jo. Köppen. *dec. 36. n. 9.* hoc in Mercatoribus affirmat, ex ratione, quòd Mercatores, quorum maximè interest solutionem debitô tempore fieri, persuasor semper fidejubere censeatur, cùm inter illos fides requiratur exuberantissima. Hering. *de Fidejuss. p. 1. cap. 27. num. 282.* Et sex elegantissimos & frequentissimos casus, ubi consilium vel commendatio instar mandati obligat, vid. ap. Dn. Mev. *d. t. de Mand. cons. n. 11. & seq.*

Sic, si quis mercator pro tertio intercesserit, & rogando mihi persuaserit, ut illi meas merces tutò committam, cui antea denegavi, an contra persuasorem mandati detur actio ad interesse; vid. Joan. Rudelii Syndici Lubec. *consil. 47. tom. 2. var. consilior. Kirchoff.*

Hæc de principalibus contractibus nominatis pro instituto sufficiant; Quia verò mercatores aliorum contractibus accedunt, seu pro aliis fidejubent, ideò unum atque alterum etiam de Fidejussione monebo.

70 Non placet itaque primò hoc Brocardicon singulare quorundam Dd. quòd fidejussio non sit de pertinentibus ad negociationem Jas. *in l. admonendi. 2. lectura. n. 123. vers. 3. diligenter.* Alexand. *ibid. n. 36. vers. & hoc procedat. ff. de injur.* Jas. *cons. 103. n. 1. vol. 1.* ubi hoc addit, ideòque credendum non est eorum libris, quatenus continent fidejussionem. Seqvitur Jacob. Mandell. de Alb. *cons. 95. n. 11. 12. 14.* allegans *text. in l. si quis ex argentariis. 6.*

71 *§. rationem. 3. ff. de Edend.* Cùm enim hæc contractûs accessio non sit contra bonam fidem, ideòque meritò nec mercatoribus erit deneganda, cùm leges sint omnibus communes. *l. leges. C. de LL.* Petr. Rebuff. *ad l. si ita stipulatus. col. 3. vers. tertiò videatur. de V. S.* Manet ergò & in Curia mercatorum

72 immobile hoc juris axioma: Quòd, quemadmodum omnis alius, ita etiam mercator, in majorem summam fidejubens quàm ipse Principalis, in eam saltem, quæ promissa est à principali, teneatur. per text. *in l. 70. in pr. ff. de fidejuss. l. 33. ff. Mandat. l. 22. C. de fidejuss.* cùm non in duriorem causam (quamvis efficacius possit. Hypp. de Mars. *n. mihi 294.*) quàm ipse Principalis obligari queat. *d. l. 70. ff. de fidejuss.* Azo. *in summ. C. de fidejuss. n. 7.* Duaren. *ad eund. tit. ff. c. 3.* Æguin. Baro. Mynf. *ad §. 5. Inst. de fidejuss.* Bronchorst. *cent. 4. ἐναντιοφανῶν q. 53.* Hering. *de fidejuss. c. 24. n. 54. & seqq.* Arumæ. *exerc. Justin. 13. θ. 15. & alii.* Licet vehementer dissentiant Conan. *lib. 6. n. 8.* & olim Fachin. *8. controv. 51.* Goddæ. *de contrah. stipul. 4. n. 65. cum seqq.* & gloss. *ad d. §. 5. Inst. de fidejuss.* Alciat. *lib. 5. parerg. c. 17.* Duaren. *de Fidej. c. 3.*

Secundò, ex præcedente fundamento, nec hanc communissimam Dd. sententiam, quâ beneficium ordinis seu excussionis in foro mercatorum locum non habere autumant, cùm 73
Hyppol. de Mars. *n. 8. & 12. de Fidej.* & Hering. *de fidejuss. c. 27. n. 85. & seqq.* D. Mev. *lib. 3. tit. 5. art. 1. n. 9. & seqq. Comment. in Jus Lub.* nudè & simpliciter approbare possum, uti ex iis, quæ infrà *lib. 3. c. 8. n. 4. & seqq.* de Exceptionibus mercatorum singularibus dicturi sumus, evidentius patebit. Manet itaque & hæc juris communis dispositio æquè in mercatore fidejussore, ut alio quopiam, sarta tecta; videlicet, ne prius fidejussor quàm principalis ejusque bona excussa sunt, conveniri & ab eo debitum peti possit, nisi se Prin- 74
cipalem, als selbst Schüldener obligaverit; quia tunc tacitè huic remedio renunciasse censetur, arg. *l. non rectè. 3. l. jure nostro. 5. l. si alienam. 19. C. de fidejuss.* Hippol. de Mars. *rubr. de fidejuss. n. 62. & seq.* Gail. *2. obs. 28. n. 2. & ult.* Cum quo coincidunt Statuta nostra 75
Lubecensia, *art. 2. de fidejuss. lib. 3. tit. 5.* Cujus beneficii favorabilis abrogatio aliàs in hac Repub. Lub. non præsumenda. Mev. *ad art. 1. n. 35.* aut nisi difficultas sit in exigendo à principali seu correo, aut principalis rixosus. Rot. Gen. *decis. 91. n. 28. & seqq.* Plures exceptio-

ceptiones & casus ubi excussioni locus non est, vid. ap. Mev. *d. art. 1.* & Rot. Genu. *d. decis. 91. n. 27. & seqq.*

76 An autem is, qui fidejussoriis beneficiis omnibus renunciavit, excussioni renunciâsse videatur, tract. Frider. Pruckm. *cons. 3. per tot. vol. 2.* & Berlich. *2. concl. pract. 22. n. 36. cum seqq.* Mev. *ad art. 1. Stat. Lub. de fidejuss. n. 5. 6. & seqq.*

77 Tertiò hic quæri potest: Si duo mercatores, principalis sc. Creditor cum Principali debitore aliquô modô alterant obligationem inter eos existentem, pro qua fidejussor intercessit, sine scientia & consensu fidejussoris, utrum ipse fidejussor sit liberatus? In hac re Dd. distinctio mihi valdè arridet, quâ dicunt, aut obligationem mutatam esse quoad temporis prorogationem, aut planè esse novatam; (id est, conventum ut aliud solveretur quàm fuit in primâ obligatione.) Jam, si temporis facta est prorogatio, hâc
78 distinctione utuntur: aut fidejussor obligavit se ad certum tempus, & tunc non tenetur, factâ prorogatione temporis, præsertim si tempus adjectum fuit causâ tantùm limitandæ obligationis, Gail. 2 *obs. 30. n. 11. usq. ad fin.* Secus, si differendæ solutionis causâ adjectum sit. Vid. Dn. Mev. plenè *ad art. 1. de Fidej. Stat. Lub. n 38. & seqq.* Valentin. Riemer. JCtus acutissimus, & amicus meus dum viveret, in Academia Salana, intimus, *quæst. decad. 10. q. 4.* aut obligavit se purè & sine aliqua præfinitione temporis, & tunc prorogatô terminô non esse liberatum fidejusso-
79 rē ajunt. Quando verò conventum est, ut aliud solveretur quàm fuerit in prima obligatione, tunc ita distingvunt; aut fidejussor se obligavit tantum solvere rem illam existentem in prima obligatione, & tunc de alia re solvenda fidejussor non tenetur; aut simpliciter se obligavit fidejussor satisfacere Creditori; & tunc tenetur factâ novatione inter Creditorem & debitorem. Alexand. *in l. ubicunq. in fi. ff. de fidejuss. l. dies cautionis. ff. de damn. infect* Br. & Ang. *in l. quod dicitur. §. miles. ff. de Testament. mil.* Speculat. *in tit. de fidejuss. n. 87.* Et hæc in praxi quotidiana æquè obtinent in mercatoribus, quàm alterius conditionis hominibus; quicquid etiam superius adducta Dd. cohors contrarii statuat.

Matth Berlich. *lib. 1. concl. pract. 66. n.* 80
33. & seqq. hoc singularis pacti fidejussorii exemplum inter negociatores receptum infert: Si Cajus, propter magnam negociationem sæpius pecuniam sub fœnore accipere necesse habeat, &, ne semper in fidejussoribus quærendis occuparetur, pactum cum Mævio iniit, ut is fidejussorio nomine, quoties requireretur, pro eo intercessurum promitteret; ita tamē, ut omnia Caji bona pro damno, quod Mævio ex futura fidejussione posset contingere, sint hypothecata. Hoc sanè in casu, si Cajus eadem bona aliis obligâsset antequam Mævius pro Cajo fidejussisset vel solvisset, rectè Mævius aliis Creditoribus præfertur. Quia namque Mævius ex sua promissione ita est devinctus, ut in ejus potestate non sit, non fidejubere, vel solvere. Ideòque meritò tempus conventionis inspicitur, & Mævius omnibus aliis Creditoribus, etiamsi iis Cajus sua bona obligâsset prius quàm pecuniam sub fœnore accepisset, & pro eo Mævius intercessisset vel solvisset, præfertur, per *text. in l. qui dotem. 1. ff. qui pot. in pign.* Hartm. Pistor. *part. 3. q. 14. n. 290. cum seqq.*

Ultimò denique ex nostræ Reipub. Statutis & hoc annectendum, singulare, quod habetur *art. fin. tit. de fidejuss. 5. lib. 3. Stat. Lubec.* Notum quippe 81
omnibus, Juri Civili sedulò operam navantibus est, vel ad minimum esse debet: In omnibus bonæ fidei judiciis, cùm nondum dies præstandæ pecuniæ venit, si agat aliquis ad interponendam cautionem, ex justa causa hoc petere posse. text. express. *in §. 2. Instit. de V. O. l. 7. §. 14. ff. quib. ex caus. in poss. eat. l. 41. ff. de judic. & l 38. ff. pro soc. & aliis.* nihilo tamen minus in nostro 82
mercatorum foro, vigore *d. art fin. de fidejuss.* contrarium observari docemur. Verba Statuti hæc sunt: **Wann einer etwas kaufft/ von einem/ auff gewisse**

wisse Zeit zubezahlen / und der Verkäuffer trauet dem Käuffer also / daß er der Käuffer solch Gut in seine Gewehr bringet / wil der Verkäuffer alsdann Bürgen für die Bezahlung haben / so darff er ihm dafür keine stellen; es wehre dann notorium, daß er flüchtig oder weichhafftig seyn wolte; Qui articulus maximè inservit commerciorum facilitati, ne, qui emunt, non emturi, si ad fidejussores dandos tenerentur, decipiantur, aut litibus deinde exagitentur, carentes fructu contractûs, quô suis commodis invigilârunt. Magna enim inde incommoditas, si emtoribus eô prætextu difficilis conditio in-
83 fligeretur. Sed nulla injuria infertur venditori, penes quem fuit aliam legem dicere contractui, nec fidem habere, nec tradere, suæ facilitati imputaturus cùm læditur; quia non debuit esse ignarus conditionis illius cum quo contrahit. *l. qui cum alio.19. pr. ff. de R. J.* de qua æquitate vid. plur. ap. Menoch. *lib.3. præsumt. 88. n.3. & seqq.* Dn. Mev. *ad d. art. fin. n.7. & seqq.*
84 An verò, qui extero mercatori merces quasdam vendidit, ut pretium, de quo fides habita erat, certô die solveretur, eô prætextu quòd ille nullibi possessionatus sit, traditionem negare, aut post conventionem fidejussores petere valeat? vid hîc Dn. Mev. *add.*
85 *art. fin. num. 12. & 13.* Limitatur tamen hoc singulare. *huj. num. & praced. 82.* nisi ad paupertatem & decoctionem inclinet debitor, quô casu à tali etiam in diem & sub conditione debente, Creditor cautionem nobili judicis officiô exigere potest. *d. art. fin. Stat. Lub.* ibi: es wehre dann notorium daß er weichhafftig seyn wolte. Concordant Dd. *ad prædict. l.41. ff. de Judiciis.* quâ deficiente petitur missio ex primo decreto in bonorum possessionem. *l.6. ff. quib. ex causis in poss. eatur.* & ita decisum memini in Senatu nostro. *21. Decembr. Anno 1658.* hisce adde Dn. Mev. *ad art. 8. tit. 1. lib. 3. num. 16. & seqq.*
86 Singularia de Fidejussoribus mulierum. vid. sup. *lib. 1. cap. 11. num. 19.*
87 Colophonis tandem locô & hoc in quæstionem aliquando meô tempore venit, si nauta ex naufragio aut piratarum manibus certam pecuniæ summam partim ad se partim ad alios pertinentem servans, apud bonæ fidei tunc temporis mercatorem extraneum deponat, posteaq; ad nummorum condominos, se cum indemnitatis præstatione, vel ut formaliâ habent: Er wolte Mann dafür seyn / hunc depositionis actum perfecisse rescribat; Mercatore autem depositariô postmodum non solvendo existente & foro cedente, utrum adversus ejusmodi solventem ac liberantem nautam actio cæteris competat?

Et licet quidem primâ fronte, ex *l.1.* 88
C. de Revocand. his quæ in fraud. Credit. dicendum videatur, eum qui in fraudē creditorum quid alienatum accepit, excussô alienante teneri actione Paulianâ ad id quod ab ipso consequi non licuit. 2. Illum qui suas simul, ut hîc, & 89
alienas res naufragiô aut aliô casu amisit, ad restitutionem, vel rerum alienarum æstimationem non teneri, cum non minorem salvâ fide in rebus alienis quàm suis diligentiam præstiterit. *per. l.32. ff. Depos.* & nos *supr. hoc lib.2. c.8. n.89.* Hisce tamen assentiri non possum. 90
1. Propter axioma juris nostri propriū. Daß Hand muß Hand wahren / und wo einer seinen Glauben gelassen / da muß er ihn wieder suchen / *art.1. & 2. Statut. Lub. de Commod.* Quod natum ex commerciorum securitate, nec lædit deponentis nautæ indemnitatem, quæ vigilan- 91
tiâ paranda est, cùm damnum non sentiat, quod eâ negligentiâ incidit, dum semetipsum decipiendo fidem satis integram non elegit, & conditionis ejus cum quo contraxit meritò conscius esse debuit. Cui. 2. accedit Fidejussio- 92
nis sive adpromissionis expressio. Etsi enim ex credito propriam pecuniam non faciat fidejussor acceptione, proprium tamen debitum efficit fidejussione, & obligatione, cùm propriam obstrinxerit fidem. Id quod sibi multi imaginari non possunt, qui propriorū debitorum jure fidejussores censeri nolunt, quasi alia fides sit, cùm contra-

trahunt; alia, & minus servari digna, cum fidejubent.

93 Non enim accepta lucra, sed obstrictam & violatam fidem, quæ mercatorum substantia & spiritus vitalis, respicimus, quando de fidei prosecutione agitur. Dn. Vice-Præs. Mev. *ad art. 1. tit. 3. lib. 1. num. 137. Statut. Lubec. Et in hanc sententiam in simili decisum memini in Senatu nostro Lubecensi, Anno 1660.*

Caput XII.

De

Contractu Permutationis & Cambii; eorumque jure singulari.

Summaria.

1. Connexio Capitum, ubi & an Cambium & Assecuratio contractus nominati? remiss.
2. Permutatione olim omnes Contractus appellati.
3. Necessitas Commerciorum invenit specifica contractuum nomina.
4. Si Mercator pro merce aliqua empta rem simul & pecuniam dedit, an sit emtio venditio, an verò permutatio?
5. In hac Q. si de intentione contrahentium non constet, videndum quid prævaleat; in dubio autem æstimationis, id quod dignius, considerandum.
6. Discrepans Dd. opinio, an in dubio permutatio an Emptio & Venditio reputanda.
7. An Contractus in dubio pro nominato an innominato habendus? remissiv.
8. An pro dimidio justi pretii aliæ merces invito venditori permutando obtrudi possint?
9. De Cambiorum origine, necessitate & utilitate.
10. Cambii notatio nominis.
11. Collibistæ, Trapezitæ, qui.
12. Bancherii qui: & quæ apud Romanos Tabernæ.
13. Bancum quid, ejusq; descriptio.
14. Banca publica quænam?
15. Banca Europæ celebriora.
16. Banca privata quænam.
17. Banca privata ubi olim fuerint.
18. Banca privata cur esse desierint.
19. Vocabulum Banca rupta & Bancæ ruptores unde.
20. Banca publica adhuc in usu & observantia.
21. Lagium in Cambiis & foro Mercatorum, quid?
22. Cambium & permutatio quomodo differant.
23. Definitio Cambii.
24. Cambii Contractus an sit nominatus an innominatus.
25. Cambium dividitur in purum & impurum. Aliud Feriarum quod regulare, & platearum quod irregulare.
26. Cambium minutum quid.
27. Cambium siccum quid.
28. Cambium reale quid & quotuplex.
29. Tenor seu formula litterarum cambii
30. De subjecto seu personis in hoc contractu intervenientibus.
31. De objecto cambii seu pecuniæ.
32. De forma Cambii.
33. Finis primarius cambiorum, eorum utilitas & necessitas.
34. Finis secundarius cambiorum, lucrum honestum.
35. Cambium Justum ab injusto quomodo discernendum.
36. Lucrum cambii quomodo publicè taxandum.
37. Rerum pretia non ex affectu singulorum, sed naturâ rei metienda, accedente authoritate publicâ & consuetudine.
38. Stylus Mercatorum in taxa lucri cambilis publica hodiè diversus.
39. Cambia an licita?
40. Cambium reale à mutuo differt I. Periculô.
41. II. Cambium à mutuo differt diversitate rei restituendæ & loci.
42. III. Modo contractûs.
43. Num sit justum cambium, minus dare pro cambio multo interjacente tempore, & plus dare, quando proxima sunt nundinæ?

HActenus de Contractibus Mercatorum nominatis, eorumque singularibus. Seqvuntur nunc innominati; quorum tres sunt numerô, 1. Permutatio. 2. Cambium. 3. Assecuratio. Quamvis hi duo posteriores ob singularem, quâ pollent, Contractûs denominationem & causam, aliasque rationes ex theoria erutas ad nominatos contractûs speciales & singulares non inconcinnè referri possint; quam litem Cæsareâ decisione indigentem hîc nostram facere nolumus. De Cambio autem statim & quidem primô locô acturi, si prius his, quæ supra *lib. 1. c. 7. n. 30. & seqq.* adduximus; unicam hanc de permutatione addiderimus quæstionem: Permutatione olim omnes contractûs appellabantur, *d. c. 7. lib. 1.* Et antiqua simplicitas omnia commercia vocavit permutationes. Ita, si datio vel factum, vel commutatio hinc inde interveniebat, dicebatur permutatio. Quod permutationis in commerciis genus antiquissimum adhuc cum nostris apud nationes exteras longè remotas & dissitas; imò interdum viciniores; non infrequens est. Cujus rei certitudinem à mercatoribus hinc inde excurrentibus qui dubitat, legere poterit Henrici Drejeri Lub. *tract. de præscript. verb. th. 18. lit. A.* Necessitas autem posteà; uti *d. c. 7. n. 18.* innuimus, invenit nomina specifica, difficultate ità causam dante, ut inventô nummô, expeditiora rerum commercia & commutationes essent. Aristoteles *lib. 5. Ethic. & 1. Pol. 9.* Sed de hoc supr. alleg. locô fusius; nunc ad quæstionem modò propositam:

4 Cùm in permutatione ex utraque parte res intervenire debeat, quæsitum fuit, si mercator pro merce aliqua emta rem simul & pecuniam dedisset, an emtio sit & venditio, an verò permutatio? Celebrem hanc esse quæstionem dicit Bocer. *class. 2. disp. 3. thes. 58.* qui simpliciter emtionem & venditionem contrahi putat. Nos tamen, cum Reinhardo Bachovio Echtio, JCto nostri seculi subtilissimo, distinguendum putamus, quid contrahentes principaliter egerint; si id non liquet, inspici debere quid prævaleat; & si pretium & species æqualia sint, æstimationis actû debere denominari à digniori; quod cùm Bachovio emtionem & venditionem esse arbitror; hocque ex præsumta voluntate contrahentium; qui censentur eligere voluisse modum contrahendi frequentiorem, perfectiorem & firmiorem; qualis est emtio & venditio; licet Interpretum quamplurimi dissentiant; qui, in dubio, permutationem, ut antiquiorem, celebratam esse autumant. E quorum numero Hillig. *in Donell. enucl. lib. 13. c. 1. lit. K.* quod & Treutlero placet *part. 1. disp. 30. th. 5.* Paul. Castrens. *in l. 1. n. 5. & l. si tibi rem. n. 1. l. naturalis. §. sed si facio. num. 1. & seqq.* Jas. ibid. *de præscr. verb.* quos citat Matth. Wesemb. *cons. 12. p. 1. n. 30.* Hisce adde Tiraq. *de retract. lign. §. 30. gl. 1.* Gomes. *2. resolut. 2. num. 10.* Covarr. *lib. 2. resol. c. 4. n. 9.* Schneidevv. *ad §. pretium. n. 6. & seq. Inst. de Emt. & Vend.* Conan. *lib. 7. comment. c. 5. n. 3.* & Arium Pinell. *ad l. 2. C. de rescind. vend. 2. part. cap. 1. n. 1. & aliquot seqq.* qui varias sententias refert & expendit; quibus omnibus novissimè accedit Rutg. Ruland. *in relat. singul. anno 1630. Hamburgi edita, de Assecurat. pram. non sol.* ubi *n. 85.* statuit, 7
contractum in dubio pro innominato habendum. An autem pro venditis 8
mercibus, locô dimidii pretii, permutando, aliæ merces venditori extraneo nolenti, ab incolis; authoritate publicâ obtrudi possint? cujus exemplum nobis exhibet *Theatr. Europ. pars. IV. Edit. prim. sub Anno 1639. fol. m. 129. & 130.* De eo valdè dubito; cùm hac prohibitione libertati Commerciorum & Contractuum contra omnium gentium jura antiqua & moderna nimium sit derogatum. Loquor autem de nolente venditore, secùs si locô pretii, volenti sine ipsius damno & injuria offerantur, *prout supr.* exposuimus.

Hisce præmissis, nos ad Cambiorum tractationem accingimus. Cùm 9
hodiernis nostris moribus, ob infinitam

tam per singulas provincias nummorum varietatem, commerciorumque utilitatem & incrementum, sine quo nummus stare vix poterit, pecuniæ cum pecunia permutatio, quæ Cambium dicitur, apprimè necessaria facta sit, paucis de hoc mercatorum contractu singulari differemus. Sicuti n. nobis necessarium est, panem, & vinum, & vestitum, aliaque necessaria quærere, ea si non habeamus, nec tamen ea sine pecunia invenire possumus: Ita, per consequens, necessarium nobis est, pecuniam, quæ ad id nobis deserviat, quærere. Hanc autem invenimus, vel res nostras pro pecunia vendendo, vel pecunias nostras, quæ non ita nobis ad necessaria emenda deserviunt, pro alia nobis commodiori pecunia cambiis mercatorum permutando. Introduxerunt ita jus gentium & necessitas cambia; Jura Civilia, & Principum & Rerumpub. constitutiones ea confirmârunt; consuetudo, ob maximam utilitatem, approbavit; forum autem mercatorum expolivit, & identidem ad summam perfectionem ea deduxit. Matth. Bode, *de Camb. th. 3 per tot.* De hoc Cambiorum jure, origine, utilitate & necessitate fusius agunt Sigism. Scacc. Romanus JCtus, *tract. de commerc. & camb. §. 1. q. 6. per tot.* & Raphael de Turr. *in suo noviss. tract. de Cambiis.* & Fr. Stypman. *de jure maritim. part. 4. cap. 8.*

10 Cambium, (Germanicè Wechsel; Gallicè *lettres de change*) verbum JCtis veteribus incognitum; sed Interpretum & vulgi usu receptissimum, ἀπὸ τοῦ κάμπτειν, ἔκαμψα, Græco, esse videtur; quod idem quod permuto. Unde & Campsores apud Ennium *lib. 10.* ibi:

11 *Leucaten campsant* i. e. permutant. Unde item Campsores, vulgò Collybistas, à Græco κόλλυβος; atque trapezitas, aut etiam Mensarios, nummularios vocamus. De quibus apud Alciatum *lib. 1. parerg. c. 46.* & Scacc. *d. l. §. 1. q. 3. per tot.* Cl. Salmas. *de fœn. Trapez. per tot.* Qui, à nonnullis hodiernis BANCHERIIS comparantur, P. Greg. *de usur. lib. 2. cap. 2. n. 1. pr. & f.* Garf. Mastrill. *decis. 135. n. 53.* Raph. de Turr. *de camb. disp. 2. q. 17. n. 37.* Dicuntur autem Ban- 12
cherii à BANCO, quod Italis idem est quod TAVOLA, seu tabula, abacus, mensa, super quibus pecuniæ numerantur; Ejusque administratores *Governatori della Tavola* appellantur. Romæ dicebantur Tabernæ, quæ ibidem constructæ fuerunt à Luc. Tarquinio Prisco in foro propè Castoris ædem ubi & auctiones licitationum fiebant. Cic. *pro Cecin.* quem alleg. Klock. *de ærar. lib. 2. c. 21. n. 10.* Et denotatur per ban- 13
cum certum negociationis genus in pecuniis consistens, publicâ authoritate approbatum, quô pecuniæ apud Bancherios (qui & dicuntur CASSERII & DEPOSITARII pecuniarum. Mastrill. *decis. 238. per tot.*) in securitatem Creditorum & utilitatem debitorum numeranti deponuntur ita, ut dominium ad hos transeat. *arg. l. 9. inf. & l. 10. de reb. cred.* Mastr. *d. decis. 238. n. 41. & seqq.* Hâc tamen tacitâ conditione, ut quilibet deponens, ad libitum nummos depositos recipere possit. Quod absolutè omni deposito inest. *l. 1. §. 22. Depos.*
Ejusmodi autem Banca sunt juris seu 14
inspectionis vel publicæ vel privatæ. Mastr. *d. decis. 155. n. 53.* Publica, tàm ad publicam, quàm ad privatam utilitatem constituuntur à magistratu; qui, ob majorem fidem & securitatem certas personas probatæ fidei & autoritatis eligit, ut ea nomine Reipub. regant. Et quia hæc banca inserviunt spectabili alicui administrationi, notabilem etiam requirunt pecuniæ quantitatem, quæ à publico inferri & semper solutioni parata esse debet; manetque unà cum Republ. obligata pro ipsis bancis; cui summæ accedunt deposita privatorum, in bancis illis facienda; ex quorum frequentia & magnitudine utilitas pervenit maxima. Hu- 15
jusmodi banca celeberrima sunt Genuæ, S. Georgii; Romæ, S. Spiritus; Neapoli sanctiss. Annunciatæ; quæ summis laudibus effert Raph. de Turr. *de Camb. disputat. 2. quæst. 17. n. 44. & 45.* Sunt etiam banca famosissima

ſiſſima Venetiis, Amſtelodami, Francofurti ad Moen. Hamburgi. Cujus LL. & articulos in fin. tract. huj. vid. ſub.
Y Y. Et Reipubl. Noribergenſis apud Limnæ. *in addit. ad lib. 7. Jur. Publ. cap. 35. pag. 279. & ſeqq.*

16 Privata autem banca, ad privatorum tantùm utilitatem à privatis, permiſſione tamen ſuperiorum, inſtituuntur: &, qui ea adminiſtrant, ſunt privati mercatores, incumbentes huic negociationi pecuniarum, quæ penes eos, tanquam idoneos depoſitarios privatim, datis fidejuſſoribus, deponuntur. Maſtrill. *d. deciſ. 135. n. 4. & ſeqq.* cum in finem, ut deponentes cuſtodiâ & periculô ſubleventur; depoſitarii verò, qui pecunias illas maximam partem non patiuntur eſſe vacuas. *l. 28. De. poſ.* vel, ut hodiè loqvuntur, otioſas,
17 ex uſu earum, quas vel in merces vel in cambia exponunt, lucrum ſentiant. Qualia banca fuerunt Romæ, Venetiis, Neapoli, Panormi, alibi, atteſtante Raph. de Turr. *de Camb. diſp. 1. q. 1. n. 42.*
18 Verùm enim verò, cùm hæc à publicis, ob celebritatem & majorem ſecuritatem longè ſuperarentur, paulatim deficere cœperunt; cui malo adminiſtratores eorum ſubvenire laborantes permiſerunt aliis, maximè fidejuſſoribus, quibus quodammodo obſtricti erant, exſolvere in banco pecunias, quas in eo non depoſuerant. Inde factum, ut ruinam invenirent, unde celebritatem ſperabant; iis ſcil. qui pecunias acceperant, decoquentibus, & nemine amplius apud eos deponere vo-
19 lente. Hinc frequentiſſimæ decoctiones bancheriorum Genuæ, Neapoli, Meſſanæ, Florentiæ &c. acciderunt; iique ex eo, quòd banca illa vel menſæ rumperentur, bancæruptores, & debitores rupti, ſc. qui foro cedunt, dicti ſunt. Scacc. *de Camb.* §. *1. q. 3. n. 11.* Rot. Gen. *deciſ. 1. n. 24. 40.* Unde factum, ut uſus privatorum bancorum ferè in deſuetudinem abierit; exceptis iis, quæ adhuc Romæ ex conſuetudine, & in feriis ex neceſſitate retinen-
20 tur. Vigent tamen adhuc publica banca, magnâ cum negociatorum utilitate, hi enim dum copioſam exercent mercaturam, per ſchedulam bancheriam, quam vocant, & accipere & ſolvere poſſunt in ſuis computis, quæ in banco habent, tantô compendiô, tantas pecuniarum ſummas, ut iis numerandis vix proprius homo ſufficeret. Competit autem hodiè in feriis nomen bancheriorum illis mercatoribus, qui non tantum ſuas pecunias in cambiorum negociationibus occupatas habent; ſed qui etiam, finitis feriis, bilanciam exhibent, ſecundum regulas & leges feriarum: quorum banca ſeu menſæ, ſunt ſcarta facia, pecuniæ ſcuti marcarum: quæ omnia latius perſequitur Raph. de Turr. *d. diſp. 1. quæſt. 1. num. 41. & ſeqq. diſp. 2. quæſt. 17. num. 50. & ſeqq. & q. 18. num. 14. cum ſeqq.*
Revertendo igitur ad CAMBIUM, dicunt 21
hoc aliqui Lagium, vulgò Lage deductionem videlicet quandam, quam ſibi Campſores retinent, vel ob mercedem ſuam, vel quia ſua tantum intereſſit, pecuniam, quam permutationis vice exhibent, potius retinere, ob monetæ varietatem. Hôc autem Cambii verbô pro permutatione uſæ ſunt conſuetudines feudorum *in cap. 1.* §. *ſi quis fecerit. tit. quo tempore milit. & in cap. 1.* §. *cum autem. tit. ſi de Inveſtitur. contr.* Quo in loco Baldus *col. 1.* dicit, 22
„hoc tantùm intereſſe inter cambium, „& permutationem, quòd hæc propriè, „ſit ſpeciei ad ſpeciem, illud autem ſpe- „ciei quoque ad genus; & tunc, inquit, „eſt contractus innominatus. Tiraq. *in retract. lignag.* §. *30. gloſſ. 1.*
Eſt itaque Cambium contractus in- 23
nominatus, bonæ fidei, ad articulum DO UT DES ſeu FACIAS referendus. Et hanc eſſe magis communem, teſtatur & ſequitur Berous *Conſ. 104. n. 14. lib. 1.* vel ut Joan. Medina *in ſuo tr. ſpec. de Cambiis definit:* Quòd ſit permutatio pecuniæ pro pecunia diſſimili, ſeu alterius rationis; ut ſi moneta argentea cum aurea, vel major cũ minuta permutatur, vel in alio loco periculô numerantis & ſumtibus illius ſolvitur pro pecunia, quam ab alio accipit.

pit. Althuf. *lib.1. dicæol. cap.87. n.20.* qui allegat Mantic. *lib.25. tit.3. n.14. & seqq.*

24 Interim tamen sciat studiosus, non convenire inter omnes, contractus cambii an sit nominatus vel innominatus, ceu videre est Rot. Genov. *decis. 32. n.5.* & ap. Petr. Benitend. Bonon. *decis.58.* qui ex Baldo putat esse nominatum consensualem, cùm in eo pœnitere haud liceat; cum quo coincidit Nicolaus de Passeribus *de script. priv. lib.3. q.5. n.6. & 7.* Fusius vid. de hac Q. Sigism. Scacc. *d. l.* §.*1. q.4. fol.104. & seqq.* ubi varias recenset opiniones. Raph. de Turr. *de Camb. d. disp.1. q.10.* qui eum definit, quòd sit contractus consensualis dandi & reddendi tantundem pecuniæ in diversis locis, ad commodiorem usum negociationis noviter introductus. Cui adde Mr. la Felde in suo tractatu, quem inscribit Fondament van de Wesselhandlung / *excus. Amsterod.1629.* post Joh. Jacom. Lando, Genuens. *in tract. arithm. Mercant. Venetiis, Anno 1640.* Italicè denuò edit. quibus novissimè accedunt Fr. Stypm. *d. p.4. cap.8. n.15. & seqq.* & Jo. Martin. Vogt *de camb.* litem hanc Theoricam non facientes nostram.

25 Dividitur variè: I. Aliud est cambium purum, juxta Joan. Medinam; aliud impurum. Illud dicitur, quando est simplex permutatio pecuniæ pro alia pecunia dissimili statim tradenda, cui non est alius contractus mutui admixtus; nec alia diversitas illic concurrit, quàm diversitas numismatum, quæ permutantur. Hoc verò est, quando alia diversitas concurrit in tali cambio, ratione cujus alius admiscetur contractus. II. Alii dividunt, quòd cambia alia sint Feriarum seu Nundinarum, quæ regularia; & Platearum, quæ irregularia. Seu Extra Nundinas. Wann zwey Handelsleute in F. oder anderswo zwischen Meßzeiten einen Wechsel schliessen / welcher Uffsicht gestellet / und an einem solchem Ort da entweder keine Messen seind / oder da ja eine were und unvermercket einfiele / ohngehindert deren / und des daselbsten schweren Preises muß zu seiner Zeit bezahlet werden. In illis sc. feriarum, dum omnia certiori lege ac certa methodô sunt circumscripta, cambia dicuntur regularia. In his sc. Platearum, dum vagè & pro lubitu Cambia peraguntur à mercatoribus irregularia passim nominantur. Raph. de Turr. & ex eo Jo. Mart. Vogt. *thes.3.* III. aliud cambium dicitur Minutum, aliud Siccum, aliud Reale. Minutum est, quod in 26
sola monetæ, minus commodæ, cum alia meliore & magis expendibili, permutatione consistit; ita tamen, ut campsor aliquid lucretur; sitque hoc cambium sine literis. Thom. de Viv. *de Camb. cap.2. n.4.* De hoc Cambio vid. Sigism. Scacc. *d. l. q.4. n.19. cum seqq.* Ubi de varia divisione Cambiorum.

Siccum est, in quo solius temporis 27
compensatio quæritur; quod illicitum, authoritate Scacciæ *d. tr. q.5. n. 99. & seqq.* Siccum autem dicitur à Dd. quia caret humore seu justô titulô ad legitimos fructus ferendos; reipsâ enim non sunt cambia, sed tantum figmentum eorum, & palliatio usurarum; neque enim in iis interveniunt litteræ cambii realiter & cum effectu. Rot. Gen. *decis.37. n.11.* de quibus Læl. Zecch. *de usur. c.9. n.3. & 4.* P. Gregor. *de usur. lib.2. cap.2. n.9.* Morl. *Emp. jur. q.1. tit.8. q.25. n.42.* Hæc cambia, velut usuraria, damnavit Pius IV. Pontifex *in Constit. anno 1564.* & post eum Pius V. in sua *Decretali Anno 1571.* editâ.

Cambium reale est, quod per litte- 28
ras fit; idque duplici modô: vel enim Campsor dat pecuniam, prius solutùrum expectans; vel recipit ipse pecuniam, prius alibi soluturus. Prioris exemplum est; Si Titius Campsor det Hamburgi 100. ducatos Sejo; solutionem ad terminum designatum Francofurti ad Mœnum vel aliô locô recepturus. Posterioris exemplum hujusmodi sit: Noribergæ Titio Campsori, à Sejo Campsuario Augustano, qui Romæ pecuniâ indigebat dati sunt 100. ducati: Campsor Noribergensis illi dat suam schedulam, per quam Factor, seu minister Campsoris, cum

certa

certa pecuniæ ſumma, putà 95. ducatis, retentis, locô proviſionis, ut vocant, ſeu lagii, quinque, ipſi Campſuario Romæ ſatisfaciat locô 100. quæ ipſe Campſor Noribergæ acceperat, ut notat Joan. Medin. *d. tr.*

29 Formula autem litterarum cambii plerumque talis eſt in vernacula noſtra: Es beliebe dem Herrn diesen meinen Wechſelbrieff von 200. Rt. ſage zweyhundert Rth. an N. zubezahlen/ den Werth alhie bin ich vergnüget/thuet gute Bezahlung/ und ſetzet es uff Rechnung. de quibus & aliis vid. Stypm. *d.c.8.n.52. & ſeqq.* Et de hoc cambio reali hîc potiſſimùm agimus, de quo pluribus qui cupit informari, adeat Sigismund. Scacc. *d. l. q.5. n.10. cum ſeqq.*

30 Subjectum cambiorum ſunt perſonæ, quæ cambiunt, ſeu cambia contrahunt, videlicet mercatores. Ad quorum perfectionem duo, eorum verò conſummationem quatuor per ſe requiruntur. Stypm. *d.c.8.n.21.& ſeqq.* Ex his, qui dat ad cambium remittere & remittens ſeu ſcribens; qui verò cambiô accipit, trahere & trahens ſeu tractans dicitur; ille cui dirigitur remiſſa, præſentans ſeu præſentator; cui tracta, acceptans ſeu acceptator commodè appellatur. Raph. de Turr. *d. q.1 de Camb. n.49.* Rot. Genu. *deciſ.1. num 27.* harum 4. perſonarum ſchema vid. *infr. lib.3. c.11. n.45. huj. tr.*

31 Objectum, pecunia ſeu numismata omnis generis. Matth. Bod. *d. diſp de Camb. th.5.* Joh. Martin. Vogt. *d. Tract. Analyt. de Camb. th.6. per tot.*

32 Ad formam autem Cambii in genere ſpectat diverſitas pecuniæ: In ſpecie verò formam cambii realis non modò diverſitas pecuniæ, ſed & loci & temporis, per conſequens & litteræ denique conſtituunt, ita, ut ad Cambii complementum & formam requiratur, ut tractans remittenti tradat literas cambii directas ad locum ſolutionis, cum duplici expreſſione ſummæ ſolvendæ; additô die & locô quô datæ fuerunt; & die, quô ſunt ſolvendæ, cum cauſa earundem præſentandas per eum cui ſit remiſſa, ei, cui ſit tracta; quos etiam per litteras aviſii de tractis & remiſſis certiores fieri oportet. Plura requiſita litterarum Cambii vid. ap. M. Bod. *th.6. lit. B.* & ex eo Joh. Mart. Vogt. *d. l. theſ.7. per tot.*

Vid. tamen n. 65. huj. cap.

Finis primarius cambiorum, eſt commune mercatorum bonum; quod gentium elementum adſerit Ariſtoteles *7. Polit. cap.8. & 9.* quò facilius mercimonia exercere poſſint; quapropter & tot ſingularitatibus (venia mihi cum Rittershuſio ſit dicto) à jure communi exorbitantibus gaudent, Mr le Bret. *de la ſouuerain: du Roy de Fr. liv.4. chap.13.* Nam ſublatâ hâc compendioſiſſimâ viâ, quâ ſine magno periculo, modicis impenſis, beneficiô ſc. litterarum Cambii, pecuniæ ad quæcunq; loca transſcribuntur, ob varia belli pericula & rapinas, commercia vix exerceri poſſunt, & pacis tempore pecunias ad quæcunque loca transportare non tantùm magno cum incommodo, ſed & ingenti cum damno, propter varios fortunæ caſus, nec minoribus cum expenſis ſæpè eſt conjunctum. Lup. *de uſur. comment.3. §.2. n.14.* Ne nunc dicamus, quòd Cambia, peregrinantium itinera, & captivorum redemtionem mirum in modum ſublevent. Magnatibus ad bella, & quævis magna gerenda valdè inſerviant. In ſumma, adeò Reipubl. neceſſaria & utilia ſunt Cambia, ut ſi ceſſarent, omnia penè Mercaturæ officia deſtruerentur, ut ait Calderin. *conſil.11.* relatus à Martin. ab Azpilcuera. *lib.5. conſ. tit. de uſur. conſ. 31.* Et ſublatâ negociatione Cambiorum, è medio tolli omnes mercaturas & nundinas ſcribit Jo. Azor. *Inſtit. moral. p.3. lib.10. de Camb. cap.3. q.1.* & Scacc. *d. tr. de Camb. §. quæſtionum.6. per tot.* 33

Secundarius autem Cambiorum finis eſt lucrum honeſtum, quod mercatores ex numiſmatum commutatione ſperant; quod lucrum ipſis non eſt invidendum, dummodò fines honeſti quæſtûs non transſiliantur; aliàs cambium admodum eſſet injuſtum. 34

Ad diſcernendum verò Cambium juſtum ab injuſto, hæc perpetuò obſer- 35

vanda est regula: Tale lucrum sit moderatum, & causæ, ob quam recipitur, proportionatum. Quod nequaquam ΠΡΩΤΩΣ ex ratione vel distantioris loci, vel quantitatis pecuniæ campsæ, vel temporis, vel pecuniæ; denique nec indigentiæ vel abundantiæ, sed ab oneribus & incommodis & interesse ob causam cambii susceptis & causatis, (ut sunt Campsoris industria, labor & sollicitudo [præter interesse cessans] quam in tanta numismatum varietate impendit) debet æstimari. Raph. de Turr. *disp.1.q.13.n.35.* & Matth. Bode *dict. disput. thes.10. lit. B. C. D.*

36 Nullum autem lucrum aut pretium justius esse potest, taxatô & æstimatô publicâ authoritate. Ad Principem enim & magistratum spectat, pretia rerum definire. *l.1. §. cura. ff. de off. Præf. urb.*

37 Si enim apud omnes receptum & ubique decantatum, rerum pretia non ex affectu singulorum, sed ex natura rei metienda, habitâ consideratione qualitatum temporis, loci, personarum, onerum, & similium. Dd. *in l.2. C. de resc. vend.* cum Menoch. *cons. 1169.* ad hæc autem discretione bonorum, justorum, sapientum & pensantium conditiones ex qualitate rei, temporum, distantiæ localis & aliis ad rem facientium opus sit. Nullô certè pactô prædicta assequi poterimus, nisi mediâ hâc taxatione mercatorum. Qui licet non habeant ex se autoritatem augendi nec minuendi (ut suprà innuimus) æstimationem publicæ pecuniæ, dum tamen id exseqvuntur à publico deputati, & vigore legis seu consuetudinis, perinde est ac si lex ipsa faceret; cum lex nihil aliud sit, nisi commune præceptum virorum prudentum. *l.1. ff. de LL.* & ibi Dd. vid. nos

38 infr. *lib.4. cap.7. n.36. & seqq.* Quamvis stylus mercatorum hodiernus in hac publica taxa non semper coincidat.

39 Sed video, à nonnullis cambia vehementer improbari, cùm, quòd pecunia in numero mercium (secundum vulgarem loquendi usum, ex quo nomina debent exaudiri. *l.7. §.2. de suppellect. leg.*) non habeatur; in mercibus autem solis mercatorum negocia occupata esse, in principio hujus libri demonstravimus: tùm, quòd longè alia de causa nummus inventus sit (prout similiter *lib.1. cap.7. diximus*) quàm ad exercendas nescio quas pravas usuras, palliatasque permutationes. Verumenimverò hujusmodi philosophastris nihil aliud reponendum, quàm quod Aristoteles in politicis tradit; duplicem videlicet cujusque rei esse usum, primarium & secundarium; quod & in numismatis inventione considerent, & respondendi onere me brevitatis causâ sublevabunt. Plura autem de hac materia, sc. an & quando cambia mercatorum sint licita vel illicita, qui cupit, consulat Card. Mantic. *de tacit. & ambig. convent. lib.25. tit.3. n.14. & 15. cum seqq.* Sigism. Scacc. *d. l. q.7. p.1.* cum ampliationibus *seqq.* qui & in foro conscientiæ ea defendunt.

Cambium reale, licet cum mutuo habere quandam cognationem videatur (qua de causa etiam multi cambium nil nisi mutuum esse opinati sunt) ab eodem tamen tribus imprimis differt modis 1. Periculô. Nam mutuum periculum mutuatæ sortis in accipientem ut dominum transfert. *l. fin. ff. de condict. causa dat.* Cambium verò reale, damni periculum campsori relinquit, si minus forte contingat accipere, de quo vid. Modestin. Pistor. *1. q.57.* & Januam *descript. priv. lib.3. de litt. Camb. n.44. & seqq.* 40

2. Diversitate rei restituendæ & loci. 41
Nam in mutuo res ejusdem generis & bonitatis restituitur, & in eodem ferè loco *l.2. §.1. ff. de reb. cred. & l.3. ff. eod.* In cambiis autem realibus fit permutatio monetarum diversorum generum, & in diversis semper locis. Raph. de Turr. *de Camb. disp.1. q.2. num.15. & sparsim.* Mart. Vogt. *de Camb. thes.2. ubi in lit. Q.* addit, diversitatem locorum esse de substantia hujus contractûs.

3. Modô contractûs. Nam in cambiis realibus est Venditio, vel Contractus similis venditioni; dum ducatus venditur bazzis, grossis, marcis vel solidis, & æstimatur una moneta cum 42

alia. Pyrrh. Maur. Arctin. *tract. de solut. cap. 53. n 2.* Decis. Rot. Gen. *1. n.42.* quod licere patet *ex c. olim causa. c. cum Canonicis. X. de censib.* In mutuo verò hoc omninò cessat, unde sequitur, cambium non esse omninò mutuum, ut quibusdam falsò visum est, vid. Raph. de Turr. *d. disp. 1. q. 7.* Hisce præmissis generalibus, unum atque alterum singulare hujus Contractûs ex multis, quæ in praxi occurrunt, annectere animus est.

43 Et quidem primò Q? Num minus dare pro Cambio, multô interjacente tempore usque ad nundinas, & plus dare, quando proximæ sunt nundinæ, sufficiens signum sit injusti cambii? Videbatur primô intuitu affirmandum; cùm in cambiis brevitas, aut prolixitas temporis pensitanda; hæc verò consuetudo inducta sit, ut pro habenda temporis medii, quô accipiens pecunias, redditurus in nundinis, utitur illis pecuniis acceptis. Sed perspicaciùs (ut loquitur Hieronymus de Luca *in tract. de Camb. c. 4. n. 24.*) scrutantibus occurrit, quòd consuetudo hîc induci potuit propter inventionem Campsorum tenentium loca quasi emptorum, E. dicendum, cambium hoc nequaquam esse injustum. De Cambio nundinali verò vid. Sigism. Scacc. *d. tr. q. 5. n. 6.*

44 II. De stylo & consuetudine mercatorum Italorum quisque litteras Cambii, etiam ad se non directas solvere in honorem scribentis, solvendoque sibi acquirere actionem, & obligatum eum habere potest, qui scripsit. Decis. Rot. Gen. 32. *n. 1.* concord. *art. 9. Statut. Hamb. de Camb.* Quod tamen de stylo Mercatorum hodierno ita intelligendum, si prius acceptationem, ille cui tracta facta est, recusaverit, & protestum ille, cui remissa directa est, elevaverit. Nam ut unô ore loqvuntur Mercatores. Es ist nicht styli, daß ein Tertius unter Kauffleuten sich præsentiren könne/ die jenige Brieffe/ so uff einen andern gezogen/ zu acceptiren/ ehe und bevor der Jenige/ uff welchen die Brieffe gezogen/ protestiren lassen: So gar/ daß auch keinem Diener/ ohne Wissen seines Herrn und außdrücklichē Befehlig/ einen Wechselbrieff zu acceptiren im geringsten erlaubet ist. Wie solches auß verschiedenen parere vornehmer Kauffleute zu Franckfurt und anderswo demonstriret. Jo. Mart. Vogt de Camb. *thes. 7. p. 108.* & ita etiam intelligendus & interpretandus Statuti Hamb. *art. 9. de Camb. modò allegatus.*

An verò & ille, ad quem directæ sunt literæ, eôdem modô, tanquam tertius, pro honore literarum super protestu acceptando literas solvere, sibique obligare scribentem possit? dubitatum aliquandiu fuit. Verùm, cùm ex eo, quòd non acceptat litteras ad se directas, ei non potestas tollitur, quominus possit tanquam tertius solvere pro scribente, non video, cur non similiter eum liberando sibi contra eum actionem acquirat. Decis. Gen. 32. *n. 2. per text. in l. solvendo 39. ff. de negot. gest.* Stypm. *d. c. 8. n. 109. & seqq.* 45

Aliquando præter litteras Cambii solent ad Mandatarium qui solvere debet, litteras Intimationis, quas vocant d'Aviso, mittere, quibus significant adfore aliquem, qui litteras Cambiales oblaturus, & juxta eas pecuniam exacturus sit, cum petitione ut illis satisfacere velit. 46

III. Consuetudo inter mercatores prævalet, ut nulla pecunia alicui solvatur vigore litterarum, quas d' Aviso nuncupant, sed per litteras Cambii, quæ directè ad hoc tendunt, ut is, ad quem illæ diriguntur, pecuniam præsentatori persolvat. Quæ quidem consuetudo eâ ratione fulcitur, quia epistola scripta ad narrationem subsequentis facti, non inducit obligationem. Anton. de Gamm. *decis. Lusitan. 336. n. 4.* Formulas harum litterarum lege apud Sigism. Scacc. *d. q. 5. n. 89.* & aliquot seqq. & in vernacula nostra apud Fr. Stypm. *d. p. 4. c. 8. n. 66. & seqq. vid. n. 29. supra h. c.* 47 48

Quomodo & quando acceptationes litterarum Cambii in nundinis fiant, vid. Scacc. *d. l. §. 2. gloss. 4. num. 10. fol. 333.* 49

IV. No-

IV. Notandum: Acceptatæ nisi sint literæ Cambii, aut non redierint cum protestatione, quòd non agatur de earum executione, Scacc. *d. l. fol. 442. num. 3.*

50 V. Mercator acceptans litteras Cambii cum protestu, & posteà solvens simpliciter, censetur solvisse juxta 51 formam literarum sine protestu. Nam protestatio in acceptatione litterarum non operatur in solutione, si solutio fiat simpliciter. Rot. Gen. *decis. 6. n. 2.* Et per actum contrarium protestationi præcedenti, receditur à protestatione. *d. l. n. 3.* Aliàs clari Juris est, ut præsentator & possessor Cambii, si acceptans non solvat, pro obtinendo regressu adversus mandantem seu retrahentem teneatur intra fatalia protestari, vid. *infr. n. 86.* eâque protestatione omissâ perimatur obligatio mandantis, nullô adversus eum datô regressu, prout ex Scaccia, Raphaeli de Turre, ordinatione Francofurtensium, Hamburg. & aliis Statutis ostendit Vogt. *d. tr. de Camb. thes. 7. lit. G. fol. 187. 188.* Si verò protestetur receptor, vulgò Trassirer/ obligatus est pecuniam restituere. Rot. Gen. *dec. 4. n. 7.* & quidem cum INTERESSE. Rot. Gen. *decis. 57. n. 2.* Ita è converso si acceptans & ita præsentans protestari non possit, proximè inducens & transportans ad solven-52 dum obligatus remanet. In Cambiis enim regulariter periculum ad transportantem, vulgò Trassirer/ pertinet, Carpz. *Jurispr. for. p. 2. const. 26. def. 13. n. 7.* Nisi actûs alii intercedant, ex quibus probari possit, quibus fides de pretio sit habita, tunc non datur regressus ad intermedium inducentem, qui non est pars contrahens, ignorans autem obligari non potest. Et Exceptio: Tu non es nominatus in Instrumento; seu non es pars contrahens, etiam in materia cambii attendenda. Decis. Rot. Gen. *10.* Nec inducitur obligatio de persona in personam, nisi & is qui delegatur promittat hôc animô, ut vice delegantis obligatus sit, & is cui delegatio fit, contrahat eô animô, ut sibi delegatum obligatum habeat. *l. 11. l. Emptor. ff. & l. 1. C. de Novat.* Goedd. *de contrah. stipul. c. 5. n. 107. & n. 111.* De Protestationum effectu vid. *Statut. Hamb. p. 2. tit. 7. de Cambiis. art. 7. & seqq.* It. Jo. Mart. Vogt. *de Camb. th. 7. p. 180. & seqq.*

VI. Etiamsi Mercator acceptet literas Cambii, seu tractam à debitore 53 alterius pro solvenda quantitate tertio in diem, & tertius acceptationem ratam habeat, non propterea liberatur primus debitor, si effectus non sequitur, vel, si ante diem acceptans sit non solvendo. Rot. Gen. *decis. 2. per tot.* Aut acceptans posteà in trahente & 54 scribente dolum malum probare possit; quô casu acceptans solvere non tenetur. Dolus enim, dans causam contractui, ipsô Jure nullus est.

VII. Hæc insuper inter Mercato- 55 res viget consuetudo, quæ vult, ut acceptante litteras Cambii & non solvente, licitum sit præsentatori litterarum regredi adversus scriptorem litterarum. Rot. Genov. *decis. 8. n. 17. 18. & 19.* per Bald. *in consil. 348. vol. 7. & cons. 190.* Socin. *cons. 68. vol. 3.* Licet ferè de Jure communi aliter esset dicendum, prout voluerunt Dd. *in l. pro debito. C. de bon. auth. Jud. possid.* Paris. *cons. 96. n. 5. vol. 3.*

VIII. Quamvis de Jure communi 56 nemo sibi ipsi solvere possit. Pyrrh. Maur. Aretin. *tr. de solut. cap. 25. n. 13. & cap. 71. n. 1.* De stylo tamen Mer- 57 catorio per litteras Cambii hoc benè fieri posse Interpretes & experientia docent, Maur. Aretin. *d. c. 25. & 71.* Videmus enim sæpissimè, Mercatores litteras Cambii sub hac forma & tenore conscribere (A uso pagarete per questa prima di Cambio à voi medesimi ducati N. conti à noi & mettegli per N. N. sopra di noi, sopra protesto. Rot. Gen. *decis. 32. n. 4.* Bald. *cons. 190. vol. 2.* vid. *nos infr. c. 14. h. L. n. 10.*

IX. Notandum, quòd in materia 58 Cambiorum, quælibet promissio facta in BANCO, cedat locô solutionis. Decis. Genov. *4. n. 9. & 10.* de quo suô locô, ubi de solutionibus agemus.

X. No-

59 X. Notandum in genere, Cambiorum Reale seu litteras Cambii multùm esse privilegiatas. Jo. Crott. *lib.2. conf. 190. n.21.* Ubi inter litteras Cambii & inter ipsum contractum distinguit.

60 Habent quippe litteræ Cambii de Jure executionem paratam & celerrimam, ut dixit Berous *conf.33. n.12. lib.3.* Rot. Genov. *2. & 9.* Hondedæ. *conf.29. n.7. vol.2.* Nicola. de Passerib. *d.l.3. q.6.* qui hoc ex forma Statutorum Mercantilium saltem procedere autumat, *d. q.6. n.15.* non verò de Jure communi, prout *nos infr. lib.3. cap.11. n.27. & seqq.* latiùs deducemus.

61 Secundò, habent hæ literæ effectum sententiæ & rei Judicatæ, uti arguunt Br. & Dd. *in l. nam postea. §. si is, qui temporali. ff. de Injur.* quin imò & pleniorem quàm ipsa sententia; quia post „tres dies, postquam fuit recognita, fieri „potest executio realis & personalis; quod ita Bononiæ & in tota Italia, & quibusdam Germaniæ Emporiis, obtinet. Secus autem hoc in sententia, in qua datur condemnato tempus quadrimestre. *l. fin. C. de usur. rei Jud.* Joh. Crott. *d. conf. 190. n.25. 26. 27.* Et secuudum prædicta judicasse Consistorium Sacræ Regiæ conscientiæ Regni Siciliæ, *die 10. April. Anno 1604.* testatur Dn. Garf. de Mastr. *decis.9. n. fin.*

62 Quænam verò actio ex litteris Cambii competat, non eadem Dd. mens est. Nicol. de Passerib. *lib.3. de script. priv. q.5. n.2.* regulariter putat, pro literis Cambii actionem Mandati competere, fretus autoritate Baldi *Conf.348. n.1. in rubr. C. de constit. pec. n.12.* Rutger. Rulandus verò, quem sequimur, *de Commissar. part.3. lib.7. cap.2. n.6.* dicit in Camera Imp. vel actionem præscriptis verbis, vel do ut des competere, juxta ea quæ tradit Bl. *in c.3. §. Cùm autem. n.1. de Invest. controvers.* ubi etiam admittit litterarum obligationem; alibi autem dicit, ex litteris illis agi vel actione constitutæ pecuniæ vel negociorum gestorum. Moller. *4. semestr.44.* Rot. Genov. *decis.7. n.3.* per Bl. *in rubr. C. de constit. pecun.* quib. add. Jo. Bapt. Cavatium *tr. de Camb. c. de actionib. ferè in fin.* & Raph. de Turr. *tr. de Camb. disp.1. q.10. n.17.* cum Rot. Genov. *decis.32. n.4.5.* statuentes, hunc Contractum, ut nominatum, parere actionem nomini convenientem, quæ dicitur ex Cambio; prout in aliis quoque Contractibus evenire solet. Hancque actionem expresse dedisse Magistratum Genuensem in suis Statutis de Cambiis & causis brevioribus, *arg. l.9. ff. ad l. Rhod. de jact.* Idque similiter à pluribus Principibus Europæ per leges particulares factum esse affirmat modò allegatus de la Turr. *d. q.10. n.19. 21. & disp.2. q.13. n.9. & q.16. n.80. 81. 82.* quod similiter in medio relinquimus, nec eam litem nostram facimus.

Litteris autem Cambii amissis, antequàm pecuniam transscriptam seu Cambiatam acceperit recipiens, potest à dante Campsore eam ipsam numeratam repetere cautione præstitâ, ut si reciperentur, & super iisdem solutio in loco transscripto fieret, indemnis esse debeat hic transscribens. Gail. *2. obs.37. n.8.* Vincent. de Franc. *Neap. decis.498. n. fin.* Bud. *tr. de monet. c.25. n.12. lib.1.* Fulv. Pacian. *de probat. lib.1. cap. 139. n.1.* Anton. di Gamm. *decis. Lusitan. 336. per tot.* Et ita inter Mercatores Genovæ observari testatur Petr. de Benintend. *decis. Bonon. 58.* Quod tamen fallit, si dissimulando assereretur amissio. Bernh. Grævæ. *2. concl.37. n.2.* Fusius de hoc Vid. Nicol. de Passerib. *d.l.3. q.1.* & Sigism. Scacc. alleg. loc. qui de hoc & aliis ex professo tractant. quibus adde Ant. de Gamm. *d. decis. Lus.336. n.1.* Mascard. *de prob. concl.999. num.3.* 63

De probatione verò & obligatione harum litterarum *infr. lib.3. c.9. n.57. & seqq.* commodior erit dicendi locus. De pecunia autem ad Cambium data, hæc notet studiosus, quòd, quamvis hæc magnam habeat cognationem cum pecunia apud aliquem deposita; quia tamen in Cambiis publica utilitas versatur, & respubl. propter necessarium usum carere illis non potest, ideoque si is, cui pecunia ad Cambium datur, 64 65

datur, ut eandem vel tantundem in alio loco datori exsolvat, interim fallit, & ejus bona à reliquis Creditoribus occupantur & veneunt, ille, qui pecuniam ad Cambium dedit, meritò omnibus indistinctè Creditoribus sit præferendus, uti *per text. eleg. in l. si hominem. 7. § penult. & fin. l. quod privilegium. 8. ff. depos.* ex Andr. Perneder. & Joann. Michael. Buther. *de Jur. prælat. part. 1. cap. 32.* docet famosiss. Germaniæ Practicus Matth. Berlich. *1. concl.*
66 *64. n. 14.* Contrarium tamen Lybecæ obtinere, & ita decisum in Senat. Lubec. *5. Mart. Anno 1645.* memini. Vid. *infr. n. 81. h. cap.*

67 Et de Cambiis hæc pro instituto sufficiant. Quoniam autem eadem obtinent in recambiis, crambem bis coctam recoquere supersedeo; qui autem de recambiis pleniùs erudiri cupit, consulat Sigism. Scacc. *d. l. de comm. & Camb. §. 1. q. 4. num. 38. usq; ad fin.* & Raph. de Turr. *disp. 3. per tot.*

De litteris autem Cambii, mantissæ locô hæc addere libet notabilia:

68 I. Dies licet non sit appositus in litteris Cambii, tamen litteræ sunt solvendæ. Sigism. Scacc. *§. 1. de Camb. q. 7. p. 3. lin. 30. gl. 1. n. 10. cum seqq.* Ubi vide, an, quando & quomodo error in Cambiorum tempore commissus, vitiet. Cui add. Petr. Fontanell. *de pact. nuptial. claus. 1. n 7. in f. gl. 1.* quam citat Nicol. Janua *d. l. pag. m. 573. num. 45.*

69 Regulariter autem in Cambiis dies aut tempus non est de substantia hujus Contractûs. Scacc. *de commerc. §. 1. gloss. 1.* quamvis ante diem in litteris præfixum solvere cambium nō liceat, *art. 10. p. 2. tit. 7. de Camb. Statut. Hamb.*

70 II. Dilatio ad solvendum litteras Cambii data auget lucrum seu interesse Cambii. Vid. Sigism. Scacc. *d. l. §. 1. q. 7. part. 3. n. 1. & seqq.*

71 III. In recognitione litterarū Cambii missarum ab uno alteri, non adhiber solent testes, qui fuerint præsentes & viderint cum scriberentur; sed tantum qui notam manum ex characteribus habeant & signis literarum. Sic post Socin. Ruin. & alios, Bursat. *cons. 103. n. 9.* quos secutus est Joseph. Mascard. *de probat. concl. 988. n. 4.*

IV. Litterarum Cambii locus contractûs dicitur ille, ad quem fuerunt destinatæ & receptæ; non autem, in quo fuerunt scriptæ. Jan. *de script. priv. q. 6.* Mascard. *concl. 7. ad General. Statut. Interpret. n. 72. 73.* pulchrè. 72

V. Interesse Cambiorum potest converti in Capitale. Sigism. Scacc. *d. l. fol. 252.* nos supr. *h. lib. c. 8. n. 52.* 73

VI. Litteris Cambii acceptatis, periculum erit illius, cui solvenda est pecunia, & hoc fictione brevis manûs, quasi ipsi jam sit numeratum. Nicol. de Passerib. *de script. priv. lib. 3. de Camb. n. 72.* per ibid. alleg. In Civitate tamen Genova contrarium observatur. Janua *d. l. n. 76. 77.* 74

Hoc ut exemplô clarius fiat, ita demonstramus. Cajus Hamburgo transscribit Nicolao pecuniam, ut illi Lubecæ à Sempronio solvatur; antequam verò Sempronius solvat, Cajus foro cedit, & Juris est, ut si Sempronius acceptavit litteras nec contradixit, cogatur solvere, quia semel eas approbavit. *l. 9. ff. de negoc. gest.* & agnovisse se debitorem censetur ejus summæ, quæ litteris continetur. *l. 10. ff. ad SC. Macedon. l. 1. § 5. de exerc. act.* Cæpoll. *cons. 9. num. 1.* Et ideò ad diem in illis expressam obligatus est solvere, aut si non facit, ad interesse i. e. damnum emergens & lucrum cessans tenetur. 75

Acceptare autem dicitur tribus modis. 1. vel expressis verbis, de quibus per scripturam constare potest, qui omnium tutissimus, prout Sénatus Lipsiensis & Elector Saxoniæ Anno 1652. 10. April. sanciverunt. 76

2. Verbis quidem, sed de quibus non constat, nisi per testes.

3. Vel tacitâ receptione aut retentione litterarum. Paris. *consil. 5. lib. 4. n. 206.* Rot. Genov. *decis. 133. n. 2.* vid. *artic. 6. Statut. Hamb. tit. de camb.*

Si verò non acceptavit Sempronius, sed contradixit, Cajum cogi solvere, quia tacitâ conditione se censetur obligasse ad restitutionem pecuniæ Cambio acceptæ, inest enim tacita hæc condi-

conditio obligationi, nec prior debitor ab obligatione liberatur, nisi acceptatis ab eo qui solvere debet litteris, Rot. Genov. *decis.4. n.7.8.* Hinc viceversa si Sempronius acceptat litteras, & posteà foro cedat, non datur regressus ad Cajum scribentem. Sibi enim imputare debet Nicolaus, quòd Sempronii fidem secutus debitorem delegatum admisit, *l.26. §.2. ff. mandat. l.fin. ad L. Falcid.* & tacitè quodammodo debitoris & loci novationem fecit. Ant. Fab. *lib.3. conf.cap.3.* Rob. Marant. *prax. aur. part.6. de Testib. produc. n.49.*

Cautela in Camb. Si tamen scribens expresè promiserit, se curaturum, ut danti certè solva-
77 vatur pecunia, vel observantia, ut supr. dictum Genuæ, sit contraria, aliter dicendum est. Rot. Genov. *dec.2. n.41. decis.8. num.17.* Schaffh. *disp. de Camb. thes.19.*

78 In materia Cambii post Acceptationem nullius Interventionis, Exce-
De acceptationis Cambii effectu. ptionis, continentiæ, aut arresti habetur ratio, si in litteris Cambii nulla de his facta mentio. Obstat enim tunc Exceptio. Tu non es nominatus in Instrumento, qualem Exceptionem in materia Cambii attendendam esse docet Decis. Rot. Genov. *10. in antiquis.* Mart. *Jur. noviss. tom.3. tit. Epistola. c.9.*

79 II. In acceptatione Cambium emptioni & venditioni æquiparatur, ubi per præsentationem & acceptationem schedulæ cambialis res vendita h.e. pecunia remissa pro tradita habetur, etiamsi scribenti litteras nondum soluta sit, sicuti fit clavium aliisque brevi manu traditionibus. vid. Carpz. *lib.2. tit.8. respons. Elector 92. n.9.10.11.* Res etenim non amplius integra, *argument. l.2. ff. de rescind. vendit. l.8. §.6. ff. Mandati.*

80 III. Et Cambiô seu schedulâ Cambii apud ipsum scribentem adhuc existente, Cambium revocari posse; transmissâ verò & acceptatâ non posse, in term. patet ex Decis. Rot. Rom. Jacobi Putei. *p.3. decis.121.* Mart. *de jur. noviss. tom.3. tit. Epistola. c.7.* Interest enim illius, qui se alterius debitorem constituit suâ apochâ, ne posteà inde nomen deleatur, Schaffhus. *de Camb. th.21.*

IV. In materia Cambii per acceptationem ejus, cui tracta solvenda incumbit, cum eo, qui præsentat Cambium, novatio contrahitur, ita ut acceptans debitor præsentantis ex eo tempore constituatur. Rot. Genuens. *decis. 168. n.2.* Alex. *vol.3. cons.94. n.5.* Card. Tusch. *pract. concl. lit. L. concl.362. n.3.* Klock. *de ærar. lib.2. c.21. n.18.* 81

V. Acceptatio habet vim solutionis, & pecunia ex Cambio acceptata habetur pro soluta, prout contra dissentientes Dd. obtinet consuetudo & stylus mercatorum. test. Christoph. Haffner. *disp. de mercat. n.143. thes. Basil. vol.1.* 82

VI. Consuetudine receptum, ut pecuniam ad Cambium accipiens eam non tanquam alienam aut depositam apud se habeat, sed tanquam suam possit distrahere, post Schacc. *de camb. §.2. gloss.5. n.27.* ait Hahn. *in observ. theoret. pract. ad Wesenbec. tr. de praescript. verb. n.3. circ. fin.* 83

VII. Cambium acceptans & solvens de proprio debito solvere censetur, nisi aliud ex litteris pateat. Decis. Rot. Genov. *10.* quam citat Mart. *in ff. noviss. part.3. tit. Epistola. c.9. vid. art.1. Statut. Hamb. de Cambiis.*

Singulare enim Cambii; quod ejusmodi scriptura inter Mercatores obligationem pariat, & debitorem constituat eum qui acceptat, absque ullius causæ debendi certa expressione. Zanger. *de Except. t.14. n.54.* Nic. Boer. *decis. aur.333.* idque secundum rationem & stylum: Chi accetta paghi, qui acceptat, solvat, wer acceptirt, muß zahlen. Ex pura etenim Acceptatione fit acceptans debitor præsentantis Cambii. Rot. Gen. *decis.168. n.2.* quia ex tali acceptatione ut dictum, oritur obligatio; nam perinde est, ac si se solemni stipulatione ad solutionem quis obstrinxisset. Rot. Genov. *dec.104. n.9.* Et secutâ acceptatione, respectu mandantis obligatio mandati; respectu verò acceptantis quædam veluti FIDEJUSSIO seu CONSTITUTUM potius censetur. Voigt. *in tr. suo analyt. de Camb. thes.7. pag.128. vers.4.* 84

Ee Non

85 Non ergò PROMISSIO de acceptando, & quidem conditionata, wann die Retour ankommen / reum obligare potest, si merces transmissæ non sint liberæ. So ferne die Retouren oder Waaren nicht frey oder sufficient seyn zu bezahlung des Wechsels.

Inter Promissionem enim de Acceptando & acceptationem ipsam magna est differentia. Promissio quippe de acceptando est futuri temporis, verba autem futuri temporis semper important conditionem. *l. Stichum qui meus erit. ff. de Legat. 1.* Et non habent aliquem consensum, ideoque etiam ejusmodi verbis nulla fit delegatio nec novatio. Jas. *in l. singularia. ff. si cert. pet. n. 35. 36.* Acceptatio autem in tempore præsenti fit, & ipsum actum acceptandi involvit, eôque celebratô pœnitentiæ nullus est locus, quia quod factum est, non potest revocari in præjudicium ejus, cui ex tali facto jus quæsitum. *l. fin. ff. de Pact. l. nemo. 75. ff. de R. J.* Acceptatione ergò nondum per verba aut subscriptionem secutâ,
86 res est adhuc integra. Siquidem res Integra dicitur, quamdiu stipulatio ad contractum non accedit. Jas. *in l. ab emptore. ff. de Pact.* Re autem adhuc integrâ pœnitere licet. *l. 2. ff. de resc. vend. l. 58. ff. de Pact. l. 1. & 2. C. quand. lic. ab empt. reced.* Quapropter in tali casu, seu conditionatæ acceptationis promissione, quando scil. Cambium „purè non acceptatur, Protestu seu pro„testatione opus est, & tunc datur re„gressus ad receptorem, vulgò Traßirer/ ut solvat cum interesse, per ea quæ *sup. hoc cap. n. 51.* deduximus. Sine effectu autem est, si tunc præsentans protestatione factâ, ad non-acceptantem velit recurrere, qui tunc sibi imputet, si propter hoc ipsum damnum sentiat. *l. quod quis ex culpa. 203. ff. de R. J. vid. tamen artic. 5. Stat. Hamb. qui ita interpretandus.*

87 VIII. Merces seu stipendium, quod ratione laboris & periculi datur Mandatario solventi litteras cambii mandatoris, vocatur in foro Mercatorum PROVISIO. Decis. Rot. Gen. *16. n. 11. & decis. 30. n. 2.* Sigism. Scacc. *de comm. & Camb. § 3. gl. 3. n. 11. fol. 411.* Et debetur etiam non conventa nec promissa, ad majorem tamen cautelam semper à mercatoribus assignatur. Scacc. *d. l. n. 2.* & potest accipi tutâ conscientiâ, *d. l. n. 3. & 4.* cùm operarius dignus sit mercede suâ; & mercator pro quacunque re, causa vel operatione, possit recipere lucrum. Joh. Nider. *de contract. merc. c. 13. n. 13.* quamvis aliàs mandatum de Jure communi sit gratuitum, prout supra de mandato innuimus.
Quantum autem provisionis locô debeatur, & quotuplex sit hæc Provisio, vid. cum cæteris ad hanc materiam pertinentibus apud Scacc. *d. l.* Plura de Cambiorum, Collyborum, Trapezitarum seu Argentariorum Jure & privilegiis qui desiderat, consulat cum stylo cujuslibet loci doctissimum tractatū Claudii Salmasii *de fœn. Trapez.* & Raph. de Turr. *de Camb. cum supr. allegatis Dd.* 88

De exercitio cambii Antvverpiensis 89
vid. Guicciard. *in Antwerp.* Hîc Coronidis locô libet quædam addere ex Statut. Hamb. *part. 2. tit. 7.* von Wechsel und Wechselbrieffen.

Articulus 1. Wer einem Wechselbrieff 90
acceptiret, der wird Debitor oder Selbstschuldiger / so wol als der das Geld selber auffgenommen und empfangen hat.

2. Wann ein Wechselbrieff von frembden Oertern kömt / und auff einen zu acceptiren assignirt ist / und derselbe zu acceptirē sich verwegert / So mag der Einhaber der Wechselbriefes alsobald protestiren / wil er aber demselben / so acceptiren soll / zu gefallen. 3. Tage warten / soll ihm solches / wofern kein Bote immittelst nach dem Orte / da das Geld außgezehlet ist / gehen würde / ohne præjudicirlich und ohnschädlich seyn.

3. Wil in dem dreyen Tagen der / an welchem der Wechselbrieff consigniret, nicht acceptiren / so gebüret dem Einhaber des Wechselbriefes zu protestiren / daß protest zu rück zu senden / den Wechselbrieff aber bey sich zu behalten / biß der betaget; Wil alsdann derselbe / an welchem der Wechselbrieff geschrieben / noch zahlen / so muß der Einhaber empfangen / Jedoch daß die wegen des Protestes auffgewante Unkosten zugleich mit erleget

erleget werden; Will er aber noch nicht bezahlen/ so muß der Einhaber protestiren vom Hauptstuel/Schaden und Interesse, das Protest neben dem Wechselbriefe zurücke senden/ und die Bezahlung des Hauptstuels/ Interesse und Schadens/ nach Wechselslauff/ wie die zurücke gehet/ von dem Principal Auffnehmer/ wiederfordern.

4. Wann ein Wechselbrieff betaget und verfallen/ soll der Einhaber desselben an müglichen Fleisse das Geld zu fordern nichtes lassen erwinden; da aber der Acceptator in der Bezahlung seumig befunden würde/ soll der Einhaber des Wechselbrieffes innerhalb zwölff Tagen zu protestiren schuldig seyn; Und soll ihm dieselbe Zeit/ woferne er fleißig gefordert/ und immittelst keine novation, pacta, oder andere Ding mit den Acceptatorn gemachet hat/ unnachtheilig seyn; Würde er aber/ nach Verlauff der 12. Tagen erst protestiren/ so hat er damit seine Anspruch an dem Principal Auffnehmer verlohren/ und muß sich an den Acceptatorn halten/ es wehre dann/ daß Sontage oder heilige Tage einfielen/ darauff kein Protest mag gemachet werden/

5. Wann einer einen Wechselbrieff zu sich nimmet/ und gelobet h.e. verè acceptat zu acceptiren/ der soll zubezahlen schuldig seyn/ absq; ulla exceptione.

6. Wird jemand ein Wechselbrieff zu acceptiren gegeben/ und derselbe solchen 3. Börsezeit bey sich behält/ und der vorige Einhaber des Wechselbrieffes ihn wieder einfordert/ aber nicht wiederbekommen kan; So soll derselbe vor vollenkommlich acceptiret gehalten/ und wann derselbe verfallen/ von dem der den Wechselbrieff über vorbenandte Zeit bey sich behalten/ und/ auff beschehene Abforderung/ nicht von sich gegeben/ bezahlet werden/

7. Wann einer Geld auffgenommen/ und an bestimte Orte der darauff gegebener Wechselbrieff nicht acceptiret wird/ und davon protest wieder zurücke kommt; so ist der Auffnehmer ohne Verzug in continenti Bürgē zu stellen/ oder gute Waaren und Pfande zu überliefern verpflichtet/ damit der Creditor, wegen Hauptstuels/ Unkosten und Schadens möge gesichert seyn/

8. Wann ein Diener/ ohne schrifftliche Vollmacht und Instruction einen Wechselbrieff/ der an seinen Herrn consigniret, acceptiret; So ist der Herr denselben/ wann er verfallen/ zu bezahlen nicht verbunden; Hat aber der Diener schrifftliche Vollmacht von seinem Herren/ so muß der Herr auff verfallene Zeit billig bezahlen.

9. Wann einem ein Wechselbrieff præsentiret, und von demselben nicht acceptiret ist/ mag der dritte/ zu ehren dessen der den Wechselbrieff außgeben/ acceptiren/ und wann derselbige die Bezahlung gethan/ und durch transport den Wechselbrieff empfangen/ hat er die Action gegen den Debitorn, von demselbē die Bezahlung wieder zu suchen; Oder er lasse protestiren, acceptire den Wechselbrieff mit dem Protest, damit er das Seine könne wieder fordern/ und dieselbe dritte Person ist in Krafft der acceptation schuldig den Wechselbrieff zu bezahlen/ vid. *sup. n.44.*

10. Es soll niemand einigen Wechselbrieff bezahlen/ ehe und zuvor derselbe betaget und verfallen; Dann da es sich begebe/ daß derselbe/ an den die Bezahlung vor der Zeit beschehen/ immittelst fallirte, auff solchem Fall ist sothane Bezahlung zu Nachtheil uñ Gefahr desselben/ der den Wechselbrieff vor der Zeit bezahlet hat.

11. Es mag auch der Jenige/ der die Summa oder Pfenninge/ in dem Wechselbrieff gemeldet/ außgezahlet/ als Herr des Wechsels/ die Commission darin begriffen/ wiederruffen/ non verò alius interveniens, oder wiederruffen lassē/ durch denselben der den Wechselbrieff re Integrâ geschrieben ehe und zuvor der Acceptant denselben bezahlet/ Es wehre dañ/ daß der Jenige/ an dem der Wechselbrieff zu bezahlen gelanget/ kein schlechter Mandatarius oder Befehlichshaber des Senders des Wechselbrieffes/ besondern daß dieselbe Pfenninge ihm gehörig/ und bey dem Wechselbrieffe aviso und Befehl bekommen/ in rem suam und zu seinem selbsteigenen Nutzen die darin begriffene Summa zu empfangen.

12. Wann Wechsel auff Franckfurt/ Leipzig / Naumburg und dergleichen Messen und Jahrmärckte / übergeschrieben / daselbsten acceptiret, und nicht bezahlet werden / sollen dem Einhaber des Wechselbrieffes ohne præjudicio und Nachtheil drey Tage/nach dem das Geleyte weggezogen / an den Oertern / da das Geleyte gebräuchlich/und an andern Oertern drey Tage nach der Zahlwoche das protest zuthun gegönnet werden; Würde er aber gar nicht/oder nach Verlauff dreyē Tagen protestiren/hat er seine action gegen den Principal Auffnehmer damit verlohren / und muß sich an den Acceptatorn halten.

Addatur *p. 45.* Hug. Grot. Introd. Bat. Van Aenwysing/ ende namentlyck/ van Wesselbrieffen.

CAPUT XIII.

De

Contractu Assecurationis singulari.

SUMMARIA.

1. *Contractûs Assecurationis Synonyma.*
2. *Assecurationis Contractus in Emporiis frequens.*
3. *Assecurationis contractus de jure licitus.*
4. *Qui de materia assecurationis scripserint.*
5. *Assecurationis vox minus Latina, vetustioribus JCtis incognita est.*
6. *Vocabuli Securitatis varii intellectus ex jure recensentur.*
7. *Assecuratio unde nomen sortita, ejusq; descriptio.*
8. *Assecurationis definitio.*
9. *Assecuratio an sit contractus nominatus an innominatus? remiss.*
10. *Quæ actio ex hoc contractu competat. remiss.*
11. *Assecurationis divisio in terrestrem & maritimam.*
12. *Assecuratio pura quæ?*
13. *Conditionalis, quæ.*
14. *Causa Assecurationis propinqua, quæ.*
15. *Causa Assecurationis remota, quæ.*
16. *Consuetudo & stylus Mercatorum in hoc contractu Assecurationis attendendus, ubi incidenter Q? an in Spinosa Q. si Assecuratus præmium realiter non persolverit, ad damni subsecuti emendationem obligatus sit Assecurator, stylus loci, an jura attendenda? remiss.*
17. *Subjectum primarium Assecurationis quodnam: & quodnam secundarium.*
18. *Objectum hujus contractûs singularis.*
19. *In Assecuratione an sub nomine mercium intelligatur Pecunia?*
20. *An, qui navis assecurationem procurat, navis tantùm, aut mercium: an verò navis simul atq; mercium dispendium paciscendo transtulisse in alium æstimandus sit?*
21. *Continens pro contento, & contentum pro continente interdum in jure sumitur, & n. seq.*
22. *In Assecuratione attendendum, an securitatem quærens sit dominus navis vel mercium? Quæstio verò dominii assecurato opponi non potest.*
23. *Merces in assecuratione exprimi oportet, quod per exempla juris probatur.*
24. *Mercatores providi quæ in assecuratione observare solent.*
25. *Non dissimulandæ merces, nec vetitæ pro licitis in assecuratione indicandæ.*
26. *Æstimatio assecurationem præcedat.*
27. *Assecuratio requirit mercium præsentiam & existentiam.*
28. *Assecurans recipit regulariter in se periculum futurum non præteritum.*
29. *Assecuratio excludit omnem dolum.*
30. *Scientia periculi ex quibus colligatur.*
31. *Dolus & mendacium nemini patrocinari debent.*
32. *Assecuratio est contractus bonæ fidei.*
33. *Assecuratus, si sibi in omnem eventum boni & mali cavet, nec sibi de damno constet, de periculo securus est.*

34. An

34. An dominus mercium possit repetere pretium, quod assecuratori dedit, si fortè navis mercibus onusta de portu enavigare nequeat, aut aliô casu impediatur? Aff.

35. Factum Superioris seu Principis enumeratur inter casus fortuitos.

36. Limitationes quæst. præcedentis; & casus, quibus Assecurator non teneatur.

37. An Assecurator earum etiam teneatur mercium jacturam præstare, quæ tempore Assecurationis in navi nondum fuêre? N.

38. In omni actu contrahentium animus inspiciendus.

39. Explicatio & Interpretatio L. fin. C. quæ res pign. oblig. poss.

40. Quando verba: Res meæ; æquè de futuris quàm præsentibus intelligenda?

41. Assecuratio valet etiam pro parte sociorum, vulgò der Reehder / *licet assecuratus saltem de suis mentionem fecerit.*

42. Assecurans nomine plurium, obligat omnes in solidum.

43. Nostrum etiam est, quod commune est.

44. Forma Assecurationum communis, stipulatio.

45. Forma Assecurationis specifica, determinatio periculi & ejusdem in itinere contingentis expressio.

46. Quæ sub generali voce periculi comprehendantur.

47. An sub voce periculi comprehendatur casus fortuitus, & hujus synonymia ac descriptio.

48. Damna, quæ ex culpa seu vitio nautarum, rei ipsius, & intrinseca ejus natura contingunt, nomine periculi non veniunt.

49. Frumentum in navi movere tenetur nauta.

50. Dominus mercium aut navis si non ut bonus Paterfamilias agat, assecurans non tenetur de damno.

51. Mora cuiq; sua, non alteri nocere debet.

52. Jura male suspicantur de moribus nautarum.

53. Casus fortuitus quis propriè.

54. Quando Assecurator de casu culpâ nautæ dato teneatur?

55. An iste casus, quando ob timorem tempestatis, salvandæ navis causâ merces projiciuntur, nautarum culpæ, an verò fortunæ ascribatur?

56. Mercium jactus semper tempestati & fortunæ injuriæ imputandus.

57. Conductor qui timoris non vani causâ emigrat, mercedem non debet.

58. Ob incendii periculum ædes vicini diruere licet.

59. Assecurator ex jactu necessario tenetur.

60. Assecurator quomodo in jactûs periculo sublevetur.

61. Pactum generalis periculi non pertinet ad casus, de quibus non consensum.

62. Si merces in itinere in aliam navem vel scapham transferantur, & pereant, an & quando Assecurans teneatur?

63. An Assecurator ad æstimationem damni obstrictus, si Princeps terræ per quam merces vehuntur, eas detineat?

64. Non præsumuntur Principes injustè detinere naves.

65. Tempus quod in detentione Navium Dominus præstolari tenetur.

66. Casus insoliti non præstantur ab Assecuratoribus.

67. Ex tenore formularum seu Pollicen *apparet quid præstandum.*

68. Formula Policis Assecurationis ex Boersa Amstelrodamensi apponitur, cum suis requisitis essentialibus.

69. Præmiorum diversitas ex locorum distantia & periculo.

70. In Hollandia 7. pro centum præmii locô regulariter hodiè solvuntur: cæteroquin nequit ubivis certò determinari.

71. A quo tempore post periculum Assecurator solvere teneatur.

72. In Assecuratione cui incumbat onus probandi periculum seu casum sinistrum?

73. In Assecuratione communiter periculi pretium seu præmium ante conditionis eventum solvitur. vid. sup. n. 16.

74. *Mercatores plerumq; providi.*
75. *In materia Assecurationis admittuntur leviores probationes.*
76. *Nautarum liberi super interitu parentum possunt esse Testes.*
77. *Finis principalis Assecurationis, commerciorum necessitas.*
78. *Finis minus Principalis Assecurationum, decoctionis amotio.*
79. *Principiis decoctionum obstandum.*
80. *Effectus Assecurationum, paupertatis depulsio.*
81. *Præsumuntur pauperiores fieri, quorum res navigiis aut vehiculis deferuntur.*
82. *Substantiâ suâ malè utuntur, qui fidem suam frequenter pro aliis interponunt.*
83. *Affinia Assecurationum nauticum fœnus.*
84. *Regis Hispaniarum seu Boersæ Antwerpiensis ordinatio de Assecurationis contractu. remiss.*
85. *Assecurantz* Ordnung der Stadt Ambsterdam. *remiss.*

ALter Contractus, qui hîc in considerationem venit, est ASSE-
1 CURATIO; qui vulgò Seguros de Mercadores, aliàs sponsio; Lusitanis Aposta; nobis Contract van Versekering offt Assecurantis appellatur; &, de jure civili, ignoratur. Hering *tr. de fidejuss. cap. 18. in fin.* nisi & eum AVERSIONEM periculi, quæ dictio de jure civili nota, velimus vocare. H. Grot. *2. de Jur. bel. & Pac. cap. 12. n. 3. in fin.*

2 Hunc autem inter mercatores, emporiorum, præcipuè maritimorum incolas, quæ omne mundi latus excutiunt, tùm propter exquisitos negotiandi modos, tùm crebras piratarum insidias. Alvar. Valasc. *rer. jud. regn. Lusitan. tom. 1. consult. 64. n. 1.* cotidianum ac frequentissimum Ben. Strach. *in tr. de sponsion. part. 4. vers. quem quærit Paulus,* permitti, & legitimè locum
3 habere, præter taciti juris conditi testimonia, quæ colliguntur ex *l. 31. & l. 36. ff. locat.* atque ex iis quæ notantur in *l. fistulas. 78. §. frumenta. ult. ff. de contrah. emt. l. qui Romæ. 122. §. 1. de V. O.* ac denique *tot. tit. ff. & C. de naut. fœn.* apertissima evincunt suffragia Dd. & Interpretum; quos inter familiam ducere videntur Paul. de Castr. *ad l. 31. ff. locat.* Alexand. *in l. à Titio. 108. n. 2. ff. de V. O.* Jason. *in l. illa stipulatio. 67. ff. eod.* Didac. Covarr. *var. resolut. lib. 3. tom. 2. cap. 2. n. 5.* Læl. Zecch. *in tr. de usur. cap. 6. n. 3.* Carol. Molinæ. *tr. de commerc. & usur. n. 93. & seqq.* P. Augusti. Morla, *in Empor. Jur. ad rubr. ff. si cert. pet. sub q. 15. n. 16.* Petr. Binsfeld *in c. naviganti. ult. X. de usur. quæst. 1. concl. 2.* Matth. de Afflict. *decis. Neap. 389. n. 4.* Rot. Genov. *decis. 25. n. 1.* Domin. Sotus *in tr. de J. & J. l. 6. q. 7. in fi.* & fusè Sigism. Scacc. *tr. de commerc. §. 1. q. 1. n. 129.* Et quod ipse usus Assecurandi sit receptus, idemque tàm Theologis quàm JCtis probatus, scribit Sotus *d. l.* quia, sicut fidejubenti licet accipere pretium fidejussionis; ita, & multò magis, licitum est assecuranti; cùm gravioribus subjaceat periculis. Fr. Garf. *de contr. cap. 39. n. 4.* Lopez. *de Contr. lib. 2. c. 16.* Imò quòd sit licitus, probatur satis *ex d. cap. naviganti. de usur.* ubi Papa non prohibet fieri assecurationem; sed prohibet solùm, ne in fraudem usurarum is qui mutuat, assecuret mutuatarium ex obligatione præcedenti. Scacc. *d. §. 1. q. 1. num. 498.* Est ergò contractus licitus, quia fit de re licitâ, & ex pacto legitimo, dum unus in se suscipit sortis periculum; quam alteri salvam præstat etiam cum conditione lucri, licet minoris pro certo pretio suscipienti in se periculum solvendo. Et hoc fit citra labem usurariam & fraudem ullam. Etsi enim illi, cui sors salva, minus lucrum accedit, majus illi, qui periculum in se recipit; tamen idem respondebit periculo arbitrio boni viri. vid. Strypm. *continuat. de jure marit. p. 4. cap. 7. num. 738. & seqq.*

Assecurationis verò hujus & utilissimam & usitatissimam hâc nostrâ tempestate materiem, cùm ex antiquioribus 4

bus præter Benevenutum Stracham, & Petrum Santernam Lusitanum, qui quæstionum præcipuarum ventilatione velut splendidâ face tenebras illas, quibus juris hujus singularis articulus involutus fuit, discussit, quemque omnes Assecurationum Cameræ, ut Lisabonæ, Genovæ, Florentiæ, Venetiarum, Neapolis, Anconæ, Antvverpiæ, Ambstelrodami & Hamburgi seqvuntur; ex Neotericis autem, præter Sigismundum Scacciam, Rutger. Rulandum, & Nicolaum Schaffhausen/ methodicè pertractatam invenerim neminem, è re juventutis studiosæ futurum censui, præliminarem istius diffusissimæ materiæ delineationem ex modò dictis autoribus ὡς ἐν τύπῳ conspiciendam exhibere.

5 Assecurationis vox, vetustioribus JCtis incognita, à Neotericis demùm usurpari cæpit; non secus ac securitatis vocabulum pro salvo conductu acceptum, minus Latinum (uti nonnullis placet, quibus obloqui videtur *text. in l.3. C. de Navicular. lib.11.*) fandi apud interpretes usus in significantiam rei convenientem derivatam retinuit hactenus. Cujus Securitatis ἐνεργήματα controversiarum aliquot enodatione illustrat Br. *ad l.1. ff. ad l. Jul. de Majest.* & præter ea, quæ nos *lib.1. cap.13.* adduximus, ex professo hanc materiam tractavit Joh. Georg. Bechtius.

6 Aliàs Securitatem à juris nostri compilatoribus, tùm auctoribus classicis non unô modô intellectam reperio. Denotat enim quandoque

1. Firmitatem, sive certitudinem, quævis ancipitis curæ sive dubii luctamina auferentem. Unde Ulpianus *in l.8. §.6. ff. de inoff. testam.* securè i.e. firmiter testari dicit.

2. Apocham i.e. Chirographum, quô solutionis factæ testimonium sive confessio continetur. *l.19. in fin. ff. de Acceptil.* uti patescit *ex l.18. C. de Testib. l.1. 2. & 4.* ubi Luc. de Penn. *C. de Apoch. pub.* Vulgus quitationem, à Gallico *quiter* vocitat.

3. Interdum Negligentiam sive desidiam; quod non obscurè indigitat Pompon. *in l.3. ff. de jur. & fact. ignor.* Et Cic. alicubi, Securus tàm parvæ observationis, h.e. negligens contemtor.

4. Nonnunquam securitatem illam beatam, vel animi tranquillitatem, quam Democritus εὐθυμίαν, teste Tulliô *lib.5. de finib.* & de qua Regum sapientissimi oraculum Proverb. *cap. 15. vers.15.* habetur, significat.

5. Ut plurimùm vacuitatem ægritudinis, sive mentis placidam constitutionem, à malorum impendentium metu immunem. De qua Senec. noster non uno in loco, imprimis *de Clementiâ* docet.

6. Et demùm liberationem à periculo, incommodo, & damno rei custodiendæ, vel restituendæ, vel etiam amittendæ; quod enitescit ex commentis Gaji *in l.35. §.4.* ubi ait: *talis custodia desideranda est à venditore, quā bonus paterfamilias rebus suis adhibet; quam si præstiterit, SECURUS esse debet, ff. de contrab. emt.* Idem ex doctrina nostri Justiniani *in §.3. Instit. quib. mod. re contr. obl.* Atque hinc enata Assecu- 7
rationis vox; quòd scil. translatô trajectitiarum, aut aliò devehendarum mercium periculô, is qui navi vel currui eas imposuit, ab amissionis vel damni metu assecuretur, i.e. securus reddatur, & liberetur tantopere quidem, ut ἐπ' ἄμφω καθεύδειν, nec non in magna queat versari securitate. Proinde Benevenut. Strach. *in præfat. tract. de Assecur. n.45.* Assecurationem definit, quòd sit rerum alienarum sive mari sive terrâ exportandarum periculi susceptio, quemadmodum refert Camill. Borell. *controvers.28. n.6.* Grot. *introd. ad Jurispr. Batav. part. 24. pr.* Versekering is overeenkoming/ waer door iemant op hem neemt het onseker Gevaer/ dat een ander hadt te verwachten: den welke wederom hem daervor gehouden is loon te geven. Nobis 8
ejus legere vestigia, & eandem ita describere placet: quòd sit mercium, quæ aliò deferendæ, sinistrô casu, sive periculô tàm terrestris quàm maritimi itineris amittuntur, restituendarum, vel damni inde emergentis per conventio-

ventionem facta cautio, *arg. l. periculi. 15. de naut. fœn. l. 39. mandat. l. 31. l. 36. locat.* per ea, quæ tradit Scacc. *d. Commerc.* §. *1. q. 1. n. 131.*

9 Qualis autem sit contractus, nominatus vel innominatus, vid. *in relat. sing. Rutg. Ruland. de Assecurat. præmio non solut. Hamb. editâ anno 1630.* ubi copiosissimè *à n. 38. usq. ad 120.* hæc discutiuntur, & tandem *cum decis. 37. n. 28.* pro innominato, seu præscriptis verbis, Facio ut des; ut suscipio periculũ, ut des pecuniam, cum *Decis.* Rot. Genov. *36. n. 9.* & communi Dd. opinione concluditur, ibid. hisce adde Fr. Styp. *de jur. naut. lib. 4. c. 7. n. 21. & seqq. & n. 45. cum seqq.* prolixè de hujus contractûs natura differentem & inquirentem, quæ hîc luculentius deducere & inserere nostri non sunt instituti

10 & quæ Actio vel Exceptio ex illo competat, *n. 426. & seqq. mult. &* Rul. *d. l. n. 117. seq.*

11 Dividitur hic Contractus in terrestrem & maritimam Assecurationem. Illa est super rebus, quæ terrâ, hæc, quæ mari transvehuntur. Rara illa, frequens hæc, ideò de hac potissimum Tractatus instituitur.

12 Hæc maritima Assecuratio alia est pura, alia conditionalis. Pura est, quando secundum hujus contractûs naturam, purè & simpliciter constituitur, ut videlicet periculi suscepti pretium indistinctè debeatur, sive merces vi tempestatis marinæ, aut aliô quovis discrimine fortuitô amittantur, sive serventur, inque locum destinatum integræ perveniant. Petr. Santern. *d.*

13 *tract. part. 5. n. 7.* Conditionalis, quando nimirùm contrahentes adjectâ certi alicujus loci, temporis & casûs conditione, deflectunt à communi contractûs hujus consuetudine. *l. 3. C. de Nautic. fœn.* quæ facit, ut ante ejus eventum neutra pars obligetur; sed tunc demùm, ubi extiterit. *l. 7. ff. de Contrah. emt. & l. 8. in pr. ff. de peric. & comm. rei vend.* Santern. *d. n. 7.*

14 Causam efficientem Assecurationis quod attinet, propinqua est, itinerum & maris periculum; Commercia enim, sine navigationis necessitate, uti testis est Ulpian. *in l. 1. ff. de Exercit. act.* exerceri haud queunt, per ea, quæ superius *lib. 1. c. 4. tradidimus.* Remota, consuetudo mercatorum, qui (pe- 15
ricula itinerum multiplicia dum commercii jus & cupido augendi pecunias à sedibus suis, vel in agrum hostilem illos transfert, ceu Tacitus loquitur *Annal. lib. 2.* & ad remotissimos Insulanos, qui orbem pedibus nostris obversum colunt, secedere compellit, secum pensitantes, ad imitationem legumlatorum, qui vitam navigantium miserati naufragiorũ calamitati consuluére. *tot. tit. ff. de incend. ruin. naufrag. & C. de naufr. lib. 11.* ne deinceps cruciatibus tantis, quos sustinere in bonorum amissione consentaneum est. *Novell. Leon. 64.* affligerentur, sed potius in casu fortunæ novercalis, stipulando ab aliis assecurationis clypeô res suas contra infortunii injurias tutarentur) moribus & consuetudine contractum hunc introduxerunt. Illa verò quæ 16
inter mercatores usu & consuetudine invaluerunt circa assecurationum negotia, eatenus attendenda sunt, ut præcisè secundum ea judicari debeat. *arg. l. deprecatio. 9. ff. ad L. Rhod. de jact. l. si fundus. 6. ff. de Evict. l. 34. cum similibus ff. de R. J.* Strach. *de Navigat. n. 24.* Elb. Leonin. *cons. 22.* R. Ruland. *de commiss. part. 4. lib. 2. c. 16.* ita tamen, ne consuetudo de loco in locum extendatur, etiamsi alibi eædem fiant assecurationes; juxta gl. *in l. 2. ff. de Constit. princ.* & P. Santern. *de assecur. part. 3. n. 7.* & ibi sparsim, per ea, quæ inferius (ubi de consuetudine & statutis mercatorum) copiosius attingemus. Quapropter controversiam illam spinosam, à Dn. Rutgero Ruland. *in dicto responso juris* prolixè ventilatam: Num, scilicet, si, „ assecuratus præmium sive periculi pre- „ tium realiter non persolverit, ad da- „ mni subseqvuti emendationem obli- „ gatus sit assecurator? non tàm ex re- „ gulis juris communis, aut natura contractûs, aut etiam alterius cujusque stylo & consuetudine, quàm observantia istius loci, in quo lis movetur (salvô tamen

tamen contrarium sentientium honore & judiciô) decidendam arbitror; quemadmodum hoc similiter inferius *lib.3. c.3.n.4. & seqq.* tradidimus. vid. de hac Q. prolixius. Ruland. *d.l.* & ex eo Stypm. *contin. d. c.7. n.533. cum mult. seqq.*

17 Quod ad subjectum hujus contractûs attinet. Quanquam ejus primarium sunt MERCATORES, qui vel matriculati sunt, vel usitatè ac publicè mercaturæ exercitiô occupantur; inter quos, ut supra meminimus, contractus hic ut plurimum frequentatur; admittit tamen quandoque, si usus postulat, reliquos etiam cujuscunque ordinis homines, quæ propriè hujus non sunt loci.

18 Objectum sunt Navis & merces sive res mobiles, quæ pondere, numerô & mensurâ constant, utpote vinum, oleum, frumentum, linum, lana, corium, vasa, æs, argentum, annuli, gemmæ, monilia *l.2. § 2. vers. quæsita est, vers. itidem. ff. ad L. Rhod. de jact.* atque omnes aliæ, quæ appellatione mercis laxiori ad negociationes porriguntur, *l.1. §.1. ff. de trib. act. l.1. §.6. & l.4. §.2. ff. nautæ, caup. stab.* & subjacere possint periculo & interitui. Sigism. Scacc. *d.q.1. n.133.* Vid. tamen de hoc *art.10. 11. 15. 24. Ord. vant Assecur. tot Amsterd.* Grot. *introd. d. p.24. n.5. & seq.* & noviss. Stypm. *d. p.4. de Jur. Naut. cap.7. n.282. & seqq.*

19 Resultat hinc dubitatio, An in assecuratione sub nomine mercium intelligatur pecunia, si scil. assecuratus inter merces reliquas aliquot saccos nummis sive argenteis sive aureis turgidos delitescere voluit? Inficiandum id primô intuitu videbatur, eò quia assecuratus fortè pecunias illas mercium locô non habuit; quod verò propterea quis non habet ut illicò distrahat, mercium numerô non contineri, nisi ex evidenti voluntate aliter appareat. Ulpian. *in l.73. §.4. ff. de legat.3.* Hinc in jure obtinet, ut in dubio quodcunque negotium ex contrahentium intentione, imprimis in foro mercatorum, explicandum sit. *cap.4. X. de pignorib.* Bl. *cons.34. num.2. vol.4.* Rot. Genu. *decis.63. n.3.* At verò cùm sub generali mercium appellatione comprehendantur pecuniæ, tanquam ad res mobiles pertinentes, juxta *l. mercis.66. de V. S* Et nos *supr. hoc lib. 2. cap.1.* latius indicavimus. Et procul dubio assecuratus detrimentô assecurantis, qui mercium indemnitatem indistinctè promiserat, earundem ablationem imputasset, adstructivæ potius inhærendum sententiæ, quibus tamen ut hanc cautelam cum P. Santern. adhibemus, nisi usus loquendi interpretationem aliam suadeat, & nisi expressè in Pollice de hoc conventum.

Proximitatis nexu adhæret superiori & isthæc disquisitio. Nonnullus simpliciter navis assecurationem, uti Interpp. fandi mos est, in Pollice procurat, an navis tantùm, aut mercium tantùm; an verò navis simul atque mercium dispendium paciscendo transtulisse in alium æstimandus sit. 20

Distinctione hanc rem expeditam dari posse arbitramur. Nam licet pro contento continens interdum, ut in *l. solent.6. ff. de Offic. Procons.* ubi per custodias intelligit Ulpian. reos qui in custodiis servantur; & pro continenti contentum usurpetur, ut in *l. pen. ff. de pignor.* ubi appellatione tabernæ pignori datæ Creditor merces obligasse videtur; pensitandum tamen hîc maximoperè est, an securitatis commoda quærens, sit navis dominus, nullas in ea habens merces; quô casu de mercibus sensisse neutiquam videtur; tùm, quòd ad illum non pertinet, nec obligatas sibi aut ex officio de iis paciscendi potestatem habet *per l.6. C. de reb. alien.* tùm, quòd propria continentis denominatio minimè contentum ambitu suô complectitur; tùm denique, quòd, in dubio, ab usitata & propria verbi significatione non recedi oportet. *l.69. ff. de legat.3.* An verò aliô navis magistrô mercibus suis eandem saltem onerarit; & tunc certè ex mente & stipulantis voluntate aliud nil colligendum, quàm quòd per continens contentum, h. e. per navim merces, quæ 21 22

in navi existunt, intellexerit: quotiens namque ratio evidens urget, vocem impropriè exaudiendam esse, toleranda potius improprietas quàm quòd extensione non admissâ contractus reddatur inutilis, suôque effectu destituatur, *arg. l.109. ff. de leg.1.* An denique navis simul & mercium dominus sit: atque tunc demùm corpus navis assecurare voluisse putandus; quippe cùm verba ad declarandam voluntatem habeant efficaciam majorem, quàm præsumtio aliunde collecta, *per l.126. §.2.* ibi: plerumque in stipulationibus verba, ex quibus oritur obligatio, inspicienda, *ff. de verb. obl.* nisi fortassis conjecturæ evidentissimæ decisionem aliam imperent, uti declarat Petr. Santern. *d. l. p.4. n.72. & ult.* Sed cùm hæc hodiè ex formula Pollicis concepta plerumque clarius exprimi soleant, minus nunc dubii habent, Vid. *infr. n.43.*

23 Sunt autem merces in assecurationis contractu adeò necessariæ, ut iis non existentibus omninò corruat & annihiletur; Quemadmodum enim rei non existentis nèc valet emtio. *l. nec emtio. 8. ff. de contrah. emt. l.7. ff. de Act. vel hered. vend.* & stipulatio non subsistit rerum quæ non existant, *per l. si homo mortuus. 69. ff. de V. O.* neque legatum valet, quod in rerum natura non reperitur. *l.108. §. qui quinq. 10. ff. de leg. 1. l.1. §. penult. ff. de dot. prælег.* Ita quoque assecuratio, si in navi aut curru non habeantur merces, nullius momenti est, Petr. Santern. *part.3. num.15.* Schaffh. *d. l. th.29.* ubi ad opposita respondet, adde *art.22. Assecur. Ord. tot*

24 *Ambsterd.* Unde providi mercatores, NB præter nomen nautæ, navis, ubi onerata sit, quò navigare velit, solent determinare mercium qualitatem, quantitatem, numerum & mensuram & quidem sub æstimatione, bonâ fide factam in navibus mercatorum, in præsentia testium, & coràm Notario &

25 publicis personis. Non etiam sunt dissimulandæ merces, aut plures quàm reverâ in navi sunt, fingendæ. Suscipiens enim periculum pro iis solùm tenetur, quæ tempore periculi aut naufragii in navi fuerunt. Nec alienæ pro suis assecurationi offerendæ; nec vetitæ & illicitæ pro licitis indicandæ, cùm bonæ fidei adversentur. P. Santern. *p.3. n.13. cum seq. & 43. cum seqq. & nos infr. n.37. & 38. h. cap.* Tormenta 26
& apparatum bellicum assecurare volens, vel etiam carinam, hæc omnia ante discessum secundum quorundam locorum observantiam à peritis æstimari curabit; quæ tamen æstimatio non præjudicabit aversori periculi, si probare possit, æstimationem ex affectu, collusione, aut aliâ malâ arte, majorem æquô factam esse. *art.10. Ordin. Antwerp. de Assecur.* Quod eatenus porrò extenditur, ut, licet navi sive 27
currui merces impositas fuisse constet, ipsô autem assecurationis tempore navis capta aut merces spoliatæ fuerint, illa tamen non valeat: tùm quòd assecurans, periculum recipere in se videa- 28
tur futurum, non etiam præteritum, nisi expresse hoc actum, ut teneri assecurans velit, etiamsi tempore contractûs initi casum sinistrum passæ fuerint; quod probatur ex litteris sive apochis assecurationis, quas vulgò Pollices vocant, Dec. Gen. *102. n.4.* tùm verò, quòd deficiat consensus in casu hujusmodi, sive materia, si videlicet Assecuratus navim captam aut merces direptas esse ignoret, nullumque dolum machinetur. *arg. l.57. ff. de Contrah. emt.* Rot. Genu. *d. decis.102. n.4. & 5.* quia propria materia hujus contractûs est, damnum sub ratione incerti. Elb. Leonin. *cons.22. n.70.* Si enim 29
scivit assecuratus non esse amplius in navi aut curru merces, quas ablatas in itinere aliunde compererat (quæ sci- 30
entia præsumtione colligetur ex itineris distantia, & temporis spatio, quod intra assecurationis in stipulationem deductæ diem, & illud momentum, quô merces amissæ sunt, effluxit) pactioni utique conventum implere tenebitur in pœnam falsa asserentis aut decipientis. *arg. l.13. §. item Julianus. 6. ff. de act. emt. & vend.* per ea, quæ Benevent. Strach. *de sponsion. vers. item quaro.*

quæro. Vincentius, eumq; secutus Anton. di Gamm. *decis. Lusit. 181. n. 1.* tradunt. & Decis. Rot. Genov. *36. ubi n. 9. & 10.* elegantem vid. rationem ab Emptione V. desumptam. Item. Ordonn. van Assecur. tot Ambsterd. *art. 21.* Placcaet *Philip. 2. de ult. Octobr. 1563. tit.* **van Versekering.** *art. 4.* Elbert. Leonin. *d. Consil. 22. n. 7.* Idque tùm multò magis statuendum est, si nullas initiò habuit in navi aut curru merces, vel factô suô quominus ibidem essent, impedivit, per illa quæ in similibus notantur in *l. 85. §. fin. ff. de V. O. l. 24. ff. de condit. & demonstr. l. 17. §. fin. ff. de Præscr. verb. l. 9. § 3. ff. de dol. mal.* adeò, ut retinere quod accepit periculi susceptor & exigere non solutum ac residuum pretium queat, veluti datum atque promissum ob Assecurationis causam, quæ, etiamsi periculum ipsum
31 cesset, non deficit, maximè inter scientem, qui sibi imputet, quòd mentiendo alium defraudare, & bonam fidem, contra *l. si unius. 27. §. pacta. 4. ibi: quatenus publicam causam contingit*, evertere, nec non clandestini instar furis, cui mendax similis est. *l. 68. inf. ff. ad L. Falcid.* pecuniis alienis insidiari voluerit. Ang. de Perus. *ad l. cum proponas. 3. C. de naut. fœn.* quippe cùm aliàs mentientis improbitas severitati subjaceat judicantis, veluti rescribunt Theodos. & Valentin. *in l. 5. C. si contr. jus vel util. pub. vel per mendac.* Sic ob paritatem, quam exigit contractuum horum permutatoriorum natura, si alter contrahentium tam assecurans quàm Assecurator sciat, rem de qua agitur, aut salvam quò destinabatur pervenisse, aut periisse, obligatio invalida est. Hugo Grot. *2. de jure Bell. ac Pac. c. 12. n. 23.* d. Ordinat. Philipp. II. *art. 4.* ibi: **geyne Assecurantie mögen gedahn werden / op goeder die die tiet van der Assecurantie sollen wesen gepericlitiret:** item *art. 5.* **dat ten tyde van der Assecurantie so danich Schyp en goet noch**
32 **was in Wesen.** In hoc enim contractu bonâ fide versandum, ut natura ultrò citròq; obligationis postulat. Dolus commissus cum æstimatione damni arbitrariè puniri solet, vel gravius pro ratione delicti. Loccen. *de jur. mar. lib. 2. c. 5. § 8.* Excipe tamen, prout paulò 33
antè dictum, si assecuratus sibi caveri curasset in eventum boni aut mali nuncii, si susceptor periculi probare nequeat, ei cui cautum est, ante cautionem constitisse de damno, & assecuratus ab ea suspicione juramentô liberare paratus sit. *art. 6. 21. Ordin. Ambstel. de Assecur.* Cùm autem Assecura- 34
tio regulariter initium habeat à tempore mercium in navalia translatarum ut imponantur navi & duret usq; dum merces in destinato portu salvæ sint exoneratæ. Loccen. *d. c. 5. § 9.* Hàc occasione Q. An dominus mercium possit repetere pretium, quod Assecuratori, periculum earum in se suscipienti dedit, si fortè navis mercibus onusta, de portu enavigare nequeat, aut aliô casu impediatur? Ita aimus, ut possit, si nondum illud exsolvit, denegare, aut solutum repetere, quasi causâ non secutâ, si nimirum oriatur ex causâ fatali, sive fortuitô impedimento. V. G. 1. quia navis, jussu superiorum pro necessitatibus publicis detenta, uti est *in l. jubemus. 10. C. de SS. Eccles.* Rot. Gen. *decis. 62.* Santern. *d. l. part. 3. num. 26.* Cùm factum Principis, sive superio- 35
rum, numeretur tunc inter casus fortuitos, per ea, quæ per *l. Lucius 11. ff. de Evict.* Alex. *cons. 57. n. 3. lib. 1.* Natt. *cons. 181. n. 4.* Cravett. *cons. 95. n. 1.* Surd. *1. decis. ult. n. 15.* tradunt. Sigismund. Scacc. *d. l. de Commerc. q. 1. num. 136. & seqq.* Secus si in itinere Princeps navem in- 36
justè detineat, ut *n. 60. seq.* videbimus, aut 2. si in portu, adversâ tempestate, vi fluminis, incendiô, latronum, piratarum incursu invasa, aut fulminis ictu deusta fuit: navis enim in ipso portu vel ostio periclitari ut dicitur. *l. 4. ff. ad L. Rhod. de jactu.* & aliquando pati potest, ut experientia suggerit, secundum illud Propertii *lib. 3. Eleg. 6.*

Fallit portus & ipse fidem. Nec semper verum est, quod Anacharsis percontanti, *quæ securissima navis esset*, respondit: *Ea quæ in portum venit.* Tunc enim quando casus ejusmodi emer-

emergit, cui resisti non potest, defectus conditionis, quæ in eum diem, quó navis vela ventis dare incipit, dilata creditur. *l.3. ff. de nautic. fœn.* non magis uni quàm alteri potest imputari parti. *arg. l.3. ff. de hered. vel act. vend.* Rot. Gen. *decis.63. n.2.* nisi in Pollice aliter, ut hodiè plerumque fit, conventum, vid. infr. verb. Pollicis: Welken Rysick wy dragen/ na dē dagh ende uhre/ dat deselve Koopmanschappen gelahden offt sollen geschepet wesen/ om an boert te voeren/ van selv Schip en in het solfde geladen sullen syn. Diversum verò jus, in eodem genere cognitionis observandum, si proveniat ex vitio rei, utputà si merces prohibitæ ad terras hostiles exportari debuerunt, de quibus est *tit. C. quæ res export. non debent.* & nos supra disseruimus; vel ex facto & culpa assecurati. Raph. Fulgos. *ad rubr. C. de naut. fœn. n.1. per l. qui Romæ. 122. §. Callimachus. 1. ff. de V. O. l. fin. §.1. ff. ad L. Rhod. de jact.* ita, ut ex præcipiti avaritia, vel civili audacia merces variando, *d. l. cum proponas. 3. C. de naut. fœn.* moram committat, quæ culpæ accensetur. *l.91. §. sequitur. 3. ff. de V. O.* atque ideò, qui moram admisit, ab interitu rei non liberari, *in l.23. ff. eod. l. si in Asia. 12. §. fin. ff. depos. l.5. ff. de reb. credit.* & alibi passim erudimur. Seb. Med. *in tr. de fortuit. casib. part.1. q.16. n.47.* Vel quia non fuerit soluta gabella, vel quid aliud simile culposè aut dolosè ab Assecurato commissum sit. Sigism. Scacc. *d. §.1. q.1. n.154.* & Petr. Santern. *p. 4. n.16.* tum enim non tenentur assecuratores. Crott. *in c. naviganti. n.2.* quem allegat Scacc. *d. l.* & vid. Santern. *dict. loc. n.16. cum seqq.* cui junge Grot. *Introd. jur. Holl. part.24. &* Joh. Loccen. *d. c.5. §.10. per tot. & seqq.*

37 Affinitate juncta superiori succedit alia altercatio, An assecurator, qui de mercium omnium periculo indeterminatè cavit, earum etiam teneatur præstare jacturam, quæ tempore assecurationis constitutæ in navi non fuerunt? Affirmativam videtur injungere *l. fin. C. quæ res pign. obl. poss.* in qua verba hæc RERUM MEARUM, in contractu adjecta, tàm ad futuras, quàm ad præsentes referuntur. Cæterùm negativæ, tùm contrahentium intentioni tùm juris analogiæ magis consonæ, partes potiores tribuimus. Assecurantis namque voluntas si excutienda, dubitari vix potest, quin ad merces ille respectum habuerit, quæ de præsenti in navigio exstiterunt, non ad futuras. vid. hìc sup. *n.28. & seq.* In 38
omni autem actu vel maximè contrahentium animus ac intentio, quò feratur, inspicienda. Br. *in l.43. ff. de contr. emt.* & Dd. comm. qua cum voluntate insuper juris analogia concordat, ceu liquet *ex l.32. §.3. ff. de Legat. 2. l.18. §.12. ff. de Instruct. legat. l.39. in f. ff. de aur. & arg. legat.* In quibus deciditur, ea duntaxat præsumi legata, quæ in horreo, fundo aut domo sunt: non autem quæ posteà legati ampliandi gratiâ in fundo congesta, sive in horreum fundum aut domum illata fuerunt. Nec obstrepit traditioni no- 39
stræ *d. l. ult. C. quæ res pign.* Illa siquidem singularis est, propter modicum præjudicium, quod in pignore constituendo versatur, ad consequentiam minimè producenda. Quoniam in 40
iis, quæ præjudicium magnum damnumque minus reparabile adferunt, ut fit in Assecurationis negotio, ubi is, qui indemnitatem recepit, casu periculi existente, ad maximam tenetur æstimationem. Petr. Santern. *d. part.3. n.50.* aliter sancitum reperimus, quemadmodum constat. *ex l. 22. §.5.* ubi publicatio bonorum ad præsentia saltem restringitur, non ad futura, sive pòst quæsita. *ff. mandati.*

Offert se demùm præcedenti ἀπορίᾳ 41
valde cognata isthæc συζήτησις: Pollicetur aliquis alteri mercium, quæ ad illum in navi pertinent, securitatem; sed compertum deinceps, merces illas non solùm ad assecuratum, verùm ad ejus etiam socios pertinere, an ea securitatis sponsio ad communes sociorum porrigenda, an verò inutilis sit? Pro parte etiam sociorum assecurationem valere autumat Petr. Santern. *d. part.3. n.58.* cui subscribimus. Nam ut 42
Asse-

Assecurans nomine plurium vigore ·cietatis obliget omnes in solidum. ·t. Genov. *decis.29.* Ita è contrario ·il isthâc conjecturâ & evidentius . & firmius, quàm omnium indifferenter mercium indemnitatem suscipientem multò magis de earundem parte aliqua cavere voluisse: cùm totum partes singulas contineat. *l.1. §.4. ff.de V.O. l.113. l.147.de R.J. cap.plus.35.& cap.in tot.80. eod. tit. in 6to.* Quam receptiorem usu opinionem non moratur ista cavillatio: quòd assecuratus mentionem duntaxàt de mercibus suis fecerit: ejus autem non esse videantur propriè, quæ etiam alterius sunt, juxta *l.46. ff. de rit. nupt.* ac proinde stipulationem illam prorsus otiosam es-

43 se. Quandoquidem & nostrum id rectè appellitatur, quod commune est *l.5.§.2. ff. de legat.1.* Aug. Barbos. *de appell. verb. utriusq. jur. signif. appell.151.n.1.* Quamobrem eum, qui communes nummos centum credidit, quinquaginta condicere, Ulpian. *in l.13. §.2. ff si cert.pet.* & socium partis suæ pretia posse alterô insciô exigere. Pompon. *in l.62.ff. pro soc.* ac communium ædium dominos quemque pro sua parte stipulari debere idem Ulpianus commentantur *in l.37. ff. de damn. infect.*

44 FORMA communis assecurationũ consistit in ipsa stipulatione; quam variis ac diversis contrahentium formulis, & aliis subinde clausulis vallare solent negociantes, ceu aliàs in conventionalibus fieri solet stipulationibus, teste Ulpian. *in l.52. de V.Obl.* quæ in omni quæstionis controversæ decisione nunquam non sedulò ponderandæ, Br. *in rubr. C. de fid. Instrum.*

45 Forma specifica in ponendo & assignando periculo non quovis, sed isto, quod in itinere sive marino sive terrestri contingere potest, quô non secutô haud tenetur assecurator, nec intelligitur cessisse vel venisse dies obligationis. *l. cessisse.213.ff. de Verb. sig.* Idque dubio penitùs caret, si periculum specificè expressum sit, utputà, præstabo casum navigii, incursum hostium, piratarum &c. ne sub verborum involucro insidiæ recondantur, & is, qui promittit, ulterius ac æstimavit obligetur. Quia approbatio sive assecuratio facta cum aliqua qualitate sive forma, nisi illa adsit, pro nulla habetur. Cyn. *in l. un. C. de Confess.* quippe cùm conditio actum omnem suspendat, Br. & alii *in l.1. ff. de condit. & demonstr.* & obligationem cessare faciat. *cap. fin. de sponsal. in 6to.* donec impleatur sive verificetur, latè Menoch. *de arb. JJ. quæst. lib.2. Cent. 5. cas. 498.n.5.* cum plur. seqq. vid. Styp. *d. cap.7. num.309. & seqq.*

Verùm altioris indaginis est, si pactum de periculo præstando generaliter, sine casuum singulorum dinumeratione fuit, prout raro hodiè fit, cùm hodiè in Pollicibus plerumque specifice determinentur, (quale pactũ textus juris complures probant, utpote in *l.7. §. si quis. ff. de pact. & in l.39. ff. Mandati. l. 9. §. Julianus. 2. ff. locati.* quibus LL. Azo, & alii ex antiquioribus sese opponunt) quinam sub generalitate hujusmodi comprehendi intelligantur? Quanquam periculi vox generaliter & indefinitè prolata, etiam casum per culpam provenientem complectatur, monente gloss. *in l. 7. §. 15. ff. de hered. instit. l.52. de legat.1. cum similibus* apud Petr. Santern. *d. l. part.4. num.1. & 2.* Qua tamen verba in contractu apposita, secundum contractûs naturam accipienda. *arg. l. 109. ff. de leg.1.* quapropter sub pacto generali omnem conti- 47 neri existimo casum fortuitum seu sinistrum, de quo Sigismund. Scacc. *d. quæst.1.§.1. n.134.* qui & fatalis vocatur *in l.5. C. de appellat.* damnum fatale. *l.3. §.1. ff. Naut. caup. stab. l.52. §.3. ff. pro soc.* Vis divina & Græcè θεῦ βία *l. 25. §.6. ff. locati. l. 24. §. 4. de damn. infect.* Fatum, quòd etiam cuivis patrifamiliâs diligentissimo potest contingere. *l. 11. §. antepen. ff. de minor.* Mantic. *de conject. ult. vol. lib. 11. tit. 17. num.3.* Casus major. *l.7. in pr. ff. de edend.* Et definitur; *Majoris rei impetus,*

petus, qui non repelli, in l. 2. ff. quod met. caus. nullôque humanô consiliô potest prævideri. *l. 6. C. de pignor. act.* seù cui infirmitas humana resistere nequit. *l. 1.* §. *4. ff. de obl. & act. l. 18. ff. Commod.* ut sunt, naufragium, hostium aggressura, vis piratarum, repressaliæ, ventorum violentia, aquarum inundationes, detentiones Regum & Principum, nec non casus alii, usitati & inusitati, citra fraudem tamen & culpam contrahentium aut domini mercium vel navis, Grot. *introd. jur. Holl. part. 24.* quique nec dici nec enumerari facilè possunt, ut fatetur Justinian. *in l. fin. §. 1. C. de temp. appell.* ad quos digitum intendit Sebast. Med. *in tr. de Casib. fortuit. part. 1. q. 13.* & partim cœlitus immittuntur, partim verò à rebus inferioribus & nobis cognatis inferuntur. Donell. *ad l. 2. C. de pign. act. n. 5.* Unde captâ navi per hostes & eâ retentâ per triduum, dicitur tamen casus sinister secutus, ita ut Assecuratores teneantur. Rot. Gen. *decis. 101.* At-
48 qui hinc est, quòd qui fortunam futuri damni in se suscepit, resarcire, aut ejus æstimationem præstare non teneatur, si ex facto, fraude, vel culpa domini mercium sive navis magistri jactura aliqua sequatur. Quæ ita (contra opinionem P. Santern. *part. 4. n. 19.* quem sequi videtur Sigism. Scacc. *de Commerc. d. §. 1. q. 1. n. 155.*) in Civitate Genova quotidiè observari attestatur. Rot. Gen. *decis. 3. n. 15.* Utpote quando ille rectâ navigatione omissâ, devia littora sectatur. *l. 7. C. de navicul. lib. 11.* ad alium minus tutum portum, quàm fuerat conventum, navim applicet: merces humore, non tamen ex tempestate contractô, Weiss. *d. l.* deteriorari, vinum acescere, grana à curculionibus, ligna à teredine, pannum à tineis absumi, à muribus arrodi si-
49 nat. *l. 13. §. 6. ff. locati.* Frumentum enim in navi movebit nauta, quoties necesse fuerit, ne corrumpatur; nisi fecerit, tenebitur; exceptô, si per tempestatem impediatur. Pro hoc tamen labore singularem mercedem ex æquo feret. Loccen. *d. l. lib. 3. cap. 5.* §. *fin.* vel denique furtô easdem subripi sinat. per *d. l. 52. §. damna 3.* ibi: quòd si à furibus surreptum sit, proprium ejus detrimentum est, qui custodiam præstare debuit. *ff. pro soc.* Petr. Santern. *d. part. 4. num. 31. & 49. cum seqq.* ubi latiùs hæc persequitur. Et Strach. *d. part. 3.* ubi plures alias culparum species recenset. Similiter, si non fecerit domi- 50
nus mercium seu navis, quod diligens & cautus faceret, aut quod ex pacto debet: si quid per negligentiam, imperitiam, aut moram, admiserit. Itaque si Assecurator caverit de periculo respectu illius temporis, quô navigatio minus erat periculosa, navarchus autem vel dominus navis, ob frivolam causam, vel per negligentiam distulerit navigationem in alienum tempus, navigationi valdè incommodum, & sic obortâ procellâ, merces cum navi perierint, non erit hoc periculô Assecuratoris, sed domini navis, nisi aliud 51
convenerit. Mora enim cuiq; sua, non alteri nocere debet. *c. 25. de R. J. in 6to* plures casus vid. ap. Loccen. *d. c. 5. §. 10.* Nam licet interdum locus & tempus non patiantur plenius deliberandi consilium & explorandi intimius conditionem ejus, quocum propter navigandi necessitatem contrahimus, quemadmodum ait Ulpian. *in l. 1. ff. de Exerc. act.* aut cujus hac in parte peritiam & industriam aliunde cognitam habemus; adeò, ut pro casu fortuito reputari posse videatur, si ille, qui hactenus tot probatæ vitæ & industriæ specimina ediderat, ut quis æstimare haud potuerit, fore eum negligentiorem, aut minus idoneum, à morum probitate & officii sedulitate deficientem. *arg. l. argentum 20. ff. commod.* Attamen, cùm jura semper malè suspicentur de improbitate hujus generis hominum. *l. 3. vers. miratur. ff. Naut. caup. stab.* & eos vix posse à fraudibus abstinere arbitren- 52
tur. *l. 1. in pr. ff. Eod.* Idcircò facilitati & inconsultæ festinationi ejus omne dispendium potius imputandum, qui fidei hominis, de cujus conditione non satis dispexit, merces suas temerè deportandas concredidit,

quàm

quàm quòd in assecurantem, qui ad casus saltem fortuitos respexit, judici-
53 um sit dandum. Siquidem ille propriè fortuitus casus est, quem nullum potest humanum prævidere consilium, uti interpretatur Ulpianus *in l. 2. §. 7. ff. de admin. rer. ad Civit. pertin.* & patescit ex allegatis superioribus, non etiam quem solertissimus & diligentissimus quisque præcavere potuisset, *arg. l. 29. l. 41. ff. locat.* Quippe cùm curâ & diligentiâ sæpenumerò damna maxima à nobis amoliamur, ut circa alium casum observavit Julian. *in l. 19.*
54 *ff. Commod.* Quòd verò Santerna *p. 4. de Assecur. n. 19. & seqq.* statuit, damnum tertii nimirum gubernatoris culpâ datum, non liberare assecuratorem à præstatione periculi, quia factum tertii non impediat obligationem committi, certum quidem est ita jure fieri, si se generaliter (ut hodiè fit) ad omnes casus etiam culpâ nautæ datos obligârit, aliàs non. per *l. 6. ff. de rei vind. art. 27. Assecur. Ambstelr.*

55 Efflorescit hinc denuò πρόβλημα utile & cottidianum, An ille casus, quando, ob timorem tempestatis, salvandæ navis causâ, in mare merces projiciuntur, nautarum, culpæ, an verò fortunæ attribui debeat? Istud fortassis non absque speciosa ratione quispiam defenderet; quia principium hujus jactûs non tàm ab ipsa vi tempestatis, quàm à voluntate, & quidem non coacta sed libera dependere videtur.
56 Verùm enim verò, cùm mercium jactus semper novercali maris fortunæ imputetur, ceu palàm est ex *tot. tit. ff. ad L. Rhod. de jact.* adeò ut illum communi collationis consortio (Vermöge der Kauffleute Haverey-Recht/ de quo nos *infr. lib 3. c. 4.*) sarciri oporteat. *l. 1. l. 2. §. 2. l. 4. ff. Eod.* & conductor, qui ti-
57 moris causâ emigravit, mercedem non debeat, si causa fuit, cur periculum timeret, quamvis verè periculum non fuit, respondente Alfenô *in l. 27. §. 1. ff. locati*; nec non onus propter necessitatem adversæ tempestatis expositum commisso vindicari haud debeat; quemadmodum Divi Fratres rescripserunt, notante Marcianô, *in l. 16. §. 8. de Publ. & vectig.* Imò 58
etiam ortô incendiô ædes vicinas, periculi arcendi causâ intercidere liceat, juxta *l. 49. §. 1. ff. ad l. Aquil. & l. 3. §. pen. ff. de incend.* quidnî, ex rationum identitate, nauta (cui crebrò illud in ore:

Me ne maris tumidos vultus fluctusq; feroces
Ignorare putas? mene huic confidere monstro?)

propter periculi instantis metum non vanum (quia vani timoris nulla æstimatio est, *l. 13. ff. de re judic.* nulla excusatio. *l. 184. de R. J.* sed tunc potius mercator regressum habebit ad nautam. Weitf. *de Contrib. p. 465.*) sed qui meritò in hominem constantissimum cadat. *l. 6. ff. quod met. cau. ubi scil.*

Et propè tàm lethum quàm propè cernit aquam)

à culpa eximendus? & idcircò ex 59
tali jactu necessario & quasi coacto Assecurator teneatur, cùm jactus & perditio propter casum æquiparentur. *d. l. 4. ff. ad L. Rhod. de jact.* Cùm autem locus sit tunc contribu- 60
tioni propter istum jactum, sublevabitur assecurator in tantò minus solvendo, quàm Dominus fuerit consecutus. Sant. *d. l. num. 44.* de quo fusius P. Santern. *d. part. 4. n. 43. cum seqq.* quò lectorem remisisse sufficit. Superiora 61
tamen hæc salis granô intelligi & sic limitari volo, ut pactum generale non pertineat ad casus istos fortuitos, de quibus non consensum videri potest, *arg. l. 5. l. 9. ff. de transact. l. 1. ff. de pign. act.* Unde I. si in unâ & eâdem 62
navigatione merces transferantur ex una navi in aliam, & novissima deperdatur cum mercibus, Q? num assecurator teneatur de tali periculi,, eventu? & Resp. inspiciendam esse,, formam assecurationis, an in ea men-,, tio facta novissimæ navis, an minus?,, Si prius; utique ex lege conventionis tenetur, modò absque dolo atque culpa iste casus contigerit. Si mentio facta non sit, non tenetur. Si tamen merces in scapham trajectæ

fuerint, navis onustæ levandæ causâ, quia intrare flumen vel portum non poterat, eaque scapha submersa sit, iste casus perinde æstimabitur atque si in ipsa navi accidisset. *l. navis. ad L. Rhod. de jactu*; Secus si hoc alia de causa contigerit. Petr. Santern. *p.3. num.36. cum seqq.* An tunc contributioni locus sit? vid. ap. Loccen. *de jur. mar. lib.2. c.8.* §.7.

63 II. Eum, qui de indemnitate cavit (licet injuria à Judice illata seu injustitia, & casus fortuitus æquiparentur) *in d. l. sæpius. l.52.* §. *ult. ff. pro soc. & cap. un. de nov. form. fidel. lib. 2. feud.* Petr. Santern. *d. part.4. num.26.* Sigismund. Scacc. *de Commerc. d.* §. *1. num. 137.* ad æstimationem damni refundendam obstrictum esse non reor, si Rex aut Princeps freti aut terræ, per quam vehuntur merces easdem injustè detineat ac retineat; nisi hoc expresse in diplomate assecurationis, ut plerumque fit hodiè, contineatur? Vid. *art.8.* der Assecurantz-Ordnung tot Ambsterd. Sic navis coacta navigare in aliquem locum pro capiendis frumentis, aut iisdem vendendis quibus onerata erat, ob utilitatem publicam non dicitur passa casum sinistrum, & ideò securitates super navi factæ non debent exigi. Rot. Genov. *decis.62. per tot.* Secus si in ipso portu priusquam solvit, eam detineat, quo casu Assecurans tenetur reddere præmium, nisi aliter conventum. sup. *n.35.* vid. *art.23. Ordinationis Antwerpiensis*, dissent. Scacc. *d.* §.*1. num.136. & seqq.*

64 Cùm enim publicè sit utile, sine metu nec non periculo per itinera commeari, *l.1.* §.*1. & 2. ff. de his qui effund.* & Principi, sive provinciæ Præsidi congruat à malis hominibus quam regit provinciam purgare. *l.3. ff. de Off. Præs.* in latrones, plagiarios ac fures animadvertere. *l.13. ff. eod.* ac ab omni hostium incursione iter facientes tueri illæsos. *l.2.* §.*4. C. de Off. Præf. prat. Afric. ut supr. lib.1. cap.3. diximus*, verisimile utique est, non cogitasse de tali casu contrahentes; futurum scilicet, ut Princeps, ad quem pertinet cura & securitas viarum publicarum. *cap.1. quæ sunt. regal.* atque in iis sceleratorum audaciam & temeritatem cöercere. *l.13. de Offic. Præsid.* merces licitas, si nullum fraudati vectigalis aut alterius facti improbi crimen præcesserit, vi ademtas injustè occupet, ita, ut contra cujuscunque probi hominis suspicionem inde injuria nascatur, unde oriri justitia. *l.6. C. unde vi.* & ibi rapinis via aperiatur, ubi illa per pœnas severiores occludi debet. *l.2. in fin. C. de indict. viduit. toll.* Casu 65 autem, quô in Pollice seu Diplomate hæc arresta continentur, si naves cum pretiosis mercibus in exteris locis detineantur, sex mensium spacium, vel ex remotis locis annum (ex remotioribus biennium) si res & merces servando servari possint, præstolabitur dominus navis aut mercium; donec ista navis pro deperdita aut publicata habeatur. Vid. *art. 8. & 9. Statut. Ambstelr. de Assecur.* Quod 66 pariter locum habere opinor in casibus planè insolitis, quos de mille annis unâ vice contingere dicit. P. Santern. *part.3. num.72.* quosque seculis aliquot semel atque iterùm evenisse observatum fuit, v. g. navim, in balænæ molem sub undis latitantem, impetu vehementiori illisam, compagibus revulsis periisse: currum, mercibus onustum, exorta subitâ ventorum immanitate, de ponte in flumen præcipitatum; qui casus, licet fortuitis annumerentur, quandoquidem omnes insoliti casus fortuiti dicuntur, velut auctoritatibus Alciati *in consil. 157. num.3.* & Socin. *cons. 123. num.12. vol.4.* firmat Sebast. Med. *intr. de Casib. fortuit. part.1. q.13. num.23. & ult.* de iis tamen quasi non verosimilibus paciscentes cogitâsse vel sub pacto generali eos comprehendisse minimè intelliguntur, ceu sentiunt gl. Bart. & Comm. Dd. *in l.78.* §. *fin. in verb. si immoderata &c. ff. de contrahend. emt.* quos sequitur Andr. Gail. *lib.2. obs.23. num.18. & 19.*

ibique

ibique Græuæ. conciliantem *conſid. 4.* adde And. Rauchb. *p. 2. q. 29. num. 19.*
67 Tutius tamen eſt, ut & iſti caſus inſo-
NB liti, ut hodiè plerumque fit; excipiantur in ſecuritatis apocha ſeu Pollice, quæ & coram Notario paratioris executionis gratiâ poſſunt confici. Styp. *d. c. 7. n. 498.* P. Santern. *d. part. 3. n. 72.* quod ex tenore formularum aſſecurationum, quas vid. ap. Sigiſm. Scacc. *d. §. 1. q. 1. de commerc. n. 141. & 142.* apparebit. Cùm in contractibus ſemper contra eum, qui potuit legem apertius dicere, fiat interpretatio. *l. in contrahenda. 172. ff. de R. J. c. contractum. de*
68 *R. J. in 6to.* Quarum formularum unam in foro ſeu Boerſa Ambſtelrodamenſi uſitatam hic libet apponere: Wy Aſſevreeders hier underteeckent / I. Nomina Aſſecurantium beloven ende verobligeeren ons te vorſekeren / ende vorſekeren ock an V. N. N. N. N. &c. II. Nomina Aſſecuratorum, Navis & Magiſtri navis te weten elck een van ons de Somme door hem hierunter geſpecificieret; III. Deſignatio Mercium quæ & quales illæ ſint, ponantur hîc merces aſſecurandæ. N. N. N. N. N. N. N. N. N. N. N. N. N. N. Welcken Ryſick wy dragen ende tot onſen Laſte nemen. IV. Tempus ex quo Aſſecuratio incipere & finire debet & *n. ſeq.* na den Dags ende ûre / dat deſelve Koopmanſchappen ſullen geladen offt geſchepet weſen / om aen boert te vooren van ſelfde Schip offt ſchepen / ende in het ſelfde geladen ſûllen zyn / ende ſal dûeren totter tyt toe (het ſelfde Schip ſy gekoomen in deſelfde Haven von. V. Nomen loci quò navis tendit. N. ende deſûlve Koopmanſchappen opt Land ſullen entladen ſyn in goede behoudeniſſe / ſonder eenige Schaden / ende ſyn te freeden / dat het ſelfde Schip offt ſchepen doende deſûlff de Reyſe. VI. Curſus navis liber ſûllen mogen ſeglen voortwarts en achterwarts / ter rechter ende ſlincker ſyde / ende in allen Manieren voortfaeren offt blyven anckrende in ſulck Haffen / gelûck het den Meeſter / Capitain offt Piloote vant ſelfde Schip goet dûncken ſall. VII. Expreſſio ſuſceptionis periculi ſive in genere ſive in ſpecie. In welcke verſeeckeringe voorß: Wy Aſſevredeurs dragen alle perijckel der See / van vier / van Winden / van vrienden ende Vianden / van Briefen / van Marcke oder repreſſalien / van Arreſte / ende detentie van Königen Princen ende Heren wie ſie ſien / ende Generalyken van allen andern Perickelen ende Fortuynen die ſouden mogen overkoomen in eeniger Manieren / offt de man ſoude mogen vordencken / gewônlick oder ungewônlick. Wy ſtellen ons van alls tot alls in de plaetſe van u dieſelfde N. N. N. om vte befryden ende ſchadeloes te houden / van alles verlies ende Schaden / die geſchieden ſouden mogen / ende komendede ſaecke anders als wel met derſelfde Koopmanſchap offte Partye deſſelfs (daer Gott aff behoede) VIII. Expreſſio quantitatis & temporis quomodo ſolvere velint Aſſecuratores. beloven ende verbinden ons dan te betaelen ende te verſchieten / aen û offt aen den bringer van deſen allen het verlieſende de ſchaeden die gy ſûlt geleden hebben / achtervolgents de Somme by elckeen van ons onderteekent / te weten ſoo wol den eerſten van ons als den laeteſten / ende dat binnen tioe maenden eerſt nae dien dat ons behoorlyke wete ende intimatie ſal gedaen weſen van het verlies offte Schade in offt an ûwen gecommitteerden / om ſo wel tot unſer Schaeden als Profyte te handhaven tot de ſalveringe beneficieren van deſelfde Koopmanſchap / ende belooven in allen gevalle te betaelen de Koſten ende Onkoſten gedaen in deſelfde ſalveringe / ende het beneficieren derſelfder Koopmanſchappen / het ſy dat yet da es wederkregen Wort offt niet. Gevende geloof ende volcoomen Credit aen de Rekeninge ende trouwen van den Perſoon offte Perſoonen die de voorß: Koſten ende Onkoſten ghedaen ſûllen hebben / IX. Confeſſio ſuper quantitate & numeratione pretii ſeu præmii ende bekennen bethaelt te ſyne van den Prieß van deſe Verſekeringe door de handen van gereekent teten honderdt alles ter Goeder trouwen / ſonder eenig betrog offte Argeliſt / X. Aſſecuratio ſit facta ſecundum ſtylum ſeu obſervan-

Requiſita. instrumenti Aſſecuratio nis ſive Police vid. ap. Stypmann. c. 7. n. 385. [illegible] ſeqq.

servantiam fori Antvverpiensis. Achtervolgende ende naer coustuyme van de Borse van Antwerpes/ vid. *art.35.* Ordinationis Antvverp. postpos. onder welcken wy ons submeteren ter contrarie van deser niet wesende. Ende daertoe verbinden wy allen onse Goederen/ renoncerende ter Goeder trouwe/ende als met on en eede allen exceptien ende cavillatien desen jegenwordigen contrarierende / Also ghedaen Ambsterdam

De efficacia hujus clausulæ vid. Stypm nu. *d. c.7 n. 417. & seqq.*

69 Hîc incidenter notandum, quòd pretium periculi ordinarium, seu præmium assecutationis ex Hollandia versus Thraciam, vulgò Türckey/ sit 14. pro Centum; versus Venetias 15. versus Livornum, Genovam, Massiliam, 10. pro centum. De Hamburgo versus Hispaniam, 12. pro Centum; versus Africam & Indiam occidentalem, ex Hollandia olim $4\frac{1}{2}$ vel 5. pro Centum. Nam periculum versus Hispaniā magis æstimatur periculô versus Indiam occidentalem. Wilh. Wseling im Bericht van der Suyder Compagney in Schweden/ *p.45.* Licet autem de hoc periculi pretio inter contrahentes ex æquo & bono conveniri possit; tamen hodiè, ex mercatorum Holland. consue-

70 tudine communiter SEPTEM pro Centum, præmii assecurationis locô pacisci moris est. vid. *art. 1. Constitut. Amstelr.* verbis: Versecker-Loon niet kommende boven seven ten hondert/ moet gereet betaelt worden: meer bedragende moet betaelt worden binnen ses maenden nae de teekening/ ende in gefalle het Loon waer tůschen de seven ende de veertien ten hondert/ so moet de Helffte bethaelt worden gereet / ende de ander Helffte nae ses maenden. Wilkeur van Ambsterd. van den *26. Januar. 1610.* Sed hîc observandum, Præmium ubivis certò determinari non posse, prout enim navigatio longinqua vel brevis, & loca pluribus periculis obnoxia, ita hoc Præmium extenditur & remittitur. Hujus autem præmii exsolutio quomodo fiat. vid. ap. Stypm. *d. c.7. n 358. & seqq.*

71 Satisfaciet autem Assecurator assecurato post tres menses, si intra lineam Europæ aut ob moram interesse præstabit; ex quo, intra dictum tempus, nihil fando audivit de navi & mercibus, quæ jam pro deperditis habentur. *art 5. & 25. d. Statut. Amstelr.* Grot. *d. Introd. part. 24.* Cæterùm spectat huc 72 & illa investigatio, cui onus probandi periculum sive casum sinistrum fuisse subseqvutum, incumbat? Illi ædepol, qui actoris partes sustinet, sive alium pulsare lite contendit, qui est Assecuratus Rot. Gen. *decis. 3. per tot.* Receptissimô enim jure definitum, intentionem suam, sive ejus fundamentum sit negativa sive affirmativa qualitas, agentem probationibus ostendere legitimis debere. *l. 2. l. 18. §. 1. l. 21. ff. de probat. l. actor. 23. C. eod.* in tantum, ut, illô non probante, reus, etiamsi nihil præstiterit, obtineat. *l. 4. C. de edend. l. 2. C. de probat. l. negantes. 9. C. de obl. & act. l. 9. C. de Except.* Franc. Hercul. *intr. de proband. negat. n. 3.* Quod præcipuè 73 verificatur in contractu Assecurationis. *d. decis. Gen. 3.* in quo periculi pretium haud raro ante conditionis eventum solvi solet. *Costum v. Antw. tit. 54. art. 1.* Eum autem, qui indebitum solvisse ait, probandi onere gravari, cùm nemo tàm resupinus sit, ut facilè pecunias suas jactet, & indebitas effundat, præsertim si ipse, qui indebitas dedisse dicit, homo sit diligens & provi- 74 dus, ut sunt plerique mercatores. Petr. Santern. *d. p. 3. n. 17.* accuratè decidunt, Paul. JC. *in l. 25. ubi* Br. *ff. de probat.* & Gregor. Papa *in cap. fin. X. de solut.* At verò meretur hîc notam peculiarem, quòd, quanquam in negotiis aliis indubitatæ ac evidentissimæ desiderentur probationes, cùm paria sint, aliquid non esse, aut esse & non apparere. *l. 30. ff. de Testam. tut. l. 22. C. de probat. cap. 8. X. Eod.* In casibus tamen 75 Assecurationum, ubi potissimùm tractatur de abrupta vel submersa fluctibus navi, casibusque fortuitis, qui remotis arbitris in mari inter firmi desertores, quos tempestatis violentia universos obruit sæpissimè, nec non rebus cæteris, quæ vel de sui natura, vel circumstantiarum ratione difficillimæ sunt inquisitionis, accidunt, leviores, &

& quæ haberi possunt, admittantur probationes. Conrad. Rittershus. *in expos. Novell. part. 9. cap. 22. n. 32.* Quoniam lex tunc contenta est eâ probatione, quæ secundum subjectam materiam haberi poterit. *arg. l. 5. §. 6.* ubi Arrius Menander fugam militis, si de eâ liquidò non constat, ex argumentis cognoscendum tradit. *ff. de re milit.* in tantum, ut vel judex ex animi sui motu credere possit testibus & obscurè deponentibus & singularibus, & denique iis, quorum fides testimonii aliàs improbatur, teste Rotâ Genov. *decis. 63. n. 3. 4. 5.* post Curt. Jun. *cons. 178.* & Cravett. *cons. 73. n. 20.* & Sigism. Scac. *de Commerc. & Camb. d. §. 1. q. 1. n. 159. 168.*

76 *& sparsim.* Quorum scita illustrat textus elegans *in l. 3.* ubi nautarum liberos intra judicia constitutos super parentum interitu, si testes alios sorti fatali deesse contigerit, quæri debere, rescribunt *Impp. C. de naufrag. lib. 11.*

77 Finis Principalis hujus contractûs, est mercaturæ necessariò exercendæ conservatio, quâ sine vix est, ut societas civilis queat subsistere, testibus locupletissimis Xenophonte, & summæ prudentiæ atque autoritatis Platone, referente Callistratô in *l. 2. ff. de Nundin.* prout nos suprà latius suô locô deduximus. Minimè verò ambigendum, defuturos tandem, propter varia & innumerabilia pericula, mercatores, qui civitatum inopiam sublevent,

Annonæ prosint, portent frumenta penusq;,

nisi assecurationum compendiis plerique impulsi, quarum beneficiô maximam dispendii futuri partem in alios transferunt, existimarent, nunquam tutius fortunam, (cujus lubricus est & incertus exitus. *l. sancimus 34. §. ult. C. de donat.*) experiri, quàm cum injuria non habet locum, ut alicubi venustè disserit disertissimus Seneca.

78 Finis minus principalis, decoctionis sive fallimentorum amotio. Siquidem assecurationis asylum vel ideò à Mercurii prole exstructum, moribusq; approbatum fuisse, ut decoctionis ignominiosæ opprobrio viam intercluderet, nemo rerum peritus inficiabitur. Nam licet iis, qui variis infortunii casibus (barathrones enim, qui segnitiæ crapulis, luxui & delitiis dediti, corrasos undique miserorum nummos turpiter prodigunt, præstaret publicè in Amphitheatro catamidiari, ut, auctore Spartianô, Imp. Hadrianus olim jusserat, *& nos in fine hujus tractatus copiosius hac de re* agemus) in hanc calamitatis voraginem deturbati, Creditorum rigidissimorum mole opprimuntur, adversus numellas & compedes, quibus olim mancipabantur, nomothetæ beneficia cessionis & induciarum quinquennalium indulsére. Ut ex Jure Civili & recessibus Imperii suô locô evidentius probavimus. Honestius tamen esse & conducibilius arbitrati sunt mercatores, initiis obstare, sive in tempore malo occurrere, quàm post causam vulneratam remedium quærere; ut habetur *in l. fin. C. in quib. causis in integr. restitut. non est necess. l. 1. C. quand. lic. unic. sin. jud. vind.* & nonnihil de lucro, ad quod plerumq; proniores sunt, ut indigitat JC. Paulus *in l. 44. §. 1. ff. de ædil. edict.* cum sponsore participare, quàm universa casûs adversi damna, cum facultatum suarum pernicie sustinere, cottidianâ vitæ hujus praxi probè edocti, quid valeant quasque habeant vires divitiæ, & quantum ad felicitatis & honorum mundanorum splendorem conferant. De quo Cic. *lib. 1. de offic. pag mih. 240. Edit. Froben. Hamb.* 79

80 Effectus est præsumtionis de paupertate contrahenda depulsio. Cùm enim non contingere tantùm sæpiusculè solet; verùm etiam legitimâ & probabili conjecturâ judicetur, eum pauperiorem fieri, & non solvendo effici, cujus res navigiô aut vehiculô per mare aut itinera periculosa deferuntur, per ea, quæ singulariter notantur *in l. 2. à gloss.* Dd. & præsertim Bartolo *in verb. suspectum. ff. solut. matrim.* Si tamen negociator, mercium suarum assecurationem stipulari aut fidejussoribus sibi præcavere consuevit, & de hac constat, cessat utique præsumtio, 81

ductô argumentô à ratione cessante, *c. cum cessante. 60. X. de appell. l. 1. ff. de condict. ob turpem causam. & aliis*. Petr. Santern. *d. l. de Assecur. part. 1. num. 4.* Benev. Strach. *in tr. de merc. p. 2 n. 26.* Quia nemo dubitat, videri illum solvendo, qui defenditur, sive fidejussores habet. *l. nemo dubitat. 95.* ubi Decius. *ff. de R. J. l. 1. ff. de his qui satisd. cog. l. 53. ff. de Procurat. l. 27. §. 2. de fidejuss. & aliis textib.* Quemadmodum è diverso
82 malè uti substantiâ suâ & ad inopiam vergere perhibentur, qui fidem suam frequenter pro aliis interponunt, & inconsultâ sponsione debitis alienis illaqueantur, uti observarunt Alex. & Jas. *in l. si constante. 24. ff. solut. matrim.* Angel. *in l. persona. 30. §. 1. ff. de pact.* quorum vestigia premunt Gail. 2. *obs. 83. n. 15.* Hering. *intr. de fidejuss. cap. 1. n. 10.* vid. *nos infr. lib. 4. c. 9. n. 30.*

Affinia assecurationis sponsioni 83
sunt, nauticum & terrenum fœnus, de *quo cap. 8. praeced. circ. fin.*

Atque illa sunt, quæ strictim & quasi per indicem de hoc Contractu singulari ex multis attingere saltem voluimus. Quibus præmissis libet 84
addere ordinationem Assecurationis Regis Hispaniarum & Reip. Hamb. in fine tract. annexam sub lit. R. Und die R
Ambsterdamsche Assecurantz-Ordnung 85
de An. 1603. sub lit. S. S

Caput XIV.

De Solutionibus Mercatorum.

Summaria.

1. *Solutiones omnes tollendæ obligationis modos in se continent.*
2. *Num promissio solutionis vim obtineat?*
3. *Promissio facta in banco cedit loco solutionis.*
4. *Promittens mihi aut Mevio, utrum ego velim, solvere Mevio me invitô non potest. Et quid si ego semel elegerim, cui solvatur.*
5. *Cujus sit electio in alternativis promissionibus, remiss.*
6. *Debitor voluntate Creditoris potest constituere se soluturum alteri, quod frequentatur inter Mercatores, imprimis in Cambiis.*
7. *De adjecto, & quis in foro Mercatorum dicatur adjectus.*
8. *Mercatores solent scribere solvisse illi, cujus ordine solvunt, & non illi cui verè solvunt.*
9. *Clausula* Zeiger oder Bringer dieses *in foro mercatorum Creditori parit cessam & mandatam actionem & n. 74.*
10. *De Jure Civili nemo sibi solvere potest.*
11. *In foro Mercatorum sibi quis solvere potest.*
12. *Si Mercator ex pluribus causis debeat & simpliciter solvat, in quam causam solvisse censeatur?*
13. *Hujus Q. tria constituuntur membra.*
14. *In arbitrio solventis est dicere, in quam causam solutum velit.*
15. *Limitatio hujus.*
16. *Si debitor simpliciter solvat, nec adjiciat in quam causam solvat, electio est penes Creditorem.*
17. *Solutio semper imputatur in duriorem & graviorem causam. & n. 20.*
18. *Solutio imputatur in id quod liquidum est.*
19. *Ante effluxum tempus debitum non peti, sed solvi potest.*
20. *In quam causam cadat solutio, si à neutro quicquam dictum. ibi: Quomodo gravior causa consideretur.*
21. *Solutum videtur prius quod propriô, quàm quod alienô nomine debetur.*
22. *Solutum potius censetur, quod antiquius & quænam causa antiquior?*
23. *Quid in solutione Juris, si par dierum & contractuum causa.*
24. *Si simpliciter pecunia numeratur, in quam causam numerata putetur?*
25. *Ex ea causa pecunia data censetur, ex qua minor dantis & solventis jactatio sequatur.*
26. *Solutio potius censetur facta de usuris, quàm de sorte.*

27. An

27. An & quando mercator particularem solutionem admittere cogatur?
28. An Mercator invito Creditori aliud pro alio solvere possit?
29. In quantitatis debito interdum aliud pro alio solvi potest.
30. Secus in speciei debito.
31. Quomodo solutio facienda, si monetæ valor mutatus. remiss. cujus item loci valor seu æstimatio attendenda?
32. Solutiones quomodo probentur. remiss.
33. An si assecuratus præmium proxenetæ persolverit, liberetur?
34. Proxenetæ Procuratoribus comparantur.
35. Solutio procuratori facta subsistit.
36. Nemini nisi verò Domino rectè solvitur.
37. Alteri non nisi volente creditore solvitur.
38. Quod probandum, sicut ipsa solutio.
39. Solventes procuratoribus constitutis ad recipiendum, cauti esse debent.
40. Proxenetarum officium regulariter ad solutionem recipiendam se non extendit.
41. Quod probatur ex stylo mercatorum moderno.
42. Proxenetis præmium non rectè solvitur.
43. An Procuratori generali rectè solvatur?
44. An Mercator præsumatur esse solvendo.
45. Quando & quomodo Mercator præsumitur non esse solvendo, quod ibidem VI. modis monstratur.
46. Stylo Mercatorum contant zahlen *idem, ac* mit baarem Gelde zahlen.
47. Verbi contant zahlen *effectus.*
48. Dies interpellat pro homine.
49. Temporis eventus constituit in mora.
50. Pretium purè promissum statim debetur.
51. Verba contant zahlen *inducunt tempus præsens.*
52. De Tempore solvendi ex jure Civili & Statutis, deq; ratione termini Juris Statutarii Lubecensis. remiss.
53. Verbum bezahlen *importat necessitatem.*
54. Verbum oportet idem importat.
55. Quomodo in foro mercatorum solutio probetur præsumtionibus & quibus exceptionibus eludatur.
56. Solutio probatur, si debitor locuples.
57. Si diligens creditor in exigendo.
58. Si Creditor pauper.
59. Ex diuturnitate temporis præsumitur solutio.
60. Si Creditor sit cautus.
61. Hæ circumstantiæ probandæ.
62. Hisce præsumtionibus stantibus si debitum in libro Mercatoris nondum cancellatum, iisdem mercator creditor salvari potest.
63. Ex præscriptione præsumitur solutio. E. G. in Belgio intra biennium debita petantur, nisi chirographum datum.
64. Hujus Edicti Belgici ratio.
65. An in hac præscriptione requiratur bona Fides?
66. Utrum hæc præscriptio currat contra minores Creditores.
67. Quomodo Edictum hoc Caroli V. intelligendum.
68. Si Chirographum apud debitorem reperiatur, & quidem cancellatum, num solutio debiti eô probetur?
69. Debitor exhibens chirographum absq; quietatione pro liberato non habetur.
70. Ex sola chirographi possessione non potest induci pactum de non petendo.
71. Intellectus l. si chirographum 24. ff. de probat.
72. Si chirographum penes Creditorem cancellatum reperitur, præsumitur solutio.
73. Chirographum exhibens in quo est clausula de solvendo ei qui exhibuit, admittitur sine cautione & habetur pro adjecto. sup. n. 9.
74. Quid juris si in defuncti libro solutio facta non sit deleta. remiss.

DE obligationibus mercatorum singularibus egi hactenus; seqvuntur modi, quibus obliga-
1 tiones tolluntur; Ex quibus primò de solutionibus, utpote quæ omnes tollendę obligationis modos in se continent. *l.54.de solut. l.176.ff.de V.S.& l. 47.ff.eod.* ea, quæ scopo nostro inservient, delibabimus.
2 Et quidem. I. licet magnus Dd. conflictus & diversitas existat, num promissio facta per aliquem pro alieno debito, vim solutionis habeat, ut videre est in *l.singularia 15. ff. de reb. Cred.* per
3 omnes scribentes post Br. Consuetudo tamen & stylus mercantilis in Italia & Germania viget, ut quælibet promissio, facta in BANCO, cedat locô solutionis; quod eò etiam magis procedit, quando in libris illius, qui erat Creditor, facta est mentio de tali promissione BANCHERII, referendo illum in numerum debitorum, & talem promissionem scribendo locô solutionis receptæ à Creditore & factæ à debitore. Rot. Gen. *decis.4. n.9. 10. 13. & 15.*
4 2. Not. quòd mercator, promittens mihi aut Mævio, utrum ego velim, solvere, Mævio me invitô non possit. Strach. *de adject. part.3. num.137.* Si autem semel elegerim cui solvatur, in præjudicium alterius variare non licet. *l.si post mortem. 10. §. fin. ff. de bon. poss. contr. tab.* Eligens enim unam viam, alteri renunciare censetur. *l.si mulier. ff. quod met. cau.* & Dd. allegati à Dominis *Marpurgensibus cons.29.n.42.vol.3.*
5 Cujus autem sit electio in alternativis promissionibus ex pacto inter mercatores convento, discutitur ap. Hartm. Pistor. *part.3. q.4.*
6 3. Notat Angelus *in l.3. §. quod exigimus. ff. de const. pec.* Quod mercator debitor, voluntate Creditoris possit constituere, se soluturum alteri; & subjicit: quotidiè unus pro alio scribitur debitor in libris mercatorum de voluntate Creditoris; & sic Anconæ, & in aliis Italiæ locis mercantilibus frequentatur, quod Italicô sermone mercatores dicunt *gerare le dette*; quod maximum præstat mercaturæ commodum. Benev. Strach. *d. l. num.36.*

4. Præsertim in Cambiis. Qualis 7
actus ADJECTUS dici potest. Est autem adjectus qui in conventionibus ex partium voluntate vel promissoris, vel creditoris vel suô commodo solutioni alternativè adjicitur. Strach. *d.tr. de adjecto. part.1. n.31.*

Hinc recepti moris inter Mercato- 8
res, ut soleant in libris scribere solvisse illi, cujus nomine seu ordine solvunt, & non illi cui verè solvunt ceu (ut loqvuntur) exbursant. Rot. Genuens. *decis.26. n.18.* Notandum & hîc per 9
clausulam vulgatam. *Eive qui hanc fert.* **Bringer oder Zeiger dieses/oder getreuer Einhaber / dieser Handschrifft &c.** ex more inter mercatores frequentissimo syngraphis inseri solitam, latori non solùm tanquam ADJECTO rectè, solvi, sed & actionem ei à Creditore mandatam cessamque præsumi. Damhoud. *in prax. civ. c.97. & 133.* Gudelin. *de jur. noviss. lib.3. c.1.* imò nec eum titulum ostendere nec bonam fidem probare necesse habere. Cothm. *vol.2. cons.54. n.37. & seqq. & cons.89. num.17.* qui allegat ibid. Molinæ. Boer. & Rebuff. Quamvis, de jure communi, sibi 10
ipsi quis solvere non possit; cùm id, quod semel meum, amplius meum fieri non possit, *per vulg.* & res non ex pluribus, sed ex una sola causa mea fieri possit. *per text. in l.3. §.4. ff. de acq. vel am. possess.* Pyrrh. Maurit. Aretin. *tr. de solut. cap.25. n.13. & cap.71. per tot.*
Hoc tamen fallit de stylo mercatorio, 11
quô quis sibi ipsi solvere potest. Rot. Gen. *decis.32. n.4.* idq; per directionem scripturæ in libro solvere debentis. *l. quoties. 9. §. non tantum. 7. ff. de admin. tut.* Rot. Gen. *decis.1. n.8. & 22.* ubi declaratur, quomodo hoc dictum in mercatoribus intelligendum. Dd. *in l. singularia. 15. ff. de reb. cred. & in l.7. 8. & 38. ff. de negot. gest.* verbis: *à semetipso exigere non oportuit*, idque fictione brevis manûs. Gothofr. *ad d. l. singularia, lit.N.* Quomodo autem hæc solutio sibimetipsi fiat in litteris cambii, vid. *supr. cap.11. n.56. & seqq. hujus lib.* Ubi plura de solutione litterarum Cam-

Cambii super protestu facta; quò benevolum lectorem remittere volo.

5. Acriter disquirunt Dd. Si mercator ex pluribus causis diversas summas debeat, & unum debitum solvat, debi-
12 toris & creditoris demonstratione cessante, in quam causam solvisse censeatur; & in cujus arbitrio sit, solventis aut recipientis, quod potius debitum voluerit solutum? Hæc quæstio, licet tàm JCtorum responsis, quàm Imperatorum rescriptis satis clarè sit definita; quia tamen non eandem, sed juxta varias negotiorum qualitates, multiplicem habet determinationem; majoris perspicuitatis gratiâ omnia huc pertinentia summatim & per indicem quasi attingere placuit. Potest autem res hæc tota tribus potissimùm
13 membris comprehendi, in quorum primo, eo de casu, quô debitor solvens causam expressit: in secundo, de creditore causam exprimente; in tertio de casu, quô solutio indistinctè & nullâ adjectâ demonstratione & causâ facta est, agatur.

14 In primo membro, quô debitor causam expressit, hæc tradi solet regula: In arbitrio solventis est, dicere & exprimere, in quam causam solutum velit, juxt. *l.1. & l. Paulus. 101. §.1. ff. de solut.* modò fiat in præsenti, h. e. modò debitor, in quam causam solutum esse velit, in re præsenti constituat, ut ait JCtus *in d. l.1.* quod *in l. seq.* ita exprimitur; *Dum in re agenda hoc fiat, ut debitori liberum sit non dare, si aliô nomine exsolutum velit creditor.* II. aut in continenti statim, antequam solutio perfecta sit, quod & per epistolam fieri potest, ut docet Imola *in d. l.1. in pr.* quamvis Creditor contradiceret, pecuniam tamen nihilominus acciperet, latè Hart. Pist. *d. p.3. q.21. num.4.*
15 III. denique sciendum, debitori hanc eligendi facultatem tum demùm competere, cum ipsemet solvit; secus verò, quando ex pignore à Creditore vendito, pecunia redigitur: nam tum ad creditorem distrahentem potius, quã ad debitorem spectat electio. *l. Paulus. 101. §.1. l. ob triginta. 73. ff. de solut.* Hieron. Gabriel. *cons.48. vol.2.* & Fab. de Ann. *Cons.30. n.11. cum seqq.* ubi plures allegat. Et hoc de prima regula.

In secundo membro, quando Cre- 16
ditor causam exprimit, hæc constituitur regula: Si debitor simpliciter atque indistinctè solverit, nec dixerit, in quam causam solutum velit, convertitur electio in Creditorem. *l.1. C. eod. de solut.* etiam invitô debitore. *l.1. ff. eod.* quâ tamen arbitriô boni viri uti debet, 17
ita, ut primò in duriorem efficaciorem & graviorem causam solutum imputet. *l.3. ff. eod.* Surd. *decis.186. n.4.* Paul. Christinæ. *vol.1. decis. Belgic. 143. n.3.* Secundò in id quòd liquidum est, non 18
quod adhuc controversum. *d. l.1. ff. h. t.* ubi varia est Dd. lectio in voculâ AC. alii pro AUT, alii pro HAUD. Donell. hoc *text. lib.17. Comm.12.* Cujac. aliter *5. observ.34.* Bachov. ad Treutl. *disp. de solut. θ.3. lit.C.* nec in id quod fidejussoriô nomine debetur, aut cujus dies non venit. *d. l.1.* nam ante effluxum 19
tempus debitum peti non potest. *l.9.* ibi: *ante diem. ff. de reb. cred.* Cum quo concordat Statut. Reip. Lubec. *art.8. & 12. tit.1. lib.3.* Solvi autem potest invito Creditori ante diem. *l.70. l.98. §.1. de solut.* vid. Dn. Mev. *ad art. 12. n.4. lib.3. tit.8. Stat. Lub.* Tertium membrum, ubi nec à debitore nec creditore causa expressa est, & ad eum casum pertinet, quô in solutione à neutro quicquam dictum, sed solutio simpliciter facta est, ubi semper solutio in graviorem causam cadere censetur, quæ causa consideratur ratione quali- 20
tatis, non quantitatis. Br. *l. cum ex pluribus 97. de solut.* utputa ratione vitæ, aut membri, aut famæ. *d. l. ex plurib.* & ibi Dd. Secundò ratione pœnæ, vel alterius augmenti, quô crescit obligatio. *l. si quid ex famosâ. 7. ff. de solut.* Tertiò quod sub hypotheca vel respectu satisdationis & fidejussionis. *d. l.97. verb. quæ sub hypotheca. l. & magis. 4. ff. de solut.* Menoch. *de præsumt. 136. num.6.* Surd. *cons.290. n.15.* Gabr. *consil.48. in pr. vol.2.* Quartò item respectu paratæ executionis, & quod ex causa judicati aut sub instrumento guarentigiato

Wil-

Willkühr debetur, potius sit, quod nudô chirographô debetur. *d. l. si quid ex famosa.* Menoch. *d. l. præsumt. num. 7.*
21 adde Surd. *d. decis. 186. n 5. 6.* Quod si verò nihil horum intervenerit, sed omnia debita similia essent, solutum potius censetur 1. quod propriô nomine debetur, quàm quod alienô. *d. l. 1. l. 4.*
22 *l. cum ex plurib. 97. ff. h. t.* 2. quod antiquius est debitum. Surd. *d. decis. n 5.* Antiquior autem causa, non ex contractûs tempore, sed ex solutionis die æstimanda, *ut per d. l. cum ex plurib. 97. h. t.* docet Br. quibus adde Corneum *cons 128. n. 1. vol. 4.* Socin. *cons. 225. n. 2. vol. 2.* Paris. *cons. 122. n. 7. vol. 4.* Menoch. *cons. 121. n. 38.* Rot. Rom. *decis. 113. n. 3. in prim. part. in noviss.*
23 Tandem si par & dierum & contractuum causa est, tùm 3. ex omnibus summis proportione solutum videtur. *l. illud. 8. l. pupilli. 96. §. penult. d. l. cum ex plurib. in fin ff. eod.*

Ultimò ad hanc materiam notat
24 Aym. Cravett. *consil. 619. n. 1.* quòd ubi simpliciter alicui pecunia numeratur, siquidem mercator is sit, mercandi seu negotiandi causâ data intelligatur, *per l. fin. vers. ultimò. ad SCtum Maced.* Sin autem mercator is non sit cui pecunia solvitur, seu numeratur, ex mutuo traditam Jus præsumat. Fred. de Senis. *cons. 3. col. 2.* Alex. *cons 37. col. 3. part. med. vol. 3.* Ubi autem ex causa negotiandi aut mutui datam pecuniam censeri quispiam neget, ex causa saltem custodiæ aut depositi traditam eam dicendam statuit Decius *in l. 2. in*
25 *pr. col. pen. ff. si cert. pet.* Breviter, ex ea causa pecuniam datam asserunt Dd. ex qua minor dantis & solventis jactatio sequatur; quapropter donationis causam in dubio non præsumi docent Guid. Pap. *cons. 139.* & Anthon. de Butr. *cons. 65. per l. eleganter. 24. §. qui reprobos. 1. ff. de pignor. act. l. cum indebito. 25. ff. de probat. l. Campanus. 47. ff. de oper. libert.* Atque hæc quidem in pluribus diversis nominibus æquè principalibus ita sese habent. Quando verò de una obligatione, seu debito, quod partim est principale, partim verò accessorium, ut in sorte & usuris quæritur, tunc solutio simpliciter facta refertur ad usuras licitas & exigibiles. *l. 5. §. 2. ff. de solut. l. 21. C. de usur.* Idque 26
odiô debitoris, qui usuras currere patitur, ut notat Berous. *disp. ad Instit. 12. th. 3. q. 7.* Sichard. *ad l. 1.* (& Hartm. Pist. *3. quæst. 21. n. 25. & seqq. usq; ad fin.*) *C. h. t.*

6. An autem Mercator particularem solutionem admittere cogatur, à plurimis in dubium vocatur. Et Alciat. quidem *in l. 21. ff. de reb. cred.* & Coras. *ad l. 2. de V. O.* Quibus novissimè accedit Helfr. Ulr. Hunn. *disp. ad Instit. 14. §. 13.* affirmativam defendunt. vid. Goedd. *ad l. 32. de V. S. n. 10.* Communiter autem Dd. negandum hoc censuerunt; à qua communi nec nos discedimus; tùm quòd particularis solutio sæpè maximum adferat incommodum Creditori. *l. 3. ff. fam. ercisc.* nemini autem per alium iniqua conditio inferri debeat. *l. 74. de R. J.* & ibi Phil. Matth. *n. 12. cum seqq.* tùm, quòd contra naturam sit obligationis, particularem solutionem admittere, nisi initiô contractus ita convenerit. *l. 41. §. 1. ff. de usur. l. 17. ibiq;* Gothofr. *C. de solut.* vel debitum non sit liquidum. *l. 21. de R. C. l. 8. si pars hered. petat.* Goeddæ. *d. l. 32. n. 10. & 11. usq; ad fin.* ubi fusius hac de re agit. Cui adde Valent. Riemer. *decad. 11. q. 8.* Hotomann. *illustr. qq. 22.* Bronchorst. *Cent. 2. assert. 17.* Christoph. Haffn. *de mercat. assert. 163.* ubi hoc ex jure singulari soli libertatis favori tribuit. *per l. 4. §. 6. ff. de stat. liber.* 27

7. Disquiri hîc non incommodè 28
potest: An mercator invito creditori aliud pro alio solvere possit? Hoc licet jura communia regulariter negent, *per l. 2. §. 1. ff. de Reb. cred.* & ibi Dd. *l. 16. C. de solut.* & alios textus; etiamsi pro tolerabili pretio hæc solutio offeratur. Dn. Mev. *lib. 2. tit. 2. art. 12. n. 224. arg. l. pro debito. 6. inf. C. de bon. auth. jud. possid.* Indubitati tamen juris est, quòd hoc interdum, necessitate sc. urgente, fieri possit, *per Novell. 4. cap. 3. & auth. hoc nisi. C. de solut. l. si domus. 71. §. qui confitetur. 3. ff. de legat. 1.* ibi: *qui confitetur,*

se

se quidem debere, justam autem causam adfert, cur utiq; præstare non possit, audiendus est; æquissimum enim est, concedi ei ex hac causa, æstimationem officio judicis præstare, quibus add. *l. 68. ff. de R. V.* quia necessitas illud admitti facit, quod aliàs jura non admittunt. *arg. l. 1. ff. de Offic. Conf.* Dn. Mev. *ad. art. 1. lib. 3. tit. 1. num. 70. Sta-*
29 *tut. Lubec.* Et hoc præcipuè obtinet, si QUANTITAS debeatur. Dd. *Commun. ad d. l. 2. ff. si cert. pet.* Et quidem hoc ordine, ut 1. mobiles res dentur; si hæ non adsint, immobiles. Deinde ut dentur res optimæ & præstantissimæ in suo genere, cautione de evictione creditori per debitorem præstitâ. Rittersh. *part. 2. Novell. ex-*
30 *pos. cap. 3.* Si verò SPECIES, putà frumentum debeatur, an pecuniam offerens audiatur, negant Dd. De quo tamen vid. Joh. Köppen. *decis. q. 25. & 55.* Tessaur. *decis. 153.* Morl. *Empor. jur. part. 1. tit. 8. quæst. 8.* Trentacinq. *de solut. resolut. 36. fol. 194.* quò
31 remisisse, brevitatis ergò sufficiet. Similiter in solutionibus cujus loci valor seu æstimatio attendi debeat? videatur Nicol. Everh. sen. *cons. 77.* Et quomodo solutio facienda in foro mercatorum, si monetæ valor mutatus, consulatur Berlich. *2. concl. 36. 37.* 1. Ob ein Kauffman/ welcher seine Waaren umb die Zeit einem verborget hat/ als der Thaler 1. fl. 30. Creutzer gegolten; hernacher da der Thaler umb 6. fl. valuiret worden / sich damit bezahlen zu lassen von Rechtswegen schuldig sey/ tract. Besold. *part. 2. Cons. 60. 61. 62. 64.* Wie sich ein Kauffman dieses erlittenen Schadens zu erholen /
32 *Consil. 65. & seqq.* Item solutiones mercatorum quomodo probentur, per calculationem sæpius factam, silentium, longum tempus, personam creditoris & debitoris, vid. ap. Dd. *ad l. procul. ff. de probat.* Tiber. Decian. *consil. 54. vol. 5.* Cui incumbat onus probandi solutionem? Fulv. Pacian. *de probat. lib. 1. cap. 22.* & alia ad hanc materiam, in quibus paucissima continentur singularia, hîc saltem attigisse sufficiet; Si mantissæ locô prius hanc arduam & in foro mercatorum ante aliquot annos graviter agitatam συζήτησιν, ubi quæritur:
Si assecuratus præmium, sive peri- 33
culi pretium realiter non assecuratori (uti Pollices volunt) sed proxenetæ, dem Meckeler persolverit, an hæc pecuniæ oblatio ad damni subsecuti evitationem sufficiat? paucis perlustraverimus.

Et primâ quidem fronte in affirmantium castra descendere haud levidensia suadere videntur argumenta,
quorum 1. Quòd proxenetæ procu- 34
ratoribus comparentur, ut tradit Joh. Maria. Riminald. *cons. 343. num. 10. & 11.* Alber. Gent. *de Nupt. cap. 14.* Idcircò & in hac materia conjungantur, ut apud Stracham *tr. de proxenet.* & Bargalam de dolo per discur-
sum videre est. Juris autem certi, 35
quòd solutio, procuratori facta, subsistat. *l. verò 12. ff. de solut.* ibi: *vero procuratori rectè solvitur.* Turret. *cons. 59. num. 6.* post Br. & Dd. *in l. singularia. de reb. cred.* Rot. Genov. *decis. 123. num. 2.* Zanger. *part. 3. de Except. cap. 1. num. 49.* Et solvens saltem falso procuratori non liberetur. Strach. *de adject. part. 3. n. 75. seq. n. 35.*

Cæterùm, quamvis hæc speciosè dicantur, tamen valdè urgentes & vivæ rationes è diametro obstant.
Nam primò indubitati juris est, quòd 36
nemini, nisi vero domino solutio possit fieri. *l. invito. 12. C. de solut. c. ea te. 22. de jurejur. l. qui hominem. ff. de solut. l. si Stichum. §. fin. ff. de Novat.* Riminald. fratres. *part. 1. cons. 34. num. 1.* adeò, ut solvens alteri, quàm cui debebat, non liberetur, nec ulla sit solutio. Joseph. Ludovis. *decis. Lucens. 25. num. 16.* Hieron. Magon. *decis. Lucens. 5. num. 311.* Joh. Cephal. *cons. 24. num. 4. in pr.* Fr. Marc. *decis. 842. num. 2. ubi allegat l. 19. C. de furt.* quibus adde Pyrrh. Maur. Aretin. *tract. de solut. cap. 6. num. 1. & passim*
per tot. nisi volente mandanteque 37
Creditore. *d. l. 12. & l. 4. C. de solut. l. so-*

lutam.49. §. *ratum. l.cum decem.71. in fi.ff.de solut.* Colcr.*part.2.process. execut. cap. 2. num.69.* quod egregiè ad factum accommodat Fr. Marc. *d. l. num.3.* post Bald. & Surd. *decis. 187. num.5. & decis. 229. num.1.* & frequentari inter mercatores & notari ab ipsis debere ex Angelo admonet Strach. *de Adject. d. part. 3. num.35. 36. & part.2. num.5.6.* Erit autem hæc vo-
38 voluntas Creditoris seu assecurantis ab assecuratis probanda; quia hoc sicut ipsa solutio in genere est facti; ideoque probatione indiget. Mascard. *de probat. verb. solutio. 1386.* Matth. Wesemb. *cons. 234. & 240.* Vivius *decis. Neapol. 481.* Quod si fiet, assecurati erunt in salvo uti loqvuntur; si verò contrarium appareat, haud omninò liberantur; Cùm solventes adjectis & procuratoribus constitutis ad recipiendam solutionem, vel ad hoc speciale mandatum habentibus (nam iis, qui ad litem tantùm dati sunt, ut nec falsis procuratoribus, non rectè solvitur. *l. hoc jure. 86. ff. de solut.* Wesembec. *tr. ff. eod. num. 4.*) cauti
39 esse debent, ut appareat de solutionis mandato, adhortante Strachâ, *d. tr. de Adject. part.3. num.125.* aliàs non liberantur.

40 Secundò, Proxenetarum officium, ad solutionem recipiendam, regulariter, in foro mercatorum se non extendit. Rutg. Ruland. *resp. sing. de assecur. præm. non solut. num. 292.* edit. Hamburgi, Anno 1630. I. siquidem
41 (ut exemplis res illustretur) quotidiana mercatorum praxis monstrat, daß wann ein Meckler (ut retineamus verba modi dicti JCti Practici, & in caussis mercatorum versatissimi) einen Wechsel schliesset / derjenige / so das Geld zugeben pflichtig / damit nicht zu entfreyen / wann ers dem Meckler bezahlet / Wie 2. wann einer Gut / von einem / durch den Meckler kauffet / so bestehet der Emptor nicht / wird auch keines weges liberiret, wann er das pretium gleich dem Meckeler erleget. Cùm autem præmium assecurationis, pretio assimiletur. Santern. *de Assecur. part. 3. num.13.* Decis. Rot. Genov. *3. num. 28.* Michael Salon. *de Just. & jur. de contr. assecur.* Sequitur ex na- 42
tura similitudinis, juxta Tulden. *in præfat. addit.* ad Damhoud. *in tract. parium & simil.* etiam proxenetis præmium haud rectè solvi.

Tertiò. Contra assecuratos & hôc 43
utitur argumentô Rutg. Ruland. *d. l.* quòd quemadmodum procuratori generali solutionem fieri non permittatur. Riminald. fratres *cons. 53. num. 3.* quorum tradita cum aliis approbavit Dd. Ruland. *de commiss. c. 2. num. 8. lib.9. part.4.* dissentiente Wesemb. *tr. h. t. num. 4.* multò minus proxenetæ seu parario, cujus officium ad contractûs conclusionem (ut supr. *lib.1. cap.8. num.68. & seq.* innuimus) saltem pertinet. In nulla enim re ma„gis cautè procedendum, quàm in so„lutionibus, ut tutò liberemur, quod„ exemplô demonstrat Joan. Francisc.„ de Pavin. *in tr. de offic. & potestat. cap. sede vacante. quæst.9. secundæ princip. num.8.* & Strach. *d. l. de adject. pag.3. num.125.*

Colophonis locô præcedentibus hæc tria addere libet notabilia. Primo, An & quando mercator præsumatur esse solvendo, & quando non? 2. Quid sit in foro mercatorum contant zahlen / 3. Quomodo solutio facta præsumatur?

Primum quod attinet, licet de jure 44
communi indubitati sit juris, quòd in dubio quilibet semper præsumatur esse solvendo, per jura *notiss.* & Joan. Cephal. *consil. 719. num.58. vol.5.* Dicit tamen *gloss. in l. si verò. §. qui pro rei. ff. qui satisd. coguntur.* contrarium tamen in mercatoribus præsumitur: Imò, quòd nemo præsumatur esse solvendo, *d. l.* & ibi Jas. *in fi. & Br. in l. in confirmando. ff. de confirmat. tut. n.1.* ait: quòd licet quis semel di-„ ves probetur, tamen hodiè non præ-„ sumatur talis; quia diminutio facultatũ„ iis ipsis mille modis contingere potest;„

quem

quem allegat & sequitur Natt. *consil.* *358. n.8.* & ad probandam paupertatem mercatoris sufficit probare, cum cessare à commerciis, *ut supr. lib.1. cap.7. n.19.* diximus, per Jason. *in l. si constante. ff. solut. matrim. num.120.* Hæc au-
45 tem præsumtio quàm maximè procedit. 1. Si mercator latitat. Rot. Genov. *decis.168. num.15.* 2. Si ipsius nomen non recipitur, nec bonum est. Rot. Genov. *decis.156. n.2. & 3.* 3. Si totum solvere non potest. Aym. Cravett. *cons.199. num.7.* Benev. Strach. *de decoct. part.2. n.4.* 4. Si ab ipso non facilè solutio impetrari & haberi potest. Jas. *in l. pro herede. §.1. n.20. ff. de acquir. hered.* 5. Si mercatores sæpè fœnebrem pecuniam recipiant, præsumuntur pauperes & non solvendo. Alex. & Anchoran. *in c. quanto. X. de usur.* Quibus 6. pares, qui dilatâ solutione, ad diem merces emunt, easdemque viliori pretio ac emerunt, præsenti pecunia distrahunt. Jas. *in l. si constante num.138. ff. sol. matr.* Et quando quis mercator dicatur non esse solvendo, videantur Cravett. *consil.77. num.5. &* Paris. *cons.50. num.62. cum seqq. vol.2.* Docentes, verum modum probandi, quem non esse solvendo, esse discussionem bonorum. Et ideò ad hoc, ut quis dicatur non esse solvendo, excussio bonorum exigitur. Rol. à Vall. *cons.92. num.27. vol.2.* Dd. *in auth. hoc nisi. C. de solut.* Roman. *consil.163. num.4.* Notandum tamen, quòd non satis sit dicere, mercatorem non esse solvendo, & ad hoc notorium allegare. Roman. *d. cons. num.45.* Ubi hoc in notorium transire non posse, licet in manifestum & famosum, adstruat. vid. Wegner. *tr. de Bancirupt. cap.5. n.27. cum seqq.*

Secundum quod concernit notabile. Observandum, quòd quando in assecurationum Pollice, seu aliis
46 mercatorum litteris & schedulis promittitur vel requiritur contant **zu zahlen** / quòd idem sit, ac si nos diceremus, præsente pecuniâ numeratâ, **mit oder in baarem Gelde zu zahlen** / ut notat Christoph. Besold. *in Thesaur. pract. lit. G. num.25. in fi.* ita, ut tunc verbum CONTANT, fidem de pre- 47
tio habitam excludere, & expressè præsentem diem constituere censeatur: quia illius diei, quæ in ordinationibus, & sic quasi statuto præscripta ratio, eandem habet efficaciam, quam obtinet ex conventione ab homine constituta; hinc dies interpella- 48
re dicitur pro homine. *l. magnam.12. C. de contrah. stipul.* ac per hunc textum tradunt Dd. quòd eventus tem- 49
poris constituat in mora, *per l.2. C. de jur. Emph.* Alex. *in cons.31. num.3. lib 6.* Alciat. *in decis.73. num.3. & 4. cum seqq.* Simon de Pratis *de interp. ult. vol. lib.5. dub.2. num.14. & supr. quæst. 56. in pr.* Atque ita hîc obtinent notata Bertazol. (qui exactissimè hanc materiam excussit) *claus.38. gl.1. n.17.* hisce formalibus: Est verum, ut tenent Bald. & Salycet. *in c. incivile,* quod, si sit facta venditio, & purè sit 50
promissum (h.e. de stylo mercatorum contant) statim debeatur *per §. omnis. Inst. de verb. obl.2.* hîc Not. verba contant 51
zu bezahlen de stylo mercatorum inducere conditionem, modum vel tempus certum, quod est præsens. *t. t. ff. de his, quæ sub mod.* Rutg. Ruland. *in thesaur. condit. part.1. & 2.* De tem- 52
pore autem solvendi ex Jure Civ. & Statutis, deque ratione termini nostri Juris Statutarii Lubec. vid. nos *infr. lib. 4. cap. fin. n.39.* 3. Verbum **bezahlen** / in 53
litteris & contractibus mercatorum appositum idem importat, ac si diceretur, **bezahlet werden sollen oder müssen** / quæ inferunt necessitatem. Doctiss. Besold. *in thesaur. pract. lit.5. num.63. fol.747.* Verbum OPORTET præci- 54
sam coactionem, sive necessitatem importat, ut probatur *in l.1. in pr.* ibi: *prius nosse oportet ff. de just. & jur.* & regulariter necessitatem infert. *Clem. Exivi de Paradiso. de sentent. excomm.* Surd. *cons.8. num.14.*

Tertium quod concernit scil. quo- 55
modo solutio mercatorum præsumatur; Quamvis regulariter verum sit,

solutionem ab allegante probandam esse. *l.1. C. de Probat.* tamen hoc non obtinet in foro mercatorum, 1. nisi postquàm intentionem suam actor probaverit. F. Pacian. *de prob. lib. 1. c.22. n.10.* 2. Quamvis rei nihil protulerit ad probationem solutionis; sc. neq; testes, neq; scripturam; tamē verū est, in foro mercatorum, SOLUTIONEM fieri æquipollentibus. Rot. Genov. *decis.191. num.10.* & PROBARI PRÆSUMTIONIBUS, ut notatur *in l. si chirographum.* & ibi Gloss. *ff. de solut.* Mascard. *concl.1325. num. 26.* Surd. *decis. 105. num.10.* Carpz. *Jur. For. p. 2. Const. 29.*
56 *def.11.* veluti primò, quando debitor est locuples, & solitus satisfacere creditoribus. Surd. *decis.105. n.1.*

57 Secundò, quando creditor diligens est in exigendo. Surd. *d. l. n. 2.* Afflict. *decis.13. n.19.*

58 Tertiò, quando Creditor est pauper, vel non admodum dives. Surd. *d. decis. 105. n.3.* tum enim verosimile non est, eum incommodum dilatæ solutionis æquô animô laturum fuisse.

59 Quartò, ex diuturnitate temporis. Afflict. *d. decis.13. num.21.* Surd. *decis. 105. num.4.* Mascard. *d. concl.1325. n.27.* & maximè, si cum diuturnitate concurrat silentium & taciturnitas. Mascard. *d. l. num.27.* ubi citat Alex. *cons. 122. vol.6. & cons.115. vol.7.* eoque magis si etiam mortuô debitore creditor tacuit. Mascard. *d. concl. num.27. circ. fin.*

60 Quintò, si debitor sit talis, qui facilè æs alienum contraheret; Creditor verò persona cauta. Masc. *d. l. n.28.* Et aliis, quæ passim referuntur à Dd. suis locis.

61 Sed, cùm eæ circumstantiæ sint facti, etiam probari debent, antequam probatio solutionis ex iis resultare
62 posset. Et tunc hisce præsumtionibus, seu earum aliquot, stantibus, si libro cujusdam defuncti mercatoris debiti soluti cancellatio aut deletio nondum existat, cum Joh. Cooren, *cons. 16.* censerem; non obstante regulâ, quòd liber mercatorum contra scribentem probet, hâc præsumtionum exceptione sese tueri posse. Sed in Belgio & alia exceptio solutionem elidens mercatoribus succurrere potest. Præscriptio nempe ex edicto Ca- 63
roli V. Imp. promulgato Anno 1540. quô cavetur, ut hujusmodi debita ob faciliorem cōmerciorum usum intra biennium judicialiter petantur; nisi chirographum à debitore datum. *infr. h. c. num. 64.* alioquin habenda esse pro solutis, nullamque pro iis competituram actionem. Quod biennii tempus Reges Galliæ contraxerunt, constituentes ut intra 6. Menses hujusmodi debita Creditores petant, si ita visum fuerit; post id tempus autem non audiendos esse. Rebuff. *ad Constit. Reg. tract. de Mercator. minutat. vend. gl.16.17.18. & 19.*

Neque durum, aut à ratione alie- 64
num hoc edictum videri debet; cùm aliàs facilimè contingere posset, ut mercatores, quorū multi tàm exactas conficere rationes norunt, errorem aliquem committant post lapsum longioris temporis, idem bis petendo à debitore, qui solutionis oblitus est, vel probare eam non potest; longum enim tempus oblivionem parit. *l. peregrè. ff. de acq. possess.* vel ab ejus herede, qui fortè solutionem ignorat. Rebuff. *d. tr. gl.17.* Et est hæc præscriptio, sicut cæteræ, inducta in pœnam & odium negligentiæ. Rebuff. *d. l. gl. 16.* Et sibi imputet Creditor, quòd intra biennium debita sua non exegerit, si exigere potuerit. An au- 65
tem in hac præscriptione requiratur necessariò bona fides? Negat Covarr. *in c. possessor de R. J. in 6to. part. 2. §.11. num. 3.* pro affirmativa autem verè Rebuff. *d. tr. de mercat. min. vend. gl. ult. num.3. cum seqq.* & Anthon de Gamma, *decis.334. num.5.7.*
Utrum currat etiam contra minores 66
Creditores hæc præscriptio? Affirm. Rebuff. *ad d. const. Reg. tr. de mercat. min. vend. gl. 2. in fi.*

67 Observandum tamen, Edictum Caroli V. huic præscriptioni hanc notabilem in Belgio posuisse limitationem; Nimirum, si debitor chirographum creditori tradiderit. Quô casu creditor debitum exigere tenebatur à principali debitore intra 10. annos, aut, si is mortuus fuerit, ab ejus herede intra biennium, computandum eo die, quô Creditor scivit debitorem esse mortuum.

68 Quid autem juris, si Chirographum apud debitorem mercatorem reperiatur, & quidem cancellatum, numne per id solutio debiti certò probetur?

Et licet pro debitore haud levis tunc oriatur præsumtio, solutionem sc. esse factam, præsertim si integræ sit existimationis, ita ut etiam vel onus probandi, tali casu, in Creditorem transferre. *l. si chirographum.24. & l. seq. ff. de prob.* vel debitori juramentũ suppletorium deferri possit. *arg. l. admonendi.31. ff. de jurejur. l. in bonæ fidei 3. C. de reb. cred.* Strach. *de adject. p.4. n.11. & 12.*

69 Verior tamen, licèt in praxi inter Mercatores non æquè receptior opinio, Strach. *d. l.* quòd debitor exhibens chirographum absque quietatione, pro liberato non habeatur; nisi simul à Creditore sibi redditum probet, factamve à se solutionem. *l. 2. ubi* Accurs. *ff. de pact. d. l. si chirographum.24. ff. de probat. l. pecuniæ.14. & seq. C. de solut.* Ant. Fab. *in C. lib.8. tit.29. def.1. num.1.*

70 Non enim ex sola Chirographi possessione induci potest tacitum pactum de non petendo; sed ex ea demum restitutione, quæ per ipsum Creditorem, aliumve, mandantis creditoris nomine facta probatur. Fab. *d. l.* vid. & Joseph. Mascard. *de prob. vol.1. concl.476.* qui pro personarum causarumque varietate hoc judicantis arbitrio relinquit.

Sic non majorem facit probationem solutionis (quod alterum erat quæstionis hujus membrum) instrumentum penes debitorem cancellatum repertum. Chirographô namq; existente penes debitorem mercatorem, quid interst an sit cancellatum, necne; cùm sit in potestate debitoris ut cancellet aut non? Ideoque quod 71
dicitur, ex Chirographi cancellatione præsumi solutionem *d. l. si chirographum*, sic accipiendum videtur, si penes Creditorem cancellatum reperiatur. Anton. Fab. *in C. d. tit.29. defin.28. num.12.* At, si penes debitorem repe- 72
riatur chirographum, sive sit cancellatum sive non; nunquam inducenda ex eo est præsumtio solutionis aut liberationis, sed tantùm conventio taciti pacti de non petendo, eô demùm casu, quô probetur redditum à creditore, ut in *l. 2. ff. de pact.* aut ab alio ex voluntate & mandato Creditoris, ut in *l. Creditorem. 7. C. de remiss. pign.* Dissentire videtur Strach. *de Adject. p. 4. num. 11. & 12.* ubi statuit: Instrumentum debiti seu chirographum, si reperiatur abolitum penes debitorem, præsumi solutum, nisi debitor sit domesticus, qui tum furtô subtraxisse putatur. Quo in loco. *num.9.* annectit, quòd 73
chirographum exhibens in quo est clausula de solvendo ei qui exhibuerit, admittatur sine cautione de rato, nisi sit domesticus *n.11.* Quid autem juris, 74
si in defuncti libro, solutio facta, non sit cancellata, vel deleta, vid. *infr. lib.3. cap.9. n.41. h. tr.*

Caput XV.

De Novationibus & Delegationibus Mercatorum.

Summaria.

1. Ex Conventione Liberatio sequitur.

2. Novatio quid.

3. Novatio quotuplex.

4. In delegatione de Jure Civ. requiritur stipulatio.

5. In curia Mercatorum an pactô nudô fiat Novatio & Delegatio?

6. In foro Mercatorum æquè creditor ac debitor delegat.

7. Cambium ab actore transscriptum assignatione & inductione, quæ delegationem infert, est irrevocabile. & num.18.

8. Inductionis, transportationis & delegationis idem in foro Mercatorum effectus.

9. Debitoris & Creditoris consensus requiritur in delegatione.

10. Debitoris chirographum invitô illô alii cedi potest, idq́ sine solenni cessione, ubi de L. Anastasianæ intellectu.

11. Novatio semper inest delegationi, non vice versâ.

12. Quando Creditori in delegatione reservetur utraq́ obligatio?

13. In curia Mercatorum est delegatio, quando delegatus promittit, seu compensat.

14. Paria sunt compensare & solvere.

15. Mandanti Creditori obstat exceptio delegationis.

16. Creditor delegato debitori non potest præjudicare, & n.18.

17. Intellectus l. si debitorem. 21. ff. de Novat.

18. Delegans non potest post acceptationem ullâ retractatione delegato præjudicare. & n.7.

19. Mandatum factum debitori ut solvat, an possit expediri promittendo? & num eô casu revocari à mandante queat?

20. Integra res quomodo dicatur in materia delegationis inter Mercatores.

21. In delegationibus Mercatorum inscriptio libri operatur acceptationem & stipulationem.

22. Mandatum de solvendo omni delegationi inest.

23. De Jure Civili qui ritè delegat, liberatur.

24. In foro Mercatorum debitor per delegationem factam in mercatorem proximè decocturum, non liberatur.

HActenus de SOLUTIONE, ut prima tollendæ obligationis specie; quæ & invito Creditori fieri potest, pauca delibavimus: sequitur nunc, quæ utriusque voluntate ut plu-
1 rimùm fit. Ejusmodi, in foro mercatorum est vel ex conventione expressa Creditoris & debitoris, vel tacita.

Ex Conventione expressa est, NO-
2 VATIO & DELEGATIO. Novatio est abitus à jure pristinæ obligationis, in novam transfusæ; vel mutatio personarum contrahentium, aut debiti & crediti; quæ in genere novatio appellatur, animô & voluntate novandi & recedendi à priore obligatione, expressè facta. *l. ult. & t.t. C. & ff. de Novat.* Gail. *2. obs.30. n.9.* Menoch: *lib.3. de præs.134.* Mantic. *de tac. & ambig. convent. lib.17. tit.8. tom.2.*

3 Novatio autem in genere, est duplex: Rei & Personæ. Illa, in specie Novatio. *tit. de Novat.* hæc, delegatio vocatur. *tit. de Delegat.* cui semper novatio inest; non viceversâ. *l.2. C. h.t.* Jas. *in l.15. n.38. cum seqq. ff. si cert. pet.* De prima pauca ex stylo & observantia ex Interpretibus hactenus observavimus singularia: vid. tamen Grot. *introd. ad Jurispr. Batav. part.43.*

De secunda autem, videlicet DELEGATIONE, cùm illa frequenter in foro mercatorum occurrat, unum atq; alterum experientiâ edocti notabimus. Est autem delegatio duplex: Una, quæ fit per stipulationem; altera, quæ per judicium susceptum contrahitur. *l.1. ff. h.t.*

Et quidem primô locô. Quamvis 4
DELEGATIO de jure communi perinde, ut novatio, hodiè non aliter valida sit quàm si verbis & stipulatione interpositâ expressum sit, animô novandi delegationem esse factam. *l.1. ff. & C. h.t.* & Carpz. *Jurispr. Rom. Sax. for. part.2. const.19. defin.16.*

Hoc tamen non procedit in curia 5
mercatorum. Ubi delegatio æquè ut novatio per nudam conventionem fieri potest. Ferret. *cons.129. n.6.* & M. Wesenbec. *cons.138. n.11. cum ibi allegat.* Dd. Cùm in hac curia, in qua, relictis juris apicibus, æquitas servari debet, nulla

nulla sit differentia inter pactum nudum & stipulationem. *l. si fidejussor. §. quædam. l. Quintus. 48.* & ibid. Bart. *n. 1. ff. Mand.* (quamvis Cardin. Mantic. *de tac. & ambiguis convent. lib. 17. tit. 8. n. 10. & 11.* quoad delegationem dissentire videatur. Cum quo concordat Grot. *introd. ad Jurispr. Batav. part. 44. n. 5. & 6.* **By ons weert noyt verstaen oversetting/** i. e. delegation **te geschieden t'en Zy dùydelyck blyke / dat de Wille is gewest / dat de eerste Schuldenaer soude syn befrydt / Ende daerom Anwysing schoon angenoomen synde / brengt geen oversetting mede.** allegans *l. 21. ff. de novat.* Cur Holland. *decis. 38.* Costum **van Antwerp.** *tit. 64. art. 2.*)

6 In hac enim ex praxi & stylo quotidiano observatum, æquè creditorem ac debitorem, sine expressa stipulatione delegare posse. *arg. l. 11. de novat. verb. vel cui is jusserit*; & per delegationem etiam creditorem vice creditoris, ut debitorem vice debitoris, ex natura correlativorum constitui posse. E. G.

7 Delegans mercator & creditor Dantiscanus per cambii solutionem tertio mercatori Hamburgensi faciendam, debitori suo Lubecensi novum creditorem constituere potest vice suâ; rursumq; fieri potest, ut huic tertio Hamburgensi novus quoque constituatur

8 creditor; quam delegationem stylus & observantia mercatorum vocat INDUCTIONEM, vulgò induciren / transportiren; Cujus inductionis idem est effectus qui delegationis; ut sc. quando cambium à creditore inductum, eô ipsô liberetur campsor, sive debitor delegatus ab obligatione ejusdem creditoris, fiatque debitor novi credito-

9 ris. Hâc tamen observatâ cautelâ, si delegatus volens debitor fiat. *l. 1. ubi* Sichard. *n. 1. & seqq. C. de novat.* & creditor volentem delegatum admittat. *l. 31. §. 1. ff. d. t.* Nec enim creditoris petitio ipsô invitô immutari, aut ipsi alius debitor obtrudi. *l. 1. C. de nov. l. 15. C. de pignor. l. 25. C. de pact.* licet debito-

10 ris actio & chirographum à creditore, invitô debitore alii cedi possit. *l. 1. l. 3. C. de hered. vend.* cùm ejus non intersit cui solvat. *l. 1. ff. de novat. & d. l. 3. C. de hæred. vend.* **Wie dann solche Handschrifft und** Obligation **Verkauff- und Anbietungen täglich auff der Kauffmans Börsen/ und zwar** contra constitutionem Anastasianam in *l. 22. & 23. C. Mandati*, per quam prohibitæ sunt Cessiones actionum & jurium, quæ non perficiuntur numeratâ verâ quantitate, quæ iis continetur, seu justô pretiô. adde. Carpz. *Jurisp. for. p. 2. const. 30. def. 35.* seu ex qua constitutione ei, cui ceduntur actiones, negatur facultas ultra aliquid petendi & accipiendi quàm reverà solutum fuit. **Ohne** cession **und** consideration **der Summen / so in** obligatione **gesetzet und der** Creditor **an sich gebracht/ unter den Englischen und andern Kauffleuten** practisiret **werden**; prout sic in Curia Lub. judicialiter confirmatum *11. Febr. anno 1653.* in causa **Brun Nieding** appellati & actoris, contra **Adolff Rodden/** appellantem & reum. Cum quo generaliter in materia cessionis coincidit Constitutio Electoris Saxoniæ Joh. Georgii de an. 1614. verbis: **Allein Kauffleute außgenommen / wann sie mit einander unter sich handeln; Die an diese Ordnung / damit den** Commerciis **ihr starcker Lauff gelassen/ nicht verbunden.** vid. Georg. Frantzk. *lib. 1. var. resolut. 19. n. 5.* & Carpz. *Jurisp. For. d. p. 2. constit. 30. def. 35.* Dn. Berlich. *decis. aur. 32. n. 15. & seqq. & decis. 35. n. 3.* ubi egregium vid. præjudicatum. Differt enim delegatio actionis à delegatione debitoris. Vult. ex Cujac. *ad §. 3. n. 9. Instit. quib. mod. toll. obl.*

Et quamvis juris sit communis, 11 quòd vi novationis, quæ semper inest delegationi, *ut supr. n. 3.* monstravimus, creditori utraque obligatio reservetur. *l. fin. C. de Novat.* procedit tamen, quando constat sive ex facto 12 contrahentium, sive de jure, sive quod perinde est, de consuetudine & observantia mercatorum quotidiana, quæ æquè jus constituit (ut infrà pluribus deduximus) inter mercatores hoc actum fuisse, ut altera obligationum perimeretur. Gail. 2. *obs. 30. n. 5.* Manet

 igitur

igitur hæc immota & in foro mercatorum *ex l.3. C. de novat.* confirmata
13 Regula: Quod perfecta sit delegatio, quando debitor delegatus mandatario promittit pecuniam, seu compen-
14 sat. Cùm paria sint compensare & solvere. *l.95. §.4. ff. de solut.* Carpz. *Jur.*
15 *for.p.1. const.8. def.12.* Et idcircò mandanti Creditori obstat exceptio suæ delegationis, per quam in totum à mandante Creditore liberatus est debitor delegatus, cùm mandanti non tenea-
16 tur & mandatario simul. Et talis creditor debitori delegato acceptanti & solventi cambium præjudicare nequeat. Zanger. *de except. p.3. cap.6. n.15.16. 17. ubi n.38. usq; ad n.46.* ad rationes dubitandi respondet.

17 Nec obstat *l. si debitorem.21. ff. de novat. & deleg.* Ex qua hoc juris principium adstruitur. Quòd habens potestatem solutionis recipiendæ, non habeat potestatem obligationis mutandæ seu novandæ; cùm textus ille loquatur de Mandatario seu Procuratore mandatum exigendi pecuniam saltem habente; Nos autem de delegatione per assignationem, transportationem seu inductionem, ut mercato-
18 res loqvuntur, facta; quo in passu delegans seu transscribens cambium delegato acceptanti ullâ retractatione mandati aut aliô quovis modô præjudicare non potest. Rota Gen. *decis.73.*
19 *n. & decis.168. n.3.* Et quamvis inficias iri haud possit, quòd mandans debitori suo, ut tertio solvat, si mandatarius non solvat realiter, sed promittat tantûm, mandati actionem adhuc salvam habeat contra mandatarium, & mandatum revocare possit, cùm non ut promitteret, sed ut solveret, mandatum fuerit. Dd. *in l.11. ff. de novat.*
Limitatur tamen hæc regula in curia 20
mercatorum, si res non amplius sit integra; præsertim si mandatarius tertium cui solutio facienda, hac de re certiorem fecerit, qui eum in debitorem suum receperit & ratum habuerit; Mandatum enim tunc revocare non licet. Strach. *de Mandat. mercat. n.3.* ubi id, tanquam eleganter dictum laudat. à Joh. Andr. *in addit. specul. tit. depos.* & Paul. Castrens. *in l. si cum Cornelius ff. de solut.* monens, hoc oblivioni non tradendum esse &c. Hisce adde eleganter de hac materia docentem. Cardin. Mantic. *de tac. & amb. conv. d. vol. & lib.17. tit.8. num.15.16.17. 18.19.20. cum seqq.* Et hæc omnia eò 21
magis obtinent, si mercator delegatus, qui alterum pro debitore suo agnovit, eum in finem eundem libro suo inscribat, quæ inscriptio pro acceptatione & stipulatione ad illum effectum, ut in præjudicium mandatarii neque mandans neque tertius mandatum de solvendo, quod tacitè omni delegationi 22
inest, Althus. *dicæol. lib.2. cap.19. num.14.* revocare possint. Strach. *d. tit. de mandat. mercat. num.3.* Ubi inter alios Alexandrum, hanc sententiam in cœlum efferentem adducit.

Postremô locô notandum. Licèt 23
de jure communi, debitor, qui ritè delegat, ab obligatione liberetur, *l.3.* & ibi Gothofr. *C. de nov. & deleg.* In foro tamen mercatorum debitorem, 24
per delegationem factam suo creditori in mercatorem proximè decocturum, non liberari. Garf. Mastrill. *decis. Lusitan.77.* cui adde Dan. Moller. *lib.4. semestr. cap.28. n.6.*

Caput

Caput XVI.

De Contractuum Mercantilium Impedimentis & Imposturis; quibus Mercatores affliguntur.

Summaria.

1. Connexio Capitum.
2. Commerciorum & contractuum Mercantilium libertas est de jure Nat. & Gentium.
3. Nemo cogitur invitus vendere.
4. Quando libertas Commerciorum impeditur, actio in factum competit.
5. Mercatores in exteris regnis coguntur inviti vendere.
6. Varia gravamina & impostura, quibus contra privilegia Mercatores Hanseatici premuntur in Hispan. Regnis.
7. Fraudes, qua ab extraneis ministris in mensura & modiis committuntur.
8. Fraus, qua in Hisp. à Judice salis committitur.
9. Magistratûs & Principis cura, ut pondera & mensura sint justa.
10. Maledictio divina in eos, qui pondere & mensurâ abutuntur; ex S. Scripturâ.
11. Quomodo falsarii, qui pondere & mensurâ abutuntur, puniantur, remissivè.

Vidimus suprà, quomodo mercatores singulari modô contrahant
1 & solvant; nunc, quomodo in hisce contractibus, generi humano tàm necessariis, impediantur & molestiâ afficiantur. Hîc sanè amplissimus sese offerret differendi campus, nisi hîc me Plato Laconicô uti stylô prudenter admoneret. Quapropter ex multis impedimentis saltem paucissima, & quidem ea, quibus quotidianis mercatorum querimoniis in exteris regnis; contra data privilegia, contraque datam libertatem contractuum affliguntur; primis saltem digitis & quasi à limine salutabo.

2 Constat, non solùm jure naturali & gentium, Reipub. maximè interesse, ut quàm liberrima sit contrahendi negotiandique facultas. *l. 5. ff. de just. & jur.* Hug. Grot. *de mar. lib. cap. 1. & sparsim.* Sed & Jure Civili provisum l. ut quilibet rei suæ sit moderator & arbiter, *l. in re mandata. 21. C. Mandat.* etiam abutendo re suâ. *l. sed & si. l. 25. §. consuluit. 11. ff. de hered. pet.* Deinde, ut
3 nemo cogatur invitus vendere rem suam. *l. invitum. 11. C. de contrah. empt.* Fr. Pfeil. *cent. 2. cons. 202. n. 47. n. 90. 91.*
4 (ubi dicit, quòd, quando libertas commerciorum impeditur, actio in factum competat) sæpenumerò tamen questi sunt olim & adhuc queruntur mercatores, sibi in exteris regnis, contra hæc jura, ipsamque contractuum libertatem & privilegia parta, infinitas molestias & impedimenta inferri; dum co- 5
guntur, cum annonæ vilitas est, merces suas inviti vendere; nec iis permittatur, ut vel extra urbem hominibus in agro egentissimis & regni subditis merces suas vendant, vel persolutô semel vectigali aliò convehant, vel in granario publico vel alio loco privato ad 6
tempus easdem deponant & conservent. E contrario verò æstimari certô pretiô salem vel alias merces à ministris regiis tantâ impudentiâ, ut non vereantur publicâ Præconis voce proclamandum curare, ne quis minoris, quàm ipsi rem æstimaverint, mercatoribus vendant. Imò reperiri quosdam, qui contra libertatem naturalem, contra pacta conventa mercatores compellunt, ut à nemine, præterquam ab ipsis emant, & ad neminem, præterquam ad ipsos divendant; obtrudi etiã mercatoribus sæpiusculè merces reprobas pro probis, sub isto velo, quasi regia merx sit, quæ à nemine improbati

bari possit. Cumque olim arbitrio quisque suo proxenetas, vulgò **Mekeler**/contractibus suis adhibere, vel merces ipse suas vendere soleret, coguntur in multis locis sæpè negociatores certi alicujus hominis operâ hac in parte uti, eamque magnâ mercede conducere.

7 In mensura quoque non unô modô mercatores in exteris terris defraudari constat, dum navium modiationem repetunt ministri publici quoties ipsis libuerit. Unde accidit, ut, cùm merces navicularis pro vectura solvenda sit, jam naves repente quasi decreverint, & angustiore ventre reperiantur. Ita in Hispanicis regnis, ante aliquot annos novam salis mensuram adinventam esse edoctus sum, quæ quartâ parte minor fuit eâ, quâ mercatores Hanseatici ordinariè in admetiendo frumento olim usi fuére: quâque vicissim ejus regni incolæ salem nostris admetiri consueverunt:

8 Consimilem fraudem à Judice salis admitti etiam; qui cogit nautas aliâ mensurâ salem in naves recipere, & alia majore eximere & remetiri. Unde fit, ut, cùm in traditione salis nautæ necessariò succumbant, vecturæ dimidio nonnunquam mulctentur, vel famosâ aliquâ actione iniquissimè divexentur.

9 Cùm tamen Princeps maximoperè curare debeat, ut sub æquali pondere & mensura commercia in universo suo territorio exerceantur. Keckerm. *System.polit. lib.1. cap.8.* atq; sint certi præfecti, qui istarum mensurarum & ponderum curam gerant; sicut apud Romanos olim, & hodiè apud Venetos, receptum. Piso Soac. *de Rom. & Venet. magistrat. compar. c.85.*

Hocque Politici imprimis suadent, & 10 allegant mandatum DEI, *Deut. 25. v.13.* ubi ita vox divina: *Non habebis in sacculo diversa pondera, majus & minus: nec erit in domo tua modius major & minor. Pondus habebis justum & verum, & modius æqualis verus erit tibi; ut multô vivas tempore super terram, quam Dominus DEUS tuus dederit tibi. Abominabitur enim DEUS eum, qui facit hæc, & aversatur omnem injustitiam.* Idem ferè habetur *Levit. 19. vers. 35.* Non enim est modius, qui iniqvus est. *l. Paulus respondit. ff. de V. S.* Pondus quippe & statera judicia Domini sunt. *Proverb. 16. vers. 11.* Et scripsit Luc. de Penn. *in l. modius. C. de susceptor. Præpos. & arcar.* ignorantiam hîc excusationem non præbere. *l. sed & addes. §. 1. ff. Locat.* & subdit: DEUM hæc vitia suâ justitiâ punire & vindicare. Et *Micha. 6.* reperitur text. *Adhuc ignis in domo impii, thesauri iniquitatis, & mensura minor, iræ plena.* & ibid. *Numquid justificabo stateram impiam, & sacelli pondera dolosa. In quibus divites ejus repleti sunt iniquitate, & habitantes in ea loquebantur mendacium, & lingua eorum fraudulenta in ore eorum.* Quomodo 11 autem hi falsarii mensurâ & pondere justô abutentes puniantur, pluribus *infr. lib. 4. cap. 5. n. 21. & seqq.* videbimus.

LIB. III.

CAPUT I.

De
Judiciis & Curiis Mercatorum singularibus. Ubi primò de eorum COLLEGIIS & Sodalitiis, vulgò Compagnien.

SUMMARIA.

1. *Partitio hujus Libri 3.*
2. *Judicia Mercatorum singularibus gaudent privilegiis.*
3. *Judicia Mercatorum quomodo Græcè dicta.*
4. *Jure Weichbildico Saxonum probantur Judicia Mercatorum.*
5. *Emporia hodiè sua habent Collegia & matriculas.*
6. *Quod jure fit & ratione.*
7. *In matricula non descriptus, Mercator non est.*
8. *Collegium unde dictum, & quot illud constituant.*
9. *Collegium quomodo differat à corpore, Universitate & Societate.*
10. *Collegii Synonyma.*
11. *Collegia regulariter improbantur, nisi specialiter concessa.*
12. *Consuetudine, observantiâ & præscriptione constituuntur Collegia.*
13. *Collegia præsumuntur fieri ob malam causam.*
14. *Factiones titulo collegii solent fieri.*
15. *In Gallia Collegia & Sodalitates sunt prohibitæ.*
16 *Eadem prohibitio in multis Germaniæ Civitatibus adhuc reperitur.*
17. *Collegia Mercatorum approbantur.*
18. *Collegia Mercatorum Immunitatibus fruuntur.*
19. *Collegiatorum uni, nullis post se relictis cognatis defuncto, non fiscus, sed collegium succedit.*
20. *Navicularii an Exercitores?*
21. *Collegium succedit Jure Sodalitatis.*
22. *Collegia Mercatorum à Numa Romanorum Rege instituta.*
23. *L. final. C. de Collegiis.*
24. *Collegia Mercatorum olim certa celebrarunt convivia, & n. 39.*
25. *Locus T. Livii de Introductione Collegiorum Mercantilium.*
26. *Dedicatio ædis Mercurii, & Idus Maji Mercatorum festum.*
Ubi Mercatorum Vota & Preces pulchrè ex Ovidio.
27. *Collegium Mercatorum maritimorum olim in Insulâ Rhodo celebre.*
28. *L. 9. ff. ad L. Rhod. de jactu verus sensus.*
29. *Collapso collegio Rhodiensium, Gottlandia Commerciis cœpit efflorescere ex Winetha urbis ruinis. ubi error M. Steph. attingitur.*
30. *Jus Nauticum Wisbuæ Gottlandiæ Emporio olim latum.*
31. *Quomodo potestas & facultas juris nautici in LUBECAM translata sit.*
32. *Cur LUBECA dicatur mater Hanseaticarum Civitatum.*
33. *Ad Collegium Lubecense appellatur à quibusdam Civitatibus Hanseaticis.*
34. *Collegia Mercatorum celebriora ad mare Balthicum sita.*
35. *Compagnia quid?*
36. *Fratres unde dicti.*
37. *De Collegio seu Compagnia familiarum antiquiorum, vulgò Circulariorum Reipubl. Lubecensis, ejusq; origine.*
38. *De Conventu & Convivio Circulariorum vulgò* Circkelbrüder.
39. *Locus Convivii & Conventûs circulariorum antiquus & modernus.*
40. *Exempla collegiorum antiquorum in quibus convivia celebrata.*
41. *Ἀγάπαι primitivæ Ecclesiæ.*
42. *Venetorum & Helvetiorum instituta, circa convivia collegiatorum.*
43. *De Collegio præcipuorum civium & Mercatorum Reip. Lubec. vulgò* Die

Kauffleute Compagnei/ *ejusq; origine, & restauratione.*

44. De Collegio Scandinorum in Republ. Lubec. vulgò. Schonenfahrer Schütting.

45. Captura piscium & Harengorum abundantissima olim in Scania.

46. Domicilia & jura, quæ in Scania habent Hanseaticæ Civitates.

47. Commercium Scanicum quomodo decrevit.

48. Epula publica hujus collegii.

49. Quibus Insignibus utantur fratres hujus collegii.

50. Cur hæc collegia non sint sodalitates illicitæ.

51. Requisita & Jura horum collegiorum.

52. Collegia à superiore sunt confirmanda.

53. Collegia habent suos seniores.

54. Collegia singularibus utuntur Sigillis.

55. Collegiati communem possident arcam.

56. Collegiati secundum statuta strictè vivunt.

57. Collegiati suos habent officiales & minimos.

58. Collegiati singulari utuntur ornatu.

59. In hæc collegia adoptantur omnium ordinum Viri Integerrimi & clarissimi.

60. Ipsi interdum Principes in hisce collegiis substiterunt.

61. Usus publicus suasit hæc collegia.

62. Magistratus superior omnibus non potest invigilare.

63. Consilium Jetronis in gradibus administrationum in Republ. observandum.

64. De origine, institutione & privilegiis societatis Indicæ orientalis, quæ est in Hollandiâ. vulgò die Ost-Indische Compagnie.

65. Collegii Orientalis Ind. contribuendi partes ubi?

66. Magnitudo & felicitas Batavorum ex Constitutione Societatis Orientalis Indicæ.

67. De Administratoribus Societatis orientalis Indæ.

68. De officiis Administratorum hujus societatis.

69. De pactis conventis & ordinationibus hujus societatis.

70. Potentia & fœdera Hollandorum ex hac societate nata.

71. Privilegium Hollandorum novam Guineam operientibus datum.

72. Enumeratur emolumentum & incrementum Batavis è mercatura accrescens, ex Wilh. Wseling.

73. Ordines Belgii tempore Induciarum. Anno 1608. in postulata de intermittenda navigatione Indica consentire noluerunt.

74. De origine fundatione & privilegiis collegii occidentalis Hollandiæ. vulgò West-Ind. Compagnie.

75. Octroy by de Hooghmogendd-Heeren Staaden General verlehnet aen die West-Indische Compagnie. *de dato 3. Junii Anno 1621. ubi & de ædificiis utriusq; orientalis, & occidentalis collegii.*

76. Argonautica Gustavi Adolphi Regis Sueciæ.

77. Intentio & Rationes Regis Suec. circa hoc negocium.

78. Ampliatio hujus Argonauticæ.

79. Argonautica hæc Imperii Rom. Germanici Statib. fuit commendata.

80. Rex Daniæ collegium Mercatorum Islandiæ constituit.

81. Commercii Hispanici Societas ab Imp. Ferdin. II. Hanseaticis commendata.

82. De necessitate & utilitate horum collegiorum mercantilium, in benè constituta Republ. ex Gallico scriptore.

83. Cur privatis certo collegio vel societati non addictis versus loca exotica negociari prohibitum?

84. Quomodo bonum publicum per hasce societates propagetur.

85. Semina Religionis per Commercia sparsa.

86. Num extranei in hisce societatibus admittendi? remiss.

87. Alia circa utilitatem horum collegiorum, remiss.

88. Nocivæ societates Mercatorum Recessibus Imp. prohibentur.

89. Ad exemplum Argonauticæ Gustavianæ Dux Holsatiæ societatem in Persiam instituere laboravit, sed irritò successu.

Hacte-

1 Actenus de rebus mercatorum privilegiatis, tàm Corporalibus, quā incorporalibus; Jam de eorum JUDICIIS, & quomodo in iis singulari modò procedendum, disquiremus. Id verò quadruplici ratione declarare poterimus. 1. Si de eorum collegiis. 2. De jure proprio, consuetudinibus, & Statutis. 3. De Judicibus & Consulibus mercatorum, eorumq; jurisdictione, officio, Salario, & remotione. 4. De processu eorum summario; videlicet Litis contestatione, libellis, exceptionibus, probationibus, Instrumentorum editione, sententia, appellatione & executione quædam subjungantur.

2 Judicia & causas mercatorum singularibus quoque gaudere juribus docent Dd. communiter *ad l. singularia. 15. ff. de reb. cred.* & Rob. Marant. *in spec. aur. part. 4. dist. 9. n. 48.* & ibi P. Foller. *cum seqq.* quæ Græcis dicta Judicia ἐρανικὰ. ἐμπορικὰ teste Aristotel. *in lib. Nicomachiorum.*

3 Item δίκαι ἐρανικαὶ καὶ ἐμμηνικαὶ quæ menstruæ fuerunt. Salmas. *de usur. cap. 3. p. 47. 48.*

4 In jure Weichbildico Saxonum *art. 9.* refertur, quòd Mercatores Cæsarem sollicitarint, ut illis jus altius commercii concederet, & habet textus hæc verba: Atque tunc Rex concessit illis alia sublimiora & talia jura, qualia ipse quotidiè in suis judiciis, suaque observabat aula &c. Unde Glossator Juris *Weichbildici, & speculi Saxonici. per* Christoph. Zobel. *Anno 1595. illustrati* & publ. juris facti *pag. 459.* Das Marckrecht were ein solches Recht / welches die Marckleute unter sich selbst setzen / von ihrer selbst Wilkühr / nach der alten Gewonheit / als die von Aach und die von Cölln am Rhein und andere gute Städte halten nach Carolus Recht / die zu Sachsen im Lande nach ihrer selbst Wilkühr leben.

5 Hæc autem jura consistunt primò in hoc, ut COLLEGIA & sodalitia habeant propria. In plerisque enim hodiè Emporiis consuetudo viget, ut mercatores sua habeant collegia; & in iis matriculas, quibus inseruntur nomina mercantium; veluti in plerisque Civitatibus Hanseaticis & maritimis id observatur, ut mercatores, pro diversâ mercimoniorum conditione, in diversa dispescantur collegia; quibus introductis, consequens est, neminem ad id genus mercimonii in civitate admitti, nisi nomen ibi profiteatur & recipiatur; sicut multa exempla sunt ubique interdictæ cæteris, & ademtione mercium vel aliàs graviter punitæ mercaturæ. Quod ut jure fit; ita ra- 6
tione & præjudiciis confirmat Berlich. *decis. 150. n. 32. & seq. part. 1.* Inde ea 7
nascitur conclusio, quòd ille, qui in matricula descriptus non reperitur, mercator non sit. Cravett. *cons. 138. n. 5.* Rol. à Vall. *cons. 99. n. 33. vol. 2.* prout nos suprà demonstravimus. Dicitur au- 8
tem collegium, quando plures simul cohabitant; sic dictum, quoniam plures ejusdem conditionis simul ad idem munus eandemque potestatem colliguntur. Gl. *in rubr. ff. de coll. illic.* & ibi Br. Nicol. Losæ. *de jur. univers. part. 1. c. 2. n. 53.* Dan. Ott. *de jur. pub. cap. 21.* ad quod constituendum tres ad minimum requiruntur. *l. Neratius. 85. ff. de V. S.* Losæ. *d. l. n. 57. & seqq.* Differt 9
à corpore, quòd corpus sit plurium collegiorum conjunctio; ab universitate, quòd illa sit omnium familiarum, collegiorum & corporum, ejusdem oppidi juris communione sociata multitudo. Bodin. *lib. 3. de repub. cap. 7.* Differt à societate in hoc, quòd illa dicatur, quando simul non cohabitant. *gloss. prim. in l. 1. ff. quod univers. nom.* Hinc. Br. *in d. rubr. ff. de Colleg. illic.* Collegia dicit multa habere nomina. Nam 10
quædam Collegia appellantur Societates. *l. 1. in pr. ff. quod. cuj. univers. nom.* ut quæ in vectigalibus, aurifodinis & salinis contrahuntur. Gothofr. *ad d. l. 1.* Quædam fraternitates, unde de tali collegio appellantur confratres (quales sunt de jure Canonico, qui in uno Ecclesiæ seu Capituli gremio vivunt) vid. *infr. num. 36. huj. cap.* Quædam sodalitia, Græcè ἑταιρεῖαι & ἑταιρίαι: Unde illi de tali Collegio dicuntur Sodales.

dales. *l.1. l. sodales. ult. ff. de Colleg. illic.* Quales sunt propriè hi, de quibus modò nostra erit dissertatio, licet communiter hæc vocabula confundantur, vleg. Matth. Steph. *lib.2. de Jurisdict. part.2. cap.8. num.56. & seqq.*

Hisce ita præmissis, quamvis veris-
11 sima sit hæc juris regula: Collegium omne esse reprobatum, quod non specialiter vel à jure vel à Principe seu Magistratu approbatum. *l.1. ff. d. t. de coll. illic. l.1. ff. quod cuj. univers. nom.* Br. *in l. si quis à filio. §. si parti. n.1. ff. de legat. 1. l.3. §.1. de coll. illic. c. delecta.14.* & ibi *Innocent.X. de Excess. Prælat.* Nicol. Böer. *tr. de seditiosis. c.5. num.1.3.4.* Br. *in l. ult. num.5. ff. d. t. & in l. ex hoc*
12 *jure. num.7. ff. de J. & J.* Dico à magistratu approbatum, non autem semper necesse est, ut expresè fundetur & à magistratu constituatur Collegium. Sed sufficit, ut is bonô publicô id patiatur & permittat. Wesenb. *tr. Quod cuj. univers. nom. num.2.* Concessio namque præsumitur ex diuturno tempore, quò iis, qui aliquam exercent negociationem, tanquam collegæ palam convenire soliti, & sigillô arcâq; communi usi sunt. Tib. Decian. *in tract. crimin. lib.7. c.20. n.22.* Consuetudinis autem Immemorialis tanta est vis, ut potentius Jus esse censeatur, quod per eam acquiritur, quàm quod per privilegium expressum, per Cravett. Knich. Schrader. & alios supr. *allegat. lib.1. c. 5. n.36.* cui add. Dn. Mev. *lib.4. tit.13. art.3. & fin. n.9. de Colleg. & Conv. Statu-. Lubec.* Cùm tales congre-
13 gationes, præsertim singularium personarum, non integrorum corporum per observantiam approbatorum, sine permissu superiorum factæ, præsumantur fieri ob malam causam. Alexand. *in Apost. ad* Br. *in l. fin. vers. non valent. ff. de coll. illic.* Cravett. *cons.4. n.1.* Ægid. Boss. *tr. crim. de læs. Maj. crim. n.24.25.* Item ob monopolia, quę prohibita in Recessib. Imperii & in Reform. Sigism. Imp. ap. Goldast. citant. Limnæ. *ad Capitul. Imp. Carol. V. pag.233. & seq. verb.* Grosse Gesellschafften der Kauffleute. nuper. Capitulat. Leopoldi *Imp. art.20.* & in dubio, unio sit de genere delicti. *l. dolum. C. de dol. l.1. C. ad L. Corn. de Sicar.* Quapro- 14
pter T. Livius *lib.39.* plures factiones, titulô Collegii novi, ad nullius non facinoris societatem coire notat. Quod Coloniæ Agrippinæ sæpè compertum esse docet Paul. Busius *disquis. Polit. 6. th.16.* Sicq; Guid. Pap. *q.106.* attestatur, in Curia Francica hoc non licere; quapropter & ad evitandum fraudes & ma- 15
chinationes, quæ contra Principem committi possunt, omnes in Gallia sodalitates sublatas esse Constitutione Francisci I. *de an.1539.* refert Boer. *decis. 60. n.12.* Noribergæ etiam nulla opera- 16
rum aut artificum admittuntur conventicula, nō epulæ solennes, nec convivia festiva multorum, nisi religionis aut exequiarum causâ, fortasse ne dum ebrii inter se more Persarum de Repub. disputantes, periculosæ seditiones ex ejusmodi congressibus suppullulent. Abraham. Ortel. *in theatr. orb. in descript. agr. Norici fol.55.* Ut & post bellum Smalcaldicum in multis Civitatibus Imperialibus Tribûs die altē Zünffte abolitas fuisse testatur Christoph. Besold. *dissert. Jur. Polit. de Colleg.3. c.1. n.3.* Cum quo coincidunt Statuta Reipub. nostræ Lubecens. *lib.4. tit.13. de Conventic. illic.* imprimis *artic. fin.* Hisce tamen 17
non obstantibus, Collegia mercatorum, sicut & aliarum personarum, in civitate unam eandemq; artem facientium, de jure communi esse approbata statuimus per *Nov.4. de fidejuss. c.3. §. ult. C. de constit. pec. l. ult.* & ibi Br. *num.8. ff. de Colleg. illic. l.1. in pr. cum gl. & §.1. ff. quod cuj. univ. nom.* quæ artes & negotiationes enumerantur *in l. fin. ff. de jur. immun. gl. in d. l.1.* & ibi Br. *num.1. & 2. ff. quod cuj. un. nom.* Christinæ. *vol.3. decis. cur. Belg. 98. num.2.* Vid. Mev. *Comm. in Jus Lubec. lib.4. tit.13. artic.3. per tot. ubi plura de Colleg.* Quibus etiam Colle- 18
giis & corporibus Immunitatis privilegia à jure concessa sunt. *l. pen. & ult. ff. de jur. immun.* Nicol. Losæ. *d.p.4. de jur. univ. cap.2. num 80.* Dan. Ottho *de jur. pub. cap.21. in fi.* Matth. Berlich. *decis. 150.* Ad quæ inter 19
cætera

cætera referendum, quòd si uni horum collegiatorum nulli agnati neq; cognati, neque conjux post mortem extiterint, fisco in bonorum successione præferatur. *l. si quis navicularius t. C. de hered. decur. navicul. &c.* Verba legis hæc sunt: *Si quis navicularius sine testamento & liberis vel successoribus defunctus sit: hæreditatem ejus non ad fiscum sed ad corpus naviculariorum, ex quo fatali sorte subtractus est, deferri præcipimus.* Constant. Imp. ad Masti-
20 chianum Præfect. annonæ. Navicularii autem, ut Budæus tradidit *in l. 1. Naut. caup. stab.* navium sunt domini, quos Patronos appellat stylus mercatorum. Strach. *de Navib. n. 11.* qui & sunt Exercitores. Cujac. *10. ad Rubr. ff. de Exerc.* ibique *Corp. infort.* Hinc „Tacitus, Atque inde decursu in littora „vim in mercatores aut navicularios
21 audebant. Et hoc obtinet jure collegiorum & sodalitatis, ut Decurioni Curia succedat. *l. 4. C. d. t. de Navic. hered.* militanti in legione aut vexillatione aut cuneo, Legio, vexillatio, aut Cuneus. *l. 2. de Veteran. & milit. success. l. 2. C. de hered. decur. l. 6. §. ejus qui. 7. ff. de injust. rupt. irr. test.* cohortali cohortales. *l. 3. C. d. t. de her. decur.* devoto Ecclesia, aut monacho monasteriũ sive Ecclesia. *l. 20. C. de Episc. & Cler.* & cohortes liberalitatis Principis sibi invicem. *l. unic. C. si liberalit. Imp. soc. gloss. in l. 1. ff. & C. unde vir & uxor.*
22 Hæc autem Collegia à Numa Pompilio Romanorum Rege instituta esse, post Plin. *lib. 34. cap. 1.* Valer. Max. *lib. 1.* & Cic. pro Dom. & Sext. scribit Plutarch. his verbis: *Posteà Numa Pompilius, ut differentiam Populi pluribus odiosam tolleret, quâ alii dicebantur Romani, alii Quirites; alii Tatii, alii Romulei, alii Sabini &c. introduxit artium & negociationum divisionem, eorumq; Collegia & sodalitates. Et redigens singulas artes in unum, singulis artibus Collegium constituit, sodalitatem, conventum, & sacra unicuiq; generi propria.* Et alibi: *Inter reliqua ejus* (Numæ scilicet) *statuta, distributio multitudinis secundum artificia in summa est admiratione; suâq; divisione id consecutus est, ut omnibus cum omnibus conveniret ac commercia intercederent.* Vid. Christoph. Lehmann. in der Speyrisch. Chronic. *lib. 4. cap. 14.* Bodin. *3. de Repub. 7.* L. Florus verò eorundem & similium Collegiorum Servium Tullium authorẽ facit. De quibus Lex Solonis refertur à Cajo JCto in *l. fin. ff.* 23
de Colleg. Ἐὰν δὲ δῆμος ἢ φράτορες ἢ ἱερῶν ὀργίων, ἢ ναῦται, ἢ σύνσιτοι, ἢ ὁμόταφοι, ἢ θιασῶται, ἢ ἐπιλίαν οἰχόμενοι, ἢ εἰς ἐμπορίαν ὅτι ἂν τούτων διατίθωνται πρὸς ἀλλήλους κύριον εἶναι, ἐὰν μὴ ἀπαγορεύσῃ δημόσια γράμματα, i. e. *Si aut plebs vel fratres, vel sacrorum sacramentales, vel nautæ, vel confrumentales, vel qui eôdem sepulchro sepeliuntur: vel sodales, qui & multum habitantes sunt, enimverò ad negociationem, vel quid aliud, quicquid hi disponent, adinvicem firmum sit; nisi leges publicè hæc prohibuerint.* Lycurgus 24
Cives non tantum sodalitiis ac societatibus, ut hîc Numa & Solon, sed etiam perpetuis conviviis devinxit; quæ convivia, quòd amicitiæ causâ colerentur, φίλτια dicta sunt, non φειδίτια, ut Plutarchus à Parsimonia deducit. Plura de horum Conviviorum vario usu vid. apud Bodin. *lib. 3. de Republ. cap. 7. p. 514. & seq.* De mercatorum 25
verò Collegio ab Appio Claudio & P. Servitio Coss. confirmato, speciatim & expressè ita Liv. *lib. 2. cap. 27. histor. Rom. Certamen Consulibus inciderat, uter dedicaret Mercurii ædem, Senatus à se rem ad populum rejecit, utri eorum dedicatio jussu populi data esset, eum præesse annonæ MERCATORUM COLLEGIUM INSTITUERE. Solennia pro Pontifice jussit suscipere.* Hujus au- 26
tem ædis Mercurii dedicatio facta est Idibus Maji Anno Urb. R. 259. quô die Mercatorum festum semper fuit, teste Rosino *lib. 4. antiq. Rom. cap. 9.* & Alex. ab Alex. Gen. dier. *lib. 3. cap. 18.* Nam è Mercurii fonte ad portam Capenam mercatores aspergebant se laureô termite immersô uberioris quæstûs gratiâ. Unde Ovid. *lib. 5. Fastor. circ. fin.*

Te quicunq; suas profitentur vendere merces
Thure dato, tribuas, ut sibi lucra rogãt;

Est aqua Mercurii portæ vicina Capenæ:
Si juvat expertis credere, numē habet.
Huc venit incinctus tunicâ MERCATOR & urnâ
Purus suffusâ, quam ferat, haurit aquam.
Uda fit hinc lauro: lauro spargūtur ab uda
Omnia, quæ dominos sunt habitura novos
Spargit & ipse suos lauro rorante capillos,
Et peragit solitâ dicere voce preces.
Da modo lucra mihi: da facto gaudia lucro.
Et fac ut emptori verba dedisse juvet.

27 Et quidem olim in Imperio Rom. præcipuè fuit Collegium Magistrorum & exercitorum navium, nec non mercatorum maritimorum in Civitate & Insula Rhodo. Unde Cicero *pro L. Manil. Rhodiorum usq; ad nostram memoriam disciplina navalis & gloria remansit.* Cui tantum juris prærogativi attributum est, ut in decidendis controversiis nauticis eam Insulam Antoninus Imp. maris dominam appellârit, qui earum cognitionem & dijudicationem à se abdicavit, eique privativè

28 communicavit; patet id ex *l.9.ff.ad L. Rhod.de jact.* (*cujus l.9.* verum & genuinum sensum vid. ap. Jo. Selden. *lib.1. de domin. mar. cap.25.*) & legibus Rhodiorum navalibus infrà *c.3.* denominatis. Verùm, cùm hæc Insula decessionem pateretur, irruptione nimirùm variarum gentium, & præsertim Sarracenorum, paulò ante Carolum Magnum, quando & aliæ Insulæ maris mediterranei à Saracenis occuparentur, exinde factum est, quòd navigia celebriora ibidem esse desierint: quæ tandem in Oceanum Orientalem seu ma-

29 re Balthicum translata sunt. Et siquidem Insula Gotlandia, quæ tunc à Gothis occupata, præ cæteris commoditate & usu commercii valebat, Jus nauticum, & hoc Collegium mercatorum in oppidum ejus Insulæ nomine Wißbüe transportatum est. Alb. Crantz. *lib. 2. Wandal. c.20. circ. fin.* Pont. *disc hist. lib. 2. c.9.* Gryphiand. *de Insul. c.31 n.80.* Berth. *3. Comment. in Wisbya.* De cujus jure nautico vid. *infr. c.5 huj. lib. in fin.* Est autem urbs Gothlandiæ Wisbua antiquissima, ex Winethæ urbis Wandaliæ fluctibus submersæ ruinis, à Gothis reliquias in hanc Insulam transportantibus extructa. P. Berth. *d. lib.3. comment. in Wisbya.* De hoc Winethæ Emporio celeberrimo in Oderæ ostio sitæ elegant. Helmold. *1. Chron. Slav. 2.* Chytr. *in append.* Crantz. *Metropol.* Philip. Melancht. *in Orat. de Jo. Bugenhagen* Venetam nominat, respexitq; eodem Interpres Chronici Carionis. adde Adam. Bremens. ut hæc æquivocatio ominis forsan causam dedisse errori videatur Matth. Stephano, ut *l.2. de jurisd. pr. c.7. n.6.* scripserit à Rhodo amissa mercatum ac rei navalis scientiam in hanc Insulam Gothlandiæ Wisbyam migrasse, cùm id à loci marisq; distantia redarguatur, imò longè antiquior sit Septentrionalium peritia ac potestas maritima in suo freto, quàm ut ab illa mutatione inchoari debeat.

Quicquid sit, certum est ab urbe 30
Wisby profectas esse leges nauticas TransRhenanis populis usitatas. Unde H. Grot. *in florib. ad Jus Justinianæ. de Lege Rhodia p.117. Lex Rhodia*, inquiens, *navalis pro Jure Gentium in illo mari mediterraneo vigebat; Sicut apud Galliam Leges Oleronis, apud omnes TransRhenanos Leges Wisbuenses.*

Quando autem ad ora Balthici ma- 31
ris, Dei beneficiô, plurimæ fundarentur Civitates, quarum in numero LUBECA nostra præ aliis eminet, tum tandem etiam omnis potestas & facultas juris nautici in eam urbem translata est, ut ab ea res seu controversiæ mercantiles & nauticæ, si aliter amicabili transactione inter partes componi nequeant, cognoscerentur, & juris viæ terminarentur. Matth. Steph. *de Jurisd. d. l.2. part.2. c.7. n.8.9.* Gryph. *d. c.31. n.84. & seq.* Idcircò haud immeritò Lubeca 32
dicitur mater reliquarum Civitatum. *arg. l.6. §.2. ff. de excus. tut.* Quod cæteræ omnes sociæ Civitates, quotiesde mercimoniis promovendis & collegii privilegiis consilia capienda & concilia celebranda sunt, ad hanc tanquam matrem confluant, seque eidem, ceu primario suo membro jungant. Jo. Sibrand. *p.1. sect.11. Jur. pub. Lubec. n.1. & 2.*

Ad

Ad quam similitudinem posteà civitates aliæ, maximè verò maritimæ pleræque sua collegia nautica, sive mercatoria constituerunt, in quibus controversiæ mercatoriæ & nauticæ decidantur, vel aliàs de rebus & contractibus maritimis agatur & convenia-
33 tur: Aut tandem, si ibidem lis decidi non possit, ad supremum collegium Lubecense, ejus dijudicatio & decisio, prout paulò ante dictum, committere-
34 tur. M. Steph. *d. l. n. 9. & 10.* In hoc ordine Collegiorum, ad mare Balthicum sitorum, & Regii Dantisci nobile illud collegium mercatorium, in quo sunt mercatores, nec non aliæ celsæ conditionis & litterarum scientiâ eminentes, **der Junckerhoff**. De cujus jurisdictionis forma & facultatibus non est hujus loci disserere. Rostochii itidem habentur alia collegia, quæ vocant **die Lage**. Sedinenses suum vocant **das Segelerhauß**. Inter quæ Lubecensium & Hamburgensium Collegia facilè primum vel parem locum obtinent. Matth. Steph. *d. l. num. 15.*

35 Non possum hôc locô nec debeo non meminisse Collegiorum quorundam, in Repub. nostra patria clarorum, quæ Compagnias, Germanicè **Compagnien** vocant, omninò aptè & concinnè; quia vocabulum exoticum **Compagne** Compaigne dicitur, **ein Gesell**; & Compagnia in suo idiomate **eine Gesellschafft**. Nihil enim aliud sunt hæc Collegia, sive Compagniæ, quàm Compages, societates, & fra-
36 ternitates. Unde Collegiati, & quos illi ad se recipiunt, vocantur Fratres, **Brüder**. Nam, principiò sodalitia contracta fuerunt ab iis, qui, quòd ex eodem puteo, seu φρέατος, aquam haurirent, φράτορες seu fratres sunt appellati; inde quoque φρατρίαι dictæ. Bodin. *3. de Re-*
37 *pub. c. 7.* Sunt autem in Civitate Lubeca horum præcipua 3. Primum est Familiarum antiquiorum, vulgò Circulariorum, ita dicti ab eorum insigni, quo in hac societate utuntur. Hoc initium duxit circa annum 1379. Fundatoribus Dominis Gerhardo & Hermanno **Darsow** / fratribus germanis, Marquardo **vom Damme** / Jacobo **Holck** / Hermanno **Moer** / Baldvvino **Spegeler** / Johanne & Henrico **Meteler** / itidem Germanis, & Arnoldo de Ponte; quæ Compagnia, uti vocant, A. 1485. ab Imp. Frider. III. confirmata est. Convenerunt olim fratres huj⁹ Col- 38
legii certis & statis anni temporibus, locô ad id destinatô, qui à S. Olao, eorũ olim Patrono, dicebatur **die Olausburg**, ubi solemnia celebrantes symbola, juniores cooptatos salutaribus monitis informarunt, & de fundati hujus collegii caussis, certis adhibitis solennibus, graviter disseruerunt.
Quod convivium in modo dicti S. O- 39
lai castro, in fluvio Wagenissa situato, ultimâ vice celebratum fuit, Anno 1510. Circa quæ tempora prædictus locus turbulentis temporibus ingravescentibus, vetustate collapsus est. Quapropter Collegiati alium congregationi aptum locum in Civitate constituerunt, in quo adhuc pro lubitu conveniunt, & statis anni diebus, prout reliqua collegia, epulantur; Idque Pom- 40
pilii, Solonis, & Lycurgi LLatorum exemplô; qui non modò, ut suprà dictum, omnium Ordinum Collegia instituerunt; sed ea quoque sacrificiis solennibus ac epulis, quæ statis anni diebus fierent, obligârunt. Plutarch. *in Num.* Dionys. Halycarn. *lib. 2.* Quamobrem inter Cretenses quoque omnis olim ætatis ordines ac sexûs, simul publicis in locis epulabantur, ut caritatem ac mutuam inter ipsos benevolentiam foverent: Sed posteà sexûs & ætates suis quibusdam ordinibus, ad perturbationem Civium vitandam, placuit describi. Aristot. *in Polit.* Nec aliam ob caussam, legibus divinis, convivia sacra, statis temporibus summâ lætitiâ coli jubentur; quàm ut religione erga Deum & amicitiâ inter se cives conciliarentur, vid. Lud. Lauather. *in suo Nabali. homil. 9. pag. m. 103.* 2. ubi Convivia ut Instrumenta Societatis Civilis approbat. Quæ convivia prin- 41
cipiò nascentis Ecclesiæ, quòd mutuis amplexibus & osculis terminarentur, ἀγάπαι appellata sunt. Veneti non 42

ficta sed vera convivia, sæpius etiam Helvetii ordinibus Civium & opificum in Collegia descriptis summâ curâ prosequuntur. Bodin. *d. l.3. cap.7. de Rep.*

43 Alterum Lubecensium Collegium est mercatorum præcipuorum, aliorumque virorum integerrimorum; & dicitur κατ' ἐξοχὴν der Kauffleute Compagnie. Quod Collegium Dnn. Ludovico à Thünen / Johanne Witinghoff / Brunone Brüskow / & Henrico Brombsen U. J. Licent. Consulibus, piâ & devotâ intentione fundatum est Anno 1495. Constitutis 33. Præbendis seu Eleemosinis, olim in Cænobio D. Catharinæ, nunc verò in ædibus huic sodalitati dicatis, distribuendis. Quibus per 50. ferè annos quietè possessis, exortisque, ob mutatam religionem, intestinis dissidiis, non solùm omnes honestæ congregationes vehementer turbatæ & interclusæ, verùm etiam id ipsum ita desuetudine abolitum & facultatibus diminutum fuit; ut ex egregio, quô instructum erat, thesauro, vix paucissimæ superfuerint reliquiæ. Hoc dissipatum sodalitium, in obscuro remansit usque ad annum 1581. quô fratrum antiquorum heredes, spectabilium quorundam Civium petitis moti, ab Amplissimo Senatu ejus restitutionem & redintegrationem impetrando, eidem pristinum nitorem conciliarunt. Sequenti anno 1582. consentiente Senatu Dominis Johanne Brokes / Hermanno à Dorne, Johanne Lüdinghusen / & Joachimo Lüneburg Coss. & Dn. Paulo Rönnefeld / & Joachimo Wibbeking / ex Senatorio ordine ad id Commissariis deputatis, dilapsum hoc ædificium; electis, more receptô, triginta personis, sedecim præbendis ordinatis, & collegii Statutis revisis, inque certa capita dispartitis, iterum restaurârunt; &, ad exemplum cæterorum Collegiorum, cooptando semper, in locum defunctorum, novos fratres suos, conventûs & convivia publica celebrârunt.

44 Tertium, dicitur Collegium Scandinorum, vulgò der Schonenfahrer Schütting / & numerô & ætate cæteris hodiè præpollens. Hoc quippe in ipsa Civitatis infantia, prævio magistratûs consensu, ab illis mercatoribus fundatum, qui versus Daniam & Scaniam mercaturam (quæ potissimùm in emendis & vendendis halecibus, seu harengis salitis constitit) gesserunt. Circa has etenim Cimbricæ Cherso- 45
nesi, Jutiæ & Falsterboæ oras tanta olim captura horum piscium facta, ut, teste Saxone Grammaticô, *in præfatione historiæ Danicæ*, impacta navigia vix remigii conamen eripuerit, nec præda artis Instrumentô, sed simplici manûs officiô capta. Unde & Isaac Pontanus *discuss. hist. lib.1. cap.14.* Falster- 46
boam præcipuum piscationis locum appellat, ubi adhuc dum domicilia urbium Anseaticarum cernuntur, pleraque vetustate collapsa, nisi quòd Lubecenses & Sedinenses, præteritis annis suas ædes restaurari jusserint; qui etiam quotannis, servandi juris & jurisdictionis, quod superest, Præfectum, vulgò den Schonischen Voigt / illuc mittunt, harengorum horum copiâ, occultô summi directoris rerum hu- 47
manarum aliter atque aliter dispensantis arbitriô, ita accisâ, ut pauci illîc piscationibus jam operentur.

Factum itaque est, ut, decrescente indies hoc commerciô, tractu maris minus foecundo, & halecibus Hollandicis, qui in aperto Oceano ad Britanniam condiuntur, multò inferioribus, membra hujus collegii alios atq; alios mercatores, nullô habitô mercimoniorum aut locorum, versus quos negociantur respectu, in suum consortium adsciverint; & ita conniventibus hactenus superioribus ex collegio quasi corpus conflaverint. Hi quoq; 48
Collegiati, veterum Romanorum & Græcorum exemplô, circa festum Bacchanaliorum, in prædicto loco qui dicitur der Schonenfahrer Schütting / sua celebrârunt epula publica, ad quæ honoratiores nostræ urbis solenniter invitantur; apponendo primùm, in memoriam hujus frequentati & maximè proficui commercii, HARENGUM SALITUM, vinô antè maceratum; mi-

rantibus plerisque extraneis, in cætera ferculorum lautitia, istam vulgaris ci-
49 bi mixturam. Præter hæc Collegii hujus immatriculati etiam suis peculiaribus utuntur insignibus, quæ sunt trium harengorum, quibus in convocandis tribulibus atque obsignandis litteris utuntur, in ipso ædium suarum vestibulo depictis & conspicuis.

50 Nemo verò dixerit, hasce Compagnias & fraternitates esse Collegia illicita. Concurrunt enim ibidem o-
51 mnia requisita liciti Collegii. Primò namque sunt ea non solùm à Magistratu Urbano approbata, & singulari-
52 bus juribus atque privilegiis donata, verùm etiam aliquot eorum ab ipsis Imperatoribus & Regibus confirma-
53 ta. Deinde, hæc Collegia habent suos Rectores & Seniores, qui vocantur Eltisten / Altermänner / penes quos omnis est directio & auctoritas. Paul. de Castr. *in l. 1. §. in filii. ff. ad SC. Tre-*
54 *bell.* Præterea Collegiati utuntur communi sigillô in obsignandis literis & obligationibus liberationibusque ad collegia spectantibus, per *cap. significa-*
55 *vit. X. de Appell.* Collegiati quoque in certo loco conveniunt; tractatûs collegiales negociorum communium exercent; arcam communem, gemeine Lade / habent, in quam reditûs itemque mulctas pecuniarias colligunt. Ludov. Roman. *Cons. 436. n. 6.* ibi: *quia adsunt signa, collegium demonstrantia. n. 7. & seqq.* Felin. *in c. accedentes. 11. X. de præscript. n. 2.* Cardin. Thusc. *tom. 1. verb. Collegium. conclus. 452. n. 2. & 4.* Paul. de Castr. *in l. privatorum. 3. C. de jurisd. n. 2.* Matth. Steph. *d. tr. cap. 6. n. 82. & seqq.* Quæ omnia in hisce sodalitiis sese offerunt, aut ad eorum le-
56 gitimationem offerre debent. Quin amplius observant quoque strictè leges & statuta, secundum quæ collegiati vivere tenentur, ne quid contra honestatem, bonos mores, Reipub. tranquillitatem, & commercii emolumentum, committatur. Quod si verò quis secùs facere attentaverit, ille arbitrariè
57 etiam exclusione punitur. Competit etiam his certa quædam Jurisdictio; de qua cap. seq. Præterea, quòd in multis locis suos habeant ædiles, Advocatos, Procuratores, Notarios & Pedellos. Matth. Steph. *d. c. 7.* Item, 58
quòd singulari insigni ornatu & decenti modô utantur in deductione funerum. Quin & certa loca sunt in templis, quæ ad Collegia & collegiatos spectant. Denique illud prætereun- 59
dum non est, in hasce Compagnias sive sodalitates, tanquam licita collegia, cooptatos & receptos esse; & adhuc cooptari & recipi; in quibusdam locis, omnium ordinum viros doctos, clarissimos, item Consules & Senatores ipsos, nec non primates Populi, tum ejus, tum aliarum Civitatum; ut taceam, ipsos interdum Principes in 60
hisce illustri suo Comitatu substitisse; quod de Philippo Julio, Duce Pomeraniæ, p.m. Gryphisvvaldensium mercatorum Collegium ita cohonestante, attestatur Matth. Steph. *d. lib. 2. de Jurisd. cap. 7. n. 20.* Nemo itaque, ut opinor, dixerit, hæc Collegia esse illicita, sed omni jure permissa. Ut verò 61
in Repub. essent hujusmodi collegia licita, necessarium fuit, ususque publicus ursit. *l. 1. ff. quod cuj. univers. nom. Novell. 4. de fidej. c. 3. §. ult. l. receptitia. 2. §. ult. C. de constit. pec.* Berlich. *decis. 150. n. 32.* Vid. Bodin. *lib. 3. de Repub. cap. 7.* Ubi plures Collegiorum utilitates recenset; præcipuè *pag. 539. 540. & seqq.* tùm propter publica consilia; tùm ut distincta sint officia; eaque non turbentur; nec, quod aliis est concreditum & concessum, aliis subtrahant. *text. eleg. in l. consulta. 23. verb. absurdum est. C. de testam.* Frid. Pruckm. *de Venat. cap. 4. n. 37.* Cùm enim magi- 62
stratus superior, omnibus non possit invigilare, omnia observare & disponere, usus nos docuit, ut gradûs administrationum fierent, & imitaremur Jetronis Soceri Moysis consilium. *Exod. c. 18. vers. 19.* 63

Ad horum Collegiorum exem- 64
plum commerciorumque promotionem faciliorem, institutæ sunt hodiè societates seu Compagniæ mercatorum, versus certas oras negotia tra-

ctantium. In quorum numero familiam ducunt duo hæc Hollandorum celebriora Collegia, Orientalis & Occidentalis Indiæ; vulgò die Ost-und West-Indische Compagnien Hisce etenim populis, etsi, ob terræ sterilitatem, minores quàm cæteris olim fuerint divitiæ; tantum tamen abest, ut ob id fortitudine & animositate aliis cesserint, ut etiam, inter cætera præclarè & fortiter gesta, eos Navigationis & Commercii Indici Inventione longè antecelluerint; diversis quippè itineribus (de quibus vid. Thuan. *lib.124. pag. m. 905.*) hujus regionis incolarumque ingeniis cognitis, tantâ frequentiâ à privatis hæc ipsa navigatio & commercium exercitum fuit, ut alter alterum ferè ivisset perditum. Ad obviandum itaque huic malo, visum fuit Anno 1602. quibusdam hujus navigationis mercatoribus, Præpotentum Ordinum consensu, certum constituere corpus, cujus tantummodò membris hoc commercium maritimum, exclusis cæteris, ad 20. annos concederetur. Quibus, sub promissione 25. mille florenorum, primis decem annis Ordinibus exsolvendorum, impetratis, certum constituerunt Collegium, quod appellarunt die Ost-Indische Compagnie / oder Ost-Indische Farth; cujus maxima contribuendi pars Ambstelrodamo, quarta Middelburgo, vel, ut Thuanus habet, Me-
65 demblico in Selandia; Sexta Delphi, Roterdamo, Hornæ & Enchusæ assignata fuit; ita, ut Capitale hujus societatis, attestante le Conseill. d' Estat *Chap.46.* ad sex milliones sese extenderit. De cujus societatis institutione ita celeberrimus Jac. Aug. Thuanus *lib.130. histor. ad ann. 1604. fol. m. 1021.*
66 *col.1.* Nullâ re magis se prodidit Imperii Ordinum Bataviæ nostris diebus, DEO ita volente, constituti magnitudo & felicitas, quàm navigationum in Indias Orientales susceptarum constantiâ & successu; ad quas, ut ærario parceretur, societates institutæ, cautumque tandem, ut sub unam societatem omnes coirent, quod alioqui experimentô constitisset, aromatum pretia ab Insulanis, ob emtorum frequentiam augeri, & cum alii aliis prævertere & lucrum ad se, aliorum damnô derivare satagerent, ubi concordiâ maximè est opus, æmulationum & dissidii semina spargi. Itaque cùm Jacobus Cornelius Neckius, & rursus ante eum Spelbergius, cum tribus mediocri magnitudine navibus, ante tres aut quatuor annos, ad Indias negociandi causâ profecti essent, & jussu Ordinum VI. naves egregiè instructæ, & XVIII. mensium annonâ impositâ solvissent, Paulô Cardano & Joanne Hadrianiô Cantiô Navarchis, nova ac generalis societas coit Anno 1603. pecuniâ collatâ, cujus sors sexagies centena cIↃ aureorum excedebat, XIII. naves in id instructæ; quarum nomina confœderata IↃccc. doliorum capax, Ambstelrodamum, totidem; Geldria IↃ. Delphi. CCC. Aula Hollandica, CC. Columbula LX; Dordracum IↃcccc. Zelandia IↃ. Horna, IↃcc. Medemblicum CCL. Westfrisia IↃcc. Enchusa CCC. Gouda C. Igitur, ex his, duodecim, exeunte annô, solverant; una Juniô mense alias antevertit; cùm circa veris initium, Vigil nomine, ex India reversa, quinque aliarum felicem adventum nunciasset, quæ paulò post pretiosis mercibus onustæ in Zelandiam appulerunt; Hucusque Thuanus.

Pro hujus commmercii directione, 67
sociorumque emolumento, in unaquaque prædictarum Civitatum certus administratorum numerus est constitutus. Ambstelrodami videlicet XX. Middelburgi XII. in qualibet verò cæterarum VII. Et si qui ex his decesserint, Camera, uti vocant, cujuslibet loci exhibet & præsentat tres; ex quibus ipsi Ordines generales vel magistratus Civitatis unum eligant. Hæ, uti appellitant, Cameræ, eligunt præterea septendecim ex modò dictis administratoribus; VIII. ex Ambstelrodamensibus; IV. ex Middelburgensibus; duos ex Delphensibus & Roterodamensibus; totidem ex Hornensibus

bus & Enchusenis; decimus septimus verò alternis eligitur vicibus à Middelburgensibus & Nort-Hollandis.

68 Horum officium est, prospicere & deliberare, quot navigiis, quóque apparatu & comitatu Classis instruenda & ad quem portum dirigenda. Hic conventus celebratur alternis vicibus Sex annis Ambstelrodami, & duobus
69 Middelburgi. Conventum insuper & conclusum est, ut à quo portu solverint naves, versùs eundem rursus appellant. Aromata & cæteræ merces advectæ, Middelburgi & alibi venduntur pondere & mensurâ Ambstelrodamensi; & Camera, quæ hisce & aliis abundat mercibus, cæteras, quæ iis ipsis indiget, tenetur communicare.

70 Hisce mediis & ordinatâ societatis dispositione Hollandi maximò suorum bonô, commercia non ut simplices mercatores propagarunt; sed veluti absoluti domini cum pluribus Principibus istius loci fœdera inierunt; putà cum Regibus Siam, Quedao, Pataue, Jahor, Malacco, Borneo; Achem, in Sumatra; Bantam; Jacatra aliisque Regibus de Java. Occuparunt Insulam Ambos; ubi constituerunt Præsidem, qui ipsorum nomine illic gubernat. Bandæ, ubi aromata certô asportantur pretiô, exstruxerunt propugnaculum; sicut & Ternatis distans à Portugalensium milliari. Machiani tria habent castra; Motir unum; Gilolo possident hodiè illud, quod
71 Lusitanorum antea fuit. Privilegium novas Insulas, Regiones, fretum sc. Magellanicum & novam Guineam aperientibus ab Ordinibus Hollandiæ datum. vid. ap. Thuan. *continuator. lib. 7. pag. 398. sub Anno 1614.*

72 Hanc utilitatem & quæstum uberrimum, quem ex societatis hujus institutione perceperunt Hollandi, ita exaggerat Wilhelm. Wseling. im Bericht von der Süder-Compagnie in Schweden de Anno 1626. *pag. 30. 31.* Die Holländer und Seeländer hatten für sechzig Jahren / ehe der Krieg angieng / und ehe die Brabänder / Flämmingen und Wahlen die Nahrung zu ihnen gebracht / und die Fahrten auff Ost-und West-Indien / Africa / Türckey / und Italien wol bekand und gebrauchet worden / kaum die Mittel und Macht / daß sie ihre Dämme im Lande unterhalten konten / und nun können sie mit weniger Hülffe der andern vereinigten Provincien / 70. tausent Mann zu Roß und Fuß unterhalten; Ihre Kriegesschiffe / deren 100. an der Zahl / ungerechnet; Die Einwohner seind reich und mächtig geworden / Ihre Landgüter haben sie von eins auff drey und vier erhöhet / und ihre Häuser gelten nun fast soviel in Häuren oder Vermieten / als sie sonsten im Kauff wehren / prout sup. hæc uberiùs.

Et his moti rationibus Ordines con- 73
fœderati Belgii, tempore Induciarum Anno 1608. in iniqua illa postulata, de Intermittenda Indica navigatione consentire noluerunt, non solum quia contra Jus Gentium erant, sed quia fundamentum Reipubl. & vires tentatæ, quæ in sola Indica Navigatione salvæ recumbunt, & magnis divitiarum cumulis exinde acquisitis sustentantur. Nec deerant tunc temporis fidi Lacoontes qui Danaûm insidias patefacerent, hac spe & fine remitti Jura imaginariæ Majestatis, ut subdolâ pace fallaci titulô, ut alibi Tacitus, præcipuô fundô sui patrimonii despolientur. Dominic. Baud. *lib. 2. de Induc. Bell. Belg.* Declarabant quoq; eô induciarum tempore Mercatores Indiæ Orientalis quasi in rationario Imperii, 160. naves milite & annonâ instructissimas quotannis emitti in Indiam, inde immensos reditûs capi, omnes nautas eô beneficio sustentari, qui fame perituri essent, vel occasiones seditionis movendæ quæsituri. Baud. *d. l. 2. p. 132.* Eman. Meteran. *histor. Belg. pac. lib. 38.* ubi elegantem discursum de Indica Navigatione à Collegio Orientalis Indiæ institutum immiscet, ad quem benevolus lector recurrere potest.

Alterum Hollandorum Collegium; 74
est Indiæ Occidentalis, vulgò die West-Indische Compagni; quod originem duxit circa annum 1621. Hujus initia

Ema-

Emanuel Meteran. *lib.38.* hisce descri-
75 bit formalibus: Nachdem unterschiedliche reiche Kauffleute/ wolerfahrene Schiffleute/ und sonst viel Einwohnere der vereinigten Niederlanden/ eine lange Zeithero bey denen H.H. General Staden umb Erlaubnüß angehalten / eine Geselschafft anzustellen / die nach West Indien / und denen daselbst herumb gelegenen Landen handeln und fahren möchten/und Ihr Hochmögen den grossen und überschwänglichen Nutzen vorgehalten hätten/ welchen nicht allein privat Personen/ sondern auch die unirten Provin-
T cien davon hetten. &c. usque: vid. lit. T. in fin. Tractat. Wiewol nun die Herren General Staden allen möglichen Fleiß angewand haben/ die West-Indianische Gesellschafft zu befordern; So hat doch dieselbe in den beyden nachfolgenden Jahren einen schlechten Fortgang gehabt. Hucusque Meteranus continuatus *d. lib.38.* Hæc autem Commercia Indica ut eò felicius procederent, duas domus Ambstelrodami ædificârunt, quas utriusque Occidentalis & Orientalis Indiæ Gazophylacia summo Jure vocari possis, in hæc omnes divitias comportant, cum Hispanis usumfructum novi orbis dividentes. Novimus enim quid Anno 1627. fecerunt, quando ditem classem, aurô, argentô gemmisque ornatam sub ductu Architalassi Petri Hein Hispanis cum magno eorum incommodo eripuerunt. Contin. Meteran. *d. ann.1627.*

76 Ad exemplum harum Societatum Orientalis & Occidentalis Indiæ in Hollandia, Rex Sueciæ Gustavus Adolphus p.m. similem ex Suecia versus hæc & alia longè dissita ora, ante aliquot annos instituit societatem. Cujus Inventor & Author exstitit Wilhelmus Wselinx Antvverpiâ Brabantinus; qui Regiæ Majestati hac de navigatione variis & utilibus præstò fuit consiliis & rationibus, quæ ex parte publicæ luci exposita sunt An. 1626. tractatu, cui titulus: Manifest oder Bericht über der Australischen oder Sü-
N der-Compagnie im Königreiche Schweden. Gedrucket zu Stockholm. sub lit. N.

Quibus rationibus Rex motus modò 77
dictam Societatem eôdem annô 1626. egregiô dotavit privilegiô. Vid. Octroy und Privilegium lit. N.1. Breviter intentio Regis fuit in Americam Magellanicam, & alias longè dissitas regiones mercaturam instituere & quidem ideò, quia ibi pretiosiores essent merces, illa negociatio non æquè cognita esset, & quidem ex Gottenburgo Sueciæ urbe, ex qua meliorem quàm alii haberent commoditatem ob minus periculum à piratis, qui rari essent, deficientibus tutis receptaculis. Sicut in Hollandia observatum, ubi diu laboratum antequam tale collegium potuit introduci.

Hoc privilegium paulò ante præ- 78
lium Luzense cruentum, attestante Meteranô novô *lib.51.* ab ipso Rege ampliatum, simulatque confœderatis Germaniæ Statibus eorumque Civibus & subditis communicatum fuit, prout ampliatio horum privilegiorum plenius docet.

Paulò post hanc ita noviter inven- 79
tam navigationem novisque privilegiis auctam Commercii societatem, Cancellarius Sueciæ, Axelius Oxenstirn/in conventu Heilbronnensi, confœderatis tunc temporis Imperii Statibus, Anno salutis 1633. publicè proposuit, eamque de meliore nota recommendavit, additis simul rationibus, cur hæc societas Indica præcipuè & imprimis à Germaniæ Statibus, eorumque mercatoribus amplectenda.

Quibus ita à quibusdam Imperii Rom. Germanici Statibus pro tempore approbatis, statim subseqvuta est Instructio oder Anleitung/ welcher Gestalt die Einzeichnung zu der neuen Süder Compagnie durch Schweden und nunmehr auch Teutschland zu befordern &c. vid. Argonauticam Gustavianam in fin. sub lit. N. Hodiè quoque Rex N
Daniæ Collegium Mercatorum Islan- 80
diæ instituit, in quo capturam balænarum in dictis locis, & commercia dedit solis Danis mercatoribus.

Ipse quoque Imperator Ferdinan- 81
dus II. p. m. Civitatibus Hanseaticis sin-

singularis commercii Hispano-Germanici societatem & exercitium multis privilegiis vestitum, per legatos, anno 1628. obtulit; cui tamen pro tempore calculum addere iis non consultum visum fuit; de quo vid. Meteran. Continuat. *Germ. impress. Ambstelod. lib. 44. & 45. histor. Belg fol. m. 563.* & nos infr. *lib. 4. cap. 7. n. 58. & 59.*

82 De hisce Collegiis in genere ita prudenter Galliæ Scriptor anonymus le Conseiller d' Estat *chap. 42. circ. fin. De ces exemples nous conclurons que le seul moyen de restablir le Commerce de mer parmy une nation, en la quel les meilleures bources ne se veulent hazarder en ces entreprinses, c'est de contra-indre les marchants, qui negocient sur mer, en certaines entroicts, de s' associer les uns avec les autres, & non de faire leur trafiq à part. Car encor que negociant à part le gain soyt plus grand, quand l' entreprise reüssit heureusement: aussi fant considerer, que la perte qui peut survenir, ruineia entierement celuy qui enrreprend seul: & si bien en faisant Compagnie le gain est moindre, il est aussi plus asseuré, & la perte estant supportee par plusieurs, elle est moindre, à chacun des in interessez. Ainsi done departant le Commerce selon les Costez & lieux ou il se faict, l' on pourra faire diverses Compagnies; à scavoir un pour le Commerce de la Guinee une pour celuy de Levant par la Mer Mediterranee; une par les Indes Orientales; une pour les Occidentales de la ligne; une autre pour celuy dedeça la ligne; une autre pour l' Angleterre, Dannemarc, Nortwege, Suede & autres pays septentrionaux: Leur deffendant d' entreprendre les uns sur les autres, & à touts autres particuliers subjects, qui ne seront en la Compagnie de negocier en ces lieux la, sous grande peine.* Concordat cum his ultimis verbis der außführliche Bericht über den
83 Manifest-oder Vertrag-brieff der Australischen oder Süder-Compagni im Königreiche Schweden *fol. 4. §.* im *Privilegio, cum seqq. his verbis:* Im Privilegio wird verboten / andern / an bemelten Orten ihre Handlung zu treiben/ Dieses geschicht zu dem Ende/ damit selbe der Compagny keinen Schaden oder Hindernüß zufügen mögen; und auff daß / wann die Compagnei mit grossen Unkosten / Mühe / Arbeit und Gefahr den Handel entdecket und stabiliret hätte / ihr solcher von andern / die keine Gefahr oder Mühe außgestanden / nicht genommen und weggerissen werde / 2. Wann auch particular Personen an bemelten Oertern also ohne Unterscheid daselbsten zu handeln Freyheit und Macht haben solten; so würden die Kauffmanswaaren / die man darzu bedürffte / sehr gesteigert und in den andern / da die Compagnei ihren Handeln hätte / die Märckte verdorben werden / sowol in Verteurung des jenigen so wir daselbst kauffen müssen / als dessen so man von dar haben und bringen wolte. 3. Es seind auch noch mehr Ursachen / warumb dieses in eine Compagnei gebracht / und nicht bey vielen in particular mag angefangen werden; Darunter dann nicht die geringste / daß eine vereinigste Macht / im Fall der Noth / die bequemeste ist dem Feind Wiederstand zuthun / Es wird auch dem Feinde viel schwerer / ein solches vereinigtes Werck anzutasten / als wann man zertheilet ist / Wann man auch ein Corpus ist / stehet man einander getreulicher bey / als wann unterschiedene Rechnungen seyn / da ein jeder suchet / sein eigenes Capital zu erhalten / ob es gleich sey zu des andern Nachtheil / Weil einem jeden das Hembd näher ist dañ der Rock. Es fallen auch die Unkosten / die zu diesem Wercke gehören / so schwer nicht / und seind auch dem Handel desto leichter zu ertragen; und kürtzlich so ist es ein besser Mittel den Kauffhandel zu vermehren / als wann man vertheilet ist / da einer für dem andern nichtes thun will / sondern vielmehr einer den andern beneidet / schadet und hindert.

Qemadmodum verò BONUM PUBLICUM h. e. DEI gloria & hominum salus, hisce Societatibus Indicis propagetur, docet Manifest der Australischen oder Süder-Compagny im Königreich Schweden / zu Stockholm gedrucket / Anno 1626. *fol m. 11. 12. 13. & seqq.* Hic obiter notandum, in Ori- 84
85 ente

ente à Lusitaniæ Regibus mediante negociatione Did. Saved. *Symb. Pol. 48.* & in Livonia per mercatores Lubecenses & Bremenses semina Christianæ religionis sparsa fuisse, attestante D. Chytræ. & Seth. Calvis. *in Chron. sub Ann. 1170.* Alb. Crantz. *lib. 6. Wand. cap. 10.* Bangert. *Chron. Slav. lib. 7. c. 8. lit. A.* Olear. Pers. Beschr. *lib. 2. cap. 9.* Conring. *de finib. Germanici Imperii cap. 29. pag. 829. & seq.* Solis Bremensibus hoc ascribens, quod Bangertus refellit.

86 Num extranei mercatores in hisce societatibus admittendi? Aff. dict. Außführl. Bericht über erwehnetes Manifest der Süder-Compagnei *pag. 19. & seqq.*

87 Quod privatorum commercium particulare majori cum periculo conjunctum sit societatis seu corporis alicujus commercio. *d. l. fol. 44. cum seqq. & pag. 51.*

Quod heredibus hîc contribuentium nulla firmior & certior possit dari assecuratio, quàm modò dictæ societates. *d. l.* Breviter, de utilitate & emolumento quod cujuscunque status & conditionis homines, videlicet Nobiles, Ecclesiastici, Mercatores, artifices, itemque agricolæ & nautæ ex hisce commerciorum societatibus percipiunt, fusè & copiosè docet Wilhelm. Wselinx in jetz angezogenem Bericht/ *p. 54. cum seqq.*

Denique, Societatis Commercium esse justum, legitimum, & honestum, *p. 57. cum seqq.* Sin secus, societates 88 mercatorum magnæ Recessibus Imperii & Capitulatione Imp. Caroli V. prohibitæ; si scil. nocivæ sunt, *art. 17. Capit. Carol. V.* & ibi Limn. *pag. 233. & seq.* Finaliter, Coloniarum deductionem medium honestissimum ampliandi & promovendi bonum publicum, societatum harum commerciô introduci docetur ibid. *pag. 62.* quod Dnn. Ordinum Hollandiæ, Illustrissimi Curlandiæ Ducis in Gambia & aliorum exemplô probatur, quæ hîc saltem attigisse & remisisse sufficiant. plura vid. in ipso Argonautico Gustaviano. Eôdem ferè 89 tempore quô Rex Sueciæ Gustavus Adolphus. p. m. de hac Argonautica ineunda cum Germanis ex Gotenburgo animô agitavit, similem Societatem Illustriss. Holsatiæ Dux FRIDERICUS p. m. cum Rege Persarum per Muscoviam instituere allaboravit, missis eò magnis cum sumptibus Legatis Anno 1635. mense Novemb. Othone Brugman & Philippô Crusio Jur. Licentiato, qui Anno 1639. mense Augustô redierunt Regis Persici & Magni Ducis Muscoviæ Legatis comitati: Præter apportatos autem tapetes, & alia Orientalis plagæ munera rursusq; illis exhibita hastiludia nihil actum fuit, insuper capite legationis An. 1640. 5. Maji Gottorpii capite minutô.

CAPUT II.

De

Jure Proprio, Jurisdictione, Statutis, Ordinationibus & Consuetudinibus Mercatorum in genere. Ubi, De eorum Tyrociniis ludicris.

SUMMARIA.

1. *Collegia Mercatorum sibi Jus singulare statuunt.*
2. *Secundum Statuta & Consuetudines Mercatorum præcisè judicandum.*
3. *Consuetudo & stylus mercatorum de loco ad locum non est extendendus.*
4. *Controversiæ Mercantilium causarum ex quo jure decidendæ.*
5. *Curiæ Mercatorum à Jure communi sæpè divortium faciunt.*
6. *Stylus Mercatorum potest allegari ad decisionem causarum.*

7. Stylus

7. Stylus Mercatorum probandus.
8. Stylo Mercatorum non semper credendum.
9. Rectoribus Collegiorum Mercantilium certa competit Jurisdictio.
10. Statuta & consuetudines Juri Divinô & naturali non adversentur.
11. An Statuta Mercatorum absq; superioris confirmatione valeant?
12. In Emporio Bergensi Statuta à directorio Lub. confirmantur.
13. Statuta Mercatorum valent saltem in civi.ibus, in quibus habent J.dictionem, puta in pertinentibus ad mercaturam.
14. Hæc Statuta an & quando noceant iis, qui sunt extra Collegium & professionem?
15. An forensis Mercator, qui nec tabernam nec tabulam conduxit, ratione contractûs initi in territorio, ligetur Statutô Mercatorum illius loci, ibiq; conveniri possit?
16. Si fides de pretio habita, Emptor in loco contractûs conveniri non potest.
17. Secus si fides de pretio non sit habita.
18. An & quando Statuta extra territorium procedant, & forenses ligent? remiss.
19. Mercatorum collegiati contra jus commune possunt statuere.
20. Mercatores possunt statuere, quòd Scriptura privata plenam faciat fidem.
21. Ea enim publicâ tunc nititur authoritate.
22. Mercatorum Statuta valent, ut pater teneatur pro filio, & viceversâ.
23. Quod probatur exemplis Italiæ & Galliæ.
24. Hoc Statutum non trahitur ad negocia extra territorium.
25. Statuta Mercatorum utilitati publicæ non debent repugnare.
26. Statuta quæ Monopolium privatum sapiunt, improbanda.
27. Utrum Mercatoribus non vendere merces nisi pretiò rigorosò convenientibus emptores conspirare possint, ut non emant merces, nisi pretiô viliori, quod tamen sit justum?
28. An ob Statutum Monopolicum Mercatores teneantur privatis restituere damna?
29. Mercatores non possunt statuere, quòd emtores pannorum non ducant secum lanarum tonsores, sartores &c.
30. Illicita Statuta sunt, quæ prohibent inservire certæ personæ, vel ob certam causam.
31. Tyrocinia ludicra Mercatorum ad Imitationem ritûs depositionis scholasticæ inventa.
32. De consuetudine irrationabili Bergensis Emporii seu Conthorii.
33. Jure Civili hi Ludi prohibiti.
34. Quæ sit ratio horum ludorum mercanti.ium.
35. Ludi hi comparantur rhapismatibus & alapis manumissionum priscarum.
36. De veterum philosophorum initiationibus.
37. De Essæorum consuetudine.
38. Actus depositionis Scholasticæ à Mercatorum tyrociniis quomodo differat.
39. Conditio litteratorum & mercatorum vulgarium diversa.
40. Mercatores ideò ludere videntur, ut complures alii hoc odiosô tyrocinio absterreantur, secus verò in depositionis ritu. vid. n. 35. 36.
41. De Luneburgensium Cupæ ductione, vulgò **Köpföhren der Saltz-Juncker.**
42. Comparatio horum Ludorum Mercantilium cum ceremoniis depositionis Academicæ.

VIdimus suprà de Collegiis, nunc de eorum jure proprio, Jurisdictione, Statutis, Ordinationibus & Consuetudinibus, quædam subjungemus.

1 Primò igitur dubitandum non est, quin Collegia Mercatorum approbata, singulares leges, consuetudines, ordinationes & statuta specialia & singularia, etiam sine superioris confirmatione, condere, sibique jus proprium, contra statuta generalia illius Civitatis facere possint; Salmas. *de Usur. lib.1. cap.3. p.47.* quippe cùm aliàs, quæ inter collegiatos licita statuére collegia, rata sint. *l. trajectitia. 2. §. ult. sub fin. C. de*

C.de constit.pec. Novell.4.c.3.§.ult. in fin.
Br.*in l.omnes populi.9.ff.de J.& J.n.6.* Ja-
son.*eod.n.37.* Bald. *ibid. n.32.& in l.per-
iniqvum.ult.C. de Jurisdict.om.jud.* Lu-
dov. Rom. *consf.277. n.ult.* Angel. *in §.
Jus autem Civile.4. Inst. de J.N. G.& C.
n.4.* Fr. Marc.*decis.165.n.1.& seqq.part.1.*
Dan.Möll.*lib.2.semestr. c.15. n.1.& seqq.*
2 Adeò,ut secundùm illa,quæ inter mer-
catores ita jure scriptô, seu usu & con-
suetudine invaluerunt, præcisè judica-
ri debeat. *arg. l. deprecatio. 9. ff. ad L.
Rhod.de jact.l.si fundus.6.ff.de Evict.l.34.
cum simil.de R.J.* Rot. Gen. *decis.85. n.3.*
3 *& decis.39.n.8.* Ita tamen,ne consuetu-
do vel statutum de loco in locum ex-
tendatur; sicut in contractu Assecura-
tionis, inter mercatores usitato, com-
probat P. Santern. Lusitan. *de Assecur.
part.3. n.7.* Sicut enim unumquodque
municipium peculiare municipii jus;
quævis Civitas proprium Civitatis jus
habet.§.*1.Inst.de J.N.G.& C.* Sic quoq;
singulis mercatorum curiis (in quibus
communiter, rejectis juris apicibus,
quæ subtilitatem magis attendunt quã
facti veritatem. Br.*in l.29. §. quadam.4.
ff. Mandat.* negotia veritate terminari,
& multa de stricto summoque jure so-
lent remitti, *per ea, quæ infr. hoc lib. de-
monstrabimus.*) Singulares sunt plerum-
que leges, quas in iis, quæ eorundem
jurisdictionem, professionem & mer-
caturam ipsam concernunt, sancire
fas illis est, rescribentibus Anastasiô,
in l. fin. C. de Jurisd. omn. Jud. & Justi-
nianô, *in l.2. in f. C. de constit. pec.*
4 Quapropter controversias multas spi-
nosas mercaturæ Cambiorum, assecu-
rationum &c. negotia & causas con-
cernentia, non tàm ex regulis ju-
ris communis, aut natura contractûs,
aut etiam alterius cujusque curiæ stylo
& consuetudine, quàm observantiâ
istius loci, in quo lis movetur (salvô
tamen contrarium opinantium hono-
re & judiciô) cum Nicolao Schaffhu-
sen *de assecur.th.19.* decidendas arbitror.
Cùm enim consuetudine contra jus
commune multa introduci posse tri-
tum sit, *per text.in l.3.§.Divus Adrianus.
5.ff.de sepulchr.viol.* Gail.*1.obs.36.* & mer-
catores tùm propter negociationum
utilitatem, pactionum perplexitatem,
contrahentium difficultatem, tùm ve-
rò locorum conditionem, temporum
& rerum circumstantias, à jure com- 5
muni & curiarum vicinarum statutis
sæpiusculè divortium faciant, ut paulò
pòst demonstrabimus, & per actûs ali-
quot singulares, in sua Boersa consue-
tudinem introducere possint, quos vel
in quavis consuetudine probanda suf-
ficere docet doctissimus Matth. We-
sembec. *in ꝑ sub tit. de LL. n.9.* proinde
potius erit, imò tutius, sequi receptam
à mercatoribus consuetudinem con-
formem & approbatam, quæ parem cũ
scripta lege vim habet, *per l.5.ff.de LL.*
& pro jure non immeritò allegatur.
Jason.& Dd *in l.2. C.si contr. jus vel util.
pub.* atq; in causis mercantilibus semper
attendi debet, uti post Bl. Corneum, &
alios, decidit Rot.Gen.*decis.7. n.11.* quã
explicabiles litis modos per tortuosos
ambiguitatum anfractûs velle profli-
gare. Jacob.Menoch.*consf.296. n.7.per d.
l.5. D. de LL.* Et stylum mercatorum 6
posse allegari ad decisiones causarum
per *c.quã gravi. de crim fals.* post Alex.
& Molinæ. notârunt Paul. Christinæ.
ad LL. Municip. Mechlin. *in tit. de Emt.
art.19. n.16. f.544.* & Guid.Pap.*consil.103.
vol.3.* Stylus autem & hæc consuetudo 7
mercatorum cùm sit facti, probatione
indiget. Rul. *consf sing. de assec. præm. non
sol.n.231.& seqq.* Stylo namq; merca- 8
torum nõ semper credendum, cùm mox
albus sit, mox niger; prout in assecura-
tionis materia notavit Ben.Strach.*gloss.
38.fol.38.in tract. tractatuum,* referente
Rulandô *d.resp.sing.n.252.* Hæc autem 9
potestas condendi & statuendi jura
propria & singularia, mercatoribus
competit ex eo, quoniam datur Electis
Rectoribus Collegiorum jurisdictio à
lege, mediante Electione. Paul.de Castr.
*in l.periniqvum. ult.C.de jurisd. n.3. post
pr.* Et eô ipsô statim acquirunt Jurisdi-
ctionem postquam sunt electi. Paul.de
Castr. *in l.privatorum.3. C.de jurisd. n.5.*
Vult. *in l.ult. C. eod. n.18. vers. eô ipsô
quòd eligitur.* Nam si collegiũ appro-
batum potest conferre, quæ sunt Juris-
dictionis, putà Præpositum seu Consu-
lem eligere, *ut seq.capite 5.* deducemus,
multò

multò magis potest absque alia juris-
dictione statuta & jura propria condere.
Bl. *in d. l. periniqvum. ult. C. de Ju-*
10 *risd. n.1.* dummodò Juri divino & na-
turali, ut & publicæ tranquillitati non
sint contraria, nec inter ea aliquod
præjudicium generent. Berlich. *decis.*
26. n.4. per Jason. *in l. omnes populi.10.*
ff. de J. & J. nec Juri gentium dero-
gent. Bl. *in l.2. C. de Constit. pec.* quem
allegat & sequitur Christoph. Haffner.
dissert.12. Disp. Basil.num.183. & de con-
suetudinibus, quas in aquis observari
oportet, idem profert Bachov. *ad*
11 *Treutl. vol.1. disp.1. th.9. lit.B.* Valent
autem hæc Statuta, uti diximus, etiam
absque alia superioris authoritate, nec
indigent confirmatione. Et quam-
vis in hoc contrarium statuant Bl. *in*
l. privatorum.3. C. de Jurisd. n.2. & d.l.
periniqvum. C. eod. n.4. & l. humanum.
8. C. de LL. num.2. Gloss. *in l. privatorum.*
3. C. de Jurisd. Fr. Marc. *decis.165. n.3.*
part.1. Oldrad. *d. cons.128. n.7.* ibi: *nec*
sub generali confirmatione Statutorum
populi contineantur, sed speciali confirma-
tione & renovatione indigeant. Bl. *in l.*
ex placito.3. C. de rer. permutat. num.13.
ibi: *etsi statuta populi, & seqq.* Prio-
rem tamen sententiam rectius defen-
dit idem Bl. (sibi parum constans, as-
serente Ben. Strach. *quomod. in causis*
merc. proced. n.9.) *in l. omnes populi. 9. ff.*
de J. & J. n.32. & in l.2. C. de Constit. pec.
n.9. Paul. de Castr. *in l. privatorum. 3.*
C. de jurisd. n.5. & in l. periniqvum.
C. de Jurisdict. n.3. Jason. *in d. l. omnes*
populi. n.38. Angelus *in §. Jus autem*
Civile.4. Instit. de jur. N. G. & C. n.4. sub
fin. Vult. *in d. l. periniqvum. num.18.*
Alexand. *cons.123. n.5. vol.4.* Strach. *d.l.*
n.9. Quoniam eô ipsô quòd collegium
est approbatum, potest facere Statuta
inter suos juratos. Bl. *in d. l. omnes po-*
puli. n.32. & d. l. privatorum.3. C. de Ju-
risd. n.2. & ejusmodi statuta de jure
communi sunt approbata & confirma-
ta. Bl. *in d.l. omnes populi. n.38.* Vult. *d. l.*
ult. de Jurisd. n.18. vers. quicquid colle-
gium. Et ideò ulteriori Principis vel
Superioris confirmatione non indi-
gent, *text. in l. unic. auth. med. C. de The-*
saur. Innoc. *in c. cum ab Ecclesiarum. X. de*
Offic. ordinariorum. nisi sint ejusmodi
collegia, quæ faciunt Civitatem, ca-
strum vel villam; & habent territorium;
tunc eorum statuta meritò à superiore
confirmari debent; secus est in aliis
collegiis approbatis mercatorum & si-
milium. Paul. de Castr. *in d. l. privatorũ.*
3. C. de Jurisd. n.4. & 5. vers. ego intelligo;
licèt contrarium observari videamus,
videlicet quòd collegiorum statuta à
superioribus confirmentur. De quo
testatur Schneidvv. *in § constat. n.15. Inst.*
de J.N.G.&C. Joh. Guid. *tract. de Mine-*
ralib. lib.1. tit.2. n.22. & seqq. ubi ratio-
nem addit, quia in non dispositis à Sta-
tutis collegialibus recurritur ad statuta
communis Superioris; & ubi illa defi-
ciunt, ad Jus commune. Et ita in plerís-
que Germaniæ benè constitutis Re-
busp. ut & in hac nostra Lubecensi
quotidiè observatur. Sic Bergæ in Nor- 12
vvegia cæterisq; Conthoriis, ubi Han-
seatici Emporium habent, ad conser-
vandos bonos mores & faciliorem
commerciorum promotionem mer-
catores quidem statuta condunt, sed
ea à Magistratu & Directorio Lube-
censi confirmantur, quorum statuta
vide in fide annexa sub lit. C. C
Quæ tamen Statuta Collegiorum 13
approbatorum valent duntaxat in cau-
sis civilibus; non in criminalibus Vul-
tej. in *d. l. periniqvum. ult. C. de Jurisd. n.*
19. Et quidem non indefinitè in omni-
bus causis civilibus; sed solùm in quib⁹
habent Jurisdictionem; putà pertinen-„ 1
tibus ad mercaturam; secus in aliis, ut,„
in hæreditatibus, & similibus, quæ re-„
mota sunt ab eorum officiis & pro-
fessionibus *l.3. ff. Naut. Caup. sta-*
bular. ibi: *Si extra negocium.* Bl. *cons.*
43. n.1. lib.4. & in l. omnes populi.9. de J. &
J. n.33. & d. l. periniqvum. C. de jurisd. n.3.
4. Castrens. *eod. n.2.* Vultej. *ibid. n.19.* ubi
exemplum affert. *& n.120. cum seqq.*
Matth. Wehn. *obs. pract. in verb.* Zunfft-
Innungẽ *& c. pag.722.* & Frider. Mindan.
3. de Controvers. caus. c.6. n.13. Græv. 2.
Concl. pract. 20. consid.1. Petr. Follet. ad
Marant. *part.4. dist.9. n.70. cum seqq. & n.*
88.89. Matt. Steph. *lib.2. de jurisd. part.2.*

cap.8. n.1. & 16. cum seqq. Nicol. de Passerib. *de script. privat. lib.4. de libr. mercat. n.30. cum seqq.* Vasq. *Illustr. controv. lib.1. c.35.* Eorum enim, quæ quisq; novit, æquissimus est judex, secundùm Aristotel. *1. Ethicor.* Hinc rectè Poëta:

Navita de ventis, de tauris narrat arator,
Enumerat miles vulnera, pastor oves.

Sic Statutum Brixiæ seu Bresciæ in Italia vult, quòd omnes causæ mercatorum & negociatorum, cognoscantur coram Judicibus Collegii mercatorii; exceptâ causâ hereditatis. Raph. Ful-
14 gos. JC. Patavin. *Consil. 105. per tot.* Deinde notandum, hæc Statuta solummodò nocere ipsis collegiatis & eorum heredibus; non etiam aliis. Bl. *d. consf. 43. n.1. lib.4. & in d. l. omnes. 9. de J. & Jur. n. 33. & d. l. periniqvum. n.3. & d. l. trajectitia. 2. C. de Constit. pecun. & reliqui supr. allegati Dd.* Sed & consuetudinem longam tribuere jurisdictionem in his quæ extra professionem sunt; & per consequens inter eosdem mercatores collegiatos condita statuta valere etiã in alia curia & foro, quàm in curia mercatorum, concludunt Roman. *consf. 300.* Strach. *d. l. n.8. 14. 44.* Matth. Steph. *d. l. c.8. n.17.* Berlich. *decisf. aur. 150. n.25.* Et Corasf. *consf. 319. n.12.* vult, mandatum à mercatore alii mercatori, etiam extraneo datum, secundùm statuta & consuetudines mercatorum intelligendum & interpretandum esse. Hîc non
15 incongruè quæri potest, An forensis mercator, qui nec tabernam nec tabulam conduxit, ratione contractûs initi in territorio ligetur Statutô mercatorum illius loci, ibiq; conveniri possit? Aff. Bl. *in c. nos consuetudinem. 8. dist. 12.* & *c. illa. dist. eâd. L. exigere dotem. 65. ff. de Judic.* Foller. *in additam. ad Marant. part.3. dist.9. n.73.* Rot. Genov. *decisf. 93. n. 1. 2. cum seqq.* cum quibus consentire videtur Borgnin. Cavalcan. *part.1. decisf. 2. per tot. ubi n.28.* dicit, quòd debitor ratione contractûs & destinatæ solutionis præsumatur contraxisse secundùm dispositionem Statuti loci contractûs aut solutionis *& n.18.* Creditor mercator, vendens merces alicui venienti ad mercatum, vendit animô & intentione, ut, elapsô terminô, emtor afferat pretium ad ejus tabernam, & non ut conveniat emtorem ad forum emtoris, vid. Rittershusf. *in exposf. Novell. part. 9. c.10. n.48. pag.565. & seq.* & novissf. Loccen. *de jur. marit. lib.3. c.10. §.1.* & Berlich. *2. decisf. 253.* Ego tamen puto, distin- 16
guendum inter fidem de pretio habitam & non habitam: si habita est, & contrahens statim discedere sciatur, durissimum est, quot locis ubi quis navigat vel iter facit, se defendere, *l. heres absens. 19. §. proinde. 2. ff. de Judic.* Cavalc. *d. decisf. n.3.* Natt. *consf. 430. n. 18. 19. vol.2.* Nisi ex culpa sua detineantur alicubi & conveniantur; de qua obligatione ex delictis vid. Loccen. *d. l. cap.8. per tot.* Ubicunque autem litis causâ conveniuntur, non diu detinendi sunt, nec longum litis sufflamen permittendum. Loccen. *d. l. c.10. §.2.* Et *Nos infr. h. lib. cap.6. & 7.* Si verò non est habita, potest 17
conveniri, ne occasio fugiendi detur. *d. l. 19. §. proinde. 2. in f. & l. si longius. §.1. de Judic.* tùm etenim non habent advenæ, quòd de indigenarum statutis contendant Alb. Gentil. *1. de jur. bell. c.19.* cùm illis quoad actûs in territorio statuentium exercendos, perinde ac subditi obligentur. *l. 10. C. de SS. Ecclesf.* Gail. *2. obsf. 123.* Matth. Steph. *lib.1. de Jurisd. cap.33. n.73. & seqq.* quia, qui peregrinorum ita in loco aliquô contrahit, tanquam subditus temporarius, legibus loci subjicitur. Hug. Grot. *lib.2. de J. B. & P. cap.11. §.5.* An autem & 18
quando Statuta extra territorium procedant, & forenses ligent? vid. Mynsing. *cent.5. obsf.19.* Paul. Christinæ. *vol. 1. decisf. 287. & vol.2. decisf. 56.* Gail. *2. obsf. 1. cap.4.* & ibi Græva. Cravett. *Consf. 865.* Gilhausf. *in arb. jud. Civil. cap.10. de processf. exec. §.4.* Cothm. *vol.1. Consf. 21. num. 59. cum seqq. & num. 124. cum seqq.* Vult. *consf. Marpurg. 19. num. 4. & sparsim. vol.3.* Quid de jure municipali Reipub. Lubec. obtineat, habetur. *in artic. 7. tit. de emt. & vend. Statut.* Cui se graviter, ante aliquot annos opposuére Ham-

Hamburgenses, ut nos alibi prolixius demonstravimus.

Hisce ita generaliter præmissis, clarius nunc aliquantò videbimus, quomodo & de quibus speciatim statuta condere possint mercatores.

19 Et primò quidem, possunt mercatores collegiati contra jus commune statuere. Henning. Göd. *consil. 109 num. 314.* per Bald. *in l. 2. C. de Constit. pecun.*

20 Secundò, possunt statuere, quòd mercatoris scripturæ, (non obstante, quòd scriptura privata nullam faciat fidem. *l. exemplo. C. de probat.*) plenam faciat fidem; & contra eorum scripturas nulla valeat præscriptio. P. Foller. *ad Marant. p. 4. dist. 9. n. 74.* prout talia statuta, in tota ferè Italia vigere expertus sum. Bursat. *cons. 39.* Turret.

21 *cons. 47. n. 7.* Ratio est, quòd tunc privata scriptura (ut infrà luculentius deducemus) publicâ nitatur autoritate. Gail. *2. obs. 20. n. 6.* Nicol. de Passeribus *de libr. Mercat. n. 12. 13.* Et stante tali statutô, creditur etiam libris ejus, qui desiit mercator esse, quos scripsit cùm mercator fuit. *per l. Prætor. 4. §. item qui etiam desiit. 4.* & ibi Castrens. *ff. de Edend.* Mascard. *concl. 976. n. 25.* Polydor. Ripa. *obs. 57. n. 2.* Cardin. Tusc. *vol. 5. concl. 210.* Strach. *quom. proc. in cau. merc. n. 31. cum seqq.*

22 Tertiò, possunt constituere *contr. tot. tit. C. ne fil. pro patr.* ut pater teneatur pro filio, & vice versâ; si ejusdem sint professionis. Salyc. *in l. Prætor. §. 2. ff. de Edend.* P. Foller. ad Marant. *d. l. n. 75. & 80.* Hilliger. *in Donell. enucl. lib. 15. cap. ult. lit. C. in not.* Strach. *de decoct. part. 4.* Et procedit 1. in filio non herede. Cott. *in memorab. vers. testamentum in quo pat. præteriit.* Myns. *1. obs. 29.* 2. Etsi filius mercator patri quæstum referat. Matth. de Afflict.

23 JC. Neapolitan. *decis. 208.* Quali statutô utuntur Florentini & Lucani in Italiâ. teste Boer. *part. 2. decis. 221. n. 15. &* Socin. *consil. 280. lib. 2.* Ex consuetudine Gallica Burdegalensi, filius fam. qui publicè negotiari solitus est, absq; patris consensu efficaciter obligari potest. Arnold. Ferron. *Consuetud. Burdegal. lib. 1. tit. 1.* Hoc tamen statutum, quod patrem, qui permisit filium negotiari & non contradixit, pro filio obligatum jubet, non trahitur ad negocia, quæ extra territorium filius gessit, & vice versâ; quia est odiosum, & contra jus divinum, juxta illud: filius non portabit iniquitatem patris, Decius. *cons. 359.* quem refert Benev. Strach. *de decoctor. pag. 4. n. 17. 18.* 24

Hæc autem statuta mercatorum, cùm ob emolumentum commerciorum facta, & ad statum Civitatis & publicam utilitatem pertineant. Aretin. *resp. 29. n. 19.* Br. *in l. ambitiosa. n. 22. ff. de decret. ab ord. fac.* per *text. in c. cum dilectus, & c. 2. de fid. Instrum.* Jas. *d. l. n. 14.* huic utilitati è diametro non debent repugnare. Hisce enim Collegiis Mercatorum tàm utilitatis quàm voluptatis ergò consociatis, potestatem quidem Lex Civilis fecit. *pactionem quam velint sibi ferre, dum ne quid ex publicâ lege corrumperent. d. l. fin. ff. de colleg.* cui adde Salmas. *de usur. lib. 1. c. 3. p. 47. & seq.* Quia de his, quæ rationi & utilitati communi adversantur, nullatenus collegiatis statuta condere licet. Crott. *in l. unic. C. de Monopol. num. 12.* & illud Statutum improbandum, quod monopolium privatum sapit. *d. l. 1. C. de monopol.* & ibi Joan. Sichard. cum Bl. & Br. *in l. ult. n. 2. ff. de Colleg. illic.* & noviss. Casp. Klock. *tr. de Contrib. & coll. cap. 1. n. 346. & seqq.* Joan. Sibrand. *p. 1. Jur. Lub. sect. 15. n. 14. cum seqq.* ubi de absurdis opificum Statutis latè disserit. Sic statuit Carolus V. Imp. in Constitutionibus Bruxellis editis, ne Civitates, Communitates, Collegia mercatorum & Consulum, conderent edicta & ordinationes, ad monopolia pertinentes; aut statuta præjudicantia utilitati Reipub. revocavitque jam facta, & concessa similia nulla atque irrita declarans. Idem cavit Franciscus I. Rex Galliæ, in Constitutionibus publicatis Anno 1539. P. Gregor. *lib. 13. de Repub. c. 3. n. 4.* Sic nec valent Statuta negociatorum, quando illicitis conventionibus statuunt & paciscuntur, ut species diversorum corporum 25 26

negociationis non minoris, quàm inter se convenerint, vendant, *d.l. un. C. de monopol.* quia hoc præjudicaret ordinariæ Jurisdictioni. Matth. Steph. *d. c.70. n.30.* & obviaret publico bono, & ob privatum commodum interciperetur publicum; cùm tamen scriptum sit: *noli prohibere benefacere eum, qui potest; sed si vales, ipse bene fac. Proverb 3.*

27 Utrum verò Mercatoribus, non vendere merces nisi pretiô rigorosô, convenientib9 emptores conspirationem inire possint, ut non emant merces, nisi pretiô viliori, quod tamen sit justum? Q. Et respondent cum M. Bonacina. Dd. Emptores posse convenire ad depellendum monopolium venditorum, cùm jure suô utantur, ut se ipsos servent indemnes; & sicut clavus clavô truditur, ita monopolicum Statutum aliô depellitur, ut ad æqualitatem veniatur. Ita post Lopez. Rebell. *lib.9. q.7. n.6.* Reginald. *lib.25. n.333.* Arragon. *2.2. q.77. art.4.* de Monopol. *diff.1. ad fin. & alii Comm.* Verum tamen est emptoribus desistendum esse ab hujusmodi monopolica conventione, statim ac venditores cessârunt à suo. Nos hanc sententiam in medio relinquentes tutius esse credimus si Magistratûs ope huic malo obviam iretur, nec peccandi occasio permitteretur.

28 An autem ob hanc conventionem & statutum mercatores restituere teneantur damna privatis, ob hoc seqvuta? vid. Ludov. Molinæ. *tract.2. de Commerc. disp.345. n.4.* Sed de his & aliis monopolii speciebus, favente Deô, alibi fusius agemus.

29 Ita nec statuere possunt mercatores pannorum, ut ementes non valeant secum ducere tonsores lanarum, pannorum sartorum, ad videndum ipsos pannos. Anchoran. *consf.266.* Matth. Steph. *d.c.7. n.32.*

30 Sic illicita erit pactio societatum & corporum, si congregati inter se conspirent & impediant, ne aliqui inserviant & in certa causa certæ personæ, aut in aliquo loco, ut notat Guid. Pap. *Consf.211.* P. Gregor. *d. l. & n.4. circ. fin.* Item, si statuant, ne quis admittatur in Collegium, nisi aliquod pretium immensum det singulis annis, & ut nisi post certum tempus, vexationibus & tyrociniis ludicris inauguratis ostendatur tyronibus ars seu arcanum officii; hoc enim laqueô dignum dicunt Tholosan. *d. n.4.* Decian. *in pract. crim. lib.7. cap.21. n.16.* Bossius *tit. de muner. & colleg. n.4.* de quibus & aliis hujus monetę Statutis vid. Fritsch. *de Monop. cap.12. & 13.*

Sic ad imitationem ritûs depositionis scholasticæ & anni probationis, inter monachos usitati, in quibusdam collegiis mercatorum hæc perversa consuetudo recepta est, ut tyrones, priusquam huic ordini initientur, multis & variis molestiis & vexationibus duris inaugurentur & irritentur. Qua- 31
lis consuetudo adhuc hodiè in Bergensi Hanseaticorum Conthorio in observantia, quòd vulgò Spielen indigitant, ubi tyro aliquis vitæ atq; ordinis mercatorii, etsi hero suo per annos præfinitos satis deservierit, liberaliter itaque vicissim ab eo est edoctus, atq; in omnem partem disciplinæ confirmatus, ut jam posthac rebus contrahendis judicetur accommodatissimus, & in omnibus iis, quæ solertem scire mercatorem est æqvum, graviter profecerit; nisi tamen prius ludum mercatorium colluserit, h. e. nisi ridiculus esse, plagas, balneum, suspendium, fumum, ustulationem, & nescio quæ prætereà tormenta alia nonnunquam cum vitæ periculo perpeti sustinuerit, non in numerum mercatorum recipitur, neque privilegiis, quibus alii perfruuntur, pari jure gaudere ipsi plenissimè permittitur. De quo Herm. Kirchner. *in Repub. disp.14. in hypoth.1.* ita disserit: Bergensium in Norvvegia Mercatorum consuetudo, quæ tyrones suos collegio ibidem initiando multò immanius quàm olim Lacones ad aram Dianæ & puberes & impuberes, ad animæ usque exhalationem cædebant, ludo, uti appellant Neptunio (vulgò Wasserspiel) accipiunt; & singulis annis, ad octennium usq; (quod tamen posteà ad triennium reductum est)

est) miserrimè flagellant, ac tantùm non excoriant & enecant; ne quidem in barbarorum moribus ferenda.

33 Civili verò jure omnes ejusmodi ludi prohibiti, ex quibus injuriæ & crimina oriuntur; nec sufficit causa, cùm horum frequentiam tàm immani in-
34 auguratione deterritam voluerint, ne monopolii utilitas decresceret. Coler. *in Calend. perp. Mens. Maj.* quæ tamen inter Collegiorum pacta & ordinationes nullatenus sunt ferenda. Jo. Angel. à Werdenhag. *d. part. 4. cap. 18.*
35 *p. 1328.* Similia certè erant in manumissionibus veteribus rhapismata & alapæ emancipatoriæ, quæ manumittendis infligebantur, quas autem Justinianæa sustulit humanitas. *in l. 6. C. de Emancipat. Novell. 81. in pr.*

36 Erant in Berytensi Academia Ludi tales quoque Scholastici, quibus novitii, tàm docentes, quàm discentes excipiebantur; unde Pennalismus noster execrabilis, de cujus abusu tandem eliminando Dn. Jo. Matthæ. Meyfart. **In seiner Christl. Erinnerung von der Evangelischen hohen Schulen itzigen Barbarie.** Anno 1636. **gedruckt.** Sic quoque veteres Philosophos neminem in suam disciplinam recepisse, nisi ingenium, naturam & mores antè diligenter explorassent, docet A. Gellius, *lib. 1. noct. Att. cap. 9. & lib. 20. cap. 4.* Es-
37 sæos quoque apud Judæos, neminem in suum collegium adscivisse, qui biennio signa patientiæ, more monachorum quorundam, non dedisset, atque jurejurandô confirmasset, justitiæ se cultorem fore, refert *Euseb. ex Porphyrio.* Verùm, cùm extra dubium sit, primos autores actûs sive ritûs depositionis scholasticæ nunquam cogitasse, quasi hôc pactô adolescentes à studio litterarum abducere ac avocare unquam voluerint; ut qui potius quantâ potuerunt fide & diligentiâ per hanc unicam viam quam plurimos ad litterarum ordinem contendere allexerunt, atque invitârunt; exinde quilibet
38 facile cognoscere potest, actum depositionis, quô adolescentes primùm ordini studiosorum initiantur, ab hisce mercatorum tyrociniis ludicris; quibus novitii in societatem veteranorum adsciscuntur, ut maximè differre ac discrepare. Etsi namque non ita dissimili consiliô uterq; ritus à primis inventoribus introductus videatur, tamen si quis paulò accuratius perpendat, ille comperiet, non minus alterum ab altero dissentire, quàm digni- 39
tate & præstantiâ distat conditio eruditorum à vitæ genere mercatorum, licet aliàs satis honesto. Mercatores enim novitii ludere suos ludos coguntur eam potissimùm ob causam (quanquam aliæ causæ minùs præcipuæ etiam intervenire possunt) ut videlicet 40
complures alii adolescentuli hoc odiosô tyrociniô absterriti, ad aliud mercaturæ genus sese applicent; neq; ita certatim maximâ frequentiâ confluant, atque veteranis in eo commodum, quod ipsos capere oporteat, temerè præripiant. Ita omnium saniorum judiciô constat, ex merâ æmulatione, πλεονεξία atque invidiæ affectu, ludos hosce mercatorios primùm esse ortos atque in usum productos, qualis fuit hic Bergensium ludus antiqvus hoc tempore aliquantò moderatior factus. Et Luneburgi similiter etiam 41
veros heredes & patricios vulgò **die Saltz-Junckern** / non prius in possessionem salinarum constitui vel admitti videmus, quàm illi, consuetudine Civitatis Capam, **den Koop**/ut vocant, per omnes vicos, tanquam in triumpho, non sine vitæ discrimine ductitaverint. Quod quid aliud est, quàm ut hôc exemplô cæteros coætaneos & corrivales à studio mercatorio retrahant; & ne consimilem quæstum posterius consectentur, ejusmodi præstigiis deterrere omni contentione allaborent. Confer nunc, si placet, in- 42
quit famosissimus JCtus Matth. Stephani *d. lib. 3. de Jurisd. p. 1. cap. 4. n. 14.* cum his mercatorum ludicris rationes eorum, qui primam depositionis scholasticæ ceremoniam honestissimam in universitatibus existere

voluerunt, & ſat ſcio, te vehementiores & nervoſiores cauſas conjunctas ſimul cum omni pietate, honeſtate & utilitate nullô negotiô deprehenſurum, ſi modò abuſus nimii, ut in execrabili Pennalismi invento, ſic etiam in hoc ritu academico aboleantur.

Caput III.

De Legibus & Statutis quibusdam ſpecialibus, commercia maritima concernentib9 ubi Primò De Jure Navali Rhodiorum, quod Imperatores Sacratiſſimi Tiberius, Hadrianus, Antoninus, Pertinax, Lucius Septimus Severus, ſanciverunt.

Summaria.

1. Occaſio Legis Rhodiæ.

2. Lex Rhodia unde nomen ſortita.

3. Civitatis Rhodienſis Laus, & Commerciorum celebritas.

4. Ἐυνομίαν Rhodiorum in rebus nauticis ſecuti ſunt Romani.

Capita Juris Naval. Rhodiorum.

5. De mercede Exercitoris.

6. De mercede illius qui clavum tenet.

7. De mercede Proretæ.

8. De mercede Naupegi.

9. De mercede Carabitæ.

10. De mercede Nautarum.

11. De mercede Pareſcharitæ.

12. De Mercatore.

13. De Vectoribus.

14. De Vectore, ne in navi piſcem in ſartagine frigat.

15. De Vectore, ne in navi ligna findat.

16. De Vectore, ut aquam in navi ad menſuram accipiat.

17. De muliere, quæ eſt in navi.

18. De Vectoris depoſito.

19. De Jurejurando irrecuſabili.

20. De æſtimatione Legis Rhodiæ.

21. De fœnore tam in terra quàm trajectitio.

22. De Vectoribus, qui Mercatores ſunt.

23. De Exercitoribus & Nautis eorumq;

24. Juribus quibus Lege Rhodia fruebantur.

25.

Capita Juris Rhodiorum ex ff. & Cod.

1. De ancoris navis furtô ſurreptis.

2. De reliquis armamentis furtô ablatis.

3. De nauta qui furtum commiſit.

4. De navi, quam fures & piratæ ſpoliârunt.

5. De nautis, qui in rixa alios læſerint.

6. De nautis, qui in rixa cædem commiſerint.

7. De nautis, qui oculos eruerint, aut herniosos fecerint.

8. De Exercitore aut nauta, qui alienas merces receperint & cum navi aufugerint.

9. De Exercitore & vectoribus de jactu conſultantibus.

10. De navi jacturam aut naufragium paſſa.

11. De Mercatoribus qui naves promiſsô naulô conducunt.

12. De omni depoſito, quod in navi vel domo datur.

13. De auri depoſito, cui contradicitur.

14. De depoſitario, qui depoſitum inficiatus eſt, quæ ejus pœna, ejusq; ratio.

15. De Mercatore vel vectore, vel ſervo, qui rem depoſuit, & in littore remanſit, navi profugâ, propter piratarum aut latronum incurſum.

16. De pecuniis uſurâ trajectitiâ creditis.

17. De auro & argento ad lucri ſocietatem mutuatis.

18. De eo, qui pecuniam mutuò cepit in diem, & peregrè profectus eſt.

19. De eo qui navem conduxit & arrham dedit.

20. De

20. De iis, qui navem conduxerunt, pactis conventis, vel in scriptis, vel sine istis.

21. De duobus exercitoribus sociis invicem sibi contradicentibus.

22. De Mercatore qui totam navis onerationem pro se conduxit.

23. De exercitore & mercatore qui de mercibus instrumenta confecerunt.

24. De Exercitore & Mercatore, qui per scripturam pacti sunt, & nauli dimidiô solutô sententiam mutant.

25. De Mercatore diem in scriptis comprehensum proferente.

26. De navi, exercitoris aut nautarum, foris cubantium culpâ, fracta.

27. De navi fracta, quæ cum onere sive mercibus Mercatoris aut Societatis solvit.

28. De navi, culpâ Mercatoris aut Socii, fracta.

29. De navi vel ante vel post diem inscriptis Statutum fracta.

30. De dissoluta navi onusta mercatore salvô, qui aurum in eam secum attulerit.

31. De navi damnum passa, & oneris parte servata.

32. De navi pro naulo conducta, vel societate initâ navigante, quæ dum è portu solvit, fracta est.

33. De navi post exonerationem fracta.

34. De navi, quæ vestem vehit, si merces à tempestate vel sentina damnum accipiant.

35. De navi, jacturam arboris passa.

36. De navi quæ inter velificandum in in aliam navim impingit, eamq; damnô afficit.

37. De navi fracta mercatoribus atq; vectoribus salvis.

38. De navi frumentô onerata, quam tempestas corripuit.

39. De navi onerata inter appellendum fracta, mercibus atq; oneribus salvis.

40. De navi naufragium passa, parte navis atq; mercium salvis.

41. De navi rupta, vectoribus & mercibus salvis, aut unà perditis.

42. De navi fatiscente, quæ merces vehit.

43. De navi, quæ jacturam mercium & Instrumenti fecerit.

44. De navi jactum mali vel gubernaculorum in tempestate passa.

45. De eo, qui ex navi, verminibus corrupta, nonnihil è profundo salvum educit.

46. De eo, qui lintrem à navi avulsum conservat.

47. De eo qui ex navi naufragium passa nonnihil ex profundo salvum educit.

48. De eo qui ex naufragio quid rapit.

49. De eo, qui exercitorem ad navigandum cogit.

50. 51. De his, qui prædas ex naufragio faciunt.

52. Quid propriè raptum ex naufragio vel nave expugnata dicatur. remiss.

53. Quinam rapti actione teneantur, & quæ ejus pœna? remiss.

54. Non solùm vim à bonis navis, sed & personis abstinendam esse.

55. De damno dato per dolum vel culpam magistri navis. remiss.

56. Quid Juris, si Magister falsis insignibus usus sit? remiss.

57. De cæteris delictis in navi commissis. remiss.

NOn abs re putavi, hîc, ubi de Statutis & ordinationibus mercatorum agitur, ex antiquo jure Græco-Romano, Johannis Leunclavii studiô ex variis Europæ Asiæq; Bibliothecis eruto, & à Marquardo Frehero JCto magno latinè reddito, Leges Navales Rhodiorum antiquas inserere. Sic autem ille ex Francisci Pithæi bibliothecâ ex Græco reddidit:

1 Tiberius Cæsar Augustus, Pontifex Maximus, Tribunitiæ potestatis tricies bis, Qvum me interpellassent nautæ, naucleri, Mercatores, ut, quæcunque in mari accidunt, in contributionem veniant, Nero respondens dixit: Maxime, Sapientissime, Serenissime Tiberi Cæsar; equidem minimè necessarium arbitror, ut, quæ à Majestate Tua proponuntur, ipse collaudem, Rhodum mittito, diligenter inquirens negotia navigantium, exercitorum & mercatorum, & vectorum, & de oneribus sive mercibus navalibus, & societatibus, & navigiorum emtionibus ac

ac venditionibus, & naupegorum mercedibus, & de auri argenti diversarum specierum depositionibus. Hæc omnia cùm Tiberius directò complexus esset & subsignasset, tradidit Antonino Clarissimo Consuli, & aliis Consularibus, qui cùm consulebant in illa felici & urbium vertice Roma, Laurô & Agrippinô Consulibus Clarissimis. Ab iisdem hominibus hæc etiam Maximo Imperatori Vespasiano fuerunt oblata, qui cùm & ipse in Senatu amplissimo ea subjugasset: Ulpius Trajanus unà cum Senatu Clarissimo legem hanc Rhodiorum edictô sancivit.

Anne & Antoninus ei, qui preces obtulerat, respondit? *Ego quidem mundi sum dominus, Lex verò maris.* Lege Rhodiâ res nauticæ disceptentur, quatenus ei nulla nostra lex adversatur. Idem & Sacratissimus ille Augustus respondit, cujus L. intellectum vid. in Eruditissimo tract. Fr. Stypmanni *de jur. marit. lib. 1. cap. 6. n. 106. & seqq.*

2 Rhodiæ autem leges, inquit Gratianus *c. fin. dist. 2.* navalium commerciorum à Civitate Rhodo, in qua antiquitùs mercatorum usus fuit, cogno-
3 minatæ sunt. Erat enim Civitas Rhodiensis olim & Insulæ oportunitate (ut Gell. *lib. 7. c. 3. noct. Attic.*) & operum nobilitate, & navigandi solertiâ, navalibusque victoriis celebrata; atq; omnibus ornamentis tantoperè cæteras Civitates superabat, ut nulla legum præstantiâ æqualis putaretur, & navalis rei peritiâ adeò valuit, ut annis multis maris imperiô potiretur, & piratarum latrocinia sustulerit; quod latissimè Strabo demonstrat *lib. 12. c. 14.* Cùm itaque mercatorum, mari se exercentium in ea Insula numerus esset frequentissimus, & de re navali indies lites & jurgia exorirentur, Rhodiæ leges latæ sunt, quibus altercationibus de rebus nauticis exortis, & præcipuè si exonerandæ naves essent, provideretur.

4 Quorum Rhodiorum leges nauticas seu disciplinam navalem, & ut Strabo loquitur, εὐνομίαν admirabilem omnes populi, libenter etiam Romani secuti sunt. Cujac. *ad Rubric. ff. de L. Rhod.* Arnold. Vinn. *ad Ll. Rhod.* Peck. Et Nos supr. hoc *lib. cap. 1. n. 26.*

JUS NAVALE.

Merces Exercitoris portiones duæ. 5

Merces ejus qui clavum tenet, por- 6
tio una cum semisse.

Merces Proretæ (qui proram regit,, 7
Hövet Boßman. *Gubernator* qui pup-,,
pim) portio una cum semisse. ,,

Naupegi (qui fabricant & compin-,, 8
gunt navẽ, Græcè καλεφάται. vid. *cap.*,,
seq. 4. n. 33. Græci etiam Ναυπηγὲς appel-,,
lavére) merces, una portio cũ semisse.,,

Carabitæ (*Carabus* parva scapha ex,, 9
vimine, quæ contecta crudô coriô ge-,,
nus navigii præbebat. Isiodor. *lib. 19.*,,
c. 1. Carabitæ erant Custodes in ista navi,,
coreacea, qui, si quid forsan nuncian-,,
dum prætervehentibus, vel aliud agen-,,
dum in mari fuerat, id hi nunciabant.,,
Jo. Scheffer *de Milit. naval. vet. lib. 2.*,,
c. 3. p. 111.) merces, portio una. ,,

Nautæ mercés, portio una. 10

Parescharitæ (ab ἐσχάρα seu ἐσχαρία 11
i.e. foco. Qui in navi coqui vices susti-,,
net. Der Schiffskoch) merces portio,,
dimidia.

Mercatori duos in navi pueros ha- 12
bere licet, sed naulum pro eis solvat.

Vectoris locus, longitudo trium 13
cubitorum: latitudo, cubiti unius.

Vector, in navi piscem ne frigito; & 14
Exercitor id ei ne permittito.

Vector in navi ligna ne findito: & 15
exercitor id ei ne permittito.

Vector aquam in navi ad mensu- 16
ram accipito.

Mulier in navi locum cubiti unius 17
accipito: puer autem nondum adul-
tus locum cubiti dimidii.

Si vector navim ingressus fuerit qui 18
pecuniam habeat eam apud exercitorem deponito. Quòd si, eâ non depositâ, aurum argentumve se perdidisse dixerit, hi sermones ipsius irriti proptereà sunto, quòd apud exercitorem non deposuerit.

Exercitor, & nautæ, & vectores, qui 19
simul navigant, jusjurandum Evangelicum præstanto.

Opor-

20 Oportet Chiliadem modiationis esse solidorum quinquaginta, cum omnibus armamentis suis, & in contributionem veniat: veteris autem navigii solidorum triginta, & in æstimatione ipsius tertia pars detrahatur, atque ita in contributionem veniat.

21 Lex ita præcipit. Quæ in mari navigantibus credita sunt sub fidejussione, ac sine periculo, in scripturam ne referuntor. Quod si confecta de iis scriptura fuerit, secundùm legem Rhodiam irrita esto. Quæ verò per agros & montes iter faciuntibus creduntur, sub fidejussione ac sine periculo in scripta referuntor.

22 Si quis, acceptâ fœnori pecuniâ, quotannis legitimas usuras persolverit, & post annos octo vel aliqua jactura, vel incendium, vel direptio barbarorum acciderit, transactio de usuris secundum legem Rhodiam fiat. Sin legitimas usuras non præstiterit, scriptis comprehensa rata sunto juxta priora pacta conventa, prout ipsum Instrumentum declarat.

23 Exercitores, ex contractibus nautarum non obligantur, ex delictis tenentur. Concordat *l.1. §.2. ff. de Exercit. act.* & ibi Dd.

24 Exercitor si quid susceperit, ad ejus restitutionem, & solutionem tenetur. Sin verò quid ab initio suscipere noluerit, nemo eum cogere potest, ut suscipiat.

25 Exercitores, qui partem non minorem parte tertiarii habent in iis, quæ in navem conferuntur, quocunque tandem mittuntur ad sumendas mutuò pecunias & in navim deportandas, tàm ad navigationem unam, quàm ad utramque, prout scripturas confecerint, ratæ sunto. Qui verò pecunias credit, hominem in navim mittat, qui mutuum tradat.

JUS NAVALE RHODIORUM; Ex Digestorum XI. libro excerptum.

1 SI navis in portum vel littus appellat, & ancoris spoliata fuerit, fure comprehensô & confessô, lex eum tormentis subjici jubet; & damnum, quod tibi accidit, in duplum sarcire.

Si, exercitore consentiente, navis alterius ancoras, in portu vel littore stationem habentis, nautæ rapuerint, atque inde navim ancoris spoliatam perire contigerit: his ita accuratè probatis, omne damnum, quod navigio, & iis, qui in eo sunt, accidit, exercitor ille, qui rapinam fieri permisit, in solidum præstet. Si quis a. navis instrumenta, sive quid aliud navi necessarium & utile, putà Rudentes, *Rudentes* Schiffseile Takel und Towe/ vulgò & Lintres „ (*Lintres* sunt Interfluviatiles naves quæ, „ remis agebantur,) aut vela vel sigestra „ vel alia surripuerit, ea furti auctor damnum passis dupla restituat. 2

Si nauta, jussu exercitoris, furtô quid mercatori aut vectori abstulerit, ac deprehensus fuerit: exercitor quidem furtum passis duplum præstat; nauta verò, qui furtum commisit, centum plagas fuste verberatus accipiat. Sin ille nauta suô consiliô surripuerit, etiam comprehensus, aut per testes convictus fuerit, acriter tormentis subjicitor; maximè si aurum surreptum erit; & rem spoliato restituito. 3

Si exercitor in locum rapinis obnoxium, vel latronibus infestum, navim applicuerit, vectoribus ei testatò loci vitium antè denunciantibus, & direptio subsecuta fuerit: Spoliatis Exercitor sua reddat. Sin exercitore loci vitium antè denunciante, vectores eò navim appulerint, & mali quid acciderit; damni accepti nomine vectores tenentur. 4

Si nautæ rixari voluerint, verbis rixantor, nec alterum quisquam pulset. Si quis autem alteri caput percusso vulnus inflixerit, aut aliô quopiam modô læserit: salaria Medicis, expensas læso, cum mercede totius otiosi temporis, & cum operis, percussor præstet. 5

Si nautæ rixati fuerint, & quispiam lapide vel fuste percusserit alium, isque vicissim pulsaverit illum, qui prior eum percussit, tanquam vi adductus hoc fecit. Quòd si pulsatus decesserit, 6

rit, probatumque testibus fuerit, eum priorem vel lapide, vel fuste vel ferrô percussisse: qui eum feriit & occidit, à periculo liber esto, quippe quod facere voluit, passus est.

7 Si quis exercitorum, aut mercatorum, aut nautarum pugnô quem percusserit & excæcarit: aut calcem impegerit, & hominem herniosum reddiderit: mercedes Medicis persolvat is, qui percussit; & oculi quidem nomine aureos duodecim, pro ramice (*Ramex* Herniæ genus **der Bruch**) decem aureos præstet: Quòd si calce percussus decesserit, percussor mortis supplicio obnoxius erit.

8 Si Exercitor, cui navis est credita, cum auro, nautis consentientibus, aliam in regionem navigando aufugerit, omnia ipsorum bona, mobilia, immobilia, & sese moventia, quæcunq; possident, occupabuntur. Quorum pretia si æstimationem navis operarum & temporis in eorum venditione non æquat: nautæ cum ipso Exercitore locentur ad præstandas operas, ut damnô datô plenè satisfaciant.

9 Si Exercitor de jactu consultaverit, vectores interroget, quibus in navi pecuniæ sunt. Id ubi factum erit, calculum ineant, & in contributionem pecuniæ quoque veniant. Stragulorum (*Stragula* **Decken**) verò & vestium & instrumenti fiat æstimatio. Quòd si jactum fecerint, Exercitori & vectoribus non ultra libram unam, clavum tenenti & proretæ, non ultra dimidiam libram, nautæ scrupuli (*Scrupulus* Octava pars unciæ) tres assignantor. Famuli, & si quis alius unà navigat, non distrahendus, tribus minis; (*Mina* idem quod Libra & pondo, Drachmæ Atticæ centum, Mina igitur decem Coronæ. **Eine silberne Müntze von 10. Frantzösischen Cronen**. Budæ. de Asse.) sin aliquis distrahendus in navi vehitur, minis duabus æstimetur. Eâdem ratione si ab hostibus vel latronibus, vel piratis pecuniæ cum iis, quæ ad nautas in commune spectant, diripiantur: modò contribuantur. Quòd si de lucro ex societate pactum aliquod intervenerit, post initam computationem rerum omnium, quæ in navi sunt, & ipsius navis pro lucri portione quilibet & damnum acceptum agnoscat.

Si exercitor unà cum nautis negligens fuerit, & damnum vel naufragium acciderit, idem Exercitor ac nautæ mercatori ad præstationem damni tenentor. Sin culpâ mercatoris perire navim cum onere contigerit, mercator & naufragii & navis damnum agnoscat. Sin damnum vel naufragium acciderit, nullô nec ab exercitore, nec à nautis, nec à mercatoribus objectô impedimentô: salvæ navis & onerum partes in contributionem veniant. 10

Graves & pretiosas merces veteri navigio mercatores & vectores non imponant. Sin imposuerint, & navigiô velificante damni quid eis datum vel corruptæ fuerint, is, qui navigium vetus oneravit, seipsum perdidit. Qvum autem mercatores navim conducunt, diligenter interrogent alios mercatores, qui prius in ea navi navigârunt; atque ita merces suas imponant: an videlicet omnia instrumenta navis ea plenè habeat, malum, validas antennas, vila, segestra, (*Segestra* Involucra, Integumenta nautica. **Darein man etwas verwickelt/ oder einpackt.**) ancoras, diversos funes cannabinos, lintres instructos, idonea gubernacula, nautas sufficientes, navalis rei peritos, agiles, latera navis haud dissoluta: ut denique simpliciter rem complectamur, omnia mercatores inquirant, & ita merces suas imponant. 11

Si quis aliquid in navi vel in domo deposuerit apud hominem notum & fidei spectatæ, in præsentia trium testium deponat. Quòd si depositum grave sit, interveniente scripturâ deponat. Si verò dixerit, qui rem custodiendam suscepit, eam esse amissam: domûs perfossionem, vel unde furtum exstiterit, indicare debet, & jurare, nihil suô dolô factum, quod si non indicârit, res ubi recepit, salvas reddat. 12

Si vector, navim ingressus, aurum vel aliud quid habeat, id apud Exercitorem 13

torem deposito: Sin re non depositâ, dixerit, aurum vel argentum se perdidisse, irrita sunto, quæ ab ipso dicuntur, exercitor tamen & nautæ cum iis, qui simul navigant, jusjurandum præstent.

14 Si quis susceptô depositô id inficiatus, posteà testib9 convictus fuerit, aut si depositum repertum fuerit apud eũ qui juravit, aut scriptô negavit: duplum ejus præstabit, & perjurii quoq; pœnam sustineat. vid. *l.1.§.1.&4.ff.depos.* Ubi Ulpian. hanc legis aut pœnæ istius rationem affert: Cùm hîc perfidiæ crimen crescat, quod publicæ utilitatis causâ coërcendum est. Est enim inutile in causis hujusmodi fidem frangere, ubi INUTILE idem quod perniciosissimum esse, notavit Rittershus. *in LL. XII. tabb. class.3.p.3. c.14.* Confer. Loccen. *de jur. marit. lib.1.c.7.§.15.*

15 Si navis vectores aut mercatores vehat, aut exercitor susceptis in depositum mancipiis, ad aliquam civitatem vel portum vel littus appulerit, ac nonnullis è navi egressis persecutio latronum, aut piratarum incursus acciderit, & nauta, celeumate (*Celeuma* Clamor nautarum) factô semet explicuerit, tàm navi quàm vectorum mercatorumq; rebus salvis; quilibet egressorum, species & vasa sua recipiat. Si quis autem exercitori litem propterea movere voluerit, quòd se in littore, locô à latronibus infestô, reliquerit: quæ ab ipso perferuntur irrita sunto; quoniam persecutione urgente cum nautis exercitor aufugit. Sin mercator aut vector quispiam servum alienum apud se depositum in quocunque loco reliquerit, eum domino suo restituat.

16 Exercitores & mercatores, quicunque mutuam pecuniam in navim sumunt, fidejussione nõ utuntor, & naulô & mercibus & pecuniâ salvis; nisi fortè pecuniis immineant ex periculis marinis vel à piratis insidiæ. De pecuniis autem sub fidejussione datis, usuram nauticam solvant.

17 Si quis aurum vel argentum mutuò dederit ad usum societatis; idq; in navigatione ac prout placuerit, quamdiu mutui societas durare debeat, in scripta retulerint: Siquidem is, qui aurum vel argentum accipit, tempore completô, id domino non refuderit, & vel ab igne, vel latronibus, vel naufragiô perire contigerit; liber à damno maneat auri dominus, & sua salva recipiat. Si verò tempore pactorum nondum impletô periculũ vel interitus in mari acciderit: partes ipsæ ut lucri sic etiam damni nomine secundùm pacta conventa teneantur.

Si quis, pecuniâ mutuò sumtâ, peregrè profectus fuerit; tempore conventionis elapsô, juxta legem à fidejussoribus mutuum solvatur. Sin nulla satisfaciendi ratio est, pecunia quidem sub fidejussione manebit, verùm usuræ nauticæ totius temporis, quô peregrè abfuerit, solvuntur. 18

Si quis navim conduxerit & arrham dederit, ac posteà dixerit, eâ sibi non esse opus, arrham amittit. Sin exercitor adversus conventionem venerit, arrham mercatori duplum præstet. 19

Si quis navem conduxerit, instrumenta consignata rata sunto: sine autem instrumentis irrita. Pœnas etiam si velint inscribant. Quòd si nullæ scripturæ factæ fuerint, & vel exercitor vel conductor fefellerit, siquidem conductor pecuniam, mercium causâ non dederit, dimidium naulum exercitori solvat. Sin exercitor fefellerit, mercatori dimidium naulum præstet. Si verò mercator eximere merces voluerit, naulum integrum exercitori solvat. Pœnarum autem exactio quasi per vindicationem quandam fiet. 20

Si duo citrà scripturam societatem inierint, & pars utraq; confessa fuerit, se aliô quoq; tempore societatem absq; scriptura contraxisse, ac invicem sibi fidem servasse, tributumq; semper unius oneris persolvisse, siquidem alteri navi vel saburrâ vel mercibus onustæ quid acciderit, incolumis damnum passæ quartam partem inferat, qvum instrumenta nulla proferant, sed urbis duntaxat societatẽ coiverint. Quæ verò per scripturam consignantur, firma & valida sunto: quæq; salva sint, cum deperditis in contributionem veniant. 21

Exercitor nihil secum ferat, præter aquam, & commeatûs, & funes, quorũ in 22

in navibus usus est, & cætera navibus necessaria; Siquidem mercator navim totã secundùm conventiones instrumentorum oneraverit. Sin exercitor alias posteà merces inferre voluerit siquidem ipsa navis ipsarum capax est, imponat; ac si jactus seqvutus fuerit, damnô exercitoris erit. Sin mercator haud prohibuerit, in contributionem veniant.

23 Si scripturas exercitor & mercator confecerint, ratæ sunto: sin mercator plenum onus non præstet, residuorum naula solvat ex instrumenti formula.

24 Si exercitor, acceptô dimidiô naulô navigaverit, & mercator reverti voluerit, licet instrumenta consignaverint: mercator dimidium naulum huj9 impedimenti causâ perdit; Sin, confectis instrumentis exercitor contravenerit, duplum dimidii nauli solvat.

25 Si terminus dierum instrumentis inscriptorum præterierit usq; ad dies decẽ, mercator cibaria nautis præstet. Quòd si terminus alter præterierit, ante omnia solutô naulô mercator exscensum facito. Quòd si summam aliquam naulo mercator adjicere voluerit, eam præstet, ac prout visum fuerit, naviget.

26 Si, nautâ quôpiam vel exercitore extra navim cubante, navim noctu vel interdiu perire contigerit; omne damnum hoc ad foris cubantes nautas vel exercitores spectat, iis à damno liberis, qui in navi manserint. Qui autem negligentiâ peccaverint, navis domino damnũ ipsorum culpâ datũ præstent.

27 Si navis solvat cũ mercatoris aut societatis mercibus, & aliquid accidere navi, vel eam perire nautarum aut exercitoris culpâ contigerit: extra periculum sint merces finitis in locis positæ. Sin testib9 probatum fuerit, tempestate coortâ periisse: tàm quæ supersunt de navi, quàm ipsæ merces in contributionem veniant; dimidium tamen naulum exercitor sibi retineat. Quod si quis societatem inficiatus, à tribus autem testibus convictus fuerit; partes solvat, & inficiationis pœnam sustineat.

28 Si navis à mercatore vel sociò fuerit impedita, quominus ubi dies dictus advenit, è portu solvat, eamque navim à piratis vel incendiô vel naufragiô perdi contigerit, damnum præstet is, qui attulit impedimentum.

29 Si mercator in eo loco, quô confecta fuerint instrumenta, merces non tradiderit, elapsô jam die statutô, & à piratis vel incendiô vel naufragiô damnum dari contigerit, omne damnum hoc navis ad mercatorem spectat. Sin die temporis statuti nec dum exactô prædictorum aliquid acciderit, ad contributionem veniant.

30 Si mercator navim oneraverit, pecuniam secum habens, atque aliquod marinum periculum navi evenire cõtigerit, ita ut merces pereant, & ipsa navis dissolvatur, quæ de navi deq; mercibus salva supersunt, in contributionem veniant: aurum verò suum mercator solutis decimis, secum auferat. Ac, si nullô navis instrumentô prehensô salvus evaserit, naulum dimidium ex instrumentorum formula præstet. Sin evaserit, arreptô quodam navis instrumento, quintas inferat.

31 Si mercator navim oneraverit pecuniam secum habens, atque aliquod marinum periculum navi acciderit, omnia quæ salva supersunt, in contributionem utrinq; veniant. Quod si pecunia conservetur, quintas solvat. Exercitor verò cum nautis opem ferat, ut salvetur.

32 Si verò navis à mercatore onerata, vel pro naulo constituto vel initâ societate discesserit, & marinus ei cas9 acciderit: dimidiũ quidem naulum mercator non exiget; navigium verò cum mercib9 impositis in contributionem veniant. Si verò mercator, aut qui societatem coivit, præ manu quid mutuò dederit; scriptæ conventionis formula rata sit.

33 Si merces deposuerit exercitor in loco, quô convenerit, & navi quid acciderit, naulum quidem integrum exercitor à mercatore consequatur; merces autem exoneratæ unà cum navi à vectoribus securæ sint. Quæ verò in navi reperiantur, in contributionem cum ipsa navi veniant.

Si

34 Si navis lintea vehat, aut vestes, exercitor bona segestra præbeat, ne merces à tempestate fluctuum inundatione corrumpantur. Sin navim sentina nimis oppleverit, exercitor statim significet iis, qui merces in navi habent, & ex exponantur. Si verò nautæ id Exercitori non patefecerint, atq; ità corruptæ merces fuerint: exercitor ipse cum nautis de damno tenetor. Sin ante testatò denunciavit exercitor cum nautis, navis sentinam ultra modum oppletam esse, ac merces exponi debere, idq; facere neglexerint qui eas imposuére: tàm exercitor quàm nautæ damni accepti nomine non tenentor.

35 Si navis jactum fecerit, arbore vel casu amissâ, vel cæsâ, nautæ omnes & mercatores & merces & navis in contributionem conservata veniant.

36 Si navis velificans in aliam navim in portu quiescentem vel quæ vela laxârit, interdiu delata fuerit: omnis tàm collisio quàm interitꝰ ad exercitorem pariter & ad ipsos vectores spectat. Ac reliqvum vi & merces in contributionem veniant. Vid. *nos infr. h. lib. c.4. n. 40.* Quod si res noctu acciderit, qui vela laxaverit, ignem accendat, si ab igne destituatur, clamores edat. Quæ si facere neglexerit, & navim perire contigerit, seipsum perdidit, modò testimoniis hæc in hunc modum probata fuerint. Quod si veli curator negligens fuerit, & excubiis agendis præpositus obdormierit: qui passis velis navigat, velut in brevia. (*Brevia* βράχεα sunt loca vadosa in mari: quod brevem faciant vitam, cū naufragia causantur. Virgil. *1. Æneid.*

In brevia & Syrtes urget miserabile visu.)

delatus perit, & damnum ei præstet in quem impetum fecit. Notandum tamē hìc putat Strach. *part. 3. de naut. & navigat.* Nautis culpæ non verti, si piscatores, nocte lumine ostensô, ipsos fefellerint, ut credentes se in portū recipere, ubi lumen cernitur, in scopulos incidant, *n. 34. per l. ne piscatores. ff. de incend. ruin. naufr.* Hi quomodo puniantur, vid. ap. Locc. *de jur. mar. lib. 3. c. 8. §. 12.* & Stypm. *p. 4. c. 19. n. 16. cum seqq. & n. 30. cum seqq.*

Si navi quid acciderit, & mercatorum vectorumve rebus salvis ipsum navigium perierit; res, quæ salvæ supersunt, quintas decimas præstent. Sed mercator atque vectores navim exercitori non solvunto. 37

Si navis onusta frumentô, correpta fuerit tempestate, exercitor segestra præbeat, & nautæ sentinam exhauriant. Si negligentes fuerint, & ex sentinâ merces madefiant, nautæ damnū præstent. Sin à tempestate merces detrimentum acceperint, id damnum Exercitor unà cum navi & nautis accipiat. Cùm autem jactus in mare faciendus est, mercator primus jacito, atque ita nautæ rem aggrediuntor. Posteà tamen nemo nautarum aliquid rapiat; si fecerit, dupla præstet, ac lucrum omne amittat. 38

Si navis frumentô, vel vinô, vel oleô referta, exercitore sic volente ac nautis vela laxantibus adversante mercatore quendam ad locum vel in littus appulerit, & navim quidem perire contigerit, onus verò mercesve conservari, nullum mercatori periculum ex jactura navis erit, quandoquidem ad illum locum appellere noluit. Sin vela faciente navi, mercator exercitori dixerit, ad eum locum necessariò sibi appellendum, qui tamen locus instrumentis non contineatur, atq; ita perire navim acciderit, salvis mercibus mercator navim exercitori salvam & integram præstet. Sin amborum voluntate navis perierit, omnia veniant in collationem. 39

Sin navim perire acciderit naufragiô, salvâ tàm mercium quàm navis parte. Siquidem vectores aurum vel argentum, vel holoserica, vel uniones, vel magni pretii lapillos secum portant: aurum conservatum decimas præstet, argentum quintas pendat: holoserica verò, si absque madefactione conservata fuerint, decimas solvant, velut auro paria; sin madefiant, detrimentum & madefactio detrahatur, atque ita in collationem veniant. Uniones autem, prout æstimati fuerint, onus auri exæquantes navis exitium compensent. 40

41 Si vectores in navi navigent, eaque vel corrupta fuerit, vel perierit, rebus vectorum salvis vectores ad sarciendam navis jacturam conferant. Sin duo vel tres vectores aurum suum vel species amiserint, ab omnibus pro ratione facultatum, damni æstimationem recipiant, etiam veniente in collationem navigio.

42 Si navis oneraria rimis fatiscat, & merces exemtæ fuerint, in exercitoris arbitrio sit, eas istô navigio vehere velit, an illô, de quo cum mercatore convenerit, siquidem navis instructa sit: Sin instructa non sit, aliam verò navim exercitor offerat: usque ad illud emporium, de quo convenit exercitor, naulum omne præstet.

43 Si navi tempestate correptâ & jactu mercium factô, antennarum cornua, malus, gubernacula, anchoræ, scaphæ fractæ fuerint; hæc omnia in contributionem veniant, unà cum navis & mercium conservatarum pretio.

44 Si navis merces vehat, & in tempestate vel arboris jactus fiat, vel fracta gubernacula fuerint; vel perditæ scaphæ: siquidem vi tempestatis merces humectari contigerit, hæc omnia in contributionem venire necesse est. Sin merces magis ex sentinâ, quàm à tempestate corruptæ fuerint, naula quidem exercitor accipiat, sed species eâ mensurâ quâ tradita accepit, siccas reddat.

45 Si navis in mari correpta vermibus aut corrupta fuerit, qui aliquid in terram ex ea salvum exportat, mercedis locô partem à se conservatæ rei quintam consequitur.

46 Si linter, funibus à navi sua ruptis, cum navigantibus in ea nautis amittatur: siquidem vectores perierint aut exstincti fuerint, exercitor mercedem annuam usque dum annus integer exactus fuerit, nautarum heredibus solvat. Qui verò lintrem ipsum sive scapham incolumem conservat, restituet omnia, quemadmodum reapse invenerit, mercedis locô partem quintam accipiens.

47 Si aurum vel argentum, vel aliud quippiam ex profundo sursum latum fuerit à cubitis octo: tertiam partem accipiat is, qui conservat: Sin autem quindecim cubitis, semissem consequitor qui conservat, propter periculum profunditatis. Eorum verò, quæ à mari rejiciuntur in terram, & ad unum cubitum demersa reperiuntur, decimam partem accipiat is, qui salva exportat.

EX TITULO SECUNDO LIBRI CODICIS UNDECIMI.

Qui ex naufragiis aliquid rapit, quadruplum restituat. 48

EX TIT.V. EJUSDEM LIBRI.

Qui onus privatum imposuerit publico, & exercitorem ad hoc cogit, non modò dispendium & ipsius naufragii periculum agnoscat, verùm etiam severè puniatur. 49

EX TIT.V. LIBRI XLII. DIGESTOR:

Qui ex miserabili naufragorum substantia quidvis rapiunt, aut dolô malô lucrantur, quadruplum injuriam passis præstent. 50

Qui graviori prædâ & vi res aufert ex naufragio, post earum restitutionem, si liber est, ad triennium relegator: sin sordidi quidam sunt, in opus publicum ad idem tempus usque dantor: si denique servi, in gravius opus fisci similiter deportantor. 51

JURIS NAVALIS RHODIORUM FINIS.

Quid propriè raptum ex naufragio vel nave expugnata dicatur. Vid. Loccen. *de jur marit. lib.3. c.8.* §.5. 52

Quinam rapti actione teneantur, & quæ ejus pœna? *d.l.* §.6. 53

Non solùm vim à bonis navis, sed & personis abstinendam esse. *d. l.* §.7. 54

De damno dato per dolum vel culpam magistri navis, sique naufragio causam dederit. *d. l.* §.8.9.10. 55 Ubi, si magister falsis insignibus usus sit, quid juris? 56

De cæteris delictis in navi commissis, vid. Loccen. *d. c.8.* Et Fr. Stypm. *de Jur. naut. p.4. cap.17. cum seqq.* 57

CAPUT IV.

De

Jure Avariæ Singulari, vulgò Haverey.

SUMMARIA.

1. *Jactûs mercium navis levandæ causâ sedes in L. Rhodia civili.*
2. *Æquitas hujus Legis.*
3. *Hæc Constitutio ad plures consimiles casus trahitur; in specie ad incendium.*
4. *Refusio jactûs hodie dicitur* Haverey.
5. *Avariæ varia notatio nominis.*
6. *Portus quare dicitur* Haven/ *aut locus cultus.*
7. Haven *Gallicè Havres, dicitur portus.*
8. *Ab Haure, quod contractum, idem cum Havaria.*
9. *Avaria quid.*
10. *Avariæ divisio, in communem & grossam.*
11. *Avaria Communis triplex.*
12. *Avaria grossa quæ?*
13. *Æquitas Juris Havariæ.*
14. *Quando detrimentum commune sit in navi?*
15. *Quomodo à Magistro navis etiam absente Mercatore jactura mercium fieri possit?*
16. *Magister navis tenetur ex conducto, donec cæteri cautionem damni præstent.*
17. *Gemmæ, Margaritæ, annuli & vestimenta quomodo juri Avariæ sunt obnoxia.*
18. *An pecuniæ numeratæ nomine contribuendum?*
19. *Corporum liberorum quomodo fiat æstimatio in Avaria?*
20. *Si ob navis redemptionem nauta capiatur, quomodo liberandus.*
21. *Prædonum ablata non conferuntur.*
22. *Cibariorum cur non fiat in hoc jure æstimatio nec contributio.*
23. *Necessitatis tempore multa licita, quæ aliàs illicita.*
24. *Proverbium Germanicum.* Daß die so in einem Schiffe zur See gleich reich seyn.
25. *Contributio quomodo facienda.*
26. *Rerum amissarum æstimatio quomodo ratione itineris ex usu communi facienda?*
27. *Quæ in Havaria detrahantur, & à quibus æstimatio & computatio facienda.*
28. *Quæ potior nautarum cura in jactu faciendo.*
29. *Cautela pro his, qui aurum, argentum & gemmas in navi vehunt.*
30. *An res propriæ an alienæ prius jaciendæ?*
31. *Ad quid teneatur mercator, qui alienas merces suarum conservandarum gratiâ projicit.*
32. *Nauta quomodo in jactu ex culpa teneatur?*
33. *Nauta priusquam ex portu solvat, navim integram præstare debet.*
34. *Quatenus in Galliâ nauta ex imperitia teneatur.*
35. *Contributio cessat, si magister navem plus æquo oneravit, aut merces perperam locavit.*
36. *Contributio cessat, si navis perierit.*
37. *Cessat Contributio, si navis aut ejus armamenta præcipua tempestate deteriorata, & n. 40.*
38. *Cessat Contributio, si navis & merces à piratis captæ, nisi navis & bona redempta.*
39. *De Jure retentionis æquissimo & utilissimo.*
40. *Contributio nondum facta cessat, aut facta retractatur, rebus salvatis.*
41. *Quid juris, si arbor, anterna, & cætera navis instrumenta fracta aut deteriorata sint?*
42. *Quid juris, si una navis in aliam vento impingens perierit?*
43. *Res & merces jactæ non habentur pro derelictis.*
44. *Furtum committit, qui merces jactas aufert.*
45. *Intellectus & sensus L. 43. §. 11. ff. de Furt.*

46. Jactus & jactare quid propriè significent.
47. Remissiones ad materiam Avariæ.
48. De Pretio Salvationis vulgò Berg-lohn/ *& quid circa illud juris & observantiæ in Belgio.*
49. De Urinatoribus ex bon. authoribus.
50. De temerario aut lascivo jactu, remiss.
51. De hominis in mare projecti pœnâ remiss.
52. De retentione mercium pro Contributione.
53. In quibus casibus cesset Havaria, remiss.

1 Legis Rhodiæ, cujus contenta superiori capite latius deduximus, principale caput est, ut, si levandæ navis gratiâ jactus mercium factus, omniũ contributione sarciatur, quod pro omnibus datum est. *l. 1. ff. ad L.*
2 *Rhod. de jact.* Indignum enim arbitratæ sunt Leges, cùm de omnium, qui in navi sunt, capite æqualiter agatur, alterum gratis, alterum verò cum ingenti mercium jactura, & in quibus tota sæpè mercatoris fortuna posita est, incolumitatem adipisci, optimâ æquitate constituens, ad id quod omnes salvat, omnes quoq; contribuere debere. Loccen. *de jur. marit. lib. 2.*
3 *c. 8. §. 2.* Quæ quidem constitutio ad casûs alios quamplurimos planeque consimiles trahi poterit. Nam, si urgente incendiô, ut à vicinorum ædibus progredientem flammam arcere possim, ædes meas dejecero, salute vicinorum ædibus quæsitâ, æqvum est, ut æstimationem domûs meæ, ob cõmunem utilitatem dejectæ viritim refundant. *arg. l. 1. & 2. ff. d. t. ad L. Rhod. de jact.* Strach. *tr. de naut. p. 5. sect. sed nec est* Gail. *2. obs. 22.* non obstante quod Br. *ad l. 7. §. 4. ff. quod vi aut clam. &c.* statuit.

4 Hæc autem refusio seu contributio nunc unô ubique nomine AVARIA, vulgò Haverey vocatur. De cujus vocis origine, variæ sunt literatorum
5 opiniones. Quidam putant, hoc vocabulum esse originis Arabicæ; quidam Græcæ, à βάρος & particulâ privativâ α, aut à βάρις quod Jonibus navim significat; Cl. Boxhornius Scythicæ arbitratur; Abarr enim Scythis cultum & habitatum indigitat. In Lexico Persico, Aban, cultus, habitatus; Abadan habitatus cultusque locus. Abadani, cultura loci, habitatio. Persas autem & Parthos eosdem, & ejusdem originis, id est Scythas, esse constat. Sicut & ejusdem haud dubiè Germani sunt, quibus eadem vox, & eâdem significatione etiamnum in usu est. Havenen aut Habenen/ iis est colere, ornare; gehavent/cultus; ungehavent/ incultus. Inde est & Haven/ cul- 6
tus habitatusque locus. Ita hodiè vulgò portum vocant, ut locum cultum, habitatum; cujus respectu mare incultum inhabitatum est. Pro dialectorum autem, quod in omnibus penè linguis usu venit, etiam Haver dicitur portus. Neque aliter Franci, qui haud dubiè 7
ortu Germani sunt, nunc loqvuntur. Havre portus, mer commode en havres, portuosum mare; mer sans havre, importuosum mare, & celeberrrimi nunc portûs proprium nomen *Havre de graces.* Exempla alia ejus generis & mutationis multa sunt; sed recensere omnia haud necesse est. *Ab Havre,* 8
quod sine dubio contractum est ex Havare, & portum significat, de quo hîc agimus, HAVARIA aut Avaria, cujus frequens in nostro aliarumq; gentium nautico jure occurrit mentio, factum est. Planè, ut à portus portorium; quod quibusdam in ipso portûs aditu à nautis & mercatoribus vectigal exigitur. AVARIA autem nihil est aut 9
significat aliud, quàm id, quod ab his, quorum merces & bona in portum salva delata sunt, in eos confertur, quibus merces & bona sua jactu periére. Et hoc de nomine & vocabulo ipso. Cui adde Loccen. *de jur. mar. lib. 2. c. 8. §. 1.*

Cæterùm duplex est Avaria, Com- 10
munis & grossa; sive grandis. Avaria 11
communis, apud Belgas intelligitur 1. Lootsmansgeld / Pilotengeld/ i.e. pecunia, quæ datur piscatoribus aut aliis per-

personis locorum gnaris, à magistro navis ut navim salvam cum mercibus in tuto constituant. Si tamen summa excedat sex marcas Flandricas, adscribitur grossæ avariæ. Arnold. Vinn. *ad* Peck. *Comm. in l. 1. L. Rhod. de jact. lit. C.* 2. Quod solvitur ab iisdem, dum prætervehuntur arces, sive in fluminibus sive in portubus. 3. Quod solvitur pro navibus è flumine aut portu educendis. Atque hæ impensæ sarciuntur communi contributione mercium, pro rata valoris cujusque, navis autem ipsa in hanc contributionem non vocatur. Vinn. *d. l.*

12 Avaria grossa est, cùm quædam merces jaciuntur in mare, levandæ laborantis navis gratiâ, ut loquitur JCtus Paulus in *l. 2. ff. h. t. ad l. Rhod. de jact.* aut armamenta navis, malus, anchoræ, rudentes, communis periculi removendi causâ dejiciuntur vel cæduntur voluntate navigantium, atque hoc damnum, uti initiò diximus, contributione omnium, atque ipsius etiam nautæ, resarcitur, **der Schade gehet über Schiff und Guth** / *art. 12. 21. 25. 28. 60.* Legis Wisbuicensis. *art. 41.* leg. nav. Caroli V. Imp. *& de naufrag. jact. avar. art. 4. & seqq.* Quint. Weith. *tract. de Avaria.* Grot. *3. Introd. ad Jurispr. Batavic. 29.* Concordant Statuta nostra Lubecens. *art. 1. 2. 3. 4. de jact. lib. 6. tit. 2.*

13 Nituntur autem hæ leges & statuta, ut dixi, summâ æquitate. Cùm æquissimum sit, commune detrimentum fieri eorum, qui propter amissas res aliorum consecuti sunt, ut merces suas salvas haberent. *l. 2. pr. ff. d. t. ad l. Rhod.*

14 modò autem reverà navis laboraverit, **So ferne anders das Schiff in Wassers Noth ist.** *d. l. 2. ibiq.* Peck. *& art. 1. 2. Stat. Lub. de jact.* quod arbitrio magistri navis relinquitur, si ipsi mercatores

15 non adsint; si autem præsentes, & nolint consentire omnes, nihilominus magister facere jacturam potest; sed non, nisi de consilio majoris partis sociorum navalium; qui, ex itinere reversi, unà cum magistro navis, datô juramentô adseverare tenentur, factum id esse necessitate urgente, & ex consilio communi. Peck. *ad d. l. 2.* ibiq; Vinn. allegans ad hoc leges nauticas Philippi II. Reg. Hisp. *art. 4.* **van Schipsbrôck/Seewerp.** Quibus adde Quint. **Weis** *d. tr.* **van Avarien.** § **Daerommee;** Hisce adde Loccen. *de jur. mar. lib. 2. cap. 7. §. 3.* idque in tantum obtinet, ut 16 cum magistro ex locato agi possit & conducto, quò cæterorum merces retineat, donec portionem damni præstent. *d. l. 2. in pr. ibiq.* Jas. Bl. Peck. cui adde Vinnium *lit. C.* Strach. *de navib. p. 3. n. 29.* & fusè Loccen. *d. c. 8. §. 12.* nec iis exceptis, qui tale quid navi impo- 17 suerunt, unde minimè onerari possit, velut gemmas, margaritas, annulos, vestimenta, nisi consumendi causâ imponantur: ait enim JCtus jacturæ summam pro rerum pretio distribui debere. *d. l. 2. §. 2. h. t.* coincidit text. *art. 7. legis nauticæ Philipp. II.* **von Seewerpen** / Cui consequens est, etiam 18 pecuniæ numeratæ, seu nummorum nomine contribuendum esse. Ivan de Hevia. *p. 2. Cur. Philipp. lib. 3. c. 13. n. 5.* & ita placitum, & in judicio contradictorio definitum testatur Weits. *d. tr. sect. Questie,* **offt t' Geld/** *& seqq.* ubi rationes affert, ob quas nonnulli contendunt, nummorum nomine contribuendum non esse. Quod si pecunia exstet numerata, æstimationem juxta valorem fieri intrinsecum præcipit Statutum Ambstelod. *tit.* **van Schipbreking/** *art. 7.* Corporum verò libero- 19 rum, quamvis in Avaria nulla regulariter fiat æstimatio, *d. l. 2. §. 2. ad* L. Rhod. *l. 3. ff. si quadr. paup. fec. dic.* Constitutum tamen est *art. 2. & 28. d. leg. naut.* Philipp. II. **van Seewerpen** / ut, si quis in ministerio navis, aut conflictu cum hostibus, aut piratis læsus, vulneratus, mutilatus aut occisus fuerit, hujus detrimenti reparatio, cum plena mercede & vectura, sumtibusque sepulturæ computanda sit; ita, ut hoc damnum sarciri debeat communi contributione navis & mercium, prout viri boni & hujusce rei periti arbitrabuntur, Convenit *art. 36. naut. leg. vet. Civitat. Hanseat.* Si verò eò debilitatis sit redactus

dactus nauticus minister, ut victum sibi amplius quærere non possit, ex pu-
20 blico aletur. *art.36. ll.Hanseat.* Idem obtinet, si nauta navem à piratis captam redemerit, promissâ certâ pecuniæ summâ, pro qua ipse interim captivus detineatur; liberandus erit communibus impensis pro rata æstimationis, cujusq; mercium, & ipsius navis.
21 Vinn. *ad l. Rhod.p.217.* Quod verò prædones uni vel alteri abstulerunt, perditis, cujus id fuit; cùm res suo Domino pereat, & casui fortuito imputetur; nec is confert, qui merces suas redemit. Locc. *d.c.8.* §.*4.5. & 11.* & nos hîc
22 *n.38.* Cibariorum quoque æstimationem fieri non debere meritò placuit. *d. l.2.§.2. infi.* Neque enim æqvum est, eas res onere contributionis fungi, quibus fortè in navigatione deficientibus, quod quisque habeat, in commune conferre cogeretur, ut rectè hôc locô argumentatur JCtus Paulus. Vulgò dicitur, imminente necessitate
23 omnia esse communia, Die uff einen Bodem uff der See seyn/haben Gemeinschafft von Nothdurfft in Zeit der Noth/ multa enim sunt, quæ permittit necessitas; & quod, citrà necessitatem, pœnam meretur, id exigente necessitate, omni jure permissum est, Peck. *ad hanc l.2.* §.*2.* Unde Cicero *lib.3.de Orat perf. necessitas cogit, quod non habes, aliunde sumere.* & hoc obtinet ad exemplum obsidionis urbis tempore inediæ, quô necessitatis tempore victûs communio est. Covarruv. *in c.peccatum.de reg. jur. in 6to.p.2.* §.*1.* Grot. *2. de jur.bell. &*
24 *pac.c.2.n.6.* Hinc ortum videtur proverbium, iter mari facientibus usitatum, quòd, cùm in altum provecti sunt, dicant, se omnes æquè esse divites. Grot.*3. Introd.ad Jurispr.Batav. cap.29.*

25 Contributio verò facienda est pro modo rerum conservatarum, amissarum, & ob communem vectorum utilitatē deterioratarum, Pfenning Pfenningsgelyke/ *art.28. leg.Wisbicens.* Peck. *d.l.* Nec ad rem facit, si amissæ pluris venire potuissent. *d.l.2. §.4. h.t. ad L. Rhod. l.63.ff. ad L. Falcid.* & eleganter Loccen. *d. l.2. de jur. mar. cap.8. §.8.* Usu tamen sic receptum docet Vinn. 26
ex Weith. & lib.dicto Il consolato de marinari Ital. ut siquidem jactura mercium facta sit, antequam dimidiam suscepti itineris partem navis confecerit, tunc amissas merces non pluris æstimari, quàm quanti emtæ sunt: si verò dimidiô itinere jam superatô, eô pretiô quô venditæ fuissent locô destinatô. Itaque hunc §.*4. l.2.* hôc modô temperandum, & ad usum communem accommodandum docet Vinn. *d.l.p.221.inf.* & Loccen. *d.§.8.* Si autem nullus viderit projectas, projicienti de æstimatione fides dabitur. Peck. *ad d.§.4. l.2.* Detrahitur autem 27
prius vectura aliæque impensæ, putà gabellarum detr. *d. art.28.* Wisb. leg. Et facienda hæc æstimatio ac computatio à nautis & mercatoribus, hujus rei peritis, neutrique parti addictis; idque ad exemplum aliarum controversiarum nauticarum, de quibus nihil certi aut scriptô jure cautum aut consuetudine introductum. Strach. *de navig. n.25.* & nos supr. plurib. Vid. Vinn.*ad d.§.4.l.2.p.220.& seqq.*&Locc. *de jur. marit. lib.2. cap. 8. §. 4.5.6.7.8.* Quid autem juris, si res jactu deteriores factæ sint, vid. Locc. *d.c.8.* §.*13.*

Potior insuper cura nautarum erit, 28
ut in faciendo jactu sese obstrictos meminerint, quò ejiciantur ea, quæ quò pondere maximè valent, ac navem onerant, eò pretiô minori constent. Loccen. *d. c.7. §.4.* Maturè autem 29
quisquis aurum, argentum, vel gemmas cistis inclusas in navi reposuit, id indicabit, antequam naufragii exstet periculum, quô rerum istarum ratio in contributione nulla haberi alia debet, quàm externè apparent. Vid. Loccen. *d. c.8.* §.*9.* Et Statut. Ambstelr.*d.t.art.4.* Propriæ quoque res potius, quàm alie- 30
næ, in quas nihil juris habemus, jaciendæ sunt. Loccen. *d. c.7.* §.*4.* Qui verò, suarum mercium servandarum 31
gratiâ alienas sine causa projecerit, actione in factum; si dolô, de dolo tenebitur. *l.14. in pr.ff. de Præscript. verb.* qua de re vid. quæ tractat Jacobus

Schul-

Schultes qu. pr. n. 29. & Joh. Loccen. d. c. 6. 7. & 8. de jur. mar. §. 4. Si verò jaciantur alienæ merces, quas magister navis ex benivolentia & amicitia, nullum pro iis pactus naulum, transvehendas recepit, de iis non tenetur. Statut. Prussic. lib. 4. tit. 19. art. 2. & 3.

32 Planè, si in culpa extiterit nauta, nec solertem satis operam navaverit, nisi fatalis illa vis obstiterit; cùm nihil adeò fortuitorum capax quàm mare; nec quisquam proinde adeò iniqvus, ut sceleri adsignet, quod venti ac fluctûs deliquerint Tacit. 14. annal. in pr. in restitutionem integræ jacturæ & deteriorationis mercium condemnabitur. arg. l. 1. in pr. ff. de naut. caup. stab. Statut. Ambstelr. 3. d. t. art. 1. debet enim

33 nauta, priusquam in portu solvat, navem præstare sartam tectam, benè eam stipare & picare, quod verbô nauticô Kalfatern à Græco καλιφάτειν. vid. sup. cap. 3. huj. lib. n. 8. vocant, ne rimis fatiscentibus, unda perfluat. Vinn. ad d. l. p. 259. Vid. art. 6. Statut. Lubec. de jact. & casum ap. Loccen. d. cap. 8. §. 10. 14. 15.

34 Quatenus ex imperitia nauta teneatur, extat in Gallia tale judicium, ut, si magister navis ex imperitia in agenda navi erret, & eâ ratione deterior fiat, mercatoribus damnô inde affectis teneatur damnum resarcire; si solvendo sit; si autem non sit, capite plecti debet. P.

35 Gregor. Synt. jur. c. 10. n. 10. Quid; si jactum fieri necesse sit; quod magister navem plus æquô oneravit, aut perperam collocavit merces, hoc detrimentum non sarcietur communi contributione; & ad exercitorem & magistrum navis pro rata pertinebit. Locc. h. c. 8. §. 14. per allegat.

36 Sed hæc contributio & restitutio tum demum locum habet, cùm servandæ navis causâ res jacta & corrupta est; non, si navis simul perierit. l. 4. in pr. & §. 1. ad L. Rhod. hujus enim amissæ detrimentum sarciendum non est ab iis, qui suas res ex naufragio, tanquam incendio servaverunt. l. 7. h. t. factô enim naufragiô, cessat æquitas contributionis, quoniam aut nihil communis periculi removendi causâ factum est, aut, si quid factum, nemini id profuit. Locc. d. c. 8. §. 7. & 17.

Quocircà etiamsi jactu navis levata, postea tamen tempestate pereat, nihil contribuendum est, nisi merces perditæ vel salventur, vel extrahantur. Contributio enim iniri, nisi salvis rebus, non potest; quibus perditis, perinde ac obligatione jactûs liberantur vectores, atque debitores interitu speciei. l. si ex legati causâ. 23. ff. de verb. obl.

Eadem cessationis ratio, si navis, quæ 37 adversâ tempestate aut ictu fulminis depressa deterior reddita, aut armamentis quibusdam exuta aliò naviget, ibique onus recipiat, hi quorum interest, nautæ pro damno non conferent. Si enim finis harum impensarum respiciatur; magis navis instruendæ, quàm servandarum mercium causâ factæ sunt. l. 6. ff. de jact. Veluti, si faber malleum, aut architectus securim fractam refici curaverit, hoc faciet suis non conductoris operæ sumtibus. Cessat & Contributio, si navis & merces à 38 piratis captæ. l. 2. §. 3. h. t. nisi aliud convenerit. Loccen. d. l. 2. c. 8. n. 16. & nisi navis & bona à piratis, von den Fribeutern oder Capern / redempta sint, tum absque dubio ab iis, quorum interest, contributio fieri debet. d. l. 2. §. 3. pretium itaque redemptionis mercium, & navis captæ, non rerum perditarum conferendum. Gothofr. ad d. l. 2. §. 3. ratio, quia, ubi commune periculum, & communis utilitas, ibi etiam omnes citra promissum obligati manent communibus impensis d. l. 2. §. 3. Casp. Klock. de Contrib. & collect. c. 17. n. 302. & seq. & c. 19. n. 337. & seqq. Hans. Seerecht. art. 37. Et hic Retentionis 39 usus, ut hoc paululum extendamus, æquissimus, utilissimus & necessarius est, datur enim ei, qui operâ & impensis suis rem & merces alienas conservarit, vel meliores fecit, & sic summa æquitas suadet, ut impendia restituantur. d. l. 2. §. 3. Ad L. Rhod. l. 46. §. 6. ff. de Procur. l. 48. ff. de Rei Vind. Loccen. h. lib. 2. c. 8. §. 12. ut nemo cum alterius detrimento lucrum faciat. l. 38. ff. de hared. petit. l. 14. ff. de condict. indeb. ut

quis

quis denique officiô suô juvetur, non decipiatur. *l.17. §.3. ff. Commod. cap. unic. X. Eod.* Et licet interdum præstitâ cautione per actionem redemptor idem consequi possit, tutius tamen ipsi est, REI potius incumbere, quàm in personam agere. *§.14. Instit. de Obligat. quæ ex quas. delict.* minusque est actionem habere; quàm rem seu merces. *l.204. ff. de R.J.* Unde Jura nostra ita favent Retentioni, ut si debitum sit liquidum, causa possessionis justa & æqua, & 3tiò Debitum rei retentæ cohærens. Gail.2. *obs.12. n.5.* quod Creditor per actionem consequi non potest, per Retentionem consequatur. *l.29. §.1. ff. de Evict. l.33. ff. de Condict. Indeb.*

40 Cessat porrò contributio, si res jactæ posteà salvæ apparuerint, aut restitutæ, vel naufragio liberatæ sint, etiamsi navis perierit. *l.5. ff. ad L. Rhod. de jact.* Si verò jam contributio facta sit, illi, qui contribuerunt, agant ex locato cum magistro navis, ut is ex conducto experiatur, & quod exegerit, reddat. *l.2. §.7. d. t.*

41 Quid autem, si arbor, antennæ, armamentave navis, fracta, deusta aut corrupta sint, aliaque parare magister navis cogatur? nihil utique contribui debet de jure communi. Cùm hic sumtûs, instruendæ navis magis, quàm servandarum mercium causâ fiat. *l.6. ff. d. t. ad L. Rhod. de jact.* Statuta Lubec. *art.5. de jact.* ita distingvunt: Verleuret der Schiffer seine Mast oder Siegel in der See; Sturms oder ander Unglücks halber / darzu darff der Kauffman nicht antworten / Were aber die Mast durch Noth gehauen oder geworffen / doch mit Willen der Jenigen welche im Schiffe gewesen / zu Errettung Schiff Leib und Guth / so soll der Schade gehen über Schiff und alles Guth. Vid. *l.3. ad l. Rhod. de jact.* ibique Peck. & Vinn. *p. 239. & seqq.* Loccen. *d. cap.8. §.5. in fi.* Grot. *part.29. introd. jur. Holl. p.86.*

42 Sed quid, si in unam navem (quod sæpissimè, gravi admodùm ortâ procellâ accidit) alia, ventô concitata impingens perierit, hîccine contributio locum habet? Non arbitratur Peck. *ad l.5. de jact.* Cùm ob communem utilitatem naufragium factum non sit. Sed, an in exercitorem invadentis navis actio dabitur, vid. *in l. quemadmodum 29. §.2. 3. 4. 5. ff. ad L. Aquil.* & P. Peck. allegat. loc. ibique Vinnium. *p.263. & seqq.* vid. *cap. praced. 3. n.36.* & plenè Jacob. Cooren. *observ. 40. & 41. rer. in sup. Holl. Zeland. & Fris. Senatu judicatar.* & P. Gregor. *d. c.10. num.18.* Quibus adde Loccen. *de jure maritim. lib.3. c.8. §.11. 12.* aliàs LLbus maritimis Wisbyensibus. *art.27. 50. 70.* & multorum populorum Statutis Dimidium damni dati præstatur læsæ navi à lædente, si absque culpa domini navis damnum acciderit, idque aut testibus aut juratò adseverare possit, alterum damni dimidium fert ipse læsus; damnum autem tale dividi solet, ob culpæ probandæ difficultatem. Grot. *de jur. B. & P. lib.2. c.17. §.21.*

Illud ultimò ad hanc materiam no- 43
tandum. Res jactas domini manere, nec fieri apprehendentis, quia pro derelicto non habentur quæ abjiciuntur, So um Haverien / und Rettung Schiff und Guth / ausgeworffen werden. *l.2. & l. qui levanda 8. d. t. l.21. §.1. ff. de acq. poss. §. penult. Instit. de rer. divis.* Si quis 44
igitur eas fluctibus expulsas, vel etiam ipso in mari nactus, lucrandi animô abstulerit, furtum committit. Peck. *ad d. l. 8.* non obstante *l.43. §.11. ff. de furt.* quæ cum gloss. intelligenda pri- 45
mò de jactu earum rerum, quæ in mari statim perituræ, quas quia ejiciendo dominus in numero rerum suarum amplius esse noluerit, meritò inventori cedunt. 2dò, de actu voluntario, non necessitate tempestatis compulso: 46
hinc utitur Ulpianus vocabulô jactare. Jactare autem significat profundere, non projicere, sed abjicere. *arg. l.25. in pr. ff. ad L. Rhod. de jact.* Vid. Osvv. Hilliger. ad Donell. *lib.4. c.13. &* Grot. *Introd. ad Jurispr. Bat. d. c.29. n.5. & 6.* & Loccen. *d. cap.7. §.5.* Plura vid. apud 47
Strach. *de Naut. p. ult. n.3.* ubi varias recenset species; de quibus, ac uberiori explicatu jactus, ut & de Receptis, actione

actione exercitoria, pecunia trajectitia, ac aliis, consulendi erunt sæpius allegati. P. Peck. *comment. ad d. L. Rhod. de jact.* ad eumque Arn. Vinnius, Weithsius, *de jure Avariæ*; quibus novissimè addi possunt statuta nostra municipalia Reip. Lubec. *tit. de jact. lib. 6. tit. 2. cum seqq.* Ibique Franc. Stypmannus *de re naut.* & Hugo Grot. *lib. 3.* Inleiding tot de Hollantse Rechtsgeleħrtheit/ *cap. seu part. 29. p. 219. & seqq. & p. 27. circa fin. ubi addit:* Vom Berglohn
48 seu salvationis pretio, So genomen Wort/ om onder Luyden Goet in Seete bergen/ t' welck also gemenget is met groet Gefaer/ ende dat by gebreck van dien vele Goederen souden gaen verloeren/ so is met groote Reeden in dese Landen t' selve ingevoert. Dit Berglohn wert vergunt/ so wan neer het supper van de gebergde Goedern bovē de Kosten hondert Gülden bedraegt/ vyfftig Gülden/ ende boven de hondert tot vierhondert Gülden toe/ tet vierendeel van het gebergde/ indien de Berger darmede te vreeden Zyn/ of andersints tot Bescheidenheit van de Rechter/ allegans Placaet van den 13. Septembr. 1549. ende van den 15. Meji, 1574. Buyten berginge bekoomen de Schiplůyden Loon van ungewoonlyken Arbeit/ gedaen aen de Goederen/ tot Last van deselve Goederen/ na t' seggen van den Schipper/ Stierman/ ende Hoogbootsman/ ende moet over sülckes den Schipper daer van goet Bewyß ende rekening houden; ende is den Schipsgesellen het Goet hiervoren verbonden/ het welck sy oock vermogen aen boert te houden/ ter tyt toe dat sy syn vernoegt. Grot. *d. p. 29. n. 5. & 6.* Hoc autem solatium ut JCtus vocat *in l. 13. §. 1. ff. commun. divid.* sive ut nautæ, pretium servationis Berggeld/ inventoribus præstari publicè expedit, ut Insulani & alii accolæ ea spe ad ferendas suppetias incitentur. *arg. l. 1. §. 1. l. 3. §. fin. ff. de Incend. ruin. naufr.* Et naufragi cum rebus suis, quas infortunium reliquit, congruâ securitate lætentur. *c. 2. X. de Treug. & Pac. l. 3. C. de Navicul.* Et pertinet hûc triens, qui alicubi servatoribus cedit. Præstant hac in re 49
bonam operam Urinatores. *l. 4. §. 1. ff. h. t. ad L. Rhod. de jact.*

Qui maris exportant prædas & rapta profundo
Naufragia atq; imas avidi scrutantur arenas

ut describit Manil. *lib. 5. Astronom.* vel ut Lucan. *lib. 3.*

—— *Qui norunt animam servare sub undis*
Scrutarique fretum, si quid mersisset arenis
Adductum quoties non senserat anchora funem.

Cujusmodi aliquot recenset Alex. ab Alex. *2. Gen. dier. cap. 21.*

De temerario aut lascivo jactu vid. 50
Loccen. *d. c. 7. §. 6.*

De hominis in mare projecti pœnâ 51
Locc. *d. c. 7. §. 7.*

De Retentione mercium pro Con- 52
tributione, vid. Locc. *d. l. 2. cap. 8. §. 12.*

In quibus casibus cesset Haveria, seu 53
Contributio *d. l. §. 13. & seqq.* & nos hoc *cap. n. 35. seqq.*

Plura vid. in nupere excuso Tr. seu codice Belgico sub Tit. Avarien. Antvverp. impresso 1650. & è Weitz. *tract. Belgico* van Havereyen. ad quos benevolus Lector remittendus.

Caput V.

De Statutis & Decretis circa Commercia Societatis Hanseaticæ.

Summaria.

1. *Hanseaticorum in conservando Commercio studium.*
2. *Ingenia Mercatorum astutissimâ legibus & Statutis compescenda.*
3. *Qui Hanseaticorum recessus & ordinationes latinè reddidit.*
4. *Quis in Emporiis Hanseaticorum Seniorатum subire possit?*

5. In

5. *In Emporiis Hanseaticis quis Mercatorum privilegiis uti frui possit.*
6. *De Jure extraneorum in emporiis Hansæ.*
7. *Jus residentiæ in emporiis Hansæ quomodo probandum.*
8. *In emporiis Hanseaticis extraneam ducere uxorem non licet.*
9. *Litigans in Conthorio non potest Jus suum Ecclesiastico cedere.*
10. *Quis in Conthoriis & Emporiis Hansæ validè contrahat.*
11. *Frequentia & multitudo navium ædificandarum in emporiis restringenda.*
12. *De auro & argento non exportando.*
13. *De emptione halecum, frumenti, pannorum.*
14. *De Transvectione frumenti.*
15. *De prohibitione panni ad alium tincturæ locum non transportandi.*
16. *Aliud Statutum circa pannum & serica tincta.*
17. *De aromatibus fucatis non vendendis.*
18. *Sal Colbergense ne infundatur vasis Luneburgicis.*
19. *De expositione Salis Bajonici.*
20. *De piratis arma & vectigalia non vendendis.*
21. *De pœna ementis bona suspecta & spoliata.*
22. *De pœna ministri, qui rationes reddere recusat.*
23. *De pœna ejus, qui mutuò pecuniam sumit, & cum eo se alibi confert.*
24. *De pœna Mercatoris æs alienum non solventis.*
25. *De pœna nequiter foro cedentis.*
26. *De pœna ministri intempestivè ab hero aufugientis.*
27. *De justo pondere & mensura Hanseaticorum.*
28. *De pœna corrumpentis Vinum Rhenanum.*
29. *De Hanseaticorum nautarum prærogativa.*
30. *Extraneus Mercator quantò tempore in Civitate Hanseatica commercia exercere possit.*
31. *Pannus Anglicanus secundùm ulnas vendi, nisi à Mercatore Hanseatico, non potest.*
32. *Cum extraneo non nisi præsenti pecuniâ negocia exerceri possunt.*
33. *Factori quomodo transmittendæ merces.*
34. *De Mercatore in Civitate Hanseatica decedente.*
35. *Statuta Hanseaticorum etiam in Camera observantur.*
36. *Statuta & Ordinationes nauticæ olim Wisbuæ promulgatæ. remiss.*
37. Schiffs Ordnung der alten Hänsee-stätische Kauffleute *remiss.*
38. *Judicium Nauticum,* oder See Gericht der Stadt Lübeck *de Anno 1655. cum Statut. Wisbuens.*
39. *Liber Italicus Consolato del mare, commendatur.*

1 Quæ intentio in commerciorum conservandorum studio Honorabilibus Hanseaticis fuerit, & quem sibi per hanc prudentem disciplinam, in cohibenda mercatorum pleonecticorum avaritia præfigere voluerint scopum, inter cætera satis clarè detegunt eorum constitutiones, ordinationes, seu Statuta, commerciorum causam concernentia. Qui etenim rem sanioribus oculis penitiùs introspicere laborabit, facilè inveniet, quòd
2 in mercimoniis astutissima ingenia passim ex omnibus terræ partibus confluant; his nisi disciplina acuta, norma & modus ingeniosus satis præscribatur, adeoque injiciatur acre frenum, facilimô motu in multiformes technas, & quævis fallacitatis extrema abripiantur. Idcircò apprimè necessarium duxerunt modò dicti Hanseatici, ut honestatis vinculum hîc connectatur, quod exorbitantias multorum ingeniorum in gyrum redigat, ut in æquitatis & justitiæ moderamine commercia, generi humano tàm salutaria, eò rectiùs conservari possint. Cùm verò in antiquis Hanseaticorum recessibus & jure nautico primitùs in Gottlandiæ oppido Wisbüe lato, posteà verò ad Civitates mari Baltico accolas translato, quamplurima non solùm com-

commercii causâ, sed & propter com-
munem tranquillitatem & pacis cultu-
ram decreta extent, quæ ante aliquot
3 annos, ex communi Hanseaticorum
placito, à Joanne Domanno Syndico
latinitati donata, publicis divulgavit
typis Dn. Joh. Angel. à Werdenhagen,
part. 4. Rerump. Hanseat. cap. 11. Nos ex
iis pauca quædam, scopo nostro inser-
vientia, eo quo versa sunt idiomate &
serie posita recensebimus.

4 Primùm, quod commercii communis causâ in Recessibus conditum reperimus, Statutum est, quòd nemo Senioratum subire in ullo emporio, multò minus privilegiis Hansæ frui possit, nisi sit Civis & mercator Hanseaticus; neque quis privilegiorum eorundem defensionem nanciscetur, nisi civis Hansæ sit, aut Civis talis minister. *Recess. 3. de anno 1417. Item anno 1434. & 1447.*

5 Quicunque in pago, oppido, aut ditione aliqua, cujus dominium spectat ad aliquam Civitatem Hanseaticam, natus fuerit, ille servi aut famuli alicujus ministerium subire quidem, at mercatorem agere in Emporio aliquo nullatenus potest, nisi domicilium & jus civis habeat, aut ex tali Civitate sit natus. *Recess. de anno 1467. Item 1553.*

6 Quòd si quis extraneus per septennium Hanseatico tali inservierit, aut per id tempus in Civitate Hansæ jus Civis possederit, etiamsi non homo liber extiterit aut reputatus sit, nihilominus in Emporiis cunctis ad residentiam & negotia talia admittitur, exceptis tamen Anglis, Hollandis, Seelandis, Flamingis, Brabantinis & Norimbergensibus, qui in his Civitatibus tunc temporis recipi non potuerunt. *Recess. de anno* 1447. *& anno* 1449. Rationes hujus recessûs à Dn. Werdenhagen, cum correctione decreti explicantur.

7 Qui sibi jus emporii & residentiæ competere putat, ille documentis justis id prius probabit, & ea exhibebit, ut ex iisdem constet, quòd Hanseaticus sit natus; & talia documenta saltem concipient Civitates Lubeca, Dantiscum, Riga, Colonia, Monasterium, Daventria, Magdeburgum, Brunsuiga, & Hildeshemium. *Recess. de anno 1494. & 1497.*

Qui in aliquo emporio residet, & extraneam ducit conjugem, ille eô ipsô factô Hansam amisit. Recess. *de anno 1497.* nec in ulla Civitate Hanseatica ad jus Civium admitti potuit; velut nec ullus nauta Hanseaticus, qui ex oriente in occasum navigationes suas exerceat, & ibi domicilium habeat, tâlem transvehet; nec ullus Hanseaticus ejus bona acceptabit, & ipsi transmittet sub pœna trium marcarum auri, jacturâ juris Civitatis, & mercaturæ aut negociationis Hanseaticæ, per trium annorum spacium, *Recess. de anno 1447.* 8

Quòd si mercatores duo Hanseatici litigia inter sese foveant, tunc nemo eorum poterit aut debebit Ecclesiastico alicui suum jus cedere, nisi cessionarius sequatur forum ejus compromissarium, qui secundùm Recessûs Hansæ judex est competens. *Recess. de anno 1447.* Item, *1511. & 1517.* Plura de Anseaticorum foro & processu *vid. in Recessibus.* 9

In Civitatibus Anseaticis nequit contractus emtionis fieri, nisi ad minimum contrahens sit civis aut incola; aliàs impugnabitur statim. *In Recess. de anno 1494.* 10

In Civitatibus Hanseaticis non amplius tantus navium numerus ædificabitur, velut anteà; cùm tot inde incommoditates nascantur, *Recess. de anno 1430.* 11

Nemo mercatorum, ex hisce Civitatibus aurum argentumve in extera loca, pro artificiis inde conficiendis & absumendis exportabit. *Recess. de anno 1418. & 1427.* sub pœna vitæ & bonorum. Recess. *de anno 1417.* festo Pentecost. 12

Nemo emet & vendet haleces, antequam captura sit perfecta; nec frumentum, ante messem: pannum, aut alia artificialia manufactionis, priusquam fuerint confecta & absoluta: Si quis contra hoc quid tentet, tunc emtor 13

perdet bona cuncta: venditor autem decem marcas argenti pro mulcta solvet; qui talem contractum nullitatis arguet, ille sextam partem ex bonis his confiscandis pro præmio accipiet. *Recess. de anno 1447. artic.9. & alibi.*

14 Frumentum nullum per Orsundium aut Balthen, ab Albi aut Visurgi, & contrà, navigare debet, nisi ex Civitate Hanseatica avehatur; quicunq; nauta contrarium egerit, in nulla Hansæ Civitate tolerabitur, nec ipsi quid concredetur pro vectione. Et quicunque mercator Hanseatic⁹ contra hoc quicquam tentabit, perdet bona ea cuncta: extraneus autem ab omnibus comerciis cum Hanseaticis communibus penitùs excludetur. *Recess. de anno 1417. 1440. & 1447.*

15 Nemo pannum fasciculatum emet, & in alia loca ad tincturam transportabit, nisi ubi confectus sit pannus talis, ibi quoque colore tingi & præparari debet, sub pœna perditionis panni. *Recess. de anno 1417. in* Lubeca.

16 Pannus nullus extensivus, pansilis, aut pansivus, nec serica, falsô colore tincta, debent in Civitatibus Hansæ vendi, sub pœna confiscationis. *Recess. de anno 1598.* ubi una Civitas Hans. contradixit.

17 Sic nec aromata inutilia aut fucata, in Civitatibus, nec aliter quàm secundùm pondus vendi quid solidè debet, sub pœna confiscationis: & uncia quævis duos lotones Colonienses continebit. *Recess. de anno 1507.*

18 Sal Colbergense non infundatur vasis Luneburgicis, sed solummodò minutulis ligamentis involvatur ligno, sub pœna amissionis. *Recess. de anno 1412.*

19 Nemo sal Bajonicum in ulla Civitate Hansæ exponat, nisi hoc ipse emerit, aut afferri sibi curârit. *Recess. de anno 1470.*

20 Nemo piratis arma bellica aut victualia vendat, sub corporis & vitæ pœna ac bonorum confiscatione. *Recess. de anno 1417.*

21 Nullus bona suspecta & spoliata emat scienter, sub modò dicta pœna cõfiscationis. *Recess. de A. 1417. 447. 470. 498.*

Quicunq; minister illuc, ubi mercator dominus ejus habitat, ad reddendas rationes pervenire recusabit; ille in nulla civitate Hanseatica locum civis inveniet, nec recipietur. *1. Recess. & 3. de anno 1412. & 447. & 1440.* 22

Qui in una Civitate, aut etiam alibi, mercator pecuniam mutuò sumit & accipit, aut pignora excipit, & secum tamen aufert, in alium concedendo locum habitandi, ille hôc factô amittet omne jus Civitatis, nec in ulla Civitate salvum conductum habebit, nec mercatoris ullius locum merebitur; multò minus ut debeat JURE MERCATORIS defendi. *Recess. de anno 1417. 418. 470.* 23

Ita quoq;, qui mercator propter debita expellitur, ille nequaquam ulla in Civitate Hansæ tolerabitur. *1. Recess. de anno 1398. & 1447.* & novissimè *Anno 1620. & 1658.* 24

Petulans decoctor aut defraudator, quem Banckerottirer dicunt, si fugam arripiat, & campanæ signum ipsum ignominiâ affecerit, ac uspiam deprehendatur, per aliquot horas in loco delinquentium publico vinculis æneis sistetur spectaculo. *Recess. de an. 1491.* Ubi indicia ad probationem doli sufficientia erunt, talis defraudator non aliter ac juxta leges Civitatis Lubecæ, quàm fur suspendi debet. *Recess. de an. 1540. & 1620.* Vid. Mandat. **Der vereinigten Teutschen Hansee-Städte wieder die muthwillige Falliten und Panquerottirer** / *annex. cap. 10. lib. 4. circ. fi. hujus tr. sub lit. Z.* De Statutis circa Decoctorum personas & bona vid. ap. Benj. Strach. *part. 4. de decoctorib.* 25 Z

Quicunq; minister hero suo se surripit, & aufugit, priusquam tempus obligationis suæ absolvat, ille intra anni spatium à nullo cive & mercatore Hanseatico in servitium recipiatur, *Recess. de anno 1395.* 26

In mercimoniorum dispositione justum observabitur pondus & mensura, juxta loci cujusq; præscriptionem, vid. *infr. lib. 4 c. 4. huj. tr.* Ubi hoc ex Recess. *de anno 1497. & 1530.* aliisq; Imperii Recessibus per aliquot species deduximus. 27

Nemo

28 Nemo corrumpat vinum Rhenanum, sed ita in bonitate sua relinquatur, velut ex Dei benedictione natum est; quod si adulteratum inveniatur, juxta crimen falsi judicabitur. *Recess. de anno 1417.*

29 Nemo mercatorum Hanseaticorum nautæ extraneô suas imponet merces: sed in omnibus præferantur Hanseatici nautæ, sub pœna 3. marcarum auri. *Recess. de anno 1447.*

30 Extraneo nulli mercatori concedetur, ut ultra tres menses in aliqua Civitate Hansæ vivat in commerciis, aut apertam mercaturam tractet. Vid. *Recess. de an. 1434. 1441.*

31 Nemo extra Hanseaticos pannum Anglicanum juxta Ulnæ mensuram vendat: tamen in convoluto fasciculo, juxta modum Hansæ, licitum erit. *Recess. de anno 1470.*

32 Nemo Hanseaticus cum extraneo aliter, quàm in præsenti pecunia, **oder baar**/ ut loqvuntur, i.e. continenti satisfactione mutua commercia tractare debet. *Recess. de anno 1441.*

33 Sic &, si Hanseaticus extraneo factori (ut vocant) alias merces, quàm contectas & involutas transmittat, faciat sub pœna trium marcarum auri. *Recess. de anno 1334.* Item *1498. 1530. 1535. 1540. nec non 1572.*

34 Quando mercator Hanseaticus moritur in Civitate aliqua Hansæ, ubi domicilium non habuit, Senatus loci poterit bona relicta tamdiu asservare, donec heres ejus adveniat; ubi portionem bonorum sibi talem vindicabit, velut extraneus pensare solet; ita tamen, ut statutorum municipalium ratio & jura observentur, *Recess. de anno 1434.*

35 Atque hæc ex multis excerpsisse sufficiat. De quibus tamen Statutis, manifestæ locô sciendum, etsi conventionis vi potius subsistant, quàm ut leges sint; haud secus tamen atque leges in Camera Imperiali attendi, Ruland. *de Commiss. part. 2. lib. 5. c. 4. n. 59.*

36 Quidnam verò ad ordinationem rerum navalium referri; quidque in singulis observandum juxta Hansæ communis constitutionem, sedulò hîc notari deberet, quod *in 58. articulis* ad Statuta Lubecensia est adjectum. Hæc autem cùm publicè prostent, & passim in usu sint, supervacaneum, in hisce transscribendis diutius hærere: quilibet inde id petat; ubi percipiet, quòd accuratè casus omnes ibi sint præfigurati. Titulus **Der uralten Hänsischen verwandnüß Städte auff dero** An. 1591. **binnen Lübeck gehaltenen algemeinem Hanseetage bewilligte Schiffs-Ordnung / deren sich die Schiffs Rehdere/** 37
Schiffer und Boßleute hinfürder verhalten sollen; Renovata & iterum publici juris facta, Bremæ A. 1641. Vid. etiam Judicium Nauticum. **oder Seegerichte** 38
der Stadt Lübeck de Anno 1655. in fin. Tract. annex. sublit. X. Itẽ Statuta Wysbyensia in fin. Tract. sub lit. M. Quibus ex Exoticis addi potest Libellus 39
tas, quàm idiotæ mercatores, authoritate Pauli de Castr. *in l.1.n.9.ff. de just. & jur.* Cujus verba formalia hæc sunt: Nota contra idiotas mercatores, qui faciunt se magistros æquitatis, & contemnunt legistas, dicentes, quòd vadunt per cavillationes, & ipsi per æquitatem; nam multò melius cognoscunt legistæ, quid sit æquitas, quàm ipsi cognoscant, quid sit rigor, qui est
63 oppositum æquitatis, & unum contrarium melius cognoscitur per aliud, ut in §.*1.Instit. de his qui sunt sui vel al. jur.*
64 Et habent notitiam JCti tàm per naturam, quàm etiam per artem; illi verò per naturam tantùm; & proferunt aliquando multas iniquas sententias, confidentes de semetipsis. Dahero
65 dann sich in facto begeben / das 3. Gelährte und 3. Kauffleute über eine Sache zu consuliren deputiret / und in zwey Hauffen geritten / und Obmänner erwehlet / dieselbe den Gelährten Beyfall gegeben / idque in materia Assecurationis, wie solches vom Anthonio Monacho JCto Taurinensi, Rotæ Bononiensis auditore, *in decis.1.Florentin.n.ult.* mit folgenden Worten referiret wird: Et nos aliter juridicè arbitrari non posse putavimus, quicquid Doctores mercatores, Collegæ insuper additi, aliter senserint, quorum sententia & reprobata fuit, & nostra comprobata, per Excellentissimum D. Sylvium Spannocht. Dominicum Suilandum &c. meritissimos Doctores meos, Judices, stante discordiâ inter nos & doctores mercatores delegatos, quæ confirmata à Clmo. magistratu transivit in rem judicatam, & executioni
66 fuit demandata Anno 1601. Und ist auch hierbey zu mercken / daß diese cognitio æquitatis, apud mercatores multos propter lucri cupiditatem bißweilen verhindert / und also die Augen verblendet werden: nec enim integram manere æquitatem putamus, ubi magnitudo quæstuum spectatur. Tacit. *libr.11. Annal.* quod ad propositum in causis omnibus mercatorum applicat Dan.
67 Santer. *de offic. mercat. lib. 1. cap. 8.* Et paulò post modò dictus Ruland. An sententia lata ex relatione peritiorum mercatorum retractari possit? Vid. Mynſ. *Cent.6.obſ.35.* Welches ich deswegen etwas weitläufftiger anregen wollen / damit die unverständigen Clamanten (so weder in Curiis mercatorum jemalen versiret oder consuliret / noch deren Consulum, oder Assessorum Ampt verwaltet / und offtmals extra suam professionem schreiten / contra ea, quæ latè prodidit Scipio Rendine. JCtus Neapol. *in recept. sentent. tit. 73. de Mercatorib.n.2.* Und von welcher Leute natürlicher Eigenschafft und Vermessenheit auch dieses / was in gemein von den temerè judicantibus de causis obscurissimis & arduis, der fürtreffliche Schottischer Historicus ac Poëta Georgius Buchananus, in suo Jephte folgender Gestalt elegantissimè auffgezeichnet: 68

Nunc, quò quis è plebe fermè indoctior
Auctoritatem assumit arrogantius
Dijudicandi in rebus obscurissimis:
Et pertinaci (quod ferè ignorantiæ est)
Animô tuetur dogma susceptum semel
Nec interim æquo expendit examine;
mala
An recta sint, quæ pertinaciter tenet.
Sed cùm inter omnes maximè cæcutiat
Cæcus, videntes cæcitatis arguit,
Ut cui perusta febre fervent viscera,
Amara cuncta credit, unumq; autumat
Se sapere, cùm desipiat unus maximè.

Billich kan gebrauchet werden /) sich des temerè judicirens / sonderlich bey dem Wein und Bier enthalten / und also in ihren Schrancken verbleiben mögen; außdrücklichen bedingend / daß hiemit die Verständige / sonderlich so in foro & curiis mercatorum, ex statuto vel ordinatione cum consensu magistratûs sich gebrauchen lassen / hiermit nicht gemeinet / allein daß sie sich des zur Nachrichtung und cynosur dienen lassen / der Hoffnung / sie werden ihrer beytragenden Discretion nach / daß solches nicht anders gemeinet / leichtlich vermercken / daran denn nicht zu zweiffeln / derowegen ich allhier abbrechen will. Hucusque Dn. Rutg. Ruland. *de relat. sing. de Assecur. præm. non solut. Hamburgi Anno* 1630. 69

1630. edita. n. 277. & aliquot præcedentib.

70 An autem, extra mercatorias causas, mercatores, aut alii illiterati, ad judicandi munus & reipub. gubernacula rectè adhibeantur, non alienum est hîc quærere? Rom. *Cons. 300.* asserit, ex longa & antiqua consuetudine extra negocium mercaturæ causas quoque posse cognoscere, cùm iidem etiam apud Romanos ad jus suffragii admissi fuerint. Carol. Sigon. *lib. 2. de jur. Rom. cap. 7.* Cic. *5. in Verr.* Cum quo coincidunt quidam Dd. distinguentes inter judicem ordinarium & delegatum; de priori affirmant simpliciter autoritate judicum antiquorum; de posteriori idem, modò causarum experientiam

71 habeant. *l. certi juris. 17. C. de judic.* & judiciô polleant naturali, seu discretione, quam S. Canones vocant omnium virtutum matrem. *c. præsentium. 1. q. 5.* Unde & eos ipsos in Commissionibus & calculationibus difficilimis ad negotia expedienda adhibendos esse, monet Rutger. Ruland. *part. 1. de commiss. lib. 4. cap. 19.* Ubi & hoc in

72 Camera practicari docet, *n. 2.* An autem naturale ingenium, in administranda Repub. aut gerendo magistratu sufficiat, artisque subsidiô non egeat? doctè disserit Jacob. Zevecot. *in Flor. cap. 5.* Quidam hoc planè negant, per elegantiss. Novell. *82. pr. & can. statuimus 8. distinct. 61. l. ne quis. 6. C. de dignit. l. si cohortales 12. §. sed etiam. 3. C. de cohortal. Princ. lib. 12.* vid. Fr. Patric. *lib. 1. de Instit. Reip. tit. 8.* Idq; exemplô Montepessulanorum in Galliâ, qui, cùm Mercatoribus & illiteratis Rempubl. commiserint, totam propemodùm everterunt. P. Rebuff. *privileg.*

73 *Scholar. 48.* Nos verò hoc primò limitandum putamus, si doctos Assessores habeant, *per d. Novell. 82.* ibi: *Adsint modis omnibus adsessores. l. 1. C. de Adsessor.* Dd. *in d. l. 17. C. de Judic.* Gothofr. *ad l. 1. C. de postul.* Gratios. Ubert. *congress. legal. 9. p. m. 366.* Hi enim possunt supplere eorum defectum, ut dicit

74 *gl. ad d. Nov. 82.* Secundò, si hoc consuetudine obtentum sit, & id Reipub. genius suadeat. Joh. Sibrant. *part. 1. jur. pub. Lubec. sect. 15. n. 23.* Non etenim à publicis muneribus avocandi sunt, 75 quorum usus Reipub. necessarius esse cernitur, sed his muneribus honestandi, quæ facile per se gerere possunt, vel collegis adjuvandi, à quibus eorum gressûs adeò regantur, ut nihil incommodi Civitas capiat, & tenuiores à majoribus non videantur omni ex parte destitui, Francisc. Patric. *de Instit. Reipubl. lib. 1. tit. 4.* ibi: in terminis de mercatoribus disserens, vid. eund. *d. l. 2. tit. 8.* & Dn. Mev. *rubr. lib. 1. tit. 1. comment. in jus Lubec. n. 38. cum seq.*

Sedulò tamen cavendum, ne ejusmo- 76 di munus committatur iis, qui præter delectûs aselli arefacti notitiam nullam sibi acquisiverunt, isti etenim ad consilia secretiora æquè ac ὄνος πρὸς λύραν apti reperiuntur. Joh. Sibrand. *de jur. pub. Lubec. part. 1. sect. 13. num. 11. & sect. 14. n. 75.* Verùm, quomodo legi- 77 bus & utilitati publicæ conveniat, ut peritioribus indigenis contra doctrinam JCtorum & Politicorum, Felin. & Dec. *in c. cum omnes. X. de Constit.* Grimald. *de Senat. lib. c. 17.* interdum posthabitis, illiterati & sæpè extranei ad Rerumpub. gubernacula, judicandi munus, & ad omnem dignitatem evehantur, præter ea quæ paulo pòst sequentur, aliorum judicio relinquendum. *Solus* enim *studiorum labor meretur, ut hi, qui in publicis administrationibus constituti, sociare sibi consiliorum participes cupiunt, spe præmiorum atq; honorificentiâ suâ provocent eos, quorum prudentiam sibi putant esse necessariam. l. 1. C. de Assessorib.* vid. plurib. Obrecht. *de judic. disp. 2. thes. 216.* Hotomann. *quæst. illustr. 26.* Corras. *miscell. 19.* Cujac. *23. obs. 40.* Joh. Jac. Drac. *de orig. & jur. Patric. cap. 4. n. 18. cum seqq.* Cùm magnum Reip. detrimentum afferat, si talibus judicibus lites & causæ disceptandæ, tradantur, qui non à se jus accepturi, sed rectam judicandi rationem aliunde emendicaturi sunt, *d. Nov. 82.* De quo ita eleganter Franc. Patric. *lib. 1. de Inst. Reipub. tit. 8.* In suffragiis, in- 78 quit, reddendis, honestatis & virtutis prima ratio est habenda; secunda ve-

rò liberalium disciplinarum, quæ fructum in Civitate habent uberrimum; tertia autem Nobilitatis. Nam quorum Majores illustri aliquâ gloriâ floruerunt, eorum non sunt filii posteriq;
79 negligendi, nisi ignaviâ majorum suorum laudes obscuriores reddant. Vid. Trajan. Boccalin. *part.3. raggugl. di Parnass.5. pag. mihi 15. & seqq.* & elegantem locum in relig. Med. *p.2. sect.1. pag.m.319.* ibi: est & inter patricios &c.
80 Quarta denique MERCATURÆ. Proinde modestè mercaturam agentes, & qui non fœnus faciunt (quod proximum homicidio) quiq; nō mentiantur, nec de perjurio mendacióq; alios decipiant, Reipublicæ & judicandi muneribus honestandos censeo. Hactenus Franc. Patricius.

81 Unde patet, ut velut excursione quâdam hoc injiciamus, qualis in Republ. inprimis in qua Commercia florent, confusio, æmulatio, invidia, odium & discordia nascatur, si in conferendis honoribus, dignitatum gradibus & functionibus, hic à Fr. Patricio & aliis sanioribus Politicis & JCtis præscriptus Ordo non observetur, sed insinuatione, obsequiô, ambitione & suffragiorum emendicatione serie calcatâ honores sæpè indignis conferantur, dignis verò detrahantur vel imminuantur. *t.t. & l.2. C. ut Dignitat. Ord. serv. l.2. C. de Primicer. l.14. §.14. ff. de Injur.* Quod tunc fieri consuevit, cùm vel à distribuentibus seu eligentibus merita non æstimantur, vel aliqui nimiâ opinione ingenii, eruditionis, prudentiæ, quæ & Alcibiadi nocuit, Cornel. Nep. *in Alcibiad.* vel generis, aut opum, quidvis per se aut alios moliuntur, ut ambitiosi sui voti compotes reddantur. Isti gravido voto sæpè etiam parentes, præsertim matres, socrûs
82 & uxores obstetricari, & in ambitionem maritorum, filiorum aut generorum certare consueverunt. Cl. Johan. Loccen. JCtus & Professⱴ. Upsal. *in aureo suo tract. de Ordinand. Repub. lib.1. c.11.* Invenias qui si nonnullos magnates aut alios qui hoc in passu quid valent, specie beneficii demercantur, si sciant illis arte adulari, innocentes odiô obscurô morsúque venenatô criminari, sine difficultate ascendunt. Sunt etiam qui si larvam hujus vel illius negocii pro vera ejus facie repræsentare possint, ob solam rei speciem admirantibus ut gladius Delphicus dignioribus præferuntur: videas quosdam ob corporis vastitatem externam & alia hujusmodi in magno esse pretio. Unde Tacitus de Corbulo Armeniæ Præfecto. *lib.13. Annal. Corbulus corpore ingens, verbis magnificus etiam specie inanium validus.* Dantur tandem AMBITIOSI, qui cùm revera tales sint, tamen pallidam ambitionem albâ Virtutis veste induere satagant, ut verè candidati esse videantur; Quos Salustius ita describit: *Ambitio multos mortales falsos fieri subegit, aliud clausum in pectore, aliud promptum in linguâ, magis vultum quàm ingenium bonum habentes,* & alibi. *Gloriam, honorem & dignitatem, bonus & ignavus æquè sibi expetunt: Ille verâ viâ, hic quoniam bonæ artes desunt, dolis & fallaciis contendit.* Talis ambitus olim corruptô Reipubl. Statu, exercebatur Romæ, de quo præter alios Arrianus *lib.4. dissertat. Epictet. c.10.* Ἂν ὑπατεῦσαι θέλῃς ἀγρυπνῆσαί σε δεῖ, περιδραμεῖν, τὰς χεῖρας καταφιλῆσαι, πρὸς ταῖς ἀλλοτρίαις θύραις κατασαπῆναι, πολλὰ μὲν εἰπεῖν, πολλὰ δὲ πρᾶξαι ἀνελεύθερα, δῶρα πέμψαι πολλοῖς, ξένια καθ' ἡμέραν ἐνίοις. h. e. *si Consulatum expetis, vigilandum tibi est, circum-cursitandum, manus deosculandæ, ad alienas fores computrescendum, multa dicenda, multa facienda illiberalia, munera mittenda multis, nonnullis promissa & strenulæ quotidianæ.*

Quos Joh. Bodinus *libr.4. de Republ. c.3. pag. m.678.* Imbelli & veterno lan- 83
guenti Stomacho comparat, qui eò plus appetit, quò difficilius concoquere potest, nec enim suæ dignitati convenire putant, in mediis consistere, nisi ad summa quæque evolare conentur, nullâ habitâ consideratione aut reflexione, quòd si voti compotes reddantur, tanquam in sublimi positi, ex alto-

que

quæterram intuentes vertigine correpti, præcipitiô sæpè ruant. Nam casum appetit, qui ad summi loci fastigia postpositis gradibus perabruptè quærit ascensum. *c. sicut. 2. Distinct. 48.*

Quid Crassos, quid Pompejos evertit, & illum
Ad sua qui domitos deduxit flagra Quirites,
Summus nempe locus nullâ non arte petitus.

ut scribit Juvenalis *Satyr.*

Habet enim hoc vitium omnis ambitio, non respicit, & non quos in Republic. vincat, sed à quibus vincatur adspicit ambitiosus, cum illi non tam jucundum est, multos post se videre quàm grave, aliquem ante se. Senec. *e leg. Epist. 73. & 84.*

84 Qui autem ita per artes patricias, ut cum aliis loquitur modò dictus JC. Loccen. *d. lib. 2. c. 10 pag. m. 211.* ascendere parant, ob communis vitæ & ordinis perturbationem à Republ. sub pœna ambitus arcendi sunt. *l. si quenquam 31. C. de Episc. & Cler. t. t. ff. & C. ad L. Jul. Ambit.* Petr. Gregor. *de Republ. libr. 13. c. 14. n. 11. 12. & 13. cum seqq.* illorumque artibus ab ipsis legibus & magistratu obices ponendi, quas post modò allegatum authorem *c. 10. libr. 2. de Ordin. Rep.* Et Machinod. *lib. 1. de Rep. c. 46. & 52.* vivis suis colorib. vide descriptas ab Impp. Theodos. & Valentin. in elegantiss. *l. 7. C. de Divers. offic. libr. 12. tit. 60.* his verbis: *Ad splendidioris privilegia dignitatis posteaquam priorem continuô labore compleverint, eos venientes admittemus, qui ea votô adipiscendi honoris crediderint expetenda, non eos qui studio exercendæ Cupiditatis ambierint, ut velut in meliore fortuna positi, aut ea compendia* (vid. text. d. l.) *quæ prius commisisse doceantur, occultent, aut alia deinceps possint impunè committere,* cui adde prællegat. Loccen. Ad præcavendum ergò internecinum hoc & pestiferum Reipubl. malum, Conr. Brun. *de Sedit. lib. 3. c. 6. n. 1. & 2. Tom. XI. Tract. Tract. fol. 124.* apprimè necessarium est, ut in omnium Dignitatum Collationibus & Ele-
85 ctionibus Ordinis habeatur ratio. Is enim in Universitate mundi, & in astris in Cœli motu imò inter angelos suam exercet potentiam. *c. ad hoc. 89. distinct.* fusè & eleganter singulari tractat Nicol. Boer. *de Ordin. grad. utriusq. fori p. 1. n. 1. & mult. seqq. in Tr. Tractatuum.* vid. Marquard. *de Cal. Sacr. non utroq. c. 2. n. 8. Tom. 14. Tract. Tractat.* Ideò magnâ ratione & providentia factum est, ut Juris nostri conditores omnibus rebus, maximè verò honoribus & dignitatibus seriem quandam moderationemque habendam censuerint, ut dū unicuiq; sua conservaretur prærogativa & prælatio rectè officiorum gereretur administratio, veraque ex diversitate induceretur concordia, quæ sine Ordine conservari non potest, sed tunc mera sequitur Confusio. Angel. *ad l. 1. §. nunc videamus ff. de nov. op. nunc.* Quod præter allegat. *c. ad hoc. Distinct. 89.* testantur multa Romanorum Pontificum Decreta & Impp. tam veterum quàm recentiorum rescripta. *l. rescripto. 6. ff de Muner. & honor. t. t. ut Dignit. ord. serv. L. ut gradatim. 11. ff. de Muner. & honor.* cujus hæc sunt verba: *Ut gradatim honores deferantur edictô, &* 85
ut à minorib. ad majores perveniatur epistolâ D. Pii exprimitur, cui adde L. 14. §. 5. ff. d. t. his verb. *Gerendorum honorum non promiscua facultas esto, sed ordo Certus, nam neq; prius majorem magistratum quisquam nisi minorem susceperit, gerat,* hisce affines sunt. *l. 5. C. de Offic. Præf. Præt. urb. l. 6. C. de Prox. Sac. Scrin.* Quis enim in uno eodemque genere dignitatis prior esse debuerat, nisi qui prior meruit dignitatem. *l. 1. C. de Consulib.* Nicol. Boer. *d. l. pr. n. 45.* ubi ratione loci & administrationis alium præferendum docet. Et *l. 2. C. de Primicer. lib. 12. tit. 7. Qui gloriosis obsequiis non nihil Reip. commoditatis attulerunt & decoris & diversis beneficiorum titulis muniri volumus & augeri.* Et paulò pòst Imp. Zeno: *Illud præcipuè volumus, ne per ambitionem vel gratiam cujuslibet occasionis obtentam cuiquam liceat aliquando graduum seriem conturbare, & temporis ratione calcatâ dudum militantibus anteferri.* Cùm honoris augmentum non ambitione, sed benemeritô & la-

& labore ad unumquemque venire conveniat. *l. contra 14. C. de Re milit.* Et honos alat artes, ubi cûm dempseris ipsa virtus per se amara ac aspera est. Saluft. *de Ord. Rep.* Nam quæ per ambitionem malô inchoantur principiô, nunquam bonô peraguntur exitu. *c. Principatus 25. cap. 1. q. 1.* Sed de diverticulo in viam.

87 Hisce itaque in genere præmissis, nunc de salariis horum Consulum quædam, mantissæ locô libet addere. Cûm utilitati publicæ conveniat, ut benè merentibus & pro communi bono laborantibus molestiarum remuneratio haud denegetur. *l. 5. §. 3. ff. de jur. immun. l. fin. C. de stat. imagin. l. 1. §. 1 ff. de just. & jur.* æquitati quoque conveniens & commerciis valdè proficuum erit, si mercatorum Consulibus salaria (quæ & solatia dicuntur *in l. post duos. 15. C. de advoc. diverf. jud. l. laudabile. 4. §. 1. C. Eod. l. 2. C. de præd. Decur. lib. 10. l. 3. C. de agentib. in reb. lib. 12.*) præbeantur, eaque talia, quæ non tantùm sufficere agentibus; sed & quæ ad honorem & negociorum emolumentum pertinere videantur, pro magnitudine & amplitudine eorum qui constituunt; utque eò facilius ad id munus viri habiles & probatæ fidei alliciantur. *arg. eorum quæ profert*, P. Gregor. Tholos. *lib. 18. de republic. c. 4.* Nam, ultra id, quòd mercenarius sit dignus suâ mercede, *cap. quæcunq. 12. q. 2.* & unusquisque secundùm laborem suum mercedem accipiat; *2. Corinth. 2.* cum nullus labor debeat esse sine mercede. *Tob. 4. vers. 15. Deuter. 2. v. 14. Levit. 19. vers. 13. Novell. 82. cap. 9.* & si labor in damno est, crescit mortalis egestas. Airer. *p. 1. process. cap. 1. obs. 7. in pr. auth. de judic. §. ne autem. c. charitatem eademq. q. 2.*

88 Debet in constituendo hoc salario ante omnia inspici consvetudo loci, qualitas locorum, negociorum & personarum, cujusque scilicet industriæ, cujusque peritiæ sit, qui operam præstat, & similia. *l. 1. §. in honorariis, & §. si cui ff. de var. & extraord. cognit.* Guid. Pap. *decis. 190. n. 1. &c.* Petr. Ubald. *in tract. de duob. fratr. in 6. part. princip. n.* 27. quem allegat Rot. Gen. *decis. 115. n. 4.* prout ex sequenti patescit oblatione, Hispanico Consuli commerciorum factâ: quam E. G. huc apponimus.

Præsentation der vornemsten Kauffleute in Hispanien/ darinnen selbe dem Consuli ein ¼ per Cento, oder 2½ per mill. freywillig an præsentiret/ umb zu Madrit zu residiren/ Anno 1633. 89

Wir unterschriebene dieser Cedula der Teutschen und Niederländischen Nation Kauffleute/ so in dieser Stadt Sevilia residiren/ vermelden/ wie daß sowol uns in dieser obgedachter Stadt/ als denen zu S. Lucar, Cadiz, Malaga, und andern Oertern dieses Königreiches/ vorfallen viele arrest von Schiffen und Kauffmanschafft/ Civil. und criminalische processe, darumb man procuriren/ sollicitiren/ am Königl. Hofe zu Madril umb dero expedition anhalten muß/ und weil alda zu Madril verharret und residiret Augustin Bredinus, Procurator Teutscher Nation, und Consul wolgemelter Nation im Königreich Portugal, eine Person von grosser Wissenschafft und experientz, umb obg. negotien expedition zu procuriren/ als er dann biß heutigen Tages hat fleissig gethan von was condition die sich haben oder immer mögen an obgedachten Königlichen Hoff vorfallen/ mit absonderlichem Eifer und grosser Sorgfaltigkeit; und weil wir an seiner Person ein grosses Gnügen und satisfaction, also haben und wollen wir ihme anordnen eine gewisse Bestallung/ welche wir ihme auff nachfolgende Weise anordnen und zueigenen.

Daß er sol nehmen/ und nehme vor sich obgedachter Augustin Bredinus ein vierdten Theil von einem hundert (so 2½ von tausend) von allen Kauffmanschafften/ so an uns consigniret/ unsere und vor unsere Rech-

Rechnung von der Stadt Lübeck/ Hamburg/ und aus allen Hansee-Städten und Porten/und auch eben also von den Wahren/ welche von diesem Königreiche und Porten werden remittiret und geladen/ nach obgedachten Hansee-Städten wollen wir gleichmässig zahlen obgedachte $\frac{1}{4}$ pro Cento und dann obgedachte $\frac{1}{4}$ von einem hundert/ so wol von den Gütern / welche an uns werden consigniret/ als denen so hinwiederumb von diesem Königreich abgeladen oder abgeschaffet werden/zu empfangen in obgedachten Hansee-Städten/ zu Lübeck/ Hamburg/und andern deroselben Seeporten/durch denen welchen hierzu ernennen und deputiren werden die von unser Nation der wolgedachten Hansee-Städt/ Und dieweil wir nicht zweiffeln/ daß dieselbe/ so da in obgedachten Hansee-Städten residiren/ werden vor gut achten zu verwilligen daß von allen Wahren/ welche sie anhero schicken und einladen/ und hingegen wiederumb nach obgedachten Städten / vor ihre Rechnung sol bezahlet werden/obgedachte $\frac{1}{4}$ von eins per cento wegen der satisfaction, so sie haben von gedachtes Augustin Bredimi Person / und daß ihnen wissend seine assistenten hoch vermötten an wolgedachten Königlichen Spanischen Hoff zu Madrit. Also ist unser Will / daß gedachte $\frac{1}{4}$ von einem von hundert hin: und wiederumb sol anfangen zu lauffen/ und empfangen werden von dem Tage an/ daß es also effectuiret/und obgedachten Herren der Erb. Ansee-Städten darein consentiren und gut achten zu approbiren: und sol so lange währen was in dieser Cedula begriffen / als selbiges wird belieben obgedachten Herren der Erb. Hansee-Städten und uns/ Und auf diese und keine andere Weise unterzeichnen wir diesen Zettel/ und verobligiren uns alles also nach dessen Einhalt zu vollbringen / welches geschehen in dieser Stadt Sevilla d.25. Maji 1633.

Hispanicè.

DEzimos los que fermamos esta Cedula de la Nation Alemana y Flamenga, mercadores y residentes en esta Ciudad de Sevilla, que por quanto à los delas dichas naciones ansien en esta Ciudad, como en las de St. Lucar, Cadiz, Malaga, y en ontras partes d'esta Reyno, se ofrezen muchos embargos de navias y mercaderias pleitos Civiles y Criminales sobre leiq' s' occurre à la corte de su Mag.[tes] en la villa de Madrid à la solicitud y despachos de los dichos negotios que ansi se ofrezen y han de ofrezer. y por q'en la dicha villa de Madrid esta y reside Augustin Bredimus de la dicha nacion Alemanna y Consul de las dichas naciones, per los q' residen en el Reyno de Portugal que es persona de mucha intelligencia y experiencia para acudir al despacho de los dichos negotios, como hasta oy ha acudido de qual quier condicion que se an y ajan ofrezido en la dicha corte con particular zolo y pũctualida. y por la grand satisfacion, que tenemos de su persona, le queremos constituir y sennalar algun stipendio y elo constituimos y sennalamos en la forma sequiẽte. Que aya de Slevar y lleve para sy eldicho Augustin Bredimus un quarto de uno por ciento de las mercaderias q' non tieneren consignades nuestras y de nuestra quenta de la Cita de Lubeque, Hamburgo, y de las demas Ciudades y puertos se remetieren y cargaren para las dichas Ciudades Anseaticas pagaremos en la misma conformidad el dicho quarto de uno per ciento, assi delas mercaderias que nos venieren consignados, como de las que se inviaren y cargeren d' este Reyno se cobre en las dichas Ciudades de Lubeque, Hamburgo, y de los demas puertos Anseaticos, per la persona, que para elle nombraren y deputaren las de la nation de las dichas Ciudades Anseaticas y por q' los q' residen en las dichas

dichas Ciudades, le dudamos si no- que teman por bien en consentir que se paguen de las mercaderias, que los dichos remitieren y cargaren para este Reyno y reciprocamente del para las dichas Ciudades por su quenta el dicho quarto de uno per Ciento, por tener satisfacion de la persona del dicho Augustin Bredimus, y constar les convenir la assistencia del dicho en la villa de Madrid, y ansi es nuestra voluntad que el dicho quarto de uno per ciento reciprocamente ha de empezar à correr y corre des de el dia que turbiere effeto, y los dichos Sennores de los Ciudadas Anseaticas vinieren y turbieren por bien de consentir dicho un quarto de uno por ciento, y que ha de durarlo contenido en esta Cedula por el tiempo, que fuere la voluntad de los sobredichos Sennores de las dichas Ciudades Anseaticas y nuestra en la forma dicha y uno de otra manera firmamos este Cedula, y nos obligamos a estar y passar por Ella, que es fecha en este Ciudad de Sevilla, à viente y cinco dias del mes de Majo de Mil y Seicientos y treinta y tres.

90 De hoc verò Consulum salario non immeritò quæri posset. Si contingat, ut quis huic muneri præfectus, cui annuum salarium constitutum erat, ante annum completum decedat, quidnam de ejus anni, quô obiit, salario ad heredes transmittatur? Ubi ante omnia distinguendum putamus inter salaria, quæ ob laborem & operam ministrorum mercenariorum seu mechanicorum & similium persolvuntur: & inter ea, quæ ex arte liberali descendunt: nam in illis, siquidem tàm labor, quàm pecunia divisionem recipiunt consti-
91 tutum est, ut heredes istiusmodi artificis, seu etiam famuli domestici, pro rata operarum seu servitii præstiti mercedem accipiant. *l. Sejo amico. 10. in fin.*
92 *ff. de ann. legat.* Quod probat etiam jus Saxonicum Landrecht *libr. 1. art. 22.* ibi: Stirbet auch der vermiedete Mann ehe er sein vollkommlich Lohn verdienet/ welches ihm verheissen war/ man ist sei nen Erben nicht mehr pflichtig zu geben denn er verdienet hat/ und ihm gebühret biß auff die Zeit/ da er starb &c. Et idem in militibus quoque statuitur, 93
cùm & hi laborum intuitu stipendia accipiant. *l. 14. C. de ann. legat.* & aliis passim textibus. In his verò quæ pro- 94
pter munus seu officium quod ex arte liberali descendit dantur, quale est nostrum Consulatûs officium, alia & jurium & locorum habetur ratio. Et jure quidem communi constat, salaria etiam nondum emerita, si intra annum illi qui officium gesserunt, moriantur, plerumque ad heredes integra transmitti: uti in sacris scriniis militantium. *l. si quis in sacris. 11. in fin. C. de prox. sacr. scrin. lib. 12.* Et agentium in rebus ad 95
bonum publicum spectantibus. *l. matriculatum. 3. C. de agentib. in reb. libr. 12.* Item secundoceriorum in schola domesticorum & protectorum, quorum heredes non tantùm reliqui temporis postremi anni, sed etiam totius anni sequentis salaria consequuntur. *l. ult. C. de domest. & protect. lib. 12.* nec non Primipilariorum *l. 1. C. de Primipil. libr. 12.* Advocatorum vel Patronorum causæ *l. post duos 15. C. de Advocat. divers. judic. & alior.* (ut partim apparet) stipendiis expresse cautum est. Hodiè autem sublatis istis Romani Imperii antiquis officiis & muneribus, eôdem jure censentur salaria & honoraria annua quorumcunque advocatorum. Item salaria potestatum & aliorum, majorum præsertim magistratuum, Doctorum, Professorum, Consulum, adeò, ut ea tota consequantur, etiamsi primâ die, & antequam minimum quodque peregerint, moriantur, Jacob. Schultz *quæst. pract. 5.* Mynſ. *C. 3. obs. 8.* Gail. *1. obs. 44. n. 12.* & Bernh. Græves. *1. concl. 44.* Jo. Petr. Sur. *1. vol. 1. Cons. Mantuan. 42. n. 3.* Plerisque etiam in locis liberis & viduis horum officialium mortuorum totius anni insequentis salaria concedi solent, quod appellant annum gratiæ, das Gnaden Jahr/ de quo 96
vid. Ernest. Cothm. *respons. sing. 15.* In Electoratu autem Saxoniæ, & ubi jus viget Saxonicum, ex Constitutione Electoris Augusti, Anno 1580. editâ, 97
Eccle-

Ecclesiastici semestria tantùm salaria consequuntur, ut & apud nos in quibusdam officiis ministrorum publicorum.

Sed parùm hîc expeditum est, an & quatenus de hujusmodi salariis æs alienum à defuncto relictum persolven-
98 dum sit? Nos putamus, distinguendum esse inter reliqua salaria, & salaria totius vel dimidii anni insequentis: adeò ut de illis omninò æs alienum defuncti sit persolvendum, de his verò non item. Vid. Rauchbar. *part. 1. q. 25. num. 22. & seqq.*

De Consulum remotione hæc unica saltem attingenda quæstio: Num 99
Consules, seu mercatorum Judices, à Collegio mercatorum creati revocari, & ab officio removeri possint? Et rectè sentiunt Barthol. & Salycet. Bonon. antecessor, *ad l. fin. n. 7. C. de jurisd. om. jud.* Quod ex justa causa removeri & reprobari meritò possint, *per l. 11. §. 3. Sed & reprobari. ff. de muner. & honor. l. 2. C. de professor. & med. lib. 10.* quæ distinctio ex mente JCti in *l. quod semel. ff. de decret. ab ord. fac.* videtur eruta.

Caput VII.

De

Processu seu Judicio Mercatorum summario.

Summaria.

1. *Judicium aliud ordinarium, aliud summarium.*
2. *Omnia Judicia sunt ordinaria, quæ non expressè excipiuntur.*
3. *Judicia summaria quæ?*
4. *Ex æquo & bono in causis Mercatorum procedendum, rejectis juris apicibus.*
5. *Quid sit velò levatô procedere.*
6. *Summarius Belgarum processus in negociis maritimis, cum loco Xenophontis.*
7. *Processus Hanseaticorum celerrimus in Hispania & Suecia.*
8. *Verba simpliciter, de plano, & sine strepitu & figurâ judicii, ex Jure Canon. dilucidantur.*
9. *Quæ sint naturalia judiciorum.*
10. *Quæ Civilia judicii, quæ in summar. omittuntur.*
11. *Ratio cur in causis Mercatorum summariè procedatur. quî comparentur causis Ecclesiasticis.*
12. *Mercatores dicuntur miserabiles personæ.*
13. *In causis miserabilium personarum proceditur summariè.*
14. *Hoc Judicium à Wehnero vocatur* Gastrecht.
15. *Quale Judicium exercetur in Republ. Lubec.*
16. *Citatio basis & fundamentum Judicii.*
17. *Inter Mercatores in nundinis non fit Citatio verbalis sed realis.*
18. *Venientes ad nundinas sunt suspecti de fugâ.*
19. *Quando periculum est in mora, actus expediri potest absq; Citatione verbali.*
20. *In foro Mercatorum Lubecensi ad fundandam Jurisdictionis præventionem, non opus est Citatione, sed saltem imploratione judicis.*
21. *Citationes ex L. Diffamari in foro Mercatorum Lub. non frequentes.*
22. *Sententia super inepto libello nulla.*
23. *In curia Mercatorum ineptus libellus toleratur.*
24. *Petitio & Libellus generalis, obscurus & alternativus in Curiis Mercatorum admittitur.*
25. *Mercator, si in libello unam causam proponat, & aliam in probationem deducat, non succumbit.*
26. *Mercator agens ex numeratione, confessionem probando obtinet.*
27. *Idem in directa & utili actione.*
28. *Libellus Mercatorum ab omnibus juris apicibus immunis.*
29. *Foro Sax. in causis Mercatorum libellus articulatus non admittitur.*

30. *Litis contestatio lapis angularis judi-dicii.*

31. *Litis contestatio in judiciis summariis Mercatorum an necessaria?*

32. *Juramentum calumniæ an & quando in Judiciis Mercatorum præstandum?*

33. *An editionem instrumentorum petens, juramentum calumniæ præstare teneatur? remiss.*

34. *Differentia Juris Civilis & Lubecensis circa Juramentum Calumniæ.*

35. *Regulariter omnes de judicio satisdare tenentur.*

36. *Mercatores maxima debitorum nomina possidentes satisdare de judicio sisti non tenentur.*

37. *Hoc procedit. I. Si debita sunt liquida, & liti sufficientia.*

38. *II. Si bonâ fide possessa.*

39. *III. Si hæc bona æri alieno non sint obnoxia.*

40. *IV. Si sint in loco ubi judicium agitur.*

41. *De Judicio Mercatorum in mari vel navi.*

1 JUdicium ex *Novella 82.* potest dividi ad hunc modum, ut aliud sit, quod cognitionaliter fit: aliud quod brevi tantùm annotatione, sive, ut Imperator vocat, ἐν σχήματι παραγγέλσεως. Vulgò dici solet, aliud esse Ordinarium, aliud summarium. O-
2 mnia autem judicia sunt ordinaria, quæ non expresse excipiuntur ut sint summaria. Conrad. Rittershus. *in ex-*
3 *pos. Novell. part. 9. cap. 3. n. 16.* Summaria verò sunt, in quibus, ob singularem quendam favorem vel odium aliquod, celerior expeditio requiritur, Reipub. quippe interest, ut partes absque longo sufflamine ad concordiam reducantur, & lites ocius finiantur. *l. 2. C. de re judic. l. 3. C. de fructib. & lit. expens.* Casp. Klock. *de contribut. cap. 4. sect. 3. n. 60. pag. 304. cum ibi allegg.*

4 Cùm itaque in foro mercatorum, ob eorum æstimationem, Strach. *quom. in cau. merc. proced. n. 1. & 4.* & quòd inter illos attendatur simpliciter veritas negocii. Bl. *consf. 40. lib. 5. num. 10.* æquitatem præcipuè spectandam, nec de apicibus juris disputandum, communiter constet. Gail. 2. *obs. 20. n. 5.* Tiraq. *de privil. pia cau. privil. 51. num. 140.* P. Wesembec. *cons. 27. num. 35.* Munoz. de Escobar. *tract. de ratiocin.*
5 *c. 11. num. 2.* rationi & æquitati consentaneum erit, ut causæ eorum quoque summariè, h. e. celeriter & velô levatô sine longo sufflamine litis, & citra solitum judicii ordinem tractentur & expediantur. *l. 5. C. de naufrag. lib. 11.* ibi: *decernimus, ut* LEVATÔ VELÔ, *istæ causæ cognoscantur.* Vid. loc. ibique Peckium. Est autem LEVATÔ VELÔ, idem ac apertâ fore Cic. authore, procedere, quo Lampridius *in Alexand.* dixit: PATENTE VELÔ. Solebant enim foribus ædium prætendi vela. Hinc Sueton. *in Claud. prorepit ad solarium, interq́ prætenta vela se abdidit.* Augustin. *confess. 1.* Vela pendent in liminibus Grammaticarum scholarum. Plaut. *Querulo, isti sunt, qui in fanis & sacellis observant vela.* Vid. & Plin. *lib. 7. Epist. ad Cornut.* Sueton. *in Calig. cap. 26.* Lamprid. *in Heliogab.* Judicant ergò Impp. has causas breviter & imperfectâ deductione, si opus sit examinandas esse, ut nec ad plenissimas judiciorum formulas recurrere oporteat; his adde *l. 1. §. sed ex contrario. 18. ff. de Exerc. act.* & ibi Dd. ibi: *Solent planè Præfecti propter ministerium annonæ, item in provinciis Præsides extra ordinem jurare,* quod Belgæ dicunt per requestam, imploratô saltem judicis 6
officiô. Peck. *ad hanc §.* ibique Arnold. *Vinn. lit. E. addens p. 402.* In tribunali Admiralitatis Hollandiæ duplicam litigantibus partibus non esse permissam; neque id absque gravi ratione; cùm mare frequentantium ventusque commodis utentium intersit, controversias eorum, quantum fieri potest celerrimè expediri. Vid. Author. Tr. MSC. *de Stat. fœd. Belg. c. 3.* solent & exercitores (qui moderni sunt mercatores nostri) juvare ex contractu magistrorũ adversus contrahentes. vid. Wesemb. hîc *tr. de Exerc. act. n. 6.* Rot. Gen.

Gen. *decis.9.n 19.* Conr. Rittersh *part. 9. expos. Novell. cap 3. num.17. per l. si Coloni. C. de Agric. & Censit.* ibi: *Celeri reformatione.* Damhouder. *in prax. crim. cap.62. n.16.* Hinc Xenophon *de rat. redd.* Quòd si quis mercaturæ præfecto præmia proponat, ei scilicet, qui æquissimè celerrimèque dijudicet ea, de quibus controvertitur, ut impediri non necesse sit illos qui discedere volunt: etiam has ob causas longè plures & quidem libentius
7 hîc negociarentur. Id quod inter Hanseaticos in Hispania obtinet, ubi causæ eorum celeriter expediuntur, nec ullâ morâ & procrastinatione extrahuntur, *privil. Reg. de Anno 1607. art. 27.* Sic celeritatem processûs mercatorii in Suecia optimè commendat Wilhelm. Wselinx im Bericht von der Süder Compagnia in Schweden/
8 *p.66.67.* Et hoc est, quod Clementina *Sæpè. cap. 2.* ita pluribus dilucidat: *sæpè contingit, quòd causas committimus, & in earum aliquibus simpliciter & de plano* (hoc est, ut Gigas, *tr. de crim. læs. maj. lib. 1. quæst.4. num.2.* docet, sine altitudine loci & styli) ac sine strepitu (h. e. sine altitudine vocum & declamationum advocatorum) & figura judicii (h. e. sublatis iis, quæ sunt juris Civilis, non autem quæ de jure naturali seu gentium introducta sunt. Decian. *in tr. crim. lib. 7. cap.42. num.9.*) procedi mandamus. Vid. Loccen. *de jur. mar. lib.3. cap.10.*

9 Sed quæret quispiam, quæ ergò sunt in Judiciis naturalia, quæ Civilia? Resp. Naturalia sunt 1. Citatio. 2. Brevis narratio sive expositio causæ 3. Petitio. 4. Probationes semiplenæ. 5. Cognitio causæ, saltem aliqua & levis. 6. Denique sententia
10 sine conclusione. E contrario, Civilia sunt hæc: 1. Libelli oblatio. 2. Articulorum compositio. 3. Litis contestatio. 4. Feriæ, in honorem hominum indictæ. 5. Dilationes & termini. 6. Publicatio attestationum 7. Jusjurandum calumniæ (quamvis aliud de hoc visum sit, Br. *ad c. ad reprimendum. in Extravagant. d. Clement. Sæpè.* Menoch. *d. arbitr. JJ. qq. q.20.*) 8. Conclusio in causa. 9. Denique recitatio sententiæ ex scripto, à Judice sedente facta. Hæc, inquam, merè sunt Civilia, sive juris positivi; ideoque in judiciis summariis, secundùm Dd. omitti possunt; cùm in ordinariis saltem sint necessaria; quæ est summa d. *Clementin. Sæpè. cap.2. de V. S.*

Ratio autem, cur in foro & causis mercatorum summariè procedatur, hæc à Dd. redditur: 1. Quia curia mercatorum comparatur Ecclesiasticæ, ubi ex æquo & bono proceditur. Speculat. *in tit. de competent. judic. adit. §.1. v.28.* Decis. Genov. *171. num.5.* Card. Tusc. *vol.5. concl. 207. num.3. cum seqq. & concl.208.* Rittershus. *d. part. 9. cap.3. num.17.* 2. Quia mercatores dicuntur miserabiles personæ, dum in obeundo mercaturæ officio peregrinantur. Alex. *consil.130. lib.7. & c. omnipotentis DEI.* Felin. *in cap. significantib. de offic. deleg.* In miserabilium autem personarum causis summariè proceditur. Gail. *1. obs. 1. num.46. & obs.78. num.3.* Marant. *in spec. aur. part.4. distinct.9. num. 48. & seqq. & n.149. & seq.* Hoc autem judicium à Matthæo Wehnero *in observ. pract. lit. G.* vocatur Gast-Recht oder Kauffgericht; Quale in hac nostra Repub. Lubec. similiter in vigore est, inprimis quando lis est cum extraneis negociatoribus; & testantur verba Appendicis vom Nieder- und Gastgericht/ *artic 6. verb.* So soll/ nach Gastgerichts Gebrauch schleunigst procediret werden/ vid. Dn. Mev. *lib.3. Comm. in jus Lubec. tit.4. art.7. & art.1. tit.1. n.51. huj. libr.3.* Unde & ejusmodi Judicia Mercatorum & Extraneorum dicuntur pia & æqua, Peck. *de jur. sistend. c.37. num.7.*

[11, 12, 13, 14, 15 in right margin beside the above paragraph: 11 at "Ratio autem", 12 at "Quia mercatores", 13 at "In miserabilium", 14 at "Hoc autem judicium", 15 at "testantur verba Appendicis"]

In tantum verò inter mercatores agitur de bono & æquo, ut licet 1. judicium incipiat à Citatione. *§. omnium.3. Inst. de pœn. tem. litig.* & ibi Dd. Br. *in Rubr. ff. ne quis eum, qui in jus voc.* ejusque sit basis & fundamentum. 16

17 Gail. *1. obs. 48. num. 1.* tamen inter mercatores in nundinis non soleat fieri citatio verbalis, qui ibi volens aliquem convenire in ipsis nundinis, eum evocare facit per ministros publicos, quos Itali Sbirri vocant. Et
18 est ratio, quia venientes ad nundinas omnes sunt suspecti, & præsumuntur in fuga, secundùm Bart. in *l. heres absens. 19. in fin. ff. de judic.* & pulcrè Fr. Curt. Jun. *in tr. de sequestr.*
19 *q. 6.* Nam, quando periculum est in mora, actus expediri potest absque citatione verbali. Alexand. Jas. *in l. si fidejussor. §. si satisdatum est. n. 10. ff. qui satisd. cog.* Innoc. *in c. significavit. in fin. de Testam.* Alexand. *in l. unoquoque. ff. de Judic. Col. 2.* & ita mercatores in nundinis contra suspectos debitores à reali citatione incipere possunt. Marant. *spec. aur. d. l.*
20 *num. 164.* Sic in foro nostro Mercatorum Lubecensi recepti Juris est, quòd ad fundandam Jurisdictionis præventionem non opus sit Citatione, sed saltem impetratione, & concessione Cos. aut Prætoris, ut actori judicium hujus vel illius fori aperiatur. **Daß zuvor an dem Ober oder Nieder-Gericht das Recht loß zu geben Ansuchung geschehen / oder sonst durch vorhin ergangene** Extrajudicial Decret **oder Beschickung die** Jurisdictio præveniendo fundiret **worden.** *art. 2.* **der Lüb. Nieder Gerichts Ordn.**
21 Ad hæc Citationis singularia obiter notandum, quòd in foro nostro Mercatorum Citationes ex L. *Diffamari.* in Causis Civilibus & Contractibus non tam facilè quàm in matrimonialibus recipiantur, quod Confirmatum in Curia Lubec. 17. Martii Anno 1658.

22 Deinde, ex eodem æquitatis fonte manat & hoc, quòd quamvis aliàs sententia super inepto libello lata, ipsô jure, etiam parte non opponente, nulla sit, per text. sing. *in c. cum dilecti. de emt. & vend. c. examinata. X. de Judic.* Magnif. Carpzov. *Jurispr. for. p. 1. const. 2. def. 11.* adeò ut Judex appellationis non posset talem sententiam super inepto libello latam, reformare, sed necessariò super nullitate pronunciare debeat. Gail. *1. obs. 66. num. 67.* Wurmbser. *tit. 22. obs. pract. 11.* quòd in curia mercatorum etiam libellus 23
ineptus toleretur, dummodò quâquâ ratione saltem defendi possit; appareatque, quid, quale, quantumque petatur; sicuti & aliàs fieri in judicio summario solet; imò quòd & planè interdum non requiratur libellus, asserit *d. c. sæpè.* ibi: *necessario libellum non exigat*, & ideò, si exhibeatur, ejus ineptitudo non vitiat processum, neque judicium, nam quoties aliquod necessariò non requiritur, si illud interveniat, etiam ineptè, actum non vitiat, *text. in l. 1. pr. C. de rei uxor. act.* Strach. *de libell. merc. n. 5. & 9.* Gail. *d. obs. 66. n. 15.* Quò pertinet etiam, quòd libellus in favorem mercatoris actoris interpretatione juvandus, & quoad fieri possit sustinendus sit. *text. in l. si quis intentione. de judic.* Gail. *d. 1. Obs. 61. num. 16. 17. & Obs. 66. num. 7. & 8.*

Tertiò. Petitio seu libellus genera- 24
lis & obscurus (qui regulariter in judiciis ordinariis non admittitur. Wesemb. *in π. de Edend. num. 4.*) dummodò non sit talis obscuritas & incertitudo, ut reo defensionis & deliberandi facultas adimatur, in causis mercatorum admittitur. Bart. *in tr. ad c. reprimendum. col. 2.* & juris Pontificii Interpretes *in d. Clem. Sæpè. de V. S.* Jas. *in l. 1. ff. de Edend.* Rot. Gen. *decis. 21. n. 67.* Alex. *cons. 178. vol. 2.* & idem in *l. si stipulatus fuero. §. Grisogonus in 4. col. ff. de V. O.* Salycet. Castrens. & reliqui Dd. *in l. 2. C. de sentent. quæ sin. cert. quant.*

Ex hisce colligunt Dd. quòd in 25
causis mercatorum admittatur libellus alternativus. Dn. Carpz. Jur. *for. Sax. p. 1. const. 2. def. 10.* Et deinde mercator, si in libello unam causam proponat, & aliam in probationem deducat, (quod aliàs de jure fieri haud potest, cùm libellus ita debeat esse comparatus, ut petatur idem quod debetur

ex vera & justa causa. Bachov. *de act. disp.1. th.38.*) non succumbat. Cels. *in tr. claus ul.n.104.tom.1.* & libellus mercatorum admittitur, in quo certum petitur, & additur clausula plusve. &c. Strach. *de Adj. part.ult.n.32.* & Rot. Gen. *decis. 26.n.45.* Quod tamen ita intelligendum putant, quando judices mercatorum plenè de causa probata cognovissent, ut tàm pro parte actoris quàm rei cognitum fuisset, ita ut defensio reo non sit sublata, utpote si reus defensionem tantùm super petitis fecisset. Mar. Blanc. *tract. de Compromiss. num.38. q.1. tom.12. decis.17. n.13. & decis.26. num.4.*

26 quare agens ex numeratione, confessionem probando obtinet, & viceversâ, *d. decis.7. n.13.* & mercator, directam

27 actionem instituens, cùm utilis sibi competat, non succumbit. Strach. *d. l. n.8.* plura exempla vid. ap. Jas. *in d. l. sed et si possessori. §. item si juravero. ff. de jurejur. n.15. & seqq.* & Strach. *d.l.* Et

28 generaliter notandum, libellum seu potius petitionem inter mercatores, & in ipsorum Curia, ab omnibus exceptionibus, juris apices respicientibus, esse immunem; tantumque negocii veritatem, seu factum ipsum, de quo agitur, expressum esse sufficere. vid. Strach. *d. l. n.19. & 20.* Ubi differentiam adducit inter libellum & petitionem. Menoch. *de arb. JJ. qq. q.18.*

29 Articulatum tamen libellum de jure Sax. nec in causis mercatorum esse admittendum, docet Dn. Bened. Carpz. *jurispr. for. Sax. part.1. const.2. defin. 2. n.3.* nec enim de apicibus juris id esse dicitur, quod rationabili consuetudine receptum est, præsertim ad lites abbreviandas & facilitandas; quippe quòd per ejusmodi articulatum libellum causæ status facilimè invertatur; cùm per positiones frustulatim dilacerentur ea, quæ continuâ oratione proponi poterant. Jac. Schult. *obs.4. n.7.*

30 Quartò, cùm litis contestatio (quæ judicii ordinarii fundamentum est, Gail.1. *obs.74.n.1.* & quasi lapis angularis; quô deficiente nihil ædificari possit. Vant. *tit. de nullit. ex process. num.28.*

31 *per allegat.*) in causis summariis, in quibus judex, solâ veritate inspectâ procedere potest, non sit necessaria, attestantibus. *d. cap. sæpè. d. Clem.* & ibi Dd. præsertim Menoch. *de arb. jud. qq. q.18. n.2.* Rittershus. in *expos. Novell. part.9. c.3.n.17.* Singulariter quoque in causis mercatorum, utpote summariis, eam non esse postulandam constat, uti ex Br. *in l. si fidejussor. §. quadam. ff. Mandat.* & Bl. *in l. si pro ea. n.14. C. eod.* eleganter notavit mercatorum patronus Eques & Patricius Anconitanus, Benev. Strach. *d. l. n.8.* Licèt apud nos in praxi hodiè secus observetur.

Quintò. Quid autem obtineat in foro mercatorum quoad juramentum calumniæ, diversæ sunt Dd. opiniones. Quidam, ut Rittershus. & alii, illud in judiciis mercatorum, utpote summariis, non necessariò requiri autumant, cùm non sit de judicii substantia. *c. primo. de juram. calum. in 6to.* ibi: *propter omissum quoq; tacitè in tota causa calumniæ juramentum, judicialis processus, aliàs factus legitimè, non est nullus, nec etiam annullandus*, Vant. *de nullit. sentent. ex defect. process. n.9.* E contrario verò hoc in omnibus causis, etiam summariis, præstandum esse, nec à judice quocunque remitti posse statuunt Br. *in extravag. ad reprimend. n.11.* Zanger. *de Except. part.1. c.2. n.20. & seq.* Menoch. *lib.1. de arb. JJ. qq. q.20. n.2* Cui opinioni etiam suffragantur Castrens. Mantic. Bl. Alex. Cyn. & nonnulli alii ex veteribus, quos allegat Anton. del Re, Tiburt. *tr. de juram. calum. cap.7. n.3. 4. 6.* & ex neotericis Berlich. *part.1. concl.31. n.28.* Nos tamen cum Menoch. *d. l. n.5.* hanc diversam Dd. opinionem hôc conciliationis fœdere ita componimus, ut prior opinio procedat, quando hoc juramentum ab altera partium non est petitum, siquidem tacitè inter partes remitti potest; posterior verò, quando petitum existeret; tunc etenim de substantia est processûs. vid. Bernh. Græv. *1. concl. pract. 84.* ubi ampliatur; An autem hodiè editionem instrumentorum petens, juramentum calumniæ

præstare debeat, vid. Berlich. *d. lib.1. concl.45. n. 4.5. 6. 7. & 8.*

34 Hôc locô annotandum discrimen singulare Juris communis & Lubecensis circa Juramentum calumniæ. Nam licèt de Jure Civili controversum, an ab actore Juramentum reo deferri queat, etsi nihil ab eo probatum, prout videre est apud Cothman. *vol.2. cons.82. per tot.* In foro tamen Lubecensi certum est, actorem statim & quidem ante litem contestatam, reo deferre posse juramentum super eo quod in actione continetur. *art.2. tit. 8. lib.5. De jurejur. Statut. Lub.* nec opus est, ut anteà actor deferens juret de calumnia seu malitia, prout de Jure Communi *l. jusjurandum. 34. §. qui jusjurandum. l. si non fuerit 37. ff. de Jurejur. l. fin. C. de fideicommiss.* & ita asserente Dn. Mev. *ad h. art. 2.* non solùm respondit Collegium JCtorum Academiæ Gryphisvvaldensis Anno 1611. sed & in hanc sententiam decisio facta in *Senat. Lubec. 14. Martii. An. 1645. & 10. Septemb. Anno 1658.*

35 Sextum singulare in judiciis mercatorum est, quòd, quamvis, de jure communi, omnes, qui conveniuntur, nisi disertè à lege excipiantur, satisdationem de judicio sisti præstare debeant. *l. filius fam. 14. ff. qui satisd. cog.* contra-
36 rium tamen inter mercatores obtineat; inter quos si quis multas merces habet, quæ difficilè amoveri seu exportari possunt. *arg. l.3. §.1. ff. de tritic. vin. ol. leg.* vel intricata debitorum nomina in magnis pecuniarum summis, adeò quòd cesset suspicio fugæ, cùm non facilis sit eorum exactio. Alex. *in l. facere. ff. solut. matrim.* satisdare de judicio sisti non cogitur. Br. Angel. & alii. *ad l. sciendum. 15. ff. qui satisd. cog.* Jas. *ibid. n.1. & seq.* & ibi Dd. alii comm. Frid. Pruckm. *vol.1. cons.19. n.91. & seqq.* Cûm aliàs ii, qui res mobiles possident, suæ promissioni non committantur, sed satisdare necessum habeant, ut supr. dict. *per l.7. §. fin. & t. t. ff. qui sa-*
37 *tisd. cog.* Hoc autem procedit 1. Si hæ merces vel nomina liquida tanti æstimentur, ut liti respondeant. Mynsing. *ad §. sed hodiè. n.3. Inst. de satisd.* Ludov. Rom. *ad l.2.* & ibi Jas. *n.1. ff. h. t.* & cæteri allegati à Frid. Pruckm. *d. cons.19. n.95.* Debitum autem quomodo demonstretur liquidum, vid. *supr. lib.1. cap.14. n.6. cum seqq.*

Secundò. Si à bonæ fidei possessore irrevocabiliter possideantur. *per l. de die. §. quidam. ff. qui satisd. cog. l. sciendum. § possessor. vers. eum verò. ff. eod.* Tiraqu. de retract. *part. 1. §. 1. gloss. 7. n. 61. vers. & aliàs.* quem allegat Prückm. *d. l. num. 94.* 38

III. Si hæc bona æri alieno non sint obnoxia, Statutis Lubecensibus, so sie frey und unbeschweret seyn. *art. 5. de fidejuss.* & ibi Dn. Vice-Præs. Mev. *n. 25. & 26.* 39

IV. Si sint in loco, ubi judicium agitur. Rob. Marant. *d. part. 6. membr. 8.* Et tantum de judiciis mercatorum summariis terrestribus. Sequitur nunc de maritimo, unô atque alterô verbô. 40

Quando vero in mari versantur plerumque Mercatores, quia in navi, ubi focum & ignem habent, quasi domum suam secum circumvehunt, & unius societatis membra sunt, ex suis & principibus nautarum aut vectorum eligere possunt arbitros, in rebus litigiosis inter ipsos componendis, directore magistrô navis; aut præfecto classis, cui etiam justitiæ patrocinium in mari committi non infrequens est; ita ut non opus sit privatâ ultione, ex mente Dn. Grot. *de jure B. & P. libr. 2. c.20. §.8.* Si verò dissentiant, majoris partis arbitrio stabitur. *l.17. §.6. ff. de Recept.* Et sic usu receptum est, ut comites itineris unius navis, ejusdemque negociationis participes atque collegæ, teneantur stare decreto partis majoris, in his duntaxàt, quæ determinatione quâdam indigent, & ad eam pertinent communitatem, cujus ipsi membra sunt. H. Grot. *c.4. de Imper. summ. potest. circ. sacr. p.76.* Vid. *nos supr. lib. hoc 3. c.4. n.15.* 41

CAPUT

CAPUT VIII.

De

Exceptionibus Mercatorum singularibus.

SUMMARIA.

1. *Exceptiones Ordinem Processûs & non merita causæ respicientes, in curiis Mercatorum non attenduntur.*
2. *Exceptiones procuratoriæ an in foro Mercatorum rejiciendæ?*
3. *Legitimatio personarum in foro mercatorum necessaria.*
4. *An Exceptio Illegitimationis à partibus non opposita, à Judice ex officio suppleri possit?*
5. *An Excussionis seu Ordinis Exceptio in Curia Mercatorum locum habeat? Negativa Communis.*
6. *Noribergæ inter Mercatores licet convenire fidejussorem ante reum principalem.*
7. *Affirmantium opinio prioris Q. verior & sanior.*
8. *Exceptio Excussionis non est contra bonam fidem.*
9. *Si Mercator fidejussor se constituit principalem debitorem, Excussionis Exceptio locum non habet.*
10. *An Judex seu Cos. mercatorum, cui commissum est, ut solâ veritate inspectâ procedat, hanc Excussionis Exceptionem rejicere possit? N.*
11. *An Arbitri Compromissarii possint rejicere hanc Exceptionem Excussionis in foro mercatorum?*
12. *An in Causis Mercatorum locum habeat non numeratæ pecuniæ Exceptio*
13. *Negantium Dd. opinio.*
14. *Affirmantium opinio.*
15. *Hæc Exceptio à Mercatoribus originem traxit.*
16. *Hæc Exceptio ab æquitate non aliena.*
17. *Statutis Hamburgensium hæc Exceptio admittitur.*
18. *Exceptio non-numeratæ pecuniæ in Cambiis locum non habet.*
19. *Exceptio non-numeratæ pecuniæ intra biennium opponenda.*
20. *Num post biennium possit opponi Exceptio non numeratæ pecuniæ sub probationis receptione?*
21. *Negantium opinio.*
22. *Affirmantium Sententia.*
23. *Exceptio non numeratæ pecuniæ post mille annos potest opponi si dolus subsit, & mala fides.*
24. *De Jure stricto negantium opinio verior.*
25. *Affirmantium æquior, & in Curiis Mercatorum retinenda.*
26. *Quomodo probandum pecuniam non esse numeratam.*
27. *Jacobi Menochii dissensus.*
28. *Mercator in continenti probare tenetur, pecuniam non esse numeratam, si post biennium hanc Exceptionem opponere velit.*
29. *Modi, quibus in continenti pecuniam non esse probatam probetur.*
30. *Numerationem non esse factam probatur per numerationes diversas.*
31. *Exceptio ERRORIS Calculi perpetuò obstat Mercatoribus.*
32. *Calculus quid denotet & unde dictus.*
33. *Calculus ritè additus ab obligatione liberat.*
34. *Nisi subsit Error Calculi.*
35. *Error Calculi potest argui post approbatam rationem inter Mercatores.*
36. *Mercatores Arithmeticæ periti.*
37. *An, ut calculus rescindatur, læsio ultra dimidium requiratur: & quando.*
38. *Sententia finem imponit quæstioni super Errore Calculi.*
39. *In Camera etiam eliguntur Calculatores; & num horum calculationi acquiescendū? dolum an culpam præstet?*
40. *De Calculatoribus Publicis. Vulgo* Rechen-Cammer.
41. *An Error Calculi possit à mercatoribus opponi post tempus à Contrahentibus præfixum?*
42. *Quando Jus adversarii non deterioratur, mora potest purgari.*

SEquitur, ut de EXCEPTIONIBUS, & reliquis hujus Judicii & curiæ partibus, quæ adhuc in Italia obtinent, quædam delibemus. Ubi initiò hæc pro regula tenenda erit con-
1 clusio, quòd Exceptiones ordinem processûs respicientes, in curiis mercatorum rejiciendæ, secundùm Aretin. *in l. si servum. §. sequitur. ff. de V. O.* Christoph. Haffn. *in suis adsert. Jurid. de mercat. n. 192.* Sigism. Scacc. *de Commerc. & Camb. §. 7. gloss. 5. pr. n. 16.* illæ verò, quæ merita causæ, negocii veritatem ac partis interesse concernunt, admittendæ. Haffn. *d. l.* quia, ut sæpius admonuimus, ex bono & æquo exceptiones semper accommodandæ, *l. 2. §. pen. ff. si quis caut.* & ex naturali æquitate. *arg. l. quod si Ephesi. §. 1. ff. de eo quod cert. loc. l. 3. §. si quis. ff. de condict. ob caus. l. si servum. 91. §. sequitur. 3. de V. O. l. 2. §. item Varus. 5. ff. de aq pluv. arc.* verbis: *hac æquitas suggerit.*

2 Primò itaque Exceptiones Procuratoriæ in foro mercatorum Italico non attenduntur. v. g. Tu non potes esse procurator, *d. Clem. sæpè. de V. S.* ibi: *Procuratorum contentiones & jurgia.* Decius *ad l. fœmina. de R. J. n. 11.* Jas. *in l. alienum. C. de Procurat. Col. 2. per l. Exceptiones. 3. in fin. ff. de Except.* Bald. *in l. si pro eâ. 10. C. Mandat. n. 14. & in l. fidejussor. 29. §. quadam. ff. Mandat.* Jacob. Ayrer. Advocatus Noricus *part. 1. process. hist. cap. 5. obs. 5. n. 46. & 47.* qui per Hostiensem, Joan. Andr. Anton. Marian. & alios, hanc, contra Stracham, dicit esse communem; nec ab ea in foro mercatorum recedendum.

Legitimatio tamen personarum, 3
est necessaria; hæc enim in quocunque foro, etiam summario, opponi potest. Lanfranc. in *d. Clement. sæpè, in verb. & figura.* Jas. *in rubric. C. q. admitt. col. 1.* Alexand. *in l. Judices. 9. C. de judic.* Br. Salicet. & Alexand. *in l. 2. C. de Edict. D. Hadr. toll.* ubi Jas. *n. 4.* Dec. *in l. fin. eod. tit. n. 47.* Aretin. *cons. 127.* & reliqui. quibus adde Sigism. Scacc. *tract. de Commerc. & Camb. §. 7. gloss. 5. n. 18. pag. 463.* An autem exceptio Il- 4
legitimationis, à partibus non opposita, à Judice ex officio suppleri debeat? Affirm. Carpz. *Jurispr. for. p. 1. Const. 1. defin. 26.* Pro negativa decisum Lubecæ in causa mercatoria debiti Chirograph. Osterman. contra Osterman. 28. Novemb. Anno 1649.

Secun-

5 Secundò. Excussionis seu Ordinis exceptio locum non habet, si causa ex æquo & bono est determinanda. Hippol.de Marsil. *in rubr. de fidejuss. n. 12.* Quia talis exceptio, si ordinem saltem processûs respicit, inventa est ad rigorem juris conservandum. Gail. *2. obs. 27.n.27.* Hippol.*d.l.n.12.* Muscatell. *in prax. fidejuss. part. 2. q.10. n.10. & 11.* & est de apicibus juris, secundùm gl. communiter approbatam. *in l. si communi.§.1.verb. Actum ff. de Evict.* Hieron. Magon. *decis. Florent. 45.n.14.* Caroc. *de excuss. bon.p. 2. q.31.n.10.* Vid. Bernh.Græv.*2.concl.pract.27.Consid.4. per tot.*

Hinc, cùm in foro mercatorum summariè & ex æquitate, rejectis juris apicibus, procedatur, præter superius adducta Boer. *decis. 221. num. 15.* Schurff. *cons. 42. n.3. Cent. 2.* &c. receptum est, Excussionis exceptionem inter mercatores, Campsores, bancherios, propter utilitatem publicam, & præcipuam fidem, quæ in dictis personis abundare debet, & quòd probi mercatores semper ad Creditorum petitionem pecuniâ parati censeantur, Augustin.Berous. *cons.194. n.5. vol. 1.* locum non habere adstruunt. Strach. *de Except.Merc.n.5.& seqq.* Hippol.*in rubr.de fidejuss.n.8.* Capell.Tholos.*decis.196.& ibi* Aufrer.Anton.Gomes.*de Contract.c. 13. n. 4.* Hieron. Grat. *resp. 28.n.13.vol.1.* Eman.à Costa. *in l.si ex caut.lim.18.n.2. C.de non num.pec.* Gail. *d.obs.27.gloss.in c.6.verb.subtiliter.X.de judic.* Bald.Salicet.& Castrens. *in l.frustrà.C.de non num.pec.* Bl.*in leg.fin.circ. fin. C.ad l. Falcid.* Jason. *in l.singularia. n.30 ff.si cert.pet.* & plenius *in l.constante.n.180.ff.solut. matrim.* Rot. Gen. *decis.78.n.3.& decis.90.n.10.* Tessaur.*decis. Pedem. 2.n.6. decis.52.n.1.3.cum seqq. & decis.166.n.7.* Card.Thusc.*vol.5.conclus.208.n.10.11.* Sebast.Med *in tract.de conservat.possess.n.312.vers.secundò fallit.* Menoch.*de arb.JJ.qq.q.510. n.396. & seqq.* Jerem.Sether. *in select. disp.23. th.10.* in gl. vers. *neq; inter mercatores.* multosque alios idem sentientes allegat Vincent. Caroc. *tr.de excuss.bonor. q.48.n.1.& 2.part.2.* Fabian.de Anna. *Cons. 82.n.25. & 26.* Bernh. Muscatell. *in prax.fidejuss.part.2.q.10.n.2.& 3.* Et hæc sententia est communis, teste Eman.Svarez. *in comm.opin. lit.F. n.346.* Cum qua etiam transivit Senatus Pedemont. Anno 1582. teste Anton. Tessaur. *d. decis.166. n.7.* Cui adde Menoch. *cons.662.n.14.* Schrad. *Miscell. c.5.n.26.* quam in mercatore fidejussore singularem scribit Fr. Marc. *decis. Delphin.887.n.17.part.1.* multos item in hanc sententiam citans probansq;, quibus addatur Joh. Petr. Surd. *cons. 309.n.3.* Pyrrh. Maurit. Aretin. *de fidejussor. part. 2. sect.2. c.33. n.3.* Osvvald. Hillig *in Donell.enucl.lib.15.c.48.lit.N.* & novissimè Dn.Mev. *comm.in jus Lubec.libr.3.tit.5. artic.1.n.9. & 10.* Berlich *2.Conclus.24.n.47.* Coler.*de Process. Exec.p.1.c.10.n.393.*

Ita Noribergæ inter mercatores licet convenire fidejussorem, ante reum principalem excussum, licèt se in solidum als selbst schuldiger / non obstrinxerit. *reform.Norib.lib.1.tit.19.* Verùm etsi de consvetudine Europæa, multiplicatis quæstuosissimis negociationibus, forsan hæc ita observentur, certum tamen est, repugnare textui *in Novell. 136.* atque ideò non solùm Carocius *mod. dict. loc. n.3.* Sed & Alciat. *in l.ult.n.32.33.& 34.ff.si cert.pet.* ac Barth. Bertazol. *in tr.claus. Instr. claus. 40. gl. 4. sub n.3. vers. & cum ista exceptio.* ea expressè rejiciunt, dicitque Petr. Rebuff. *in l.si ita stipulatus. col.3. vers. 3tio vitiatur ff.de V. S.* quòd hæc Exceptio non sit contra bonam fidem, ideòque meritò mercatoribus hanc legem esse communicandam, cùm leges sint omnibus communes. *l. leges. C.de LL.* nec debent, inquit Rebuff. *d. l.* excipi mercatores à legibus aliorum, nisi quatenus ipsi juribus sunt excepti. Imò insequens jura sua, bonâ fide agere censetur, *l. quemadmodum, à contrario sensu, C.de agricol.& censit.lib.11.* cum quo coincidit Andr.Fachin. *libr.8. controvers.cap.53.* & Ant. Tessaur. *d. decis. 52. & d. decis.166. n.7.* & hoc imprimis obtinet in fidejussore, qui & ipse mercator 6 7 8

cator est. Anton. Fab. *in Cod. Fabr. de except. defin. 8.* ubi & Senatum Saboud. sic judicasse testatur. Vid Bernh. Græv. *d. conclus. 27. consid. 5. n. 7.* Secus
9 tamen est, si mercator fidejussor se constituerit principalem debitorem; tunc enim, ut suprà diximus, ordinis seu Excussionis beneficiô non gaudet. vid. sup. *lib. 2. c. 11. n. 71. & 72.*
10 Hîc autem quæritur. An Judex seu Consul mercatorum, cui commissum est, ut solâ facti veritate inspecta procedat. Strach. *de Except. merc. in fin.* hanc excussionis exceptionem rejicere possit? In hâc Q. quid sit statuendum, disputant Menoch. *d. q. 51.* & Cacheran. *decis. Pedem 2.* finaliter eò inclinantes: Si excussio objiciatur à fidejussore simplici, quòd nō sit attendenda (licet P. Rebuff *in d. l. si ita stipulatus. Col. 4. vers. 7* dicat, se nunquam vidisse illud observari) Anton. v. Tessaur. *d. decis. 52.* planè diffidet, asserens, etiam istô casu, quando summariè, & solâ facti veritate inspectâ proceditur, respectu fidejussoris excussioni locum esse, ad cujus sententiam accedo cum Heringio, non solùm quia eam quoq; probari video à Fachin. *d. lib. 8. cap. 53.* & Barnab. Cornozz. *decis. Lucens. 36. n. 3. & 4.* (ubi cum Strach, *d. l.* distingvit, an talis exceptiô objiciatur ad processum, vel, an ad merita causæ; ut primô casû rejiciatur, non autem secundô, allegans pro eâ opinione, Hieron. Magon. *in decis. Lucens. 66. n. 10. 11. 12. 13.* & Franc. Becc. *cons. 89. n. 21.*) Verùm etiam quia non minus in facto consistit, num excussioni sit renunciatum, nec ne, quàm, num à fidejussore talis exceptio allegetur, quam ipsi jura largiuntur, & quâ solutionem impedire potest, juxtà *pr. tit. Instit. de offic. Jud.* Judex namque utitur publicâ potestate, *c. 1. de re judicat. in 6to.* Tiber. Decian. *in Pract. crimin. lib. 2. c. 14. n. 3.* Ergò, utcunque potestatem habet judicandi ex æquo & bono, solâ facti veritate inspectâ, debet tamen sequi regulam sibi in judiciis præscriptam, quæ est, ut secundùm allegata & probata, & non contrà constitutiones judicet. *l. illicitas. 6. §. veritas 1. ff. de offic. Præs.* Cū illa ipsa potestas judicandi solâ veritate facti inspectâ, nō obtineat in quavis facti veritate, sed in ea quæ legib9 & ex iis prognata æquitate est roborata. Felin. *in C. 1. de Constit.* Gail. *1. obs. 42. n. 2.* Nam æquitas, quæ non est legis, sed sui capitis, dicitur cerebrina, captiosa & temeraria. Garz. *de Expens. cap. 1. n. 28.* Frider. Scot. *resp. 3. n. 171. & seqq. lib. 1. tom. 2.* Tib. Dec. *resp. 36. n. 41. vol. 1.* Sequitur igitur, quòd judex integrum factum, respectu non tantum ad Creditorem pro solutione instantem, sed etiam ad fidejussorem Excussionis, non abdicatæ sive renunciatæ (ut ita loquar) exceptionem prætendentem habitô, rimari & inspicere debeat.

An verò & mercatores arbitri, quibus conceditur, ut cognoscant ex æquo & bono, possint rejicere exceptionem excussionis, vid. latè tractatum apud M. Anton. Blanc. *de Compromiss. q. 1. n. 47. cum seq.* Caroc. *de excuss. bon. part. 2. q. 49. n. 1. & 2.* Strach. *d. l. n 7.* add. Martin. Benckendörff. *in repetit. l. 1. in pr. lim. 4. membr. 4. part. n. 132. ff. de R. I.* ubi tamen rem in medio indecisam relinquit, atteſtante Anton. Hering. *de fidej. cap. 27. n. 290.* 11

Tertiò, Cùm inter mercatores summa, ut audivimus, vigeat æquitas, & subtilitates juris inter eos non attendantur, meritò in dubium vocari posset, an in eorum foro & causis locum habeat NON NUMERATÆ PECUNIÆ EXCEPTIO? Negant hoc simpliciter Wesembec. *cons. 31. n. 23. part. 1.* Matth. Coler. *de process. exec. part. 4. capit. 1. n. 109.* Abel Straßburg. *Consil. 1. n. 3.* Dn. Carpz. *p. 1. Jurisp. for. Const. 32. Defin. 38. & 39.* Hillig. *in Donell. enucl. lib. 14 cap. 37. lit. F. in not. circ. fi.* Vasq. *1. illustr. controvers. 33. n. 24.* & Zang *part. 3. de Except. c. 12. n. 20.* ex traditis per Bald. *in l. frustrà. C. de non num. pec.* Jas. *in l. singularia, & in l. qui pecuniam. ff. si cert. pet. & in l. cum quis. n. 17. C. de jur. & fact. ignor.* & reliqui allegati à Colero *d. n. 109.* R. Ruland. *resp. sing. de assec. præm. non sol. edit. Hamburg. n. 156.* cum multis 12 13

14 multis aliis, *ibi passim allegatis*. In af-
firmantium verò castra descendunt
Benev. Strach. *d.l.de Except. merc. n.9.*
Rot. Gen. *decis. 26. n.3.* Andr. Fachin.
2. controvers. 86. autoritate legum ge-
neraliter loquentium, nec mercato-
rum causas excipientium; cui senten-
15 tiæ & nostrum addimus calculum, Pri-
mò, ex eò, quòd hęc litterarum obliga-
tio ex mercatoribus originem traxit,
sicut eleganter explicat JCtorum do-
ctissimus Alciat. *in l.pecuniam. n.8. ff.si
cert.pet.* Quamobrem & consequens
est, non numeratæ pecuniæ exceptio-
nem ex eodem fonte ortam censeri,
adeò, ut etiam onus probandi tran-
seat in Creditorem. *l.1. l.si ex cautione,
l.in contractib. C. de non num.pec.* §. *fin.*
16 *Instit.de litt. obl.* neque enim ab æqui-
tatis ratione aliena est hæc exceptio,
cùm æquitas id postulet, ut, quod quis
non numeravit, exigere non audeat, li-
cet syngrapham debitoris acceperit.
Cum quibus concordat Statutum
17 Hamburgense, *tit.24.part.1.art.un.* &
ita in praxi observari statuit R. Ru-
18 land, *d.Consil. de assec. præm.* eam ta-
men in cambiis locum non habere
infr. cap.11. num.44. & 45. h. lib. mon-
strabimus, quib. adde Berlich. *2.decis.
294. n.14. & per tot.* Quæ ita proce-
dunt, si hæc exceptio *ἀναργυρίας* ad eli-
dendam adversarii intentionem intra
biennii metam à mercatore debitore
19 opponatur. Quid autem juris, si post
biennium demùm contra instrumen-
tum opponatur, numne istâ probatio-
20 nis oblatione mercator litteris obliga-
tus liberari potest? Multi sanè inter-
pretum arbitrati sunt, nullô modô
post hoc elapsum tempus debitorem
amplius esse audiendum, ut senserunt
21 Odofred. Oldrad. Jacob. Butrigar. Dyn.
in summ. C.h.t.n.3. & alii antiqui, quos
refert & sequitur Alberic. de Rosat. *in l.si
ex caut.n.2.C.de non num.pec.* Dyn. *in
cap.locupletari.in fi. ff.de R.I.* quatenus
ibi ex æquitate Canonica saltem ad-
mittit Specul. *in tit.de restit. in integr.
§.1.vers.hoc etiam notandum. n.25.* ubi
inquit, Clementem IV. Pontificem
pronunciasse contrà ipsum Trevirensem Electorem, quòd post biennium
non possit opponere exceptionem
non numeratæ pecuniæ. Bl. & Salic. *in
l.si verò singulis. C.si cert. pet.* Paul. de
Castr. *in d.l.in Contract. C. de non num.
pec.* idque multis defendit Joan. Fab.
Instit.de litt.obl.n.9. Imola, Felin. Flo-
rianus de S.Petra, *in l. cum de indebito.
§.fin.n.8.de probat.* & Curt. Jun. *in l.2.
§.appellata n.7.si cert.pet.* Dicens hanc
opinionem communiter tenere Dd.
antiquiores, eandemque sententiam
post alios multos firmat Riminald.
Jun. *Cons.272.per tot.* & novisſ. Andr.
Fachin. *2. controvers. 86.* Fr. Pruckm.
cons.9.n.19.cum seqq. & Hieron. de Cæ-
val. *q.38.* ubi ait, non esse recedendum
à juris Civilis decisione clara & expres-
sa, *& q.39.* Contrà verò alii existi- 22
mant, etiam post biennium hanc ex-
ceptionem opponi posse; ita tamen,
ut is, qui illâ uti vult, probare necesse
habeat, pecuniam numeratam non es-
se, ut sensit gloss. *in d. l.in Contract. & in
Instit.de litt. obl. in pr.* Br. Fulgos. An-
gel. & Salicet. *in d.l.si ex cautione,* & Ful-
gos. *l.sub specie. C.de non num. pec.* di-
cens, hanc opinionem communem,
Roman. *cons.44.n.2.* qui tamen de æ-
quitate Canonica tantùm loquitur;
quem sequitur Angelus *Consil.156.* Ca-
strens. *cons.233.n.3.vol.2.* Zabarell. *in c.
fin.de solut.* Socin. *l.2.§fin. n.8. de Ex-
cept. & cons.68.n.4.Vol.4.* & cæteri anti-
quiores. Anton. Gomez. *var. resolut.
tom.2.cap.6.de mutuo.n.6.in fin.* ubi ex
Svarez. opinionem hanc æquissimam,
verissimam, & communem esse testa-
tur, quod etiam professus est Fernand.
Vasqu. *de success.lib.1.§.9.n.22.& seqq.*
Secutus est Menoch. *Cons.47.* Mascard.
de probat. Conclus. 695. n.23. Stephan.
Grat. *decis.March.164.n.9.per tot.* qui-
bus novissimè accedit R. Ruland. *in
præall. resp.fin. de assec.præm.n.158.* ubi
eam ex Rebuff. de æquitate Canonica 23
per mille annos posse opponi statuit;
quorum tamen alii non tam exceptio-
nem non numeratæ pecuniæ quàm
doli concedunt, alii alterutrum ex æ-
quitate Canonica indulgent. Cabal-
lin. *milleloq.673.* post Jas. ait: In terris
Impe-

Imperii exceptionem doli dari, in terris Ecclesiæ non numeratæ pecuniæ. Andr. Fachinæ. *lib.2.controv.jur.Cap.82.* distingvit, an adsit mala fides Creditoris; & tunc de jure Canonico opponi posse exceptionem, si autem de mala fide non appareat, ne quidem de jure Canonic. opponi eam posse post biennium, ubi & allegat idem tenentes. In hoc opinionum inter se dissidentium conflictu, si strictam juris rationem potius, quàm auctoritates sectari malumus, dubium non est, quin prior opinio scilicet quòd post biennium al-
24 legari non possit, sit verior, ut etiam animadvertit Zabarell. *in d.cap.fin.* propter rationes consideratas à Joh. Fabr. Barbat. Felin. & Riminald. Jun. Non solùm enim jura generaliter loqvuntur, nullô modô post biennium hanc exceptionem admittendam; quibus verbis utique eô solô, quod probatio in debitorem transfertur, minimè satisfieri potest; sed & querelam hanc amplius non esse audiendam neque illam opponi posse dicunt. *l. si infra 8. §. fin. C.d.t.de non num.pec.& l.14. C.eod.* ut ita frustrà de probatione ejus, cujus opponendi facultatem quis non habet, laborare videatur, quemadmodum illa verba pluribus urget Riminald. Jun. *d.consf.272.* Quin etiam manifestum est, jura ex solis litteris obligationis quoddam vinculum, & quidem efficax elapso bienniô introducere voluisse, etiamsi res nulla intervenerit. *tot. tit. Inst. de litt. obl.* & ibi Wesemb. & reliqui Dd. Ergò mercator ut alius, istâ probationis oblatione liberari nequit. Haffner. *disp.11.thes.Ba-*
25 *sil.n.67.* Quia tamen posterior opinio, crebriori interpretum calculô recepta dicitur; & majori nititur æquitate, ideò in judicando, præsertim in Curiis mercatorum, ab ea recedendum non est. R. Ruland. *de relat.spec. n.157.*

26 Hâc itaque stante, notandum, hôc casu ad probationem ejus, quòd pecunia numerata non sit, juramentum deferri non posse; sed vel per testes, vel per instrumenta id probandũ esse, ita *per tex.in d.l.in Contract.§.isto videlicet. C. de non num.pec.* Comm. Dd. sequitur Gomez. *d. l.* & Joan. de Platea. *Inst.de litt.obl.in fin.* Fr. Pruckm. *d. consf. 9.n.23.* ut propterea cavendum sit à Menochio, qui *consf. 47.* diversum respondit. Cum quo consentit Caballin. 27
Milleloq.678. & Cavall. *q.38.n.5.* Quare, nisi mercator debitor ita instructus sit, ut in continenti probare possit, pecuniam non numeratam esse, post biennium hâc exceptione non audietur, contra instrumentum, quod paratam 28
executionem habet; sed nihilominus executioni mandabitur Instrumentum, hâc exceptione ad ordinarium processum reservatâ, ut monet Coler. *de Process.execut.part.1.cap.10. n.216.* Et Dn. Carpz. *d.p.1.Const.32.def.38.&39.* Inter modos autem, quib9 pecuniam nõ 29
numeratam in continenti probare possit mercator, hi duo peculiariter à Dd. notantur. Primò enim, siquidem ultra instrumentum, quô quis pecuniam se recepisse fatetur, aliud adesset, quô post confessionem ei de pecunia illa numeranda esset cautum; nam tum ex hoc liquidò apparet, priorem confessionem, spe futuræ numerationis factam esse, ut probatur *in l. minor. 25.annorum. 40.ff. de minor.* quẽ textum ad hoc allegat Bald. *in l.si absenti. Col. 4.si cert.pet.*

Deinde, numerationem factam non esse probatur per numerationes diversis temporibus factas. Nam si in In- 30
strumento confessus essem, me recepisse mille, & ex aliis instrumentis appareret de hac summa modò centum, atque ita particulatim illam solutam fuisse; tum ex eo constaret primam confessionem spe futuræ numerationis factam fuisse, neque ultrà probaret, quàm ex particularibus solutionibus me reliqvum percepisse ex aliis instrumentis evidens esset, ut docet gl. singularis *in l.2.C.de non num.pec.* quam ibi commendat Salicet. & sequitur Barbat *in. d.cap fin.n.24. de solut.* dicens se in facto occurrente ita consuluisse. Eosdem probandi modos refert Svarez. & Frider. Herculan. *de proband. negativ.n.29.* Vid. plurib. de hâc materiâ

Card.

Card. Mantic. *de tac. & ambig. convent. lib. 18. tit. 2.* Trentacinq. *lib. 3. de solut. resolut. 20.* Nebelkrä. *1. decis. 22.*

31 Quartò, Exceptio erroris calculi perpetuò obstat mercatoribus, per *text. in l. un. C. de err. calc.* etiam post decennii aut vicennii tempora. *l. 8. ff. de Admin. rer. ad Civit. pert.* ubi *gl. &* Dd. *commun.*

32 Calculus autem hîc significat rationē, seu rationis positionē, ratiocinium, seu computationem. Panormit. & Dd. *comm. ad hanc l. un. C. d. t. l. si sponsus. 5. §. si quis rogatus. 15. ff. de donat. int. vir. & ux.* quæ fiebat olim per lapillos, qui dicuntur Calculi, (eò quòd non impunè pedibus calcantur, unde Persius *Satyr. 2.*

Hunc Macrine diem numera meliore lapillo,

quia pro bono die ponebant album lapillum, pro malo nigrum) Calculus
33 enim ritè redditus, rationem distrahit. *t. t. ff. de tutel. & rat. distrah.* ab obligatione liberat, *l. semel.* ubi Bart. *C. de Apoch. lib. 10. l. cum servus. 82. de condit. & demonstr. l. si purè. 37. ff. de fideicomm. libert.* velut transactio. *l. emtor. 47 §. Lucius. 1. ff. de pact.* Socin. *consil. 190. vol. 2.* adeò, ut non modò quietatio, seu liberatio, ejusque confessio debeatur. *l. 1. & t. t. C. de Apoch. lib. 10.* Paul. de Castro. *cons. 377. num. 2. vol. 2.* sed etiam negocium fieri ei, qui semel reddidit, non debeat. *l. semel ubi.* Bart. &
34 Dd. *C. de Apoch. lib. 10.* nisi scil. error calculi arguatur. *d. l. unic. C. de error. calc. d. l. si sponsus. 5. §. 15. ff. de donat. int. vir. & ux.* Castrens. *d. cons. 377. n. 2. part. 2.* Anchoran. *consil. 330. & consil. 180. n. 5.* & Dd. hîc commun. qui pot-
35 est argui etiam post approbatam rationem. Br. *n. 1.* Bl. *n. 1.* Castrens. *n. 2.* Jas. *n. 3. & 6. hic in d. l. un.* & tunc rationes
36 denuò retractari possunt, etiam inter mercatores peritos numerandi, Kirchoff. *tom. 2 var. cons. 8. num. 26.* etiamsi res sit minima; ut enim rescindatur
37 calculus, non est quærenda læsio ultrà dimidium, nisi judicatum sit, aut transactum. *d. l. un. & ibi* Gothofr. Carol. Molin. *de Commerc. & usur. q. 14. n. 182.* Roland. à Vall. *1. consil. 49. num. 49.* Sententia ergò & transactio finem im- 38
ponit quæstioni habitæ super errore computationis, etiamsi hæc sententia vel transactio non rectè faciat computationem. Laur. Kirchoff. *d. cons. var. JCtorum. tom. 2. Cons. 8. n. 22. seqq. per d. l. unic. l. 2. ff. de re judic. l. instar. 2. C. de jur. fisc.* & ibi Dd. Rot. Gen. *decis. 141. n. 1.* hoc verò, si error calculi in sententia non exprimatur. Jo. Oldendorp. *c. 16. de sentent. & re jud.* & Bald. cum Dd. *ad hanc l. un.* Hîc autem 39
notandum, calculatores electos à Judicibus (quemadmodum & arbitri ad calculandum dantur in Cam. Imp. Ruland. *de Commiss. p. 1. lib. 4. cap. 19. n. 2. & seqq.*) vel Consulibus Mercatorum, habere quoque potestatem sententiæ dicendæ & se invicem condemnandi. Castrens. *in l. si cui libertas. 50. ff. de condit. & demonstr.* decis. Rot. Gen. *141. n. 1.* An autem mercator simpliciter cogatur acquiescere calculo commisso alteri? dubitat Alexand. *consil. 21. n. 3. lib. 7.* vid. Paul. Fuscar. *in singular.* verb. Calculus. *n. 2.* ubi refert, quid faciendum, si malè calculatum sit; & dicit, calculatorem non de lata culpa, sed de dolo tantùm teneri. *per l. 1. ff. si mens. fals. mod.* Quare optimas esse respu- 40
blicas dicit Rulandus, in quibus Ordinarii sunt calculatores & Computatores, qui habent Cameram, vulgò Rechen-Cammer / Gallicè Chambre di conti, quales in Belgio sunt; ut ex libello videre licet, qui inscribitur Caroli V. lætus introitus, *art. 7.* & memorant Dd. *in l. 2. C. de discuss. lib. 10. & tot. tit. de ratiocin.* Ut & vult Angelus, certos inter mercatores in Repub. eligi debere Calculatores & Computatores, secundùm formam statuti, *in aur. Cons. 130.* juxta has alleg. *l. si cui libertas. 50. ff. de condit. & demonstr.* Cornel. *cons. 43. p. 1.* Et antiquitus id etiam in usu fuisse testatur. *l. cessantes. C. de commerc. & mercator.*

Hîc autem Dd. Q. An error calculi possit à mercatoribus opponi, 41
etiam post tempus, à partibus contrahentibus oppositioni præfixum?

E. g. calculò factò promiserunt partes illi acquiescere; & quòd ab ea neutra pars reclamare posset, hisce inter Italos mercatores receptis formalibus: *Salvo che ritrovandosi errori sopra essi conti tanto per uno come per l'altro, si hanno da publicarsi fra tre mesi prossimi, & che fra questi si chiarisca una partita di 200. fiori.* modò evenit, quòd post annum aut plures, cùm alter ageret ad reliquatum juxta formam calculorum, pars opposuerit de errore calculi, replicat actor debuisse intra tres menses hic error demonstrari. Contractûs enim ex conventione legem accipiunt; etiam quòd sit contra naturam ipsius contractûs. *l.1.* §. *si conveniat. 6. ff. depos.* Judicavit Senatus amplissimus Pedemontanus, non admittendam oppositionem erroris propositi extra conventum tempus 3. mensium; quamvis de tali errore probaret per testes. Petita est revisio per reum condemnatum, qui motus hisce rationibus:

42 1. Quòd, quando jus adversarii non est effectum deterius, possit mora purgari, Br. *in l. mancipiorum. ff. de option. leg. & in l. si insulam. ff. de V.O.* 2. Quia non fuit ulterius dictum, quòd post tres menses non posset probari, juxta notat. per Innoc. *in c. cum tua. Qui*
43 *matrimon. accus. poss.* 3. Quia actus publicè notus, non obstante terminô potest probari. Guid. de Cuneo. *in l.*
44 *jubemus. C de judic.* 4. Facit, quòd non possit pactis privatorum, etiam juratis renunciari probationibus. *gloss. 1.* in verb. *quartam productionem. auth. de testam.* §. *quia verò.* 5. Quia in casu proposito pars consensit admissioni capitulorum concernentium errorem. Ergò sibi præjudicavit, ut videatur à pacto recessisse, per quod angustabatur probatio ad 3. menses. Ideoque, non obstante temporis lapsu admittitur probatio per Alexand. *in cons. 158. in fin. lit. Z.* post Innoc. Br. Imola. & alios relatos. 6. Pro hac opinione in favorem rei videatur in terminis Consil. Bald. *61. col. 1. vers. 2. lib. 2. & cons. 317. lib. 4.* ubi, attestante Anton. Tessaur. *decis. 260. num. 2.* suprascripta quinque fundamenta latius ponuntur; & ipse in hac opinione residet, quòd, non obstante lapsu termini præfixi, possit adhuc probari per reum; cum quo coincidit famosissimus practicus Matth. Berlich. *1. conclus. pract. 46. num. 13. cum seqq.* qui vult, hanc probationem per calculationem rationum nunquam posse excludi.

Pro actore autem supplicato adduci potest. 1. Quia conventiones ex pactis contrahentium legem accipiunt, 45
d. l. 1. ff. de pact. præcipuè inter mercatores. Dd. *comm. ibid.* 2. Quòd talia pacta possint fieri in materia probationum. Dd. *in l. admonendi. ff. de jurejur.* ubi latè Jason. *n. 200. in repetit.* ubi vult, posse conveniri, ut stetur dicto unius testis, juxt. notat. per Bart. *in l. fin. n. 3.* 46
ff. de prætor. stipul. 3. Quia regula est: Quòd ad tempus promissum, post tempus prohibitum censeatur. *l. si unus.* §. *1. & l. exempla. ff. de pact. l. si ita quis. ubi* Alex. & Jas. *ff. de vulg. & pupill. subst.* etiamsi agatur de re maximè favorabili. *l. Thais. 41.* §. *intrà. 12. ff. de fideicomm. libert.* 4. Facit, quòd factum 47
judicis & partis æquiparentur; sed si judex præfigat terminum, eô elapsô non poterit quis amplius probare. Anton. Capic. *decis. Neap. 82.* Ergò idem dicendum in renunciatione partis. Et ita in Senatu Pedemontano conclusum esse *15. Novembr. Anno 1568.* testatur Anton. Tessaur. *d. decis. 260.* ubi etiam ad contraria respondet argumenta.

Quintò. Dubitatur, an in Curia 48
mercatorum præscriptionis exceptio objici possit? Ratio dubitandi. Cùm ex bono & æquo, uti non semel innuimus, inter mercatores procedendū sit; præ- 49
scriptio verò, juris subsidium iniquissimum indigitetur. *Novell. 9.* §. *habeat.* & quia odiosa hæc defensio, & contra naturalem æquitatem reputetur. *l. 1. verb. vel injur. ff. de negot. gest. l. nam hæc natura. 14. ff. de condict. indeb.* Marsil. *singular. 370.* Imò, qui

qui se defendit ex tempore, dicitur se defendere ex circumventione. Andr. Isern. *in cap. sancimus*, quô tempore &c. & ibi Afflict. *n.7.* Et præscriptio vocetur dolus, fraus, circumventio, machinatio dolosa, & improba allegatio. Rol. à Vall. *cons. 68. vol. 3. n. 13.* Natt. *cons. 162. n. 29.* Cravett. *cons. 29. in f.* Ant. de Petr. *de fideicommiss. q. 14. n. 230. & seqq.* rejiciendam hanc exceptionem nonnulli volunt. Hôc tamen non obstante concludunt Dd. putà Decius, Blanc. *d. tr. de Compromiss. q. 1. n. 64. tom. 12.* & reliqui: Si opponens mercator hanc exceptionem bonâ fide præscripsit, admittendam esse eandem. Cùm enim præscriptio, ubi bona fides intervenit, tàm de jure Cæsareo quàm Pontificio non sit improbata, naturali æquitati adversaretur, jus alteri legitimô modô acquisitum auferre; idque ex verbis & mente Br. *in Extravag. ad reprimendum. verb. videbitur. & in l. 2. C. de Constitut. pecun.* quam sententiam probavit Astensis *3. vol. statut. & Constit. verb. mercator.*
51 adeò, ut commerciorum favore hoc præscriptionis tempus hodiè valdè arctetur & restringatur; cùm omnis negotiationis forensis interesse putetur, dominia rerum esse certa, & de iis certos esse possessores, aut qui de iis negociari cupiunt, nec quæ publicè & bonâ fide accipiuntur retractari. Et si idcircò quid iniquitatis brevitati temporis inesse putabitur, id tollet aut emendabit tùm publica utilitas, tùm amittentis negligentia. Dn. Mev. *Comment. in Jus Lub. p. 1. lib. 1. tit. 8. art. 1. n. 7. 8. & 9.* ubi hanc Præscriptionem Jus Lubecense unô saltem annô & die definit.

52 An autem à Judice suppleri possit Exceptio Præscriptionis, si ea evidenter ex actis appareat, etiamsi non opponatur à partibus? dubium existit: Et primâ quidem fronte videtur di-
53 cendum, quòd non: Quia præscriptio actionem non tollit ipsô jure, sed ope exceptionis. *l. super longi. 11. C. de præscr. long. temp. l. si quis. 8. §. 1. C. de præscr. 30. vel 40. ann. c. ad aures. 6. sub fin. X. de Præscript.* Franc. Balb. *tr. de præscript. part. 1. pr. q. 8. n. 1. & 4.* Judex autem in exceptionibus non potest supplere. Balb. *d. q. n. 2.* Bart. *in l. ubi pactum. C. de transact. num. 8.* Et hanc sententiam multis tuetur Guid. Pap. *decis. Delph. 221. n. 1. & seqq.* & Nicol. Böer. *decis. Burtegal. 344. n. 1. & seqq.*

Verùm hisce nihil refragantibus, 54
contraria opinio verior videtur, 1. quia præscriptio actionem ipsô jure tollere videtur. *l. 3. C. de præscript. 30. vel 40. ann.* ut eleganter probat Petr. Gilken. *de præscript. part. 1. cap. 4. num. 1. & seqq.* Zanger. *de Except. part. 3. cap. 10. n. 17.* Böer. *decis. 344. n. 4. & seqq.* Ubi autem actio ipsô jure est sublata, & ita actor sine actione experitur, judex ex officio actorem repellere potest. Fr. Balb. *d. p. 1. princ. q. 8. n. 2.* Böer. *d. decis. 344. n. 5.*

Deinde, positô, quòd præscriptio non tollat actionem ipsô jure, sed ope exceptionis, & ita jure naturali alicui actio competeret, actio tamen illa est inefficax & inutilis, judex autem non minus eo in casu, ubi quidem actio 55
competit, sed ubi inefficax & inutilis, ex officio supplere & actorem repellere potest, quàm ubi omninò nulla actio competit. Felin. *in cap. ad aures. 6. X. de Præscript. n. 3.* Balb. *d. l. de præscr. part. 1. q. 8. n. 2.* Et hanc sententiam amplectuntur Abb. Panorm. *in d. c. ad aures.* Felin. *ibid. n. 2.* Mynsing. (ubi etiam in Camera pronunciatum refert) *C. 3. obs. 28. sub fin.* Gilken. *de præscript. part. 1. c. 4. n. 38.* Zanger. *de Except. part. 3. in præem. n. 13. & c. ult. n. 19. & seq.* Wesemb. *Inst. de Except. n. 8.* Hanc ipsam confirmavit Augustus Elector Saxoniæ in suis *Novell. part. 1. Constit. 25.* ubi Dan. Möll. *n. 3.* Consultat. Constitut. Saxon. *tom. 2. part. 3. q. 25.* & Carpz. *J. F. p. 1. Const. 25. per tot.*

Sextò. In foro mercatorum op- 56
poni potest Exceptio simulati contractûs, etiamsi renunciatio juramentô confirmata accesserit. Ern. Cothm. *vol. 1. cons. 18. n. 135.* ubi à *n. 34. cum multis seqq.* de Contractu simulato integer tractatus ferè exhibetur; quò benevolus lector remittendus.

57 Septimò. In Curia mercatorum compensationis exceptio opponi potest, etiam debito jurato; quod aliàs regulariter, ex opinione multorum interpretum, fieri non potest. Ernest. Cothm. *vol.1.conf.18. n.418.* & aliquot præcedentibus; qui inter sexcentos ferè Dd. allegat Hieron. Grat. *lib.1.resp. 121. n.12. & 13.* Anton. Gabr. *de jurejur. concl.7. n.2.* De hâc Exceptione vid. fusius Cothm. *d. l. n.352. & mult. seqq.* & Wesemb. *in π. ff. h. t.* An autem in Cambiis obtineat? Aff. Carpzov. *Jurisp. For. p.1. Const.8. defin.12.*

58 Octavò. Exceptio Reconventionis non habet locum in causis summariis & paratæ executionis. Mind *de Contin. caus. lib.3. c.7. §.4.* nec in foro mercatorum. Petr. Foller. ad Robert. Marant *spec. aur. part.4. distinct.9. num 114.* Anton. de Butr. *in c.1. de mut. pecun.* Concordat Statutum Reipub. nostræ Lubecensis, *art.3. lib.5. tit.3. de conv-*

59 *vent. & reconv.* **Wer erstlich geklaget hat/ der darff den andern auff seiner Gegenklage und** reconvention **keine Antwort geben/ er sey dann zuvor von ihm mit Recht geschieden.** Quô tamen statutô non ipsum jus reconventionis tollitur, sed in eo saltem à jure communi discrepat, quòd non pari cum conventione passu ambulet; sed prius hæc discuti & demùm eâ finitâ reconventio institui debeat. Dn. Mev. *ad hunc artic. n.6.7. quem vid.* ibid.

De hâc exceptione vid. luculentius Nicol. Reusner. *vol.2. consil.19.* Christoff. Schvvanemann. *lib.1. process. Camer. cap.66. & seqq.* & Tiber. Decian. *vol.2. Consil.98.* Berlich. *1. conclus.22. per tot.* Carpz. *Jur. For. p.1. Const.7. defin. 15.* P. Frid. Mindan. *d. lib.3. d. continent. caus. cap.6. & 7.*

Nonò. Ut in mercatore filiofamiliâs cessat beneficium SCti Macedoniani; Sic non potest eidem in judicio objici, quòd agat absque consensu patris. *arg. l. si quis. 3. ff. ad SC. Maced. & l. Zenodor. 2. & 3. C. eod.* Bald. *in l. Macedoniani. 5. n.4. C. d. t.* Salycet. & Alexand. *in addit. ad* Br. *in l. fin. ff. ad SC. Maced.* 60

Caput IX.

De

Probationibus Mercatorum, quæ fiunt per Libros, Litteras; & signa, ubi incidenter de eorum Insignibus.

Summaria.

1. Probatio est de Substantia Judicii.
2. Probatio alia plena alia semiplena.
3. Semiplena alia major alia minor.
4. An detur semiplena probatio.
5. Quæ à majoribus recepta, sunt retinenda.
6. Inter Mercatores probationes aliàs non legitimæ admittendæ.
7. Juramentum aliàs non legitima probatio, in foro Mercatorum Lub. pro justo & utili finiendæ litis remedio habetur.
8. In Curia Mercatorum unicus testis de æquitate Canonica plenè probat.
9. An Instrumenta, Mercatorum eundem recognitionis modum requirant, quem aliorum.
10. Quando domesticum Testimonium in foro Mercatorum, & ad probanda ea quæ in navi gesta sunt, valeat.
11. Testes quomodo in foro Mercatorum Lub. producendi & nominandi.
12. In foro Mercatorum & Controversiis nauticis, quando testes non citatâ alterâ parte produci possunt.
13. In foro Mercatorum & naufragii sola fama probat.
14. Probationes, rigorem juris in procedendo concernentes, in causis mercatorum non attenduntur.
15. Lis acceleranda; sed non cum exclusione legitimarum probationum.
16. Variæ documentorum & scripturarum probandi species.

17. Scri-

1 CUm probatio sit de substantia Judicii. *arg. d. Clem. sæpè.* §. *non sic tamen. de V. S.* Aym. Cravett. *conf. 265. n. 5.* Zanger. *de Except. part. 1. cap. 2. n. 9. & seqq.* & per eam stet cadatque causa. Mascard. *de prob. in prælud. q. 1.* Ant. Wint. *in Assessor. cap. 8. part. 1. lib. 2.* & vis totius causæ hinc dependeat. R. Ruland. *de Commiss. cap. 1. n. 1. lib. 1. tit. 5.* Ideoque post exceptiones mercatorum, quædam subjiciemus de eorum probationibus.

Posthabitis autem aliis probationum speciebus, de quibus vid. Wesemb. *tr. de probat. n. 4.* Hug. Don. *tr. de probat. c. 5.* Menoch. *lib. 1. præsumt. 2. 3. & seqq.* Item Josephi Mascardi & Fulvii Paciani volumina. Communiter Dd. ab effectu. duplicem faciunt
2 probationem; Plenam, justam, vel perfectam; & semiplenam, seu imperfectam. Quam semiplenam proba-
3 tionem iterùm duplicem faciunt; majorem, & minorem, quæ tantùm levem & modicam præsumtionem inducit. Wesembec. *d. n. 4.* post Joach. à Beust. *ad l. admonendi. 31. ff. de jurejur.*
4 *n. 451.* & alii. Dissentit gravissimè Hugo Donell. *tract. de jurejur. lib. 24. Comment. c. 11.* post principia, qui dicit, nullam omninò esse semiplenam probationem; &, si quæ sit, eam in jure non attendi pro nullâque haberi. Sed quoniam meum non est, hoc in loco
5 de subtilitatibus & apicibus juris disputare; sed ea, quæ communiter à majoribus nostris laudabiliter sunt recepta & observata, retinere. *arg. l. 20. 21. & 23. ff. de LL.* hanc communem Dd. probationis divisionem amplecti non dedignatus fui. Quæro itaque, cùm ex æquitate inter mercatores procedendum, ut aliquoties innuimus, an probationes, quæ regulariter pro legitimis non habentur, æquè in curiis mercatorum admittendæ sint, ac legitimæ & perfectæ? Et respondent generaliter Udalricus Zas. *Consil. 15. n. 53. vol. 1.* & Franc. de Accolt. Aretin. *Conf. 127. cum ibi relatis* Dd. Inter mercatores semi- 6
plenas probationes meritò recipi debere. Ideoque Primò quamvis de Ju- 7
re Civili Juramentum non recenseatur inter probationes plenas & legitimas. Felin. *ad rubr. de prob. n. 7.* Zanger. *de Except. p. 2. c. 11. n. 76.* In foro tamen Mercatorum Lubecensi etiam sine præviis argumentis, indiciis & adminiculis, quæ de jure communi requiruntur, non minus justum quàm utile probandi & litis finiendæ remedium esse voluit Statutum Reip. patriæ JURAMENTUM, sic ut reus conventus non modò illô præstitô actionem evadere, sed ad illud ab initio litis innerhalb 14. Tagen oder auch in nechsten Rechtstage / *artic. de jurejurand.* se offerre queat, prout hoc ex multis juris nostri Statutarii textibus apparet. *art. 2. tit. 3. lib. 1. art. 1. tit. 3. art. 8. 9. 10. & tit. 4. art. 5.*

art. 11.

art.11. tit.8. artic.3. tit.9. lib.3. art.1. art. 6. tit.1. art.3. & 4. tit. art.6. tit.4. art. fin. tit.6. art.6. & fin. tit.8. art.3.4.5. tit. 12. art.3. & 5. tit.16. lib.4. Statut. Lubec. Secundo ſicut de æquitate canonica in curia Eccleſiaſtica confeſſio extrajudicialis abſente parte facta, facit plenam probationem. Aretin. *conſ. 40. & 64. col.1.* Dd. *in cap. unic. de fid. Inſtrum.* Marant. *ſpec. aur. de Confeſſ. part.6. n. 812. cum ſeqq.* Althuſ. *Dicaol. lib.3. c.38.*
8 *39.* Ita, in curia mercatorum, unicus teſtis, cui aliàs regulariter ſtandum non eſt. *l.9.§.1. C. de teſtib.* tanquam ſemiplenè probans, æquitate Canonicâ plenè probat. Deciſ. Rot. Gen. *171. n.4.*
9 *& ſeqq. usq; ad fin.* Unde licèt communis Dd. opinio ſit, ut in recognitione literarum partes deponant, ſe fuiſſe præſentes cûm eæ ſcriberentur. Ruland. *de Commiſſ. p.2. lib.5. c.39. num. 31, 32.* Adeò, ut ſi unus ex pluribus teſtibus dicat, ſe non interfuiſſe, inſtrumentum dicatur falſum. Natt. *conſ.124.* In cauſis tamen mercatorum non opus eſt in hunc modum deponere, ſe vidiſſe ſcribi, ſed ſufficit dicere, manum ſe cognitam habere. Ita in litteris Cambii docet Burſat. *conſ.103. n.9.* Rationem reddit prædictam, quia in illorum curiis apices juris non curantur. Ruland. *d. l. n.fin.* Berlich. *1. con-*
10 *cluſ.44. n.26.* Sic de jure communi domeſticum teſtimonium non admittitur, verùm cùm per alios ſcientia geſtorum inter mercatores in navi non facilè haberi poſſit, quàm per ipſos, qui ſunt in navi vectores; aut, ſi illi non adſint, nautæ probatæ fidei duo vel tres in cauſa naucleri teſtimonium perhibere poſſunt, vel ad probandum ea, quæ in navi geſta ſunt, admitti. *arg. l.3. C. de naufr. c.23. 27. jur. marit. Wisbyenſ. In LL. nauticis Civitatum Hanſeat. art.57. edit. Germ.* hæc vetus conſuetudo maritima dicitur. Si verò univerſos violentia tempeſtatis obruerit, nec alia probandi ratio ſuperſit, ne tamen veritas lateat, etiam libri nautarum intrà judicium examinari poſſunt; in cauſa naufragii de eorum interitu, quos navicularius naufragiô periiſſe contendit. *d. l.3. C. de naufr.* Cùm enim liberi parentibus navem parantibus communiter adeſſe ſoleant notitiam eorum, qui navem ingreſſi ſunt, facilè habere præſumuntur. Peck. *ad d. l.3.* Teſtes quoque in tempore producti. Et de jure Lube- 11
cenſi omnes ſimul nominati (poſt nominationem enim ſemel factam alios producendi jus non eſt (niſi cùm ea proteſtando ſibi id reſervaverit. *art.1. de Teſtib. Stat. Lub.* in quo hic articulus ſingulariter diſcedit ab iis, quæ ex jure communi traduntur, unde ea proteſtatio neceſſitatis non habetur, ſed eâ etiam omiſsâ teſtes poſteà producti examinantur. R. Ruland. *de Commiſſ. p.2. lib.2. c.9. n.5.*) ſummariè, non citatâ parte, ad examen produci poſſe, in tali ad- 12
verſo caſu, qui in remotioribus locis accidit, notant Peck. & Vinn. *ad l.2. C. de naufrag. p.395.* atq; ita judicatū refert Rot. Gen. *deciſ.36. n.12. & dec.56. n.2.* ibid. 13
Si verò non poſſit haberi, in caſu naufragii probatio de viſu, ſola fama ſufficit, & plenè probat, ut vult. Gilhau. *arb. jud. p.10. c.6. n.7.* quam tamen non vagam & incertam eſſe, rationis eſt. Ego tamen cum Johanne Calderino, quem allegat Strach. *de prob. merc. n.1.* & Chriſtoff. Hafner. probationes, veritatem, 14
merita cauſæ, partiumque intereſſe, non autem rigorem juris in procedendo concernentes, obſervari debere concludo; cæteras autem negligendas eſſe. Br. *in l. fidejuſſor. 29. §.4. ff. mandat. per text. in l. bona fides. 31. ff. depoſ. d. Clem. ſæpè. de V. S.* in verbis: *non tamen* 15
ſic litem acceleret judex, quin probationes veræ & defenſiones legitimæ non admittantur &c. Socin. *conſil. 120. col.7. lib.1.* Rot. Gen. *deciſ.173. n.8.* Vid. R. Ruland. *de Commiſſ. p.2. lib.5. c.22.*

Quoniam autem in foris Germa- 16
niæ, in componendis articulis probatoriis, ad fundandam partium intentionem, multa producuntur adminicula, inter hæc verò ſcripturæ & documenta litteraria (quorum integrum recenſet catalogum Joh. Köppen. *deciſ. q.46. pr. & n.1.*) ſint præcipua; nos quoque tantummodò de his, utpote

mercatorum peculiarbus, quædam annectemus. Sunt autem hæc, libri, litteræ, & signa, quæ & Marcas vocant.

17 Primò itaque, licet scriptura privata regulariter nullam pro scribente faciat fidem; tùm quòd exemplô perniciosum sit, scripturæ credi, quâ unusquisque sibi annotatione propriâ vel debitorem constituere, vel se liberare posset. *l. rationes. 6. l. exemplo. 7. l. instrumenta. 5. C. de probat. l. fin. C. de convent. fisc. debitor. lib. 10. l. nuda ratio. 26. ubi* Br. *n. 7. ff. de Donat.* Dd. *in l. 1. ubi Salicet. n. 3.* Jas. *n. 3.* Dd. *in l. admonendi. 31*, ubi Br. *n. 26.* Bl. *n. 4.* Castrens. *n. 42.* Alex. *n. 33.* Jas. *n. 111. & 120.* Curt. *n. 37.* Rip. *n. 121.* Jacob. Petr. de Ptolom. *n. 162.* Corras. *n. 61. ff. de jurejur.* Rol. à Vall. *cons. 92. n. 1. vol. 2.* & cæteri allegati à Mascard. *cons. 976.* tùm quòd non debeat plus fidei adhiberi scripturæ privatæ, quàm vivæ voci. *arg. Nov. 73. cap. 3. tit. 2.* Atqui si scriptura privata valeret, deponeret scribens pro seipso, quod fieri nefas est. *c. omnibus. §. item nullus. 4. quæst. 3. l. omnibus. 10. C. de testib.* Idem docet Nicol. Jan. de passerib. *de scriptura priv. lib. 4. pag. m. 824. n. 2.* Hôc tamen non obstante, communibus Dd. votis receptum est, libris mercatorum de consvetudine communi (quæ probanda, R. Ruland. *d. relat. sign. de assec. præm. non sol. n. 232. cum seqq.* Oldendorp. *Class. 1.*

18 *act. 8. p. 82.*) sive de mutuo, sive de deposito, vel alio quopiam contractu, ad mercaturam pertinente, in iis scriptum sit; in omnibus credi. P. Surd. *cons. 549. n. 9.* Ubi post alios concordantes adducit Cæphal. *Consil. 374. n. 53.* & Joseph. Ludovis. *concl. 29. n. 118.* Gratian. *discept. forens. cap. 171. n. 9. & 10. Dd. in d. l. admonendi. 31. ubi* Br. *n. 26.* Alex. Fulgos. *n. 22. & seqq.* Curt. *n. 28. Dec. n. 17.* Jas. *d. n. 110. cum seqq. de jurejur.* Ruin. *Cons. 358. n. 27. vol. 2* Latè Bursat. *cons. 224. n. 7. lib. 2. &c.*

19 Idque non solùm in parvis summis, sed etiam in magnis sibi locum vendicabit. Ex Jaso. Menoch. & aliis docuit Ludovis. *d. conclus. 29. vers. amplia.* Sic post Paulum de Castr. *Cons. 301. lib. 1.* Cravett. *cons. 158. n. 6.* Bursat. *d. l.* qui alios allegat, & hanc de communi & in praxi tenendam docet. Adde Flamin. Charter. *decis. Genov. 127. n. 5.* & Surd. *decis. 299. n. 3.* ubi concordantem adducit Menoch. *de præs. lib. 3. præsumt. 63.* Cravett. *consil. 360. n. 15.* Natt. *consil. 581. n. 15.* Purpur. *cons. 519. n. 8.* ac plures alios. Hoc etiam procedere, quamvis descriptus in ipso libro negaret, se negociatum fuisse cum mercatore, & negociatio aliter non probaretur, docet Scacc. *lib. 2. de Judic. caus. civil. capit. 11. n. 147.* Imò, etiamsi Creditor manu suâ debitoris libro debitum inscripserit, chirographum confecerit, eique debitoris scribere nescientis, attamen consentientis nomen subscripserit, quod juramentô suppletoriô in eventum probari potest. Ita decisum *in Curia Lubec. 18. Januar. Anno 1661.* nec immeritò; nam si libri ejusmodi in dubium revocarentur, facilè commercium civile turbaretur; & à negotiis multi mercatores desisterent, secundùm Bl. *cons. 198. Vol. 1.* Paris. *cons. 99. n. 22. vol. 3.* Taceo, quòd mercatores quibusvis mercium suarum emtoribus sine Chirographo fidem habere soleant, ut tantò æquius sit, ex adverso quoque plus fidei illorum libris adhiberi. Bachov. *in not. ad Treutl. vol. 2. disp. 4. th. 2. litt. B. in fin.* 20

Et hanc communem Dd. sententiam, ut libris mercatorum plenâ adhibeatur fides, multæ confirmant locorum consvetudines, quæ ipsis publicam tunc conferunt autoritatem. Imol. *c. 3. ubi* Felin. *n. 26. de Fid. instrum.* Castr. *in d. l. admonendi 31.* Bl. *in l. 1. C. de summ. Trin. & fid. Cath.* Bald. *cons. 198. n. 5. Vol. 1.* Alexand. *cons. 217.* Rol. à Vall. *cons. 92. n. 5. Vol. 3.* Nicol. Boer. *decis. 105.* Didac. Covarr. *p. act. qq. cap. 22. n. 8.* Gail. *2. obs. 43. n. 2. & ibi Grava.* & noviss. Dn. Mev. *Comm. in jus Lub. lib. 5. tit. 6. art. 4. n. 4. & seqq.* Ita enim obtinet in statu Ecclesiastico Romano, ubi mercatorum libri probant, usque ad summam ducatorum 20. Paul. III. Bull. 47. quæ incipit, Dudum & Pius IV. Bull. 59. quæ incipit, Volentes; disponit, ut probent usque ad 30. Zerola in sua praxi, 21

vers.

verſ. Libri, quem allegat Janua *pagin. 962.* Ita Bononiæ, ſecundùm Imolam, *in d. c. 2. de fid. inſtrum.* Florentiæ, ſecundùm Caſtrenſem, *in d. l. admonendi.* prout refert Rol. à Vall. *d. conſ. 92. n. 5. Vol. 3.* & in tota ferè Italia, Burſat. *conſ.*
22 *39.* Turret. *conſ. 47. n. 7.* In quantum libris mercatorum Venetorum credatur, jure municipali Sermæ Reipubl. Venetæ hiſce formalibus cautum eſt:

Anno 1521. die 18. Junii. In Major. Conſilio fu proviſto &c.

Andera parte che de cetero coſi alli libri Ordinarii come à cada un' altro libro de botteghеeri è mercanti non ſi debba dar fede, ſe non de cinque anni in giu, nel qual tempo, i detti botteghieri commodamente potranno farſi pagar, ò verò farſi chiarezza, da quelli che realmente ſi ſaranno debitori, è ni uno ſarà defraudato come ſi reeſiede.

In inclyta urbe Patavio libris mercatorum (licet ibi hodie pauciſſimi noſtrorum mercatorum reperiantur) creditur usque ad ſummam 10. duntaxàt librarum. Sic etenim præcisè per Sereniſſ. Principem Franciſcum Foſcari proviſum fuit, die 17. Januarii, Anno Domini 1444. prout legitur *poſt tit. de Scutifer. & ſervientibus in Statutis Patavinis.*

32 In Ducatu Wirtembergenſi quid hoc in paſſu receptum, docent verba *Ordinat. Provincialis Anni 1554. part. 1. rubric.* Der Kauffleute &c. ubi dicitur:

Item Schuldbücher / ſo zu Zeiten durch unſers Fürſtenthumbs Kauffleute kegen denjenigen gemachet worden / die Wahre von ihnen kauffen / wo die ohn Argwohn und ordentlich gemachet / auch die Schuld-Herren ihr Gewerb- und Hantierung Auffrecht und Ehrbarlich führen / und eines guten Leumuts und Weſens ſeyn / die ſollen und mögen auch nach unſerer Gerichten muthmaſſen und Erkantniß ihre Beweiſung thun / alſo daß unſer Gericht / wo die vorerzehlte Urſachen und Umbſtände ſämmtlich verhanden / dem Schuldherrn zu den fürgebrachten Schuldbüchern oder Regiſtern den Eid in ſupplementum zu ertheilen. Wo aber zu den angeregten Umbſtänden andere Wahre adminicula oder behelff kommen / möchte den bemelten Schuldbüchern mit ſo viel Umbſtänden Urſachen und Behelff geſtärcket / ohne Ertheilung des Eides geglaubet und erkandt werden.

De Noribergenſium reformatione quid obtineat, docet *titul. 8. leg. 7. dict. reform.* ubi dicitur: Der Kauffleute Schuld- un̄ andere Handelsbücher / ſo dieſelbe ordentlich / nach ehrbahrer Kauffleute Gebrauch geſchrieben ſeynd / ſollen in Sachen ihrer Hanthierung belangend / für dieſelben Kauffleute zu Beweiſung ihrer daſelbſt eingeſchriebenen Schulden und Handelung dermaſſen angenommen werden / da dieſelben Kaufleute ſonſten in ihren Gewerben auffrecht und ehrbar befunden / und eines guten Leumuthes ſeyn / und der kegentheil ſolche Bücher durch keine Gegenbeweiſung kan ablegen. 24

Simile obſervatur Francofurti ad Mœnum *part. 1. tit. 31. §. 12.* ubi dicitur: 25
etzliche ſind Schuldbücher un̄ Schuldregiſter / ſo die Kauffleute &c. Gewandſchneider / und Kramer / halten und machen / und darein was ſie verhandeln / verkauffen / verzeichnen / ſo dann dieſelbe Schuldbücher ordentlich und förmlich / das iſt / mit Benennung derer Perſonen / ſo die Wahren ausgenom̄en / oder ausnem̄e laſſen / un̄ durch wen / auch umb was geld / mit Vermehldung des Jahres / Monats und Tages unterſchiedlich / leslich und verſtändlich geſchrieben ſeynd / auch ſie die Kauffleute ſonſt in ihren Gewerben auffrecht und redlich befunden / und eines guten Leumuhtes und Glaubens ſeyn / ſo thun ſie zu der Beweiſung ſo viel / daß auf vermelte Bücher und gute Umbſtände der Eid in Supplementum zu volliger Beweiſung mag ertheilet werden.

De Statutis Lubecenſibus, Gewand- 26
ſchneider und Krambücher ſeynd zur Schuld zu beweiſen gnugſam biß auff 30. thl. *art. fin. de fid. Inſtrum. libr. 5. tit. 6.* ad majus enim debitum probandum, modô

modò dicti non admittuntur, nisi per juramentum suppletorium. Secus verò in libris mercatorum, in quibus, per supradicta, statur dispositioni juris communis in Italia, cùm exclusio unius sit inclusio alterius. *l. cum prætor. 12. ff. de judic. c. nonne benedicimus, de præsumt.* tùm quando statutum certum aliquod in uno casu disponit, reliqua dispositioni juris communis relinquere dicatur. Marant. *spec. aur. p. 6. p. 318. n. 23.* Usus tamen forensis hîc Lubecæ hoc juramentum ad omnes mercatores hodie extendit. Dn. Mev. *comm. ad hunc art. 4. tit. 6. de fid. Instrum. n. 8. & 9.*

27 Animadvertendum ex præcedentibus industrio studioso, quòd ad hoc, ut ipsis mercatorum libris, etiam ita disponente consvetudine, fides plena habeatur, requirantur infrà posita, quæ ad majorem cautelam erunt articulanda.

28 Primò. Quòd mercator producens, sit homo legalis & integræ opinionis, secundum Bart. *in d. l. admonendi. 31. & in l. nuda. 26. ff. de donat.* Würtenberg. Landrecht/ præalleg. locô. Reformatio Norica & Francofurtensis, præcitatis locis. Guid. Pap. *q. 441.* Rol. à Vall. *cons. 92. n. 6.* Gravet. *de antiq. temp. §. vidimus. n. 20.* Menoch. *cons. 39. n. 14. lib. 1.* Gail. *2. obs. 20. n. 7.* & ibi Grævæ. *num. 7.* Fulv. Pacian. *1. de probat. capit. 63. n. 20.* Petr. Surd. post alios. *decis. 199. n. 15. & cons. 489. n. 19.* Remarq. du droict Francois. *verb. Marchant. n. 2. & seqq.* Et non sit infamiæ labeculâ notatus. Roland. *d. cons. 92.* & Farinac. *cons. crim. 20. n. 1. in fin.* Mascard. *de probat. conclus. 90. n. 30.* & novissimè Casp. Klock / *de Contribut. & collect. cap. 20. n. 416. 417. 418.* Jas. *in L. admonendi. ff. de Jurej. n. 123.* Dn. Mev. *d. art. n. 15. & seqq.* Hîc Q. An libri fallitorum mercatorum probent factum inter alios? Et distingvendum inter tempus scripturæ, an ante, an verò post decoctionem scripserint. vid. Rot. Gen. *decis. 10. n. 6. & 13.* & Salicet. *in l. filiusfam. in fin. ff. ad SCt. Macedon.* & Rot. Gen. *decis. 2. n. 31.* Rumpente enim mercatore omnis scripta commissio seu mandatum dicitur tunc revocatum. *d. l. n. 31.* ruptus enim æquiparatur mortuo. Rot. Gen. *Dec. 1. n. 41.* vid. nos infr. *libr. 4. c. 10. num. 32.* Idem de Proxenetarum libris Judicium. Bened. Strach *de Proxenet. pag. m. 167.* nisi consvetudine receptum ut Proxenetarum Juratorum & à magistratu confirmatorum libri fides habeatur, quo casu probant.

Secundò. Exigitur, ut ipsemet mercator propriâ manu contenta in suo libro rationum conscripserit. *per l. generaliter. C. de non numer. pec.* Rol. à Vall. *d. cons. 92. n. 6. vers. 2.* Brun. *cons. 46. n. 4.* Gail. *d. obs. 20. & Græva. ibid.* Contrarium sentit Stracha post alios adductos *in tr. de merc. p. 2. n. 65.* motus tùm *l. qui per alium. ff. de R. I.* tùm etiam quia quicquid in libris mercatorum scriptum legitur, id ome eorum consensu scriptum præsumitur, nisi contrarium probetur. *ad l. census. de probat.* Pro qua sententia ita judicatum fuisse anno 1589. in sacra audientia Barensi in simili causa, vertente inter aliquos mercatores Parisienses, refert Franciscus Vivius *decis. 445. n. 16.* nec in practica fori Saxonici hanc sententiam Gailii receptam esse, sed sufficere rationes saltē ab administratore vel Institore vel vulgo Buchhalter / aliave certa persona honesta & fide digna fuisse consignatos, ex Hartm. Pistor. & præjudiciis Scabinatuum docet Dn. Carpz *jurisprud. for. p. 1. Const. 17. defi. 35. n. 9.* huic adde Cravett. *de antiqu. temp. 1. part. sect. Vidimus & abundè n. 21. p. 204.* quem sequitur Trentacinq. *lib. 1. de Probat. res. 7. n. 30.* 29 30

Tertiò. Principaliter requiritur, quòd mercator veritatem scribere consveverit. *Dd. in l. vel universorum. ff. de pignor. act. l. qui semisses. 13. §. 1. ff. de Usur.* Gvid. Pap. *d. decis. 441. n. 3.* Rol. à Vall. *d. cons. n. 6.* Vivius *d. decis. 445. n. 21.* Si enim reperiatur ipse liber falsus in uno, præsumitur absque dubio falsus in omnibus. Castrens. *cons. 301. n. 4. lib. 1.* Jason. *in d. l. admonendi. n. 21.* Riminald. *cons. 665. n. 4.* 31

Quartò.

32 Quartò. Ut causam obligationis subjunxerit. Aus was Ursachen / und woherd die Schulden erwachsen/ Jacob. Airer. *process. histor. Jur. part. 1. capit. 9. obs. 8. n. 11. per l. cū indebito. 25. §. fin. ff. de probat. d. l. generaliter 13. C. de non num. pec.* Hippol. de Marsil. *in l. 1. §. præterea, n. 123. ff. de quæstion.* Rol. à Vall. *d. cons. 92. n. 6.* Strach. *de merc. d. p. 2. n. 50.* Vivius pulchrè, *decis. 445. n. 21.* Fulv. Pacian. *d. c. 63. n. 22.* Et hoc clarè distinctè & intelligibiliter; paria enim sunt, nullô modô aliquid esse expressum, & expressum incertè & obscurè per. Br. *in l. quicquid de V. O.* post Marsil. *in rubric. de fidejuss. n. 318.* Scacc. *libr. 2. de judic. caus. civil. c. 11. n. 271. cum seqq.* Vid. Magnif. Dn. Carpz. *Jurispr. for. p. 1. Constit. 17. Defin. 39.* & nos supr. *libr. 1. c. 14. n. 10. & seqq.*

33 Quintò. Quòd aliquid contra se in eodem libro conscripserit, i. e. quòd in libro data & accepta, debita & credita contineantur, Darinnen Ausgabe und Einnahme / Schuld und Gegenforderung begriffen und einverleibet seynd. Jacob. Airer. *de process. Lucifer. contr. Christ. c. 9. n. 13. per l. publica. 26. §. fin.* Rol. à Vall. *d. l. n. 6.* Jo. Petr. Surd. *post plures relat. consil. 443. n. 5.* Fr. Viv. *d. decis. 445. n. 16.* Bursat. *cons. 224. n. 7. lib. 2.* Guid. Pap. *d. decis. 441. n. 5.* Gail. *d. obs. 20.*

34 Sextò, exposcitur, Quòd ex verosimilibus circumstantiis & præsumtionibus possit esse verum quod scriptum in eo reperitur, habitô respectu ad tempus debiti contracti, solutionis factæ, ad personas contrahentes & ad locum contractûs. Rol. à Vall. *d. cons. 92. n. 6.* Strach. *d. p. 2. de Mercat. num. 61.* Marcabrun. *cons. 18. n. 167.* Mascard. *concl. 976. n. 82. & 92.* Et pulchrè Surd. *decis. 199. n. 5.* Scacc. *d. c. 11. de judic. caus. civil. n. 253.* cum seqq. qui consulendus.

35 Septimò requiritur, quòd in dicto libro sint descriptæ res gestæ, vulgò partitæ, pertinentes ad mercaturæ officium, & nō ad aliud. Rol. *d. Cons. 92. n. 8. & seqq.* Aretin. *cons. 33. n. 144.* Cephal. *cons. 374. n. 6. & 53.* Hippol. Riminald. *cons. 489. n. 36. 37.* pulchrè Marcabrun. *cons. 18. n. 146.* His accedunt Camill. Borell. *cons. 66. n. 11.* Petr. Surd. *cons. 224. n. 2. & Cons. 326. n. 18. Cons. 453. num. 54. Cons. 543. n. 9. & decis. 336. num. 3.* Franc. Viv. *decis. 445. n. 2.* Marc. Ant. Pereg. *de jur. fisc. libr. 6. tit. 5. n. 16.* Græ-væ. *2. pract. conclus. cap. 20.* ubi alios adducit. Nam autoritas, quæ competit ratione officii, seu exercitii, non debet nec potest operari ultra naturam ipsius officii. Scacc. *d. l. judic. caus. civil. cap. 11. n. 148. 149.* Fulv. Pacian. *d. c. 63. n. 29. 30.* Pyrrh. Maur. Aretin. *tract. de fidejussor. part. 2. sect. 2. Cap. 33. in fin. per mult. alleg.* Et hanc esse verissimam conclusionem; quicquid titubanter & parùm sibi constans scripserit Decius *in l. age. n. 5. C. de transact.* referente Nicol. de passerib. *tract. de script. priv. libr. 4. de libr. merc. n. 34. cum seqq.* Dn. Carpz. *jur. for. p. 1. const. 17. defin. 37.*

Sic, e. g. nihil probat, Quando quis alterius rei gesta Calendario suo inscribit; quia Calendarium non habet formam libri mercatorum, licèt memoriale dici possit, quod tamen regulariter nihil probat. Vincent. Hondedæ. *Vol. 2. cons. 39. n. 53.* Nicol. de passerib: *d. l. de Scartafaciis seu Memorial. lib. n. 2.* quem ibi de probatione memorialium vide. 36

Exigitur octavò, quòd in ipsomet relationum libro sit appositus annus, mensis & dies. *d. reform. Francofurt.* ibi: Mit vermeldung des Jahres/ Monats und Tages &c. pulchrè Rol. à Vall. *d. cons. 92. n. 14.* Strach. *d. part. 2. n. 55. & 61.* ubi etiam rationem adducit, dicens, quia sine certo die rationes implicitæ redduntur & explorari non possunt, add. Scacc. *d. c. 11. n. 281.* & Jan. *d. l. 4. n. 76. cum seqq.* Rot. Gen. *decis. 173. n. 13.* 37

Nonò, quòd appareat, mercatorem tradidisse merces; licèt non sit necesse probare de quantitate & de pretio, quæ probantur per ejus librum. Nicol. de passerib *d. l. n. 82.* 38

Decimò. Quòd dicti libri non sint descripti diversâ manu & atramentô aliô, item, non sint mendosi, ita Decius, *Cons. 447. n. 8.* Cravett. *cons. 88. n. 6. & 34.* 39

& 34.n. 27. Menoch *conf. 23. n. 16. 17.* Ubi etiam subdit post alios, quòd falsi suspicio in parte libri, totum vitiet, *per l. si ex falsis.* ubi Jason. *41. C. de transact.* sequitur Ludovis. *d. concl. 29. vers. 14.* Farinac. *conf. 18. n. 4* Ubi pariter dicit, quòd libri ipsorum mercatorum debeant esse candidi, & carere omni inductione ac superinductione; aliàs contrà eos juratur in litem; coincidunt. Menoch. *Conf. 23. n. 16. & 17.* Cravett. *conf. 88. n. 6. & Consil. 134. per tot.* idque eo magis, quando continent repugnantia; quæ tamen ita strictè & secundùm apices hodiè nō observantur.

Undecimò, quòd mercator ipse juret, contenta in eodem libro, fuisse & esse vera. Menoch. *conf. 23. n. 14.* Aym. Cravett. *de antiq. temp. 6. part. princ. n. 47.* moti autoritate Br. *in l. Theopompus. ff. de dot. praleg.*

40 Quid autem juris, si amplius superstes non fuerit mercator, sed debitum naturæ exsolverit? Nihilominus iisdem libris standum; tum quia mors interveniens locô juramenti est, & non minorem fidem, quàm corporale juramentum meretur. ita Dd. *in l. admonendi 31.* ubi Br. *n. 2.* Jas. *n. 105. de jurejur.* Decius *in l. 1. C. de Edend.* Bald. *in l. comparationes 20. n. 14. C. de fid. instrum.* Castrens. *conf. 301. n. 4. Vol. 1.* Socin. *Sen. conf. 161. n. 6. vol. 2.* Zas. *conf. 5. n 58. Vol. 1.* Cravett. *conf. 158. n. 7.* Nicol. Boer. *decis. 105.* Gail. *2. obs. 20. 43. n. 2.* & R. Ruland. *de Commiss. part 2. libr. 5. Capit. 13. n. 6.* Munoz. ab Escobar. *de Ratiocin. lib. 1. c. 1. c. 10. n. 60. & seqq.* quia nemo immemor salutis suæ & cum peccato mori velle præsumitur, *c. sancimus*

41 *1. q. 7. l. fin. C. ad L. Jul. repetund.* Sed quid, si in defuncti libro solutio facta, non sit cancellata vel deleta? vid. Jac. Cooren. *conf. 16.* & respondet, si præsumtiones pro solutione à Dd. adductæ adsint, hanc deletionis omissionem reis non nocere, præsertim si accedat præscriptio. vid. nos supr. *libr. 2. cap. 14. n. 65. cum seqq.*

42 Duodecimò, requiritur, quòd ipsemet liber de more factus sit secundùm consvetudinem loci, ut scilic. sit compaginatus & Codex magistralis. Non 43 enim scartafaciis, seu memorialibus, ut paulò ante dictum, creditur. post Bl. Jas. Jan. Strach. & alios. Ludovis. *d. concl. 29. vers. 2.* Rot. Gen. *decis. 2. n. 27.* qui tamen loqvuntur de Giornali, de quo adhuc Dd. dubitant. Nicol. Jan. de giornali. *pag. 967.* De hisce requisit. vid. Dn. Mev. *d. art. 4. de fid. instrum. n. 12. & seqq. Statut. Lubec.*

Quid autem de scedulis statuendum vid. Nicol. à Janua. *d. l. circ. fin.* 44 fusè & elegantissimè. De quibus notat Berlich. eas manu propriâ mercatoris scriptas plenè probare, & paratam habere executionem. *1. concl. pract. 80. n. 62.* ex Jas. *in l. cum antiquitas 28. C. de testam. n. 17.* & scedulā Bancherii vim habere solutionis, adserit Farinac, post Br. *dec. rot. Rom. in novis. 285. n. 4.* Imò, easdem vim habere Instrumenti publici probat Rot. Gen. *decis. 126. n. 8.* & Rutg. Ruland. *d. part. 2. de Commiss. lib. 5. cap. 12. n. 10.* Ubi addit hanc rationem, quia bona fides maximè inter mercatores attenditur, quod etiam apud antiquos Romanos obtinuisse ibidem adstruit.

De copiis autem hisce notandum. 45 Quòd Copia instrumenti mercatorii, minus solenniter sumta, fidem faciat, parte ipsâ non opponente; Sic præcisè post alios adducentes ad Afflict. *Decis. 48. n. 2.* In foro autem Mercatorum Lubecensi Copiæ non probant. *art. 3. de Fid. instrum.* & Dn. Mev. *de arrest. cap. 10. n. 47.*

Hisce itaque omnibus prædictis re- 46 quisitis, sive majore eorum parte intercedentibus, libris ipsorum mercatorum plena fides, præsertim in Italia, adhibetur. Quibus tamen arbitrium & discretio judicis accedere debet, cui, quando & quatenus hisce credendum sit, æstimandum committitur. Menoch. *2. de arbitr. JJ. qq. cas. 39. n. 2.* Mev. *d. art. 4. de fid. Instr. n. 28. & seqq.* Hic enim, perpensis omnibus circumstantiis & qualitatibus, dignoscere debet, an plenè vel simiplenè, vel nihil probatum sit, adeò, ut judex, etiam parte non petente, quandoque juramentum in

in supplementum probationis actori vel reo, prout visum fuerit, deferre atque tunc maximè ad probationem juramenti devenire possit, quando substantia debiti est probata: cûm eô casu quantitas ejusdem Creditoris vel debitoris juramentô probari queat. c. *ex litteris. de jurejur.* Cravett. *cons.662. n.31. & tract. de antiq. temp.* §. *vidimus. vers.2. lim. part.1.* Natt. *cons.102. n.2. vol.1.* Böer. *decis.243. in f. decis.339. in f.* Rot. Gen. *decis.141. in fi.* Joseph. Ludov. *decis. Perus.10.* F. Pacian. *de prob. c.63. n.112. ubi plur. alleg.* Jo. Parlador. *lib.1. rer. quotid. c.18. n.1. per tot.* Surd. *cons.94. n.27. & cons.2.46. n.5.* Viv. *decis. 108. n.1.* Cacheran. *decis.96. n.3.* Jac. Cooren. *d. cons.16. pag.68. & seqq.*

47 Hisce præmissis, pulchrè hîc suboritur dubitatio: An contra libros hosce mercatorum legitimè scriptos admittatur probatio in contrarium? Strach. *tr. quom. in cau. merc. proced. n. 35.* cum Alex. *in l.1.* §. *si absens. n.7. ff. si ex noxal. cau.* dicunt non admitti, & Vivius *decis.445. n.3.* asserit, tales libros haberi quodammodo pro sententia, suâque fide in rem judicatam transire, i.e. in soliditatem firmitatis & irrevocabilitatis, ut loqvuntur Dd. *auth. C. de fidejuss.* §. *argentariorum.* Decis. Rot. Gen. *2. n.9.* per Bl. *cons.348.* & Zabarell. *153. n.2.* Dissentit Jas. *in d. l. admonendi. de jurejur. n.304.305.* & Ludovis. *d. concl. 29.* Quoniam autem hisce libris & scripturis tripliciter fidem adhiberi principaliter contingit; pro scribente, contra tertium: & pro tertio contra scribentem; & pro tertio contra tertium; de singulis pauca delibabimus.

48 Ad primum quod attinet. An liber ipsius mercatoris regulariter pro scribente fidem faciat? variæ extiterunt Dd. sententiæ, quas videre est in *gl. ad l. quædam.* §. *nummularios. de Edend.* & ibi Br. & Castrens. *n.3.* & apud Bernh. Grævæ. *conclus. pract. lib. 2. concl.20.* Speculat. *in tit. de Instrum. edit. sub rubric.* quod notand. sint species *Instrum. sub num.5.* Rim. *cons.77. num.2* Quidam Dd. in hac Q. ita distingvunt, quòd scriptura mercatoris seu ipsius liber; tum demùm pro scribente probet: 49

1. Cùm contineat non modò pro scribente, sed & contra eum aliquid.

2. Si contineat connexa & subordinata.

3. Quando talis liber simpliciter ab eo, quem tangit, acceptatur, & absque contradictione retinetur. Menoch. *3. præs.63.* Beust. *ad l. admonendi. de jurej.* Berlich. *1. concl.36. n.44. &c.*

Nos, relictis hisce, solam cum Janua Scacciæ amplectimur autoritatem; qui *lib.2. de judic. caus. civ. cap. 11. num.129. & 130.* concurrentibus qualitatibus suprà requisitis, id elegantissimè affirmat; additâ hâc ratione, quia mercatores ipsi scribunt & conficiunt quâdam necessitate officii hos 50 rationum libros, & ex quodam tacito mandato & voluntate eorum, cum quibus negociantur & contrahunt, qui sciunt, quòd mercatores necessariò teneantur facere codicem rationum suarum, cùm sæpè dent & recipiant in creditum, & contrahant cum tot & diversis, ut nimis onerosum ipsis esset, de singulis parare probationes aliter quàm per scripturam proprii codicis rationum; unde ii qui cum dictis mercatoribus contrahunt, videntur, ut modò dictum, tacitè iisdem mandare, quòd scribant data & recepta, & propterea nihil mirum, si etiam ad favorem ipsorum plena dictis libris fides adhibenda sit. Cujus Scacciæ opinioni consentit Cardinal. Paris. *cons.82. num.71. in fin. & num.72. vol.1.* adserens, eos plenè pro scribentibus de consuetudine Italiæ probare, etiamsi scribentes postmodùm 51 decoxerint, seqvuntur Nic. Everh. Jun. *cons.6. num.76. vol.1.* Casp. Klock. *de contrib. & collect. cap.20. num.375. &* noviss. Jac. Cooren. Sen. Holl. *cons.16. pag.65. & seqq.*

Ad secundum. An contra scribentem fidem faciat, remotis ambagibus, cum Dd. concludo pro affirmativa. ita Bl. *in l.1. C. de edend.* & ibi 52

Dec. *& in* §. *nummularios. ff. Eod.* sequitur Fr. de Aretin. *conſ. 44. num. 1.* Port. *conſ. 107.* Joh. Köpp. *deciſ. 46. num. 57.* ubi adducit textus *in l. rationes. & l. inſtrumenta. C. de probat.* Joſeph. Maſcard. *d. concl. 975.* Farinac. *conſ. 13. num. 15. & deciſ. 110.* R. Ruland. *de Commiſſ. d. p. 2. lib. 5. cap. 14. num. 1.* qui id ad litteras mercatorum quoque trahit; quia hiſce eadem fides plenæ probationis, imprimis contrà ſcribentem adhibetur, quæ aliàs publicis ſcripturis, per *ſup. alleg.* ex Bolognet. *ad l. 1. C. de Edend.* præſertim ſi ſemel judicialiter recognitæ fuerint. Panorm. *in cap. 2. num. 2. de fid. inſtr.* Covarr. *pr. qu. 22. & var. reſol. lib. 2. cap. 11. num. 4.* prout nos prolixius paulò pòſt. *num. 54. & ſeqq. huj. cap.* deducemus.

53 An denique liber mercatoris pro tertio contra tertium plenè probet, maximoperè ſe torquent Dd. refer: Nicol. à Jan. quos vid. ap. Jo. Cephal. *conſ. 274. num. 48.* Hieron. Magon. *deciſ. Lucenſ. 5. in fin.* Johan. Köppen. *deciſ. 46. num. 58.* & reliquos. Nos breviter ita cum Scacc. *d. c. 11. num. 203.* dicimus; Quòd quando in ipſo mercatoris libro reperitur aliquid ſcriptum, quod eſt actum principaliter inter ipſum mercatorem & negociatorem & in conſequentia ex illa negociatione illiusque ſcriptura inter eos facta oritur intereſſe alicujus tertii, & is ſit præſens, quòd tum plenam iſte liber fidem faciat; de quo fuſius Nicol. à Janua. *d. l. de ſcript. priv. & libr. merc. q. 3.* & Ruland. *de Commisſar. d. l. cap. 13. circ. fin.* Atque hæc de probatione librorum mercatoriorum ex multis attigiſſe ſufficiat, remittens lectorem, qui de hiſce plenius informari cupit, ad modò dictos autores, & Cardin. Thuſc. *concluſ. 77. lit. S. Concl. 207. 208. 209.* Rotæ. Gen. *deciſ. ſparſim.* Trentacinq. *var. reſolut. præſert. lib. 2. de probat. reſol. 7.* Merlin. *deciſ. 50.*

Quibus nunc proximum erit paucis ibidem de LITTERIS, quæ quotidiè inter mercatores mittuntur, agere. De his itaque communis Dd. ſchola 54
ita ſtatuit, eas, ſi confeſſæ ſint & agnitæ, plenè probare; cùm habeant vim publicorum inſtrumentorum ſ. documentorum, & hoc potiſſimùm conſuetudine in illis locis, in quibus viget maxima mercium & negociorum frequentia. Rot. Gen. *deciſ. 2. n. 9. per* Bl. *in conſ. 348.* & Zabarell. *conſ. 153.* Item *deciſ.* Rot. Gen. *74. n. 2. & deciſ. 126. num. 8. & deciſ. 142.* ubi hoc de litteris quas vocant AVISII, adſerit *num. 3.* Vincent. Hondedæ. *vol. 2. conſ. 39. num. 7. per* Rob. Marant. *in ſpec. aur. part. 4. diſtinct. 9. n. 140. & ſeqq.* Alb. Gent. *lib. 2. Advoc. Hiſpan. cap. 10.* Strach. *quom. in cau. merc. proc. num. 13. cum ſeqq.* cum quo coincidunt Statuta Hamburgenſia. *p. 1. tit. 30. art. 8.* Notandum tamen hîc, quòd mercatores, qui per literas ſignificant, ſe debere decem, vel plus vel minus, prout in Codice rationum continetur, non videantur ex hoc augere vel minuere ſummam quantitatis confeſſæ. Strach. *de adject. part. ult. n. 33.* Imò, ſi hæ litteræ loquantur diſpoſitivè, etiam contra tertium & pro eodem, quando materia id patitur, probant Althuſ. *lib. 3. dicæol. c. 43. n. 13.* qui id per Maſcard. *concl. 630.* & *989.* Menoch. *caſ. 94. n. 24.* Böer. *deciſ. 333. n. 8. & deciſ. 282. n. 2.* & multos alios confirmat, quibus adde Ruland. *de commiſſ. d. lib. 5. cap. 14.* Rot. Gen. *deciſ. 47. & 136.* Koning. *in proceſſ. part. 3. c. 49.* & Dan. Moll. *lib. 4. ſemeſtr. c. 44.* Coler. *deciſ. 271.* præ cæteris autem de hac materia conſulendus P. Frider. Mindan. *de Proceſſ. & mand. judic. lib. 2. cap. 70.*

Solent & mercatores litteras ſæpè 55
commendatitias ſcribere; Unde quæſtionis eſt apud Dd. an probent & obligent? de qua inter mercatores plenè ſcripſit Br. *in l. Lucius. ff. de fidejuſſ.* & Bl. *in rubr. C. de conſtit. pec.* Jaſ. *in l. admonendi. n. 83. ff. de jurejur.* Quibus adde Paul. Pariſ. *conſil. 47. n. 27. & ſeq. & n. 80. & ſeq.* Strach. *de prob. merc. n. 15.* & Nicol. de Paſſerib. *ſap. all. tract. pag. mihi 579.* Et nos quædam ſuprà *tit. de Mandat. merc. in fi.* adduximus.

Hîc autem obiter notandum, quòd 56
dictum,

dictum, litteras, quæ inter absentes mercatores mittuntur, probare, non procedere, ubi antequam ei, cui adscriptæ erant litteræ & traditæ, decessisset is, qui scripsisset; cùm per litteras absens absentem dicatur alloqui, non autem potest alloqui, qui misit, si, antequam traderentur ipsi, natura finem vitæ fecerit, ut loquitur Salust. *de bell. Jugurth.* quod probat Jason. *d. l.* & Marsil. *singul.383.* Innocent. in *c. cum dilectus. X. de Success. ab intestat.* Idem obtinet in litteris Cambii (de quo statim mantissæ locô similiter quædam adjungemus) Jan. *d. lib.3. pag.m.555. num.78.*

De Scripturis, libris, & literis mercatorum, eorumque probatione in genere satis pro instituto nostro disseruimus: nunc unâ atque alterâ lineâ ad species ipsas, inter has autem solummodò ad CAMBII litterarum probationes, de quibus *sup. lib.2. cap.12. n.63.* agere promisimus, nos accingamus.

57 Primò itaque notant Dd. ex litteris Cambii quemadmodum obligationem, ita etiam probationem promanare, duobus hisce concurrentibus, si id materia patiatur, & loquantur dispositivè. Bald. *in rubr. C. de Constit. pec. n.15.* ubi adducit textûs *in l. Titius. 24. junctâ l. quidam. 26. ff. eod. tit.* & sequitur post multos alios relatos Mascard. *concl.631. n.1. & 2. & concl.990. n.1.* text. expressus quoad harum probationem, *in l. Publia in fin. ff. depositi.* Mascard. *d. l. num.4.* ubi subdit, eas probare maximè contra illos, qui publicè tenent stationes seu banchas, ut utar verbis Nicolai Böerii, *decis.332. n.8.* Zabarell. *cons.163.*

58 Hæc autem procedunt 1. quoad personam duntaxàt ipsius Campsoris scribentis, contra eum enim utique probant, prout est text. clariss. *in l. si litteras. C. Mandat.* cum concordantibus deductis per Tiber. Decian. *cons.108. n. 15. vol.2.* adde Böer. *decis.282. n.7.*

2. Procedit, ut ex hisce litteris contra ipsummet scribentem probatio inducatur, non solùm pro eo, ad quem directa sunt, sed etiam pro tertio. Sic, post multos, Mascard. *d. concl.990. n.5.* Et præcipuè pro eo, cui solvendum erat Cambium. Rot. Gen. *decis.146.* Decian. *dict. cons.108. n.13.*

Contra autem eum, cui ipsæmet litteræ diriguntur, neque obligationem neque probationem inducunt, nisi acceptentur; quibus tamen acceptatis remanet obligatus. *juxt. l. filius. 17. ff. ad SC. Maced.* cum quo concordat Joh. Bapt. Cavat. *de Cambiis*, & Fachinæ. *consil. 42. n.3. vol.2. & consil. 62. n.2. eod.* & contra eum tunc probant; adest enim tunc copulatio consensûs duorum simultanei, ut loquitur Bald. *in l.2. ff. de pact.* Dicuntur autem tunc demum 59 acceptatæ, & approbatæ, quando sunt lectæ, receptæ & in contrarium protestatum minimè fuerit, præter ea, quæ nos *sup. lib.2. c.12. n.48. & seqq.* Corset. *in singularib. vers. taciturnitas n.2.* Rot. Gen. *decis.2. sub n.36.* An autem & quando litteræ Cambii dicantur redire cum protestatione? Et Campsor si non sit protestatus, quid à Campsario consequi possit? Item, protestatione non factâ, quod mandatario oriatur præjudicium? Denique, qualis sit formula protestationum litterarum Cambii, cæteraque ad hanc materiam notabilia, cùm propriè hujus non sint loci, vid. ap. Sigismund. Scacc. *tract. de Commerc. & Camb. §.6.7. gloss.2. pag.439.443. n.12.* cum sequentibus. Matth. Bod. *disp. de Camb. thes.7. & 8.* Et noviss. Fr. Stypman. *de Jure maritim. p.4. cap.8. n.80. & seqq.* Ideò prudentes Campsores, quan- 60 do recipiunt hasce, & nolunt eas approbare, scribunt in dorso litterarum, se illas recepisse, & non acceptasse. Talis enim scriptura in dependentibus ab animo & sola voluntate scribentis mercatoris plenè probat. *l. Nesennius, ubi Br. ff. de neg. gest. cum concordat.*

Sufficit autem in hisce litteris reco- 61 gnitio manûs, per tertium facta, dicentis, sibi notam esse manum scribentis. Bursat. *cons.103. n.9.* Mascard. *de probat. concl.991. n.4.* an verò sufficiat, si testis dicat, se credere, esse manum hujus vel illius, vid. Dec. *cons.445. n.18.* Parlad. *lib.2. rer. quotid. cap. fin. p.1. §.1. num.6.* Höpping. *de jur. sigill. cap. 13. num.164.*

62 & 65. Licet communiter in recognitione manûs, commissarii officium sit, interrogare testem, an præsens fuerit, cùm scriptum instrumentum aut nomen est. Trentacinq. *lib. 2. tit. de fid. Instrum. resol.12. n.22.* Marescott. *lib.1. var. resol.79. n.1. & seqq.*

Superest nunc, ut de SIGNIS seu MARCIS mercatorum paucis, disse-
63 ramus. De quibus ita Dd. Notas, characteres, quas Marcas dicunt mercatores, cistis mercium impressas, præsumtivè de dominio probare. Bald. *in auth. dos data. C. de donat. propter nupt.* Br. *in l. stigmata. C. de fabricens. lib.10.* Alber. Gentil. *lib.2. Advoc. Hisp. cap.10.* per Chassanæ. *1. catal. glor. mund. consider.35.* Strach. *de merc. p.2. n.78.* Rota Gen. *decis.201.* Cacheran. *decis. Pedem.40.* Menoch. *cons.566. & 3. præs. 64.* Christinæ. *decis. Belg. 111. num. 2.* Mascard. *vol.1. conclus.160.* & ex eo Jo. Limnæ. *lib.6. Jur. pub. cap.6. n.122.* Signum enim regulariter ostendit signatum. *l. Labeo.7. §. idem Tubero. ff. de supell. leg.* Alphons. de Azeved. *lib.5. Constit. Hisp. tit.12. l.6. n.3.* Marcabrun. de Anguill. *cons.6. n.9.* Matth. de Afflict. *decis.23. num.4.* Surd. *cons.61. n.29.* & mercatores, hac de causa ferè marca & signa habere, quibus merces signantur, dicit Bl. *in l.1. num.1. C. de his qua res ven. poss.* Hinc sarcinæ, sive ballæ, ut loqvuntur, eorum esse præsumuntur, quorum marcâ sint impressæ. post Bl. Dec. *in can. causam matrimonii. num.3. de probat.* Jas. *cons.170. col.4. vol.4.* Nicol. Böer. *decis.105. n.9.*
64 cùm ei cui signum competit, & signatum competere censeatur. *arg. l. quod si neq.14. § fin. ff. de peric. & comm. rei vend.* Zas. *consil.6. num.17. vol.2.* Capic.
65 *decis.27. num.45. in fin.* Quod exemplis demonstrant Doctores in equo seu animali signato. Br. *d. l. stigmata. post* Castrens. *in tr. de Imparat. q.89.* In venditis arboribus signo notatis. Boer. *decis.103. num 9.* per *text. in l. quod si neq. ff. de peric. & comm. rei vend.* In insignibus & vexillis navi impositis. Jas. *alleg. cons. 170. col.4. vol.2.*

Quod usque adeò verum est, ut hoc 66
signum ad victoriam causæ sufficere tàm in petitorio, quàm in possessorio tradiderit Luc. de penna. *in d. l. stigmata.* Quamvis in hoc contrarium teneat Strach. *de mercat. part.2. num.80.* Deinde, hoc usque adeò verum est, ut 67
eares, quæ quandoque signum seu marcam meam habuit, omninò mihi restitui debeat, licèt signum abolitum vel deletum sit. Luc. de Penn. *d. l. stigmata. arg. c.51. si in quâlibet. 20. quæst.2.* Utque mercatori permissum sit, rem 68
seu mercem, signum ipsius habentem propriâ autoritate occupare, & si animal sit, reducere. Luc. de Penn. *d. l. stigmata. arg. l. si quis curialis.12. C. de Episc. & Cler. l. generalis.54. C. de Decurion. lib.10.*

Hujusmodi etiam mercatorum si- 69
gna operantur traditionem ipsius rei venditæ, ac translationem possessionis illius, quæ ex marcæ impositione cognosceretur, ut. sup. *lib.2. cap.9. n.44. & seqq. per d. l. quod si. ff. de peric. & comm. rei vend.* demonstravimus; & probat Bl. *in rubric. C. de rer. permut. & cons. 416. vol.3.* ita possessionem navis censeri traditam ex insignibus in navi ab emtore appositis, præter Jas. *sup. alleg.* dicit Socin. *cons.55. lib.6.* Dissentit Alberic. Gentil. *lib.2. Advocat. Hispan. cap.10.* Præmissum autem procedit emtione 70
perfectâ, & quando ex marcæ seu signi impositione non potest præsumi alia causa (putà Custodiæ, Sequestrationis aut Inventationis nomine publicô factæ) quàm animus tradendi, ut in vini doliis, trabibus, & animalibus, à mercatore notatis; secùs ante perfectam emtionem, & quando potest præsumi 71
alia causa marcæ appositæ, quàm animus tradendi; ut in vini doliis, in quibus potest considerari, quôd signatum fuerit, ne aliud vinum infunderetur. Bl. *in d. rubr. C. de per. & comm. rei vend.* & post eum Salic. *in l. fin. C. eod.* Jas. *in d. l. quoties. n.18. C. de rei vind.* Böer. *d. decis.105. n.10. per l.1. §. si dolium. ff. de peric. & comm. rei vend. & ibi Gl.*

Secun-

72 Secundò. Hæc procedunt, quando signum est impositum coram venditore, & ipsô præsente vel ejus factore & Institore, non aliter Bart. Salic. *d. l. fin. arg. l. hac si res. 47. ff. de rei vind.* Strach. *de merc. part. 2. n. 90.*

73 Denique dignoscetur & probabitur hujusmodi marcâ vel signô, quô nomine socius contraxerit; solent enim mercatores signô ex consensu sociorum factô uti, & in libris notare, quod ad cognoscendum, an nomine societatis aliquid factum sit, valdè prodesse tradit consulendo Petr. de Anchoran. *cons. 322.* imprimis *n. 4.* quem adducit & sequitur Benev. Strach. *d. l. n. 9.*

74 Ultimò hîc notandum, mercatores litteris suis privatis crucis signum in fronte præponere solere, prout refert Christoph. Schvvanem. *differ. 4. Jur. Civ. & Cam. n. 65.* quod exinde natum putat, quòd olim instrumentis anteponi consuetum fuerit. *l. fin. §. sin autem 2. C. de jur. delib.* & ibi Azo. vid. Gothofr. *ad Novell. 72. Leonis.* ibi: *etiamsi, qui pactum inierunt, suâ manu sacræ sanctæ crucis notâ scriptum signarint.* Adeò signum Christi sanctũ fuit seculô veterum, ut in Instrumentis pro fide & subscriptione cederet. *l. ult. §. 2. C. de jur. delib. Novell. 73. c. 8. & Novell. Justin. 90.* Vid. Höpping. *de jur. insign. cap. 2. n. 107. & seqq. & n. 120. & seqq.* Plura de veneratione & efficacia crucis, præter J. Lipsii tractatum de Cruce vid. *in d. Novell. 72. Leon.* ibique Gothofr.

75 Hodiè quoque, ut hæc obiter saltem hîc addamus, singula mercatorum & tribuum collegia singulis utuntur signis, seu insignibus, quæ Collegia à Collegiis dextrè distingvunt. Matth. Steph. *lib. 2. de jurisd. part. 2. cap. 7.* Li-
76 mnæ. *lib. 6. Jur. pub. cap. 6. n. 13.* Sic e. g. in Repub. nostra Lubecensi quatuor præcipua Civium & mercatorum Collegia distinctis utuntur insignibus; Circulares utuntur Circulo, in hac formâ:

Mercatores, κατ' ἐξοχὴν ita dicti (die Kauffleute Compagney) utuntur hôc ipsô:



Scandinenses, oder die Schonenfahrer/ utuntur Insigni trium Harengorum, in hac forma. Quô in convocandis tribulibus, atque obsignandis litteris utuntur, in antepagmentis eorum conspicuo:

Bergenses hoc:

Atque hæc Insignium distinctio 77
prudenter à majoribus inventa est. Sicut enim nomina inventa sunt ad cognoscendum & distinguendum homines. *§. siquidem in nomine, 29.* ubi Jo.

Borcholt. *n.1. Inst. de legat. l. ad recognoscendos.10. C. de ingen. & manum. l. cumprecum.9. C. de lib. cau. l. un. C. de mut. nom.* Ita etiam insignia inventa sunt ad agnoscendas familias, agnationes, Collegia &c. *arg. l. sanctum. 8. §.1. ff. de rer. divis. l.2. in pr. ff. de his qui not. inf.* Petr. de Andl. *lib. 2. de Rom.*
78 *Imper. cap. 14.* Idcircò etiam ad conservandam hanc distinctionem ex Juris Civilis constitutione, qui alterius & illicitis insignibus utuntur, pro admissi qualitate gravissimè puniuntur. *l. eos. 27. §. fin. ff. ad L. Corn. de fals.* Joh. Halbritt. *in orat. de privil. doct. pag. 32. & seqq.* Committunt enim crimen falsi, Br. *in d. l. eos. §. fin. & addit. ad* Br. *in tr. de insignib. & arm. in princ.* Anton. Tessaur. *decis. 270. num. 1.*
79 Tib. Decian. *Cons. 19. n. 241. vol. 3.* Propriâ autem interdum autoritate quem arma, marcas & insignia sibi adsumere, Fritz. ap. Arum. *vol. 1. discurs. Academ. 16. concl. 29. lit. A.* ex Cravett. *cons. 829.*
80 *n. 3. 4.* & mutare posse, si id sine fraude & præjudicio alterius fiat, statuit Fr. Pfeil. *Cent. 2. Consil. 197. n. 22.* & Chassan. *catal. glor. mund. p. 1. concl. 31. fol. 13.* alienis tamen, ut prædictum, signis & insignibus uti non licet per. *l. prima. C. de Navicul. non excus. l. minimè. C. de Episc. aud.* Jul. Ferrett. *de re naval. lib. 15. n. 15.* allegans Br. *de Insign.* quamvis Baldus. *in d. l. prima. C. qua res vend. non poss.* dissentiat, allegans rationem, quòd non sit signum publicum, authoritate publicâ ad designationem alicujus specialitatis designatum. vid. Höpping. *de jure Insign. cap. 2. n. 1034. & seq.* Hæc denique ut concludamus, Insi- 81
gnia quàm firmam inducant probationem, docemur per *l. census. 10. ff. de probat. cap. cum causam.* ubi Gloss. & Dd. *X. de probat. cap. cum olim. X. de censib.* Aym. Cravett. *de antiq. temp. part. 1. §. visc. n. 30. cum seqq.* Mascard. *concl. 105. n. 10.* & cæteri allegati à Dnn. Marpurg. *cons. 28. n. 200. vol. 1.* 82

Plura de Insignibus qui avet, consulat Br. *tract. de Insignib.* Joh. Limnæ *d. lib. 6. Jur. pub. cap. 6. per tot.* & Joh. Jac. Dracon. *de jur. & orig. Patric. lib. 3. c. 7. n. 10. cum seqq.* Barthol. Chassan. *Catal. glor. mund. p. 1. concl. 31. fol. 13. fac. 3. & noviss.* Höpping. *de jure sigill. & insignium.*

Caput X.

De Editione Instrumentorum, Scripturarum & librorum Mercantilium singulari.

Summaria.

1. *Scripturarum Editio pars Judiciorum & Probationum.*
2. *Reus, de Jure Communi, non tenetur actori edere Instrumenta & libros rationum.*
3. *Secus tamen de Consvetudine præcipuè inter Mercatores.*
4. *Instrumenta & documenta communia reo edenda, idq. jussu Judicis.*
5. *Reus etiam ex Justa Causa libros edere tenetur. n. 25.*
6. *Justa Causa est, quæ à Consvetudine conficiendi libros rationum sumitur. n. 26.*
7. *Authores, qui negant reos suarum rationum libros actori ad fundandam intentionem edere debere.*
8. *Specialiter certis personis concessa, non trahenda in Exemplum.*
9. *Usurarii tenentur edere rationum libros n. 10. & 11.*
12. *Mulier Mercatrix non tenetur edere rationes.*
13. *Argentariis solis injunctum edere rationes.*
14. *Argentarii publicæ sunt personæ.*
15. *Mercatores hodierni an privatam an publicam sustineant personam? N.*
16. *Affirmantium Dd. series.*
17. *Ubi petentis Interesse & Mandatum concurrunt, ibi Editio necessaria. 18. 19.*
20. *Consvetudo, ut quæ libris Mercatorum inscribuntur, quasi mandatô fiant.*
21. *Argentariorum & Mercatorum Comparatio & similitudo. & n. 22. & 27.*

22. Cur

1 CUm instrumentorum & scripturarum editio sit pars judiciorum, & præcipuè probationum. *gl. in rubr. C. de fid. Instrum.* Wesemb. *in pr. de Probat. n. 4. in fin.* maximum autem inter Dd. de librorum mercatoriorum editione suboriatur dubium; haud supervacaneum esse duxi, quædam de horum librorum, quos Dd. communiter Rationum libros appellitant, editione, singularia & in foro mercatorum frequentia hîc apponere.

2 Quantumvis Juris communis sit sententia: Neminem adversario suo rationes, instrumenta, & litteraria documenta, quibus actor contra ipsum reum utatur, edere teneri. *l. 1. l. ult. sub fin. C. de edend. c. 1. X. de probat.* Menoch. *2. de arb. JJ. quæst. Cent. 4. Cas. 499. n. 1. & seqq.* Gail. *1. obs. 106. n. 1. & seqq.* Hieron. Magon. *decis. n. 4. & seq.* Quoniam valdè inhumanum est, ut quis sumat arma de domo adversarii. *l. de minore. 10. §. tormenta. ff. de Quæst. & l. minus grave. 11. C. de testib.* & bis interimatur, qui suô gladiô perit, ut est in veteri proverbio, *d. c. 1. X. de prob.*

3 Usu tamen & consvetudine, præcipuè verò inter mercatores, receptum est, si quædã Instrumenta & documenta penes adversarium, seu reum exstare præsumuntur, quæ actor sibi ob interesse edi desiderat, quòd tunc is illa instrumenta aut edere, aut juramentô se purgare debeat, se illa documenta non habere, nec dolosè vel malitiosè habere desiisse. *l. ult. C. fid. instr.* Rutg. Ruland. *de Commiss. part. 2. lib. 5. cap. 25. n. 13. & seqq.* Fulv. Pacian. *de probat. lib. 1. cap. 66. n. 100.* Anton. Tessaur. *decis. 171. pr.* & cæteri allegati à Berlich. *1. concl. 45. n. 3. 4.* Imò, tunc non novum est, 4 ut rursus actor suas quoq; rationes reo edere teneatur, si reus de suo interesse ad documenta doceat, seu instrumenta sint communia. *l. 5. & seq. C. de Edend.*

Judex ergò compellere potest tàm 5 actorem quàm reum ipsum, ut actori rationes & instrumenta edat; sicut statuit Antonin. Imper. *in d. l. 1. C. de Edend.* dum ita rescripsit: *Nam, quod desideras, ut rationes suas adversaria tua exhibeat, id ex causa ad judicis officium pertinere solet.* Plurimas autem justas esse causas, ob quas reus compellendus sit actori rationum suarum edere documenta seu libros, ex Fulv. Paciano, Mascardo, Rulando, & aliis fusè & distinctè docet Matth. Berlich. *d. conclus. 45. n. 27. cum multis seqq.* Inter eas autem 6 præcipuè illa connumerari assolet, quæ

à consvetudine conficiendi & conscribendi libros rationum sumitur; sicut contingit nostri temporis mercatoribus; ii enim, ex communiori Dd. opinione, ad fundandam intentionem actoris, jure singulari hos libros edere compelluntur. Sed quia hæc conclusio maximâ involvitur difficultate, & interpretes unà cum consvetudine valdè hîc diffident, propterea causa hæc ex Nic. Janua in quæstionem erit redigenda, & huc inserenda;

Quæstio ergò est: An mercatores rei, nostri temporis, suarum rationum libros, ad fundandam actoris intentionem edere teneantur?

7 Negativam in hac intricata συζητήσει sententiam tenuit primus omniũ, post *Gl. in Clem. 1.* §. *Cæterùm. de usur.* Bald. *in l. 1. n. 9. C. de edend.* ubi etiam Jas. *n. 15.* Seqvuntur ibi Dec. *n. 18.* Alciat. *n. 14.* & plurimi alii, quos refert & sequitur Menoch. *de arb. JJ. qu. libr. 2. Cent. 5. Cas. 499. n. 37. 38.* & cæteri allegati à Nicol. de passerib. *d. l. lib. 4. de script. priv. n. 5.* Plura autem pro corroboratione hujus opinionis adducuntur à Doctoribus fundamenta, ex quibus, potiorum unum atque alterum saltem referamus.

8 Primò itaque sic arguitur: Ubicunq; speciali ratione in certa aliqua persona, & in certa aliqua causa aliquid à jure cautum est, contrarium semper in aliis personis & causis intelligitur de jure communi dispositum. *Dd. ad l. jus singulare. 16. ff. de LL.* cum concordantibus adductis per Everhard. in locis
9 *argum. leg. in loco à speciali.* Sed specialiter *in d. Clement. 1.* §. *Cæterum. de usur.* in personis usurariorum, & cùm de usuris agitur, est dispositum; ut hi sc. ob odium & delictum edere contrà regulam teneantur R. Ruland. *d. p. 2. libr. 5. cap. 19. n. 13.* ubi allegat Vivium, Grævæ, Pacianum & alios, quibus adde Menoch. *d. cas. 499. à n. 21. usq; ad 37.* & Pacian. *1. de prob. c. 63. n. 66. cum seqq.*
10 ubi pulcherrimè. Ergò censendum est, in aliis personis omnibus & causis, & consequenter etiam in probis mercatoribus contrarium statutum esse, ut scilicet edere non teneantur; quod fundamentum corroboratur ex eo, quòd mercatores in casu nostro habeant regulam pro se generalem, reos 11
non esse cogendos actoribus edere; quæ, extra usurariæ pravitatis causam, firmat regulam contrariam. *l. nam quod liquidò. 4. ff. de penu leg.*

Secundò locô adducitur textus in 12
l. 1. C. de Edend. Ubi mulier quædam negotiabatur, & aliquod mercaturæ genus exercebat, rationes suas illius occasione conficiendo, & tamen ibi deciditur, quòd rationes suas edere actori minimè cogatur. E. nec hodiè hoc à mercatoribus flagitandum.

Tertiô locô movetur Jacob. Menoch. *d. casu 499. n. 7.* qui hanc eandem defendit opinionem, Gaji responsô, *in l. argentarius. 10.* §. *1. ff. de Edend.* dum respondet, Prætorem cogere argentarios tantùm, & non absimiles edere, ita arguens: Dissimiles ab argentariis non tenentur libros suarum rationum edere ad fundandam actoris intentionem. *d. l. argentarius. ibi: argentarios tantùm, neq; alios absimiles &c.* At mercatores nostri temporis ab ipsismet argentariis valdè dissimiles, E. &c. Minorem cum Bl. *in rubr. C. de fid. instrum.* ita probat: Argentarii publicam personam seu causam habebant, 14
h. e. eorum persona à Republ. eligebatur, eorumque fides approbabatur, cùm apud eos deponerentur pecuniæ quasi in loco publico, nempe in æde Castoris. Plaut. *in Curcul.* & aliquando sine fœnore, ut essent sub custodia; aliquando cum fœnore, ut lucrum inde caperent; id quod eleganter explicant Budæ. Coras. Hotom. ac alii, per eund. Menoch. relati. quibus adde Jo. Calvin. *in Lex. Jur. verb. Argentarii*; & nuperrimum tractatum doctissimum Cl. Salmasii, *de fœnore Trapezitico p. 521. 522. & seqq.* & Raph. de Turr. *de Camb. disp. 2. q. 7. n. 25. cum seqq.* Casp. Klock. *de ærar. libr. 2. cap. 21. & 22.* Hæc autem 15
omnia cessant in mercatoribus nostri temporis, qui privatam omninò causam & personam sustinent; cùm unusquisq; pro suo lubitu mercaturā exercere possit; nec ab aliquo eliguntur, nec

hec ad eorum fidem, ut publicam, recurratur, quæ fusius deducit Menoch. *d.l.* & Rot.Rom.*p.3. decis.144.n.5.* E. hodiè mercatores rei, ad fundandam actoris intentionem, rationum suarum libros edere minimè adstringuntur.

16 Hæc licet primâ quidem fronte admodum speciosa videantur, adduci tamen non possum, quin contrariam, cum Nicoláo à Janua, non amplectar sententiam. Videlicet mercatores nostri temporis, libros rationum suarum, ad fundandam agentium intentionem, æquissimè edere & producere teneri; A qua sententia steterunt quàm plurimi famati Interpp. Inter hos autem Br. in *libr.1 C.de Edend.n.5.& in l. quædam in pr. & in §. nummularios.ff. Eod.* Curt.Jun. *in d.l.1.n.26.* & Purpurat.*ibid.n.19. & 20.* elegantissimè Bertrand. *cons.102.part.1.vol.2.per tot.* ubi etiam successores ipsorum mercatorum ad eorundem librorum editionem teneri clarè *sub n.9.* subnectit.Bertrandum sequitur Bursat. *cons.39.n 31.* ubi post alios adducit Riminald. *cons. 347.vol.2.* & Laur. Kirchoff. *commun. opin.Cent.3.concl.42.* Quibus addendi ex recentioribus Petr. à Syria.*forens. quæst.21.per tot.* ubi de communi, & quòd ita observatur in praxi, & Farin. *cons. crimin.13.n.13.* Anton. à Sola, *in consuet.Sabaud.tit.de libr.mercat.gl.2. n.13.& 14.*

17 Moventur hi I. hâc ratione: Ubicunque petentis interesse & mandatum concurrit, nihil est impedimento, quominus reus etiam actori, ad illius intentionem fundandam, edere cogatur, ut præter paulò antè ex Berlich. & R.Rulando adducta, probat generalitas *l.si quis ex argentariis.6.in§.ex hoc edicto, versic.pertinere. & in l. Prætor. 4.in pr.ff.de Edend.* Sed ubi petit actor,

18 mercatorem compelli suos edere rationum libros, tàm interesse, quàm mandatum ejusdem petitoris concurrit. Igitur, nihil est impedimento, quominus nostri temporis mercator

19 suos libros actori edere cogatur. Minor probatur: Nam quod ex consvetudine fieri solet, licèt de eo non constet, factum esse præsumitur. *l. vel universorum.12.ff. de Pignorat. act. l. Titian.8.ff.Quod cum eo & l fin. junct. gl. C. de fideicomm.cum concordantib.* Sed 20 consvetudo inolevit apud ipsos mercatores, ut omnia, quæ cum ipsis aguntur, in suis Codicibus, nobis mandantibus scribantur, Scacc. *libr.2.de Judic. caus.civ.cap.11.n.129.& 130.* Igitur contrahentes cum illis, consvetudinis hujus virtute eisdem mandasse videntur, ut secundùm consvetudinem scriberent. Eapropter cùm interesse concurrat, ut supponimus, & mandatum petentis saltem præsumtivum & tacitum, quod ejusdem est virtutis, cujus est expressum. *l. de quibus. in fin. ff. d. LL.l.cum quid. ff. si cert.pet.* E. rationi & æquitati consentaneum est, ut mercator, à quo petitur editio, etiam contra regulam actori edere cogatur.

Secundô locô moventur Dd. *per* 21 *text.in d.l.Prætor.in pr.ff.eod.* à generali argentariorum editionis ratione, ad nostri casûs extensionem arguentes ita; Ubicunque ratio generalior est,„ dictô, dictum illud ad omnes alios ca-„ sûs generaliter extenditur, in quibus„ illa ipsa ratio viget. *l.regula.9.§.ult.&*„ *ibi Dd.ff.de jur.& fact.ign.& l. nomen debitoris 34.§.ult.de legat.3.* nam extensio tota est in rationis similitudine; quâ amotâ, extensio non permittitur, etiam in causa favorabili. Aym. Cravett. *cons.368.n.12.* Sed ratio quæ redditur *in d.l.Præt.* generalior est dispositione ejusdem legis, quæ habet, argentarios ad editionem compellendos esse, viget etiam in aliis personis, ibi non expressis; nempe in mercatoribus nostri temporis; Igitur ad eosdem, quod ibi de argentariis dictum est, extendi debet, quoad editionem, ad ipsos mercatores. *Prob.min.* Quia mercatores quoque singulorum secum contrahentium conficiunt rationes, quæ ob communem utilitatem communes inter se, & eos ad quos pertinent dici possint, per *gl.in d.l.Prætor.in vers.meum.* dici quoque cujusque propriæ possunt; quan-

quandoquidem, quod commune est, meum est.

22 Tertiô locô adducitur textus *in l. argentarius in pr. ff. de Edend.* ubi duæ assignantur à JCto rationes, æquè potentes ac principales, ob quas argentarii suarũ rationum edere libros compelluntur: Altera, quòd officiũ argentarii & nummularii respiciat bonum publicum: Altera verò, quòd eorum opera consistat in scribendis rationibus. Utraq; rationum æquè militat in Mercatoribus. Prima scilicet causa, seu Interesse publicum, prout fusius *lib. 1. cap. 2. & 3. h. tr.* deduximus. Altera, quia ex consvetudine, eorum opera sine dubio consistit in scribendo, quod lippis & tonsoribus notum. E. tenebuntur & ipsi edere. Cui, quartò videtur posse suffragari *text. in l. non est novum 5. C. de Edend.* Jan. *d. l. n. 36.*

23 Retentâ itaque in hujusmodi difficultate affirmantium opinione, uti juri & æquitati (quæ inter mercatores prævalet) magis consentaneâ, & à qua in praxi minimè recedendum dijudicat Pyrrus Alfan. sibi ferè contrarius *in d. l. 1. de Edend. n. 90.* nihil objecta facessunt nobis negotii.

24 Ad primum enim desumtum ex *Clem. 1. §. Cæterùm, de Usur.* respondent multipliciter Dd. & primò dicunt, regulare quidem esse in omnibus Mercatoribus, qui publicè negociantur, ut teneantur edere; sed illos, qui negociantur privatim, ad hoc non teneri; speciale tamen esse in usurariis, ut teneantur edere, licet publicè non negocientur; sed privatim & occultè; idq;, ut suprà dictum, ob odium, & ne quid per hos respub. detrimenti capiat.

25 Secundô locô alii respondent, regulare quidem esse in omnibus mercatoribus, sive usurarii sint, sive non, ut edere compellantur suos rationum libros, quos occasione mercaturæ, quam profitentur & exercent, conscripserunt; sed eosdem pariter mercatores exceptionem etiam communiter habere, ut editionem hujusmodi subterfugiant, quando per eam propriam detegere turpitudinem necessariò cogerentur. *l. alias. ubi gloss. ff. de jurej. & l. 2. §. divo. ff. de jur. fisc. cum concordantib.* Speciale tamen *d. §. cæterùm.* in eo consistere, ut usurarii in sui odium edere teneantur, licet per editionem hujusmodi eorum improbitas propaletur, & turpitudo detegatur. *Dd. Comm.* Et licet per Dec. & Massin. *in d. l. p. 88. 89. C. de Edend.* hæ communes Interpp responsiones improbentur, salvantur tamen ac defenduntur per Bolognet. *in eâd. l. 1. n. 63. vers. 2.* principaliter qui consulendus. Nos tamen, omissis hisce Dd. responsionibus, & aliis etiam relatis per Mantic. *in dict. l. 1. num. 24.* Respondemus cum Petro à Syria *lib. 1. suar. forens. quæst. 21. n. 5.* istas privatas mercatorum rationes, officiô judicis ex justa causa meritò edendas esse; per *sæpè alleg. text. apertiss. in d. l. 1. C. de Edend.* Consentit Menoch, *d. cas. 499. n. 3. cum seqq.* Inter justas autem hasce causas (quarum plurimæ à Dd. & præsertim Berlich. *d. concl. 45. num 27. cum seqq.* afferuntur) illa præcipuè connumeratur, quæ ab odio & delicto personæ ipsius rei conventi provenit. Berlich. *d. concl. 45. n. 61.* ut si reus ipsemet sit fœnerator & usurarius, unde non esse speciale in usurario, prout ex adverso concludebatur, apparet.

Ad secundum argumentum, desumtum *ex l. 1. C. de Edend.* Resp. reum quidem regulariter actori ad faciendam rationum suarum exhibitionem, minimè teneri, nisi ex justa aliqua causa, prout docet *Imp. in d. l. 1.* Justam autẽ causam esse illam, quæ à consvetudine conficiendi & conscribendi hos libros sumitur; sicut in nostris mercatoribus cõtingit, rectè adhuc affirmamus. 26

Ad ultimum, quod est Jacobi Menochii, respondet Nic. à Janua, invertendo, & ita argumentando: Quicquid statuitur in Argentariis, intelligitur etiam statutum in his, qui ipsis argentariis non sunt absimiles; ut probatur non modò per locum generalem à simili, juxta textum *in l. non possunt. ff. de LL.* Sed in specie in materia nostra, quæ recipit extensionem, *per l. quædam. §. nummullarios ff. eod.* ad mercato- 27

catores argentariis, qui edere coguntur, sunt omninò similes; ergò ipsi quoque, quemadmodum argentarii ad suarum rationum editionem sunt compellendi. Minor ita probatur: Argentarii erant fœneratores, qui privatam negociationem exercebant, quæstum faciendo, aut permutandis pecuniis, aut fœnerandis, & istius fœnoris ac negociationis suæ libros rationum conficiebant, eratque eorum officium publicum; quoniam publicam respiciebat utilitatem totius populi, ex quo singulorum rationes conficiebant; vel, quia eorum fides à publico erat approbata, prout latius describuntur *in d.l.1.C.de Edend.* vid. Cl. Salmas. *de fœn. Trapezitic. pag.524. & passim.* Hæc autem omnia concurrunt etiam in mercatoribus nostri temporis; ii enim & rationes conficiunt, & ad fidem eorum frequentissimè decurritur; imò eorum officium (sine quo mundus vix consistere potest, ut Bl. per superius adducta testatur) maximè publicum respicit bonum. E. Cum qua sententia coincidunt Jo. Bologn. post Ripam *in d.l.n.66.67.* referente Januâ *d.l. n.52. & seqq.* & Matth. Wesemb. *ꝛ. de Edend. n.12. circ. fin.* ibi: *rationes suas denudare non coguntur privati, per LL. nisi ex æquitate mercatores illi, qui varias negociationes exercent, & ipsis rationibus quasi PUBLICIS utuntur,* per Br. & alios *d.l.* Vid. tamen Raph. de Turr. *de Camb. disput.2.q.7.n.25. & seqq.* qui dissentire videtur.

28 Ex hisce ergò firma resultat conclusio: Mercatores nostri temporis, ad fundandam actoris intentionem, libros suarum rationum edere teneri. De modo Edendi autem ad majorem ac clariorem hujusce materiæ intelligentiam quædam notanda veniunt. Ex quibus unum atque alterum singu-

29 lare saltem proferam. Et quidem primò, quòd mercator non cogatur alio edere in loco vel ad alium locum ad petentis instantiam libros suos transportare, nisi ad locum ejus domicilii, & civitatis ubi degit, ita post Socin. *cons.149.n.4.lib.1.* Decius in *c.1.n.65.X. de probat.* Paul. de Castr. *in l. Prætor.* §. *sed est nunc. n.2.3.4.ff. de Edend.* & noviss. Rutg. Ruland. *p.2. de Commiss. lib.5. cap.24.n.32.33.* etiamsi à mercatoribus pactum contrarium sit adjectum. Card. Tusc. *concl.40.n.12. lit.E.* Casu autem, quô mercator non consentit suô periculô & sumtibus hosce libros deferri; mittat judex vel ad locum rationum conscriptarum personas idoneas, qui libros videant, & ipsi referant, Br. quem omnes seqvuntur, *in d.l. Prætor.* §. *fin. ff. de Edend.* Vel committat etiam judici rei gestæ, quòd ipsas videat & rescribat, secundùm Fulgos. *in d.* §. *fin.* ubi quoque Jas. hanc esse practicam meliorem, quos sequitur Magon. *d. decis.5.n.14.15.* licèt aliter in hac repub. Lubec. observetur; Ubi in Cancellaria vel Camera Judicii inferioris, **uff die Gerichtstube /** illos libros & instrumenta communia produci necessum est.

Secundò hîc notandum, non solùm 30 illos ad hujusmodi librorum editionem faciendam cogendos esse, qui actualiter mercaturam exercent; sed etjam eos, quid desierunt, dummodò agatur de rebus gestis ante ipsam mercaturam. Sic *per l. Prætor.4.* §. *is etiam 4.ff. de Edend.* post purpur. Massin. & alios, pulchrè docuit Polydor. Ripa, *de actis in mortis artic. observat.57.n.2.*

Tertiò notandum. Quòd editione 31 librorum ab aliquo mercatore semel factâ, parti postea iterùm petenti denegari possit, nisi per ipsam probetur amissio, ita *per l. si ex Argentariis, in fin. ff. de Edend. & l. fin. ff. de bon. auth jud. poss.* docuit Bursat. *cons.224.n.9.* Observandum autem est, quòd is, qui in- 32 strumenta & libros hosce rationum producit, omnia in iis contenta fateri censeatur; Instrumentaque tantam fidem in favorem ipsius producentis faciant. Menoch. *2. de præsumt.45. n.1. & seqq.* Coler. *de process. execut. part.3. capit.8.n.62.* Imò, producens instrumenta, videtur fateri in eo omnia esse vera, non solùm quoad ea, quæ ibi principaliter disponuntur, sed etiam quoad

quoad dicta incidenter & enunciativè. Fulv. Pacian. *de probat. lib. 1. c. 17. n. 24.* Idem obtinet in mercatorum libris rationum, quibus producens tàm pro se quàm contra se stare debet. Anton. à Sola. *in consuetud. Sabaud. tit. de libr. merc. gloss. 2. num. 15. cum seqq.* Jan. *de script. lib. 4. pag. 877.* qui allegat Card.
33 Tusc. *concl. 42. lit. E.* Sed quæritur: an protestatio illa, Advocatis, & procuratoribus, instrumenta, libros, vel quamlibet aliam scripturam mercatorum producentibus usitata: se velle illis uti, si & quantum pro cliente suo faciant, nec aliter &c. sit relevans, & protestantibus proficua? Negamus, quia ista protestatio non dependet ex voluntate & potestate protestantis, Jas. *in l. 1. §. 6. ff. de nov. op. nunc. n. 26. post pr.* Deinde, quia hæ scripturæ, libri, seu Instrumenta, producta sunt individua
34 & communia. Individua autem & communia pro parte approbari & pro parte rejici non possunt. Ita in terminis concludit Joach. à Beust. *ad l. admonendi. 31. ff. de jurej. n. 767. & seqq.* R. Ruland. *de Commiss. part. 2. lib. 5. c. 32.*
35 *n. 13.* Quid si quis mercatorum instrumentum, scripturas, seu rationum libros, propter urgentem causam, quia fortè in eo arcani aliquid continetur producere, & parti adversæ manifestare nolit, an possit hoc judici in Camera secretò ad ejus informationem & instructionem ostendere? Aff. *per c. accepimus. 4. X. de fid. Instrum.* Jas. *in l. 1.*
36 *§. 2. ff. de Edend. n. 19.* Si tamen in Instrumento, litteris seu rationum libris quædam continentur, quæ pro parte adversa facere videntur, & pars producens veretur, ne adversarius scripturâ productâ etiam in sui favorem adversus producentem utatur; tunc producens non tenetur integrum instrumentum seu scripturam producere; sed sufficit, si tantùm partem ejus, quæ pro se facere videtur, originaliter producat. text. rotund. *in l. argentarius 10. §. 2. ff. de edend. l. ex conventione 11. C. de pact.* text. *ele. in c. contin. 5. X. de fid. Instr.* Gail. (ubi ita quotidiè in Camera Imperiali observari testatur) *lib. 1. obs. 106. n. 10.* post alios Berlich. (ubi etiam ita quotidiè in supremo judicio appellationum Dresdensi & adhuc *2. Decemb. A. 1625. sententiatum fuisse refert*) *part. 1. concl. 43. num. 23. & seqq.* Et hoc ita quoque in rationum libris obtinere, præter adductam *l. 10. §. 2. probat* P. Frider. Mindan. *de proc. extrah. lib. 2. c. 49. n. 6.* Et producantur ita judici quidem in Originali, parti autem in copia, cum 37
die & consule, h. e. quô tempore sive obligatio sive solutio facta. Ilico Umm. *disputat. 17. process. Judic. thes. 8. num. 39.* Cui adde Pacian. *de prob. libr. 1. c. 66. n. 61. in fin. n. 62. & seqq. num. 78. & seqq.* Mynsing. *in d. c. 1. X. de probat. n. 37. & seqq.* Wesemb. *in comm. ff. de Edend. n. 13. in med.* Felin. *in d. c. 1. X. de prob. n. 31.* Paul. de Castr. *in l. 1. §. editiones ff. de Edend. n. 2.* Quòd si edere jussus mercator nolit parere, editionemque recuset, tunc contra ejusmodi contumacem decernuntur mandata compulsorialia sine clausula justificatoria. Gail. *1. obs. 106. n. 3. & seq. & obs. 134. n. 11.* R. Ruland. *de Commiss. p. 2. libr. 5. c. 17. n. 12.* Et si quis in contu- 38
macia persistit, compulsoriales arctiores decernuntur, vel etiam captis pignoribus ad id compelli potest. Wesemb. *n. de Edend. n. 14.* Vel, siquidem reus est, qui edere nolit, potest pronunciari, quòd scripturæ petitæ pro editis & recognitis habeantur. Fulv. Pac. *tract. de probat. d. lib. 1. cap. 66. num. 174. & seqq.* Berlich. *d. concl. 45. n. 91.* Vel si actor sit, ei audientia denegari. Wesemb. *d. n. 14.* Præter hæc alia ad- 39
huc sunt remedia, quibus quis ad edendum compelli potest, quæ videri possunt apud Berlich. *d. concl. n. 93.* Ilic. Umm. *d. l. n. 41. & seqq.* Harpr. *decad. 13. process. Jud. Concl. 2. n. 4.* Wesembec. *d. l. n. ult.* Quibus addatur eruditissimus Anton. Solæ *in Consuetud. Sabaud. tit. de libris mercatorum. gl. 2. n. 43. usq. ad fin.* Qui consulendi.

Et hæc pro Instituto nostro, de libris, instrumentis & scripturis mercatorum, eorumq; probatione & editione dixisse sufficiant. Plura vid. ap. Ruland. *dict. loc. sup. allegatis.*

CAP.

CAPUT XI.

De

Sententia, Appellatione & Executione causarum, litterarumque Mercatorum; Cum duabus de Mutatione Judicii Quæstionibus, itemque Gravaminibus huic Libro repugnantibus.

SUMMARIA.

1. *In Causis Summariis conclusione causæ non semper opus est.*
2. *Formâ judicandi non observatâ sententia nulla est in processu ordinario.*
3. *Quæ ad Formam judicandi ordinariam requirantur.*
4. *In causis Mercatorum summariis solennitates judicandi Civiles non observantur.*
5. *Sententia incerta an inter Mercatores valeat.*
6. *Appellatio Theriaca contra malè judicantium venenum.*
7. *De Jure Civili ab omni gravamine indistinctè appellatur.*
8. *Ab arbitramento de Jure Civ. appellatur.*
9. *A Laudo Mercatorum non appellatur.*
10. *Mercatores Collegiati appellant ad Rectorem seu Consulem Collegii.*
11. *Quando laudum enormem continet læsionem, potest appellari.*
12. *Appellatio denegatur in causis cambiorum.*
13. *Quod confirmatum in ultimis Imperii comitiis, de Anno 1654. & n. 24. 41.*
14. *Appellationis causa sequitur naturam Principalis.*
15. *In foro Mercatorum Lubecensi à Chirographis & debitis Mercatorum coram libris proxenetarum* fürm Meckler Buch *factis, non appellatur.*
16. *A libris Mercatorum ritè scriptis ob identitatem rationis Lubecæ non appellatur.*
17. *In Camera olim Appellationes non recipiebantur, si summa fuit supra 150. florenos.*
18. *In foro Lubecensi infra 500. florenos Ungaricos Appellatio non conceditur.*
19. *Florenus aureus Lubecæ habetur pro Ungarico.*
20. *Regulariter in Appellationibus summæ conjunguntur.*
21. *In foro Lubecensi ad fundandam Appellationem diversæ summæ non conjunguntur.*
22. *Quod in cohæredum Appellatione probatur.*
23. *Jure Civili & Camerali in Appellationibus cumulatio sortis & usurarum admittitur.*
24. *In foro Mercatorum Lub. cumulatio sortis & usurarum non admittitur.*
25. *Mercatorum, præsertim Extraneorum, causæ habent paratam executionem.*
26. *Stipulationes & obligationes regulariter non habent executionem paratam.*
27. *Chirographa & obligationes Mercatorum habent paratam executionem.*
28. *Consuetudo facit Instrumentum authenticum.*
29. *Redditio Chirographi à Creditore debitori facta, habetur pro remissione obligationis & pignoris.*
30. *Appellatione Chirographi continentur actiones.*
31. *Instrumenta & Scripturas Mercatorum paratam habere executionem, demonstratur variis locorum consuetudinibus, & Exemplis Italiæ & Austriæ.*
32. *Item Constitutionibus Saxoniæ & Thuringiæ.*
33. *Multis Germaniæ locis à debito liquido & confessato contra proprium Chirographum appellari non posse docetur.*
34. *Idem in Galliâ obtinet.*
35. *In Camera Imp. Mandata sine clausula de solvendo ad Chirographa decernuntur.*
36. *An Litteræ Cambii habeant Executionem paratam?*

37. *Affirmativa praxi & veritati magis consentanea.*
38. *Litteræ Cambii nullâ Exceptionis habitâ ratione paratam habent executionem.*
39. *Pro Cambio competit actio de constituta pecunia, quæ paratam habet executionem: ubi, quid manus regia.*
40. *Quomodo in Cambiis à magistratu fiat parata Executio, aliquot locorum exemplis demonstratur.*
41. *Statuta Reipubl. Bononiensis in Italia de Cambiorum parata executione.*
42. *A litteris Cambii non datur Appellatio n.13.*
43. *Litteræ Cambii habent vim & effectum sententiæ.*
44. *It. celerrimam executionem vix ullam except. admittentem. vid. n.38.*
45. *Litteras Cambii habere paratam executionem probatur ex Recessibus Imperii. 1654.*
46. *Hæc executio procedit tàm contra acceptantem quàm scribentem.*
47. *In Cam. Imper. ad nudam schedulæ cambialis productionem mandata decernuntur.*
48. *Quomodo parata hæc executio impediri & excludi possit?*
49. *An Exceptio non numeratæ pecuniæ contra Literas Cambii locū habeat? N.*
50. *Cur adversus Litteras Cambii earumq; executionem nulla Exceptio, nec non numeratæ pecuniæ admittatur.*
51. *Ad dilucidandam hanc de Cambiorum litteris materiam, inseritur facti species cum schemate & præjudicio.*
52. *An & quo casu post acceptationem fieri possit revocatio s. prohibitio solutionis.*
53. *Ad substantiam cambii an requiritur realis numeratio; an quid aliud?*
54. *Exceptio non num. pec. in quibus contractibus locum habet?*
55. *Re integrâ chirographum repetendum.*
56. *Exactione solutionis agnoscitur debitum.*
57. *Statutum Pontificum in Italia, ne Mercatorum Executiones retardentur; usurarum nomine.*
58. *An Consensu partium ex summaria Mercatorum causa possit fieri ordinaria? A.*
59. *An in causa ordinaria possit procedi summariè? N.*
60. *Ordo Judiciorum publicus à privatis non potest inverti.*
61. *Quæ in Judiciis à partibus remitti possint.*
62. *De Remissionibus terminorum solutionis. remiss.*
63. *Locus ex P. Gregorio Tholosano: Quod judicia Mercatorum summaria in suo vigore sint conservanda.*
64. *Injuriarum occasiones nasci non debent unde remedia expectanda.*
65. *Gravamina, quibus Hanseatici Mercatores in Judicialibus à Judicibus & eorum ministris, in exteris Regnis affliguntur.*
66. *Quomodo hisce gravaminibus, quibus Hanseatici Hispanicis in provinciis contra Justitiam & privilegia affliguntur, obviandum.*

1 Singularia hinc inde de actionibus, exceptionibus, testibus, instrumentis, scripturis, aliisque probationum generibus, in Curia Mercatorum summariè monstrata, proximè subseqvuntur Causæ conclusio, sententia, appellatio, & executio. Quoniam autem in causis summariis hæc causæ conclusio non ita strictè observatur, prout suprà hoc libro, *c.7. n.9. & 10.* innuimus, in quibus actus conclusioni proximus (qui autem actus ille sit, consule Marantam *part. 4. distinct. 9. n.24.*) vicem ejus obtinet, *Clem. Sæpè. in fin. de V.S.* Rosbach. *process. judic. tit. 70. n.8.* hanc intactam relinquentes, ad reliquas hujus judicii summarii partes nos accingemus; ex iisque unum atque alterum singulare referemus.

Quamvis de jure comuni, in processu ordinario, formâ judicandi haud ritè observatâ, sententia nulla sit. *l. prolatam. C. de sent. om. jud.* Forma autem hæc sit, ut lite demùm contestatâ, probationibusq; legitimis receptis, & causâ plenè cognitâ, postquam jam conclusum fuerit in causa, pronũcietur. *c. nullum. c. judicantem. 30. q. 5. de* Scripto. *l. 2.* 2 3

&

& l.3. C. de sent. experic. recit. & ibi Dd. Vantius *de null. ex def. processf. n.69. & seqq.* Bachov. *ad* Treutl. *2. vol. disp.23. θ.3.* ab ipso Judice. *d. l.2.* & quidem in loco consueto: *l. cum sententia. 6. C. de sent. om. jud. l. pen. ff. de J. & J. c. Episcopus. 15. q.7.* Interdiu, putà mane, meridie & vespere. Nov. *82. cap.3.* Dd. *in l. non minorem. 20. C. de transact.* quemadmodum ita in LL. XII. tabb. Sol occasus suprema potestas est. A. Gell. *17. noct. Attic.2.* Hillig. ad Donell. *enucl. lib.28. cap.3. lit. P.* pro tribunali sedente. *§. sedebunt. auth. de Judic.* diebus non feriatis, sed Juridicis. *l.1. §.1. l.6. ff. de Feriis. l. ult. C. eod.* Vant. *de null. processf. & sententiâ, n.131.* Bocer. *class. ult. disp. 32. th.44.* Citatis ad hoc litigatoribus. *l. si ut proponis. 6. C. quom. & quand.* Quæ judicis pronunciatio certa esse debet, tùm ratione personæ, quæ condemnatur vel absolvitur. *§.32. Inst. de action. l.1. ff. de sent. & re jud. l.3. C. eod.* Bocer. *d. class. ult. disp.32. θ.8.* tùm ratione rei vel quantitatis, quæ nominatim in condemnatione exprimenda. *t.t. C. de sent. quæ sin. cert. quant.* Mejer. *in Coll. Argent. tit. de re jud. θ.58.* Schnei-
4 devv. *ad §.32. Inst. de act.* Secus tamen obtinet in causis summariis, quales sunt mercatorum causæ. Rittersh. *in expos. Novell. part.9. cap.3. num.16.* & reliqui suprà allegati. In earum enim sententiis, sicuti in cæteris hujus judicii partibus, meræ & nudæ hæ juris Civilis solennitates ita strictè observari meritò non debent. *d. Clem. Sapè. de V. S.* verbis: *Sententiam verò definitivam stans vel sedens proferat, etiam conclusione non factâ,* prout ex petitione & probatione, aliisque actitatis in causa fuerit faciendum, *ibi Dd. comm.* Unde, sicut petitio,
5 sic & sententia incerta, etiam parte opponente, inter mercatores valet. Dd. & Jas. *in d. l. edita.3. C. de Edend.* Rot. Gen. *decis. 21. num.4.5.6.* Cùm sententia, regulariter, petitioni debeat esse conformis. *l. ut fundus. 18. ff. comm. divid. l. fin. C. de fideic. lib.* Petr. Anchoran. *Cons. 249. in q. num.2.* & hoc etiamsi diebus feriatis sit lata. *d. Clem. Sapè. de V. S.* ibi: *tempore etiam feriarum, ob necessitates hominum indultarum,* (secus in Divinis) à jure procedere valet. Mejer. *d. Colleg. Argent. de sentent. & re jud. thes.6.*

Absolutis hisce judiciorum partibus, consequens est, ut de APPEL- 6
LATIONIBUS) quæ theriaca contra malè judicantium venenum, à Besold. *de appell. cap.1. num.10.* & medicina contra morbum sententiæ iniquæ ab Ulpiano *in l.1. ff. de appell.* dicuntur) mercatorum unum atque alterum singulare notemus.

Licet, de jure communi, à quoli- 7
bet gravamine, etiam ab omni sententia, indistinctè, lite nec dum contestatâ appellandi via nemini præclusa sit. *cap.12.59. & 60. X. de appellat. cap.1. c. Romana. 3. cap.5. eod. tit. in 6to.* Marant. *spec. aur. de appell. n.292.* Gail. *1. obs.129. num.1.* Imò ab arbitro & ar- 8
bitramento, à Judice dato, de Jure Civili appellare concessum sit. *l. 9. ff. qui satisd. cog. l. fin. C. de Judic.* Bernh. Græve. *1. concl. pract. 149. consid.1.* Menoch. *cons. 406. num. 30.* & reliqui à Græväeo allegati. quibus adde Mynsing. *4. obs.68. num.9. & seqq.* In Cu- 9
ria tamen mercatorum plerumque obtinet, ut ab eorum laudo non appelletur. Cornel. Brederod. *tract. de appell. part. 1. tit.15. col.155. lit. C.* licet non sit mercator tempore compromissi, sed posteà tempore laudi. Brederod. *d. l.* cùm ad authoritatem sententiæ firmandam inspiciatur tempus sententiæ seu laudi. *l. præcipimus. 32. §. 5. sanè.* & ibi Br. *C. de Appell.* quem allegat Brederod. Jo. de Imol. *in l.1. §. si quis ff. de Appell.* Ipsi verò mercatores 10
collegiati, appellant ad Rectorem seu Consulem sui Collegii; à quo rursum fit recursus ad superiorem. Brederod. *d. l. col.165. lit. C.* Fallit tamen, quan- 11
do laudum enormissimam contineret læsionem, vel manifestam & evidentem. Gail. 1. *obs.150. num.9.* quem refert sequiturque Menoch. *d. consil. 406. n.32.* Petr. Gregor. Tholos. *tr. de appell. lib.2. cap.12. n.19.*

Secundò, notandum, quòd appel- 12
latio tàm suspensiva quàm devoluti-

va, denegetur in causis cambiorum ex statutis Genovæ. Sigismund. Scacc. *de Commerc. & Camb.* §.8. *gl.unic. n.1. fol. 487.* Secus in Civitate Bononiæ, ubi admittitur devolutiva. Scacc. *d. l.n.1.in f.* Idem obtinet de consuetudine totius Italiæ, sc. quòd appellatio in causis cambiorum denegetur. Scacc. *d. l. n.4.* Janua. *de script.priv. lib.3. q.6. n.4.*

13 *5.* Quod & in nuperrimo Imperii recessu de Anno 654. salubriter sancitum. §. **Als auch.** Videlicet **daß in Wechseln dem Richter erster** Instantz **unbenommen seyn soll / ohngehindert einiger** Appellation **oder** Provocation, **nach der Sache befind- und Ermessung / entweder mit oder ohne** Caution **der Gläubigern die** Execution **zu vollenziehen.** vid. *inf. h. cap. n.24.*

14 Tertiò notandum, quòd appellationis causa sequatur naturam causæ principalis: Quare, si causa prima mercatorum est summaria, causa appellationis etiam erit summaria. Sigismund. Scacc. *tr. de Appellat. q.11. n.17. & de Commerc. §.7. gl.5. n.48. fol.466.*

15 IV. Observandum, quòd in Repub. libera Lubec. Chirographa & libri mercatorum hoc singulare habeant, ut in debitis liquidis & confessatis, **so für dem Mecklerbuch geschehen** / planè non appelletur. *Privil. Appell. Reipub. Imp. Lubec.* Gylman. *tom.6. symphorem. §.25.* **Lübeck.** *p.190.* De hisce libris vid. Gylandr. *decis.30. num.8. lib.1. fol.507.* quem allegat Matth. Wehner. *in observat. pract. verb.* **Mecklerbücher.**

16 An etiam hoc in reliquis mercatorum libris, ritè scriptis, obtineat secundùm privilegium Lubecense? Et affirmativa decisa *in Senat. Lubec. 19. Jul. An.1648.* quod sub verbo privilegii **Handschrifften** comprehendantur etiam libri mercatorum tanquam species. Besold. *in thes. Jur. Pract. lit. H. n.20. 2.* propter identitatem rationis & finis privilegiorum, **damit Treu und Glauben** in commerciis **erhalten bleibe.**

17 V. Quanquam de Constitutionibus Cameralibus Appellationes non recipiantur, si summa Appellationis sit supra quinquaginta florenos Rhenenses, quæ summa postea in Comitiis Spirensibus An.1570. ad 150. florenos extensa. Gail. *1. obs.123. n.1.* Mynsf. *cent.3. obs. 89.* Secus tamen obtinet in Republ. nostra patria Lubecensi, in qua Appellationes non recipiuntur, si summa sit infrà 500. solidos aureos, qui sunt Ungarici optimi. vid. Privileg. Appellat. Lubec. verb. **So die Klage oder Hauptsache nicht über 500. Goldgülden antreffe.** 18

19 Florenus autem aureus pro Ungarico in nostra Republ. observatur. *art. 11. lib.1. tit.1. & art.4. lib.1. tit.1. Statut. Lubecens.* ibi Dn. Mev. quod in Cam. Spirensi **in Sachē Martin Vogt.** contr. **Stadt Lübeck.** Anno 1657. est confirmatum.

20 VI. Quamvis regulariter in Appellationibus ad fundandam Cameræ Jurisdictionem diversæ summæ conjungantur. *argt. l. si idem cum eodem ff. de jurisdict.* Mynsf. *5. obs.83. n.4.* 21 Hoc tamen non obtinet in foro Mercatorum præsertim nostro Lubecensi, si actio & summa unô eôdemq; libellô nō contineatur. Privileg. Lubec. Appellat. verb. **So die Klage oder Hauptsache nicht über 500. Goldgülden antreffe.** 22 Sic sententia adversus plures hæredes lata, nullâ defuncti, cujus personam hæredes repræsentant, habitâ consideratione, inviriles intelligitur divisa portiones, ideoq; appellatio non conjunctim, sed à qualibet parte separatim requiritur. per *l.10 §3. ff. de Appell. l. unic. C. si plur. nit. sent.9. decen. l.43. ff. de re jud.* & ita dec. in Senat. Lub. *25. Aug. Anno 60.*

23 VII. Etsi de Jure Civili & Camerali in Appellationib. cumulatio sortis & usurarum seu censuum admittatur, Mynsf. *d. obs.83. n.5.* Gail. *l.1. obs.123. n.4.* Brederod. *de Appell. p.1. tit.19. col.245.* versic. *possunt autem.* Itidem tamen in foro mercatorum nostro Lubec. contrariū observatum & decisum per prædictum privileg. verb. **So die Klage oder Hauptsache nicht über 500. fl. antreffe.** & ita decisum in Senat. **In sachen Jord. Grentze** contr. **Heinr. Kirchrings Erbe.** *8. Mart. Anno 1643.* cum quo coincidit Græv. *1. concl. Pract. 23. n.6.*

24 Finaliter, de EXECUTIONIBUS mercatorum erit notandum in genere, causam mercatorum ritè cognitā, sine mora

mora executioni mandandam esse, præsertim si talis sit, quæ promtam habeat exsequendi copiam; quam non minus incolæ ac advenæ desiderant amantque. Certè peregrini mercatores, quò celerius in suis negotiis expediuntur, eò lubentius ad nos redeunt. Sigillatim autem de Instrumentis mercatorum observatum: Quantumvis instructa Dd. acies hanc regulam & generalem tradat conclusionem: Instrumenta, quantacunque fide digna, tamen non secus atq; alias obligationes, simplicesque stipulationes, regulariter paratam executionem non habere, sed ab actione, propositô

25 13. ordinario libellô, processum inchoandum, *per l.1. & 2. C. de execut. rei jud. l. negantes. 9. C. de act. & obl. l. unic. C. de prohib. sequestr. pecun. & per text.* meliorem, ut loqvuntur, de mundo, *in l. minor 25. ann. cui fideicommissum,* ibi: *paratam ex causa judicati persecutionem, ad initium alterius petitionis redegerat. ff. de minoribus l. si pacto quo pœnam. 14.* & ibi Alciat. *C. de pact. l. tale pactum. 40. §. qui provocavit. 1. eod.* & ibi Dd. præcipuè Angelus de Perusa, dicens: Instrumenta vel conventiones non prætorias, aut judicialiter factas, mereri paratam executionem, esse contra omnia jura mundi. His adde P. Heig. *p. 2. q. 7. n. 7.* & Tessaur. *decis. 26. n. 1.*

26 Nihilominus tamen excipiuntur ab hac generali Dd. conclusione Instrumenta mercatorum privata, quæ cautiones, chyrographa, syngrapha, schedulæ apodissæ, ἰδιόχειρα vocantur; hæc etenim paratam executionem habere, & mandatis sine clausula locum facere communiter obtinet; quia de antiqua consuetudine plena illis fides tribuitur. Mandos. per statut. Florentin. Genov. & Venet. *de inhibit. quæst. 71. n. 10.* In tantum ut libri Mercatorum pro arrestis impetrandis ex consuetudine sufficiant. Dn. Mevius. *de Arrest. cap. 10. n. 46.* Si modo originale libri scripti, seu chirographi exhibeatur. Dn. Mev. *d. l. n. 47.*

27 Consuetudo quippe facit aliquod Instrumentum authenticum, quod aliàs non esset. Gail. *1. obs. 119. n. 4.* Fr. Marc. *q. 369. n. 1.* Coler. *part. 3. de process. execut. cap. 2. n. 7.* ubi rectè ait, eatenus hoc procedere, si debitum sit liquidum, citando Statutum Saxoniæ & Thuringiæ, ut autem argumentô hanc sententiam comprobemus, notum 28 est, quòd redditio chirographi & cautionis, pro ipsa debiti, actionis, pignoris aut obligationis remissione reputetur: & ideò, si debitori meo reddiderim cautionem, videtur inter nos convenisse, ne peterem; profuturamque ei conventionis exceptionem placuit. *l. 2. ff. de pact. l. 59. ff. de legat. 3. l. 7. C. de Remiss. pignor.*

Qui Chirographum legat, non tan- 29 tùm de tabulis cogitat, sed etiam de actionibus, quarum probatio tabulis continetur: appellatione enim chirographi uti nos pro ipsis actionibus palàm est: cùm venditis chirographis intelligimus nomen venisse. *l. liberationem. 3. §. 1. ff. de liberat. legat.* Sed & si Chirographum quis decedens debitori suo dederit, exceptionem ei competere puto, quasi pro fideicommisso hujusmodi datione valitura. *l. 3. §. 1. ff. de liberat. legat.* & text. singularis *in l. servum filii. 44. §. eum qui Chirographum legat & c. 5. ff. de legat. 1.* Ergò, si, redditô legatôque chirographô, ea quæ continentur reddita legataque reputantur, consequens est, certam, liquidam & exequibilem debiti mercatorii, ut & pignoris, legati, actionis &c. probationem instrumentis hisce privatis inesse; quod pluribus persequitur, ad contraria respondens argumenta, Petr. Frid. Mind. *lib. 2. de mandat. cap. 70. per tot.*

Et hanc de tribuenda privatis etiam 30 instrumentis & scripturis mercatorum debitum liquidum habentibus parata executione sententiam, pro observatione juris communis etiam seqvuntur plurimæ passim laudatissimæ provinciæ, potestates, universitates & Civitates. Ita fit Florentiæ, Genuæ, Paduæ, Venetiis, & in tota, nî fallor Italia. Mandos. *d. q. 71. n. 10.* Ita in Archidu-

chiducatu Austriæ Instrumenta & Chirographa debitorum, imprimis verò mercatorum, statim mandantur executioni. Gail. *d. arrest. cap. 9. n. 18.* Idem
31 fit in Electoratûs & Ducatuum Saxoniæ & Thuringiæ provinciis. rubric. Constit. Von verfaßten Brieff und Siegeln/ ubi ita traditur: Weilen in allen Commerciis und Handlungen/ so zwischen Kauffleuten geschehen/ billich nichtes höher/ denn Treu und Glaube/ auch Brieff und Siegel/ die ein jeder von sich giebet/ sollen bedacht werden/ und gleichwol vielmahls befunden wird/ daß ihrer etzliche zu ihrer selbst Verkleinerung und böser Nachrede sich ihrer klaren schrifftlichen Bewilligungen weigern; So ordnen wir hiemit/ wo einer seinen öffentlichen unlaugbaren und unverfälscheten Brieff und Siegeln/ die keine unehrliche Zusage in sich halten/ vorsetzlich und ohne Ursache nicht nachkommen/ sondern darwieder vorteilhafftige Außzüge suchen/ und erst darüber erkennen lassen wolte/ daß ihm solches keines weges gestattet/ sondern wieder ihn/ inhalts gegebener Brieffe und Siegel schleunig soll verholffen/ oder keine andere Exception oder Außflucht dawieder zugelassen werden ꝛc. Concordant & illustrant hæc Coler. *de process. execut. part. 1. cap. 3. n. 212.* Jacob. Thoming. *vol. 2. Cons. 8. n. 1. & seqq.* Jo. Fichard. *cons. 41. n. 12.* Treutl. *Consil. 92. n. 2. & 3.* Dan. Moll. *lib. 4. semestr. cap. 23.* Paul. Wehner. *Consil. 91. n 3.*

32 Eadem summaria syngrapharum executio etiam plurimis aliis Germaniæ in locis observatur; adeò, ut alicubi more laudabili, à debito liquido & confessato contra proprium chirographum appellare non liceat, ut fit in Holsatia, item Francofurti ad Mœnum, Herbipoli & Hamburgi. Joh. Limnæ. *lib. 5. jur. pub. cap. 9. n. 2. pag. 222.* Ita in Repub. Lubecensi non appellatur ad Imperatoream Majestatem contra proprium chirographum vel confessionem in debitis apertis, liquidis & confessatis, So für dem Stadtbuch oder Meckelerbuch geschehen/ vigore privilegii appellationis Cæsareæ, qua de re vid. Symphorem. Gylm. *supr. alleg. loco.*

Hinc & Galli in Parlamentis suis 33 doctissimis: *Cedules sont executoires, apres ce qu' elles ont esté recognues: & ne sont receuables les debiteurs à demander delay, pour en venir contre la requeste de guarnison faite par les creanciers, veu qu' ils son assertiorez du faict.* Papon. *de Cedul. & recognoif. n. 5. lib. 8. h. e.* „Chirographa sunt exequibilia, quando sunt recognita, ita, ut debitores non audiantur petentes dilationem contra postulatam à Creditoribus securitatem sive præmunitionem, & proinde executionem."

Multa quoq; & quotidiana in hanc 34 sententiam exstare Cameræ Imperialis præjudicia, quibus mandata sine clausula, sive pœnalia de solvendo ad Chirographa etiam mercatorum aliorumque privata, quibus in casum non præstitæ justô terminô solutionis potestas creditoribus facta, absque ullo processûs sufflamine, non aliter ac super re judicata executoriales & similes processûs impetrati sunt, demonstrat Petr. Frid. Mindan. *d. cap. 70. n. 12. & seq.* Cui adde Dn. VicePræs. Mev. *Stat. Lub. lib. 3. tit. 1. art. 1. n. 24. cum seqq.*

Hisce generaliter præmissis, succedit alia non minus pulchra, quàm in foro mercatorum difficilis Quæstio: An litteræ Cambii, de jure executionem habeant paratam? 35 In hujusmodi proposita difficultate non est eadem omnium interpretum sententia. Negativæ adhæserunt plurimi, Bald. videlicet; Rot. Gen. Cardin. Tusc. *conclus. 13.* Fabius de Anna, *cons. 82. num. 2.* post Vincent. de Franch. Menoch. *de arb. JJ. qq. lib. 2. Cent. 1. cas. 17.* Vincent. Hondedæ. *cons. 29. n. 2. n. 35.* & reliqui.

Nobis autem, cum Jasone, Bartolo, 36 Cavatio, Crotto, Beroo, Scaccia, Mastrillo, & aliis junctâ ratione, & favore ipsius rei, communi Dd. opinione, & praxi quotidianâ, Affirmativa ob publicam utilitatem & majorem æquitatem magis placet; videlicet Cambium nullâ ratione habitâ Exceptionis,

37 nis, quæ altioris indaginis sit & moram longam faciat, nullôque arrestô detineri, multòminus post acceptationem ulli retentioni, ex causa illiquida nondum deductâ aut probatâ locum esse posse, sed paratam producere Executionem quod in evictionis Exceptione per sententiam non admissa, Confirmatum *in jud. Lubec. 11. Aug. Anno 1658. Affirmativa, ob majorem æquitatem, magis placet:* moti ex eo,
38 quòd pro ipsis litteris *1.* competat actio de constituta pecunia; quæ sola actio, ex æquitate Prætoris, retinet primævam suam naturam juris gentium, ut ex solo consensu nudo producat actionem, & etiam habeat regiam manum, quâ mediante expeditur, prout ante proditas actiones expediebatur, ut declarat Jas. §. *in personam. in pr. Instit. de Actionib.* Manus autem regia idem importat, quòd executivè procedere. *Br. in Extravag. ad reprimendum.*
39 Quæ Executio fit permissu Magistratûs, & quidem ob liquidam probationem, statim, sine processu, & libello, aut citatione, ad nudam petitionem Creditoris, exhibentis litteras Cambii cum Protesto: Creditor scilicet, stipatus ministrô publicô, confert se ad ædes debitoris, ubi tum in continenti vel pecuniâ numeratâ, vel pignoribus, vel fidejussoribus ipsi satisfieri debet, idque propter metum, ne cedat. Statuta urbis Genuæ *lib. 4. de causis brevioribus*, hoc tempus nonnihil producunt, & demùm post 24. horas, ad solutionem concessas, hanc executionem permittunt. Sed quia periculum subest, ne intereà debitor fugâ sibi consulat. Stat. Hamb. *part. 4. tit. 7. art. 7.* eam in continenti admittunt.
40 Cum hoc Statuto conveniunt Capitula Cambiorum Civitatis Bononiæ, à Pio V. Anno 1569. confirmata; quæ hanc executionem arctius adhuc constringunt, eamque permittunt, etiamsi tractans exceptione aliquâ se tueri possit, imò, licet mortuus sit vel hereditas jaceat, vel adsint pupilli sine tutore, vel heredes cum beneficio Inventarii hereditatem adierint, quin contra cujuscunque dignitatis personas, etiam in magistratu constitutas, non obstante lege, Statutô, consvetudine vel privilegio. Quæ omnia latius comprehenduntur in dd. Capitulis, quæ integra Italicô idiomate legi possunt ap. Scacc. *de Cambiis. §. 9. in ff.* & Raph. de Turr. *de Camb. disput. 3. in prolegom. n. 26.* Idem provisum est in ritu magnæ curiæ Regni Siciliæ 114. Scacc. *d. l.* §. *7. gl. 5.* Mastrill. *decis. 9. n. 6. 7.*

Accedit secundò, quòd à sententia lata pro literis Cambii non detur appellatio, ut præter ea, quæ *n. 13. praced. h. cap.* adduximus, docuére Socin. Jun. Berous. J. Cæs. Ruginell. quos retulit & secutus est Jo. Bapt. Cavat. *de Camb. col. 1. in fin. Cap. de litteris.* Hoc autem nulla alia de causa posse contingere, nisi quia pro ipsis concedatur via executiva, noti juris. Nicol. Jan. *de script. priv. lib 3. q. 6 n. 5.* Præterea, tertiô locô considerandum erit, quòd litteræ Cambii habeant vim & effectum sententiæ ac rei judicatæ; quemadmodum suprà *libr. 2. c. 12.* ex Crotto admonuimus. add. Decis. Gen. *2. n. 9.* Sicut ergò sententia executionem habet paratam (frustrà etenim esset, sententiam in suum favorem habere, similisve Campanæ, quæ caret pistillo, nisi id quod judicatum est, etiam executioni demandetur. *l. 8. & t. t. C. de execut. rei jud.* Coler. *de process. exec in præfat. n. 4.* & ex eo Maurit. Spilker. *Synops. process. Jud. proposit. 91.*) idem quoque concludendum est de litteris ipsis Cambii. 41 42

Et hujus opinionis nobiscum sunt quam plurimi; Inter hos autem præcipuè Berous, qui *consil. 33. n. 12. in 3.* docet, quod litteræ habeant executionem celerrimam & paratam, & contra quam nulla ferè potest opponi exceptio, nisi solutionis vel præscriptionis & doli mali; vel, quòd non sit manus illius qui asseritur scripsisse. Marant. Rot. Gen. ac alii relati per Hondedæ. *d. consil. 29. n. 7. part. 1.* & Sigism. Scacc. Roman. *tr. de Commerc. & Camb. pag. m. 440. n. 4. 5. & seqq.* Cum quo coincidit novissimus Imperii Recessus de Anno 1654. § Als auch bey den Handel- 43 44

Städten in Wechselsachen zu Messe-Zeiten und sonsten Casus vorfallen/ da nicht allein nach Kauffmans Gebrauch/ sondern nach aller Rechts-Gelährten Meinung die parata Executio stracks Platz haben solle/ und innerhalb 24. Stunden oder etzlichen wenig Tagen zu geschehen pfleget. So lassen wir es auch/ damit die Creditores nicht offters aus blosser Widersetzligkeit der Debitoren/ nicht allein umb die Schuld selbsten/ sondern auch umb allen Credit, Ehr und Nahrung gebracht werden/ darbey der Gestalt verbleiben/ daß in solchen Wechselfällen dem Richter erster instantz unbenommen seyn solle/ ohngehindert einiger Appellation nach der Sachen Ermässigung entweder mit oder ohne Caution der Gläubigern/die Execution zu vollenziehen/ und die Debitores zur Schuldig-
45 keit anzuhalten. Quæ parata executio æquè contra acceptantem quàm scribentem & remittentem procedit.
46 Mastrill. *p.1.decis.9.n.3. & 6.* Sicut & in Camera Imper. eo nomine ad nudam productionem Schedulæ Cambialis mandata de solvendo sine clausula decernuntur, referente exemplum Hieron. Pruckmer. *coroll. 7. ad libr. 5. decis.*
47 *Mainardi vid. supr. n.34. h.cap.* Quod si tamen tractans ut dixi in continenti probare possit, se litteras Cambii non scripsisse, vel eas jam solutas esse, executio hec locum non habet. Capit.
48 Camb. Bonon. *vers. alle dette lettere.* Exceptio autem non numeratæ pecuniæ, quamvis de jure communi non tantùm contra executionem jam intentatam ; sed etiam contra Instrumentum liquidum & confessa tum validè opponatur. Berlich. *p.1. conclus.84. n.17.* Carpzov. *Jurispr for. part.1. constit. 32. defin.65.* In Cambiis tamen, quia solutionem retardat, & in longum tempus differt, locum non habet. Raph. de Turr. *d.l. disput.2. q.16. n.79. & seqq.* Interest enim mercatorum Cambii, pecuniam in promtu habere, ne fides eorum periclitetur. Bachov. *ad Treutl. p.2. disput.28. th.5. lit.C in pr.* Carpzov. *d. Const. def.69. & part.2. Constit.18. def.7. n.9. & resp. elect. lib.10. tit.10. resp.92. n.19. & seqq.*

Illa verba etiam Cambii: Umb den 49
Werth bin ich von ihm begnüget/ simul confessionem & renunciationem hujus Exceptionis non num. pecuniæ in se continent. Scacc. *de Camb. gloss.8. n.11.* Coincidunt Mascard. *de Prob. Concl.361. n.4.* Zanger. *de Except. p.3. c.14. n.54.* Rot. Genov. *decis. 26. n. 4. & 5. & decis.168. n. 2.* Et præjudiciis confirmat Carpz. *d. resp.92. n.19.* vid. luculenter de hac Q. Jo. Martin. Vogt. de *Camb. th.7. pag.111. cum seqq.* Idque ex hac ratione, quia ille, qui prædictas litteras Cambii sibi præsentatas acceptavit, censetur illas ratificasse & constituisse se debitorem ejus ad cujus favorem datæ fuerunt, indeque actione constitutæ pecuniæ tenetur ut post Rot. Gen. *decis. 10. §.4. & decis.70.* Bl. *in rub. C. de Constit. pecun.* Raph. de Turr. *disput.2. q.16. n.57. ad n.73.* docet, & ita verus efficiatur debitor præsentantis, nam sicuti inter scribentem & dantem separata contrahitur obligatio, ex qua scribens sive accipiens danti & remittenti tam diu manet obligatus donec acceptans solvat. Rot. Gen. *dec. 1. n.6. & dec. 4. n.8.* Ita quoque inter præsentantem & acceptantem nova contrahetur obligatio, quæ separatam producit actionem. Rot. Gen. *decis.104. n.6.* Ex qua acceptans ob propriam promissionem tanquam principalis obligatur & tenetur, ita ut post talem acceptationem nulla penitus Exceptio nec numeratæ pecuniæ admittatur. Rot. Gen. *decis.104. n.6. & 9.* Marant. Spec. aur. *p.6. art.6. n.47.*
Hæc quæ dicta sunt, ut eò dilucidius in 50
hac spinosa & difficili Cambiorum materia illucescant, responsum aliquod Juris in simili redditum cum Schemate subjungam, quod Benevolo lectori non ingratum fore confido.

NICOLAUS Mercator Venetus recipit in se Remissam 1000. Ducatorū, promittens BERNHARDINIS per URBANUM Civem Colon. facere numerari Coloniæ dictos 1000. Ducatos. Itaq; Nicolaus scribit litteras Cambii, easdē Bernhardinis tradens prout moris, & per litteras de Aviso scribit Urbano, ut si per FRIDERICUM itidem Colo-

Colonienſem præſententur, acceptet eaſdem & ſolvat, quamvis Nicolaus reverâ nondum receperit à dictis Bernhardinis hoſce 1000. ducatos, ſed fidē iis habens & ſpe futuræ numerationis. Iſt der Wechſel beſchloſſen / und der Brieff von Händen gegeben worden.

Bernhardini recipientes litteras Cambii transmittunt Friderico, ut Urbano Concivi præſentet ante terminum & in termino recipiat ſolutionem. Fridericus receptis dictis litteris Cambii, quam primum præſentat Urbano, qui promittens in termino ſolutionem, pro more mercatorum ſubſcribit & acceptat litteras Cambii.

Receptatâ interim Venetiis inſtat Nicolaus apud Bernhardinos, ut ſummam cambii ſolvant. Bernhardini poſt octo dies conturbant rationes & negociationes ſuas atque foro cedunt. Quare Nicolaus citatis equis Coloniam Urbano ſcribit, ne dictas litteras acceptet, cùm Valuta earum nec dum ſoluta ſit. Fridericus autem convenit urbanum, dieweil er einen getroffenen und beſchloſſenen Wechſel zu bezahlen verheiſſen und acceptiret / und ſolches uff dem Wechſelbrieff geſchrieben. Urbanus excipiret / es ſey ihm vom ſcribente Campſore Nicolao die Bezahlung verboten / weil die Valuta der Wechſel noch nicht bezahlet / und alſo wendet er für Exceptionem non numeratæ pecuniæ, ex perſona Nicolai mandantis ſolutionem.

Quæritur, quid in hoc caſu Juris?

Actor Fridericus dicit Juris eſſe, quod acceptans litteras



Cambii

51 Cambii, teneatur solvere, per Salicet. *in l. si filius n.1. ff. ad SCtum Maced.* Rot. Genuæ. *decis. 168. num. 2.* Strach. & per Comm. Dd. opinionem alibi fusius deductam. Atque hôc casu post Acceptationē, revocationem aut prohibitionem solutionis à Nicolao fieri non potuisse. *l. utrum præsente 27. in fin. ff. de Constit. pecun.* Br. & Castrens. *in l. cum Cornelius. de Solut.* Rot. Gen. *d. decis. 168. n. 3.*

Reus Urbanus excipit dicta jura loqui in casu quando faciens remissam sive tractans realiter recepit summam Cambii ; hîc itaque cùm numerata non sit competere ex persona Nicolai Exceptionem Non Numeratae pecuniæ, neque enim ea inter mercatores cessat, post Salicet & Strach. Fachin. *lib. 2. controvers. cap. 80.*

52 Actor replicat ad substantiam Cambii non requiri realem numerationem, sed sufficere Venetiis Cambium conclusum. **Daß der Wechsel einmahl geschlossen worden.** Litteras Cambii datas, transmissas, præsentatas & acceptatas esse. Hîc habitam fidem de solutione, aliàs litteras à Nicolao datas non fuisse, Cambium autem instar empti & venditi esse. Nos sup. *libr. 2.*
53 *c. 12. n. 77. per allegat.* Exceptionem non numeratæ pecuniæ non in hoc contractu, ut sup. *h. c. n. 44. & seqq.* sed in mutuo & dote locum habere. Gomez. *lib. 2. var. resolut. cap. 6. n. 4. in fin.* Wesemb. *Consil. 31. n. 20.*

45 Imò positô hanc Exceptionem locum habere, tamen quia mandavit solutionem Urbano, nec litteras Cambii à Bernhardinis re adhuc integrâ repetiit, secundum notata Castrens. *in l. fin. C. de non num. pec.* aut obligationem suam condixit juxta, *l. si quod. C. Eod.*
55 Sed ab ipsis Bernhardinis solutionem exegit, quô contractum confirmavit, & fidem debiti agnovit, cessabit omninò hæc non numeratæ pecuniæ Exceptio. *l. cum fidem. C. Eod. & per superius allegata.*

Et ita pronunciatum in terminis terminantibus contra Acceptantem ut solvat, per Senatum Coloniensem Anno 1601. 10. Januar. in Causa Boroll. contra Repin. & aliis præjudicatis cum Klockio docent Mascard. Zanger. & Ben. Carpzov. *sup. alleg. locis.*

Ultimò tandem in hac executio- 56
num mercantilium materiâ observandum, Quòd mercatores, in Italia, ex Constitutione Pii IV. Pontificis, habeant privilegium, ne eorū executiones quovis modo retardentur exceptione usurarum. Sigism. Scacc. *de Commerc. & Camb. §. 7. gloss. 5. n. 74. 77. fol. 468.*

Discussis nunc pro Instituto nostro omnibus ferè hujus Judici summarii partibus, superest, ut hîc addamus duas in rubrica promissas quæstiones, quas examinat Rob. Marant. *part. 4. de jud. distinct. 9. n. 203. & seqq.* Et deinceps aliquot gravamina mercatorum, huic 3. libro repugnantia, quoad primum, quæritur,

I. An consensu partium possit re- 57
nunciari prædictis specialitatibus & singularitatibus (verbis sit venia, autore Clarissimô Rittershusiô) judicii summarii mercatorum, aliorumque similium, & effici, ut ex summaria causa fiat ordinaria? Affert autem Maranta d. l. varias hac de re Dd. opiniones; in quas etiam diligenter inquirit, concludens cum Baldo, *in l. diffamari. col. 1. C. de ingen. & manumiss.* quòd inter partes, ubi poterant summariè & procedant ordinariè, processus valeat ordinarius, *per text. in d. Clem. Sæpè. in fin.* quia tunc res revertitur ad naturam suam & ad jus commune. R. Marant. *d. l. n. 211.* Non tamen dicitur *in d. Clem.* Quòd si in aliquo omitteretur aliquod substantiale, vitietur processus. Marant. *d. l. n. 212.*

Secunda à Mar. proposita quæstio 58
est. An effici possit per partes litigantes, ut in causa ordinaria summariè procedatur? qua de re videatur idem *d. l. n. 213. circ. fin.* ubi negat autor hoc fieri posse. *arg. l. Jus publ. 38. ff. de pact.* Carpz. *Jurispr. for. p. 1. Const. 2. defin. 18.*
Nam ordo judiciorum est à jure publi- 59
co præscriptus, cui proinde privatorum mercatorum aut aliorum pactionibus derogari nihil potest. Adde Conr.

Conr. Rittershus. *part. 9. l. xv. Novell.*
60 *cap. 3. n. 24.* Sunt tamen aliqua in judiciis, quæ partes sibi invicem possunt remittere; quæ enumerare loci hujus instituti que nostri minimè sunt. Consulatur hac de re Exc.[mus] Rittersh. *d. l. n. 25.* aliique, qui hac de re ex pro-
61 fesso scripserunt. De remissionibus terminorum solutionis. vid. Dn. Mev. *ad art. 1. tit. 1. lib. 3. n. 53. & seqq. Statut. Lubec.*

62 Gravamina quod concernit mercatorum: non possum, quin ex multis pauca saltem huic libro repugnantia, quibus mercatores, & præcipuè Hanseatici, in exteris provinciis, à Judicibus, Justitiariis, apparitoribus, & similis monetæ hominibus, præter æquitatem, præter pacta inita affliguntur, adducam. Non attentis his, quæ P. Gregor. Tholos. *libr. 4. de Republ. cap. 7.*
63 *n. 13.* graviter inculcat his verbis: *Jurisdictiones & judicia mercatorum, jure approbata, quibus potissimùm summariè & de plano inter mercatores & ex bona fide agi debet, meritò sunt conservanda; & ne vis fiat Institutionibus earum, omni ex parte providendum.* Ita „Romæ Paulus III. Pontifex, consvetu„dinem ab antiquo servatam Jurisdi„ctionis, facultatum, Dd. Consulum, „mercatorum, pannorum Urbis Romæ, „& eorum statuta de litibus judicandis, „& causis ad eam rem spectantibus, ad„versus quascunque personas seculares, „secundùm facultatem iis datam à Mar„tino V. Pontifice, confirmavit &c. Videmus quippe, & querula nostratium mercatorum experientia abundè testa-
64 tur, in exteris regnis, inde, proh dolor! hodiè injuriarum nasci occasiones, unde remedia nasci deberent, ut loquitur Imp. *in l. 6. C. Unde vi*; & ibi rapinis viâ aperiri, ubi illa per pœnas severiores occludi deberēt. *l. 2. C. de Indict. vid. toll.* dum illis ipsis nimirùm, qui hisce incommodis justitiam ex æquo admi-
65 nistrando obviare deberent, Judices dicimus & Prætores, variis modis mercatores affligunt; & non tantùm auxiliarem manum ipsis querentibus denegant; quasi scilicet adversus Regios Classiarios & ministros nihil quicquam decernere possint; sed & falsis aliorum delationibus nimiùm indulgere, ac simulatque subornatus quispiam delator querelam falsam ad participandam mulctam instituit, quasi scilicet nautæ, vel mercatores, eorumque homines vel saburram jecerint, vel ex hostibus ipsi sint, eorumve aliquem advexerint; &, si nihil ejus probatum sit, nec probari possit, & mercatores contra Jovem lapidem jurent, falsam criminationem & litem sibi intendi, nihilominus tamen damnari innocentissimos, & interdum gravi pœnâ pecuniariâ mulctari, nonnunquam in tetros carceres detrudi. Quemadmodum ante aliquot annos mercatori cuidam Dantiscano Lisabonæ usuvenit, qui etsi civis Dantiscanus, & ita ex confœderata Civitate fuerit, aliumque Dantisci itidem natum & educatum secum advexerit, quemadmodum ex litteris Senatûs Gedanensis ad Regem missis, tunc temporis constitit, ad nudam tamen, eandemque vanissimam hominis levissimi delationem, navi pulcherrimâ, cui nomen MARIA, primùm spoliatus, & deinde in vincula conjectus est.

Hæc igitur & alia Judicum & Justitiariorum Regiorum facta, quæ hîc tanquam odiosa, per transennam, & primis saltem digitis tango, meritò severè corrigi, & de injuria illata satisfieri, tum sordes illorum, qui vel scribæ vel pedissequæ Judicum sunt, mercatoresque miris modis divexant & expilant; dum pro solis rationibus, quas nautæ & mercatores jure sibi edi postulant, aliquot centena Ducatorum & quidem bis exigere non erubescant, aboleri deberent.

Quò autem mercatoribus imposte- 66
rum iis in locis, & præsertim Hispanicis, rectius cautum sit, summoperè necessarium erit, ut Judex, seu Conservator, à Regia Majestate Catholica olim constitutus & confirmatus, jurisdictionem suam concessam rursùm postliminio quodam apprehendat, solusque exer-

exerceat, tanquam à quo solo lites ipsorum dirimantur, & nefas sit, ulli alii sub gravi mulcta & indignatione Regia, quenquam mercatorum Hanseaticorum vel citare, vel coercere, vel domos ipsorum invadere & perquirere, rationes & libros scrutari, eosque vel quicquam aliud ex iis auferre, Judici verò dato liceat causâ cognita ex æquo & bono de ipsis statuere: ita tamen, ut, si carcere forte opus sit, in omni civili causa, & ob crimen non capitale, in certa aliqua & honestiore domo asserventur. Liberum verò sit unicuique, gravatum se à Judice existimanti, ad supremum consilium Regium, si lis inter hujus regni subditum & Germanum sit, aut, si actor & reus simul Germani mercatores sint, ad illustre Hanseaticorum Collegium provocare, quemadmodum & alii Reges & Principes judicia in Regnis suis inter subditos & Hanseaticos istô pacto constituerunt; prout ita nos Honorabilium Hanseaticorum acta informarunt.

LIB. IV.

LIB. IV.

Caput I.

De Amissione & Dissolutione Privilegiorum Mercantilium, quæ fit per Mortem.

Summaria.

1. *Connexio Librorum hujus Tractatus.*
2. *Amitti & dissolvi possunt quæ constitui, quod ibidem variis Juris nostri exemplis demonstratur.*
3. *Principalis abolendi vel suspendendi privilegii causa, in quibus residet? & ibid.*
4. *Modi amissionis & dissolutionis respectu privilegiatorum Mercatorum sunt MORS & FACTUM.*
5. *Mors est vel naturalis vel Civilis.*
6. *Axioma: Mors omnia solvit, non respectu concedentis, sed accipientis intelligendum.*
7. *Morte naturali Mercatores privilegia amittunt, cum desinunt esse negociatores.*
8. *Hæreditas non potest dici negociatrix* Handel und Nahrung ist kein Erbe.
9. *An negociatio & mercatura in dotem dari possit.*
10. *Mutatione personæ concedentis mutantur privilegia.*
11. *Ubi & quomodo morte concedentis amittatur privilegium. remiss.*
12. *Mercatorum Jura Singularia sunt privilegia personalia non realia.*
13. *Cessante causa Immunitatis, cessat Effectus.*
14. *Privilegia personæ Mysticæ puta universitati aut Collegio concessa, sunt realia, & perpetua.*
15. *Banniti & proscripti ab Imperio æquiparantur aquâ & igni interdictis.*
16. *Banniti, & Excommunicati mortuorum locô habentur.*
17. *Mercatores proscripti privilegiis mercatorum indigni.*
18. *Banniti, Fugitivi. Fugitivi, Malefici.*
19. *Proscriptorum Executio ob Commerciorum favorem publicum interdum restringitur.*
20. *Mandatum Maximiliani I. Imperatoris de Anno 1508. quo Lubecensibus Mercatoribus liberum cum Sueciæ subditis ab Imp. R. tunc temporis proscriptis commercium conceditur.*
21. *An Excommunicati Mercatores communium commerciorum privationem sustinere cogantur? N.*
22. *Excommunicati testari possunt.*
23. *Excommunicati Contractûs celebrare possunt:*
24. *Relegati an perdant Jura Commerciorum?*
25. *Relegatio neq; bona neq; Jus Civitatis adimit.*
26. *Relegati ex causa famosa hisce privilegiis indigni.*
27. *Infames privilegiis expertes.*
28. *An privilegia Commerciorum gratiâ concessa morte concedentis finiantur? ita ut hujus concessioni Successor stare eamq; confirmare non teneatur? remissivè.*

1 De Jure Mercatorum Singulari circa tria juris nostri objecta constituendo & conservando dictum est pro ratione Instituti nostri satis: Superest ultima hujus juris con-
2 sideratio: Quomodo hoc ipsum dissolvatur & amittatur. Ita enim comparatum est, ut tandem etiam amitti possint, & dissolvi, quæ constitui. *arg. l. 35. de R. J.* & quæ jure contracta sunt, contrariô jure perire. *l. 100. ff. de R. J.* Et hoc exemplô patriæ potestatis. §. *1. & t.t. Inst. quib. mod. Jus patr. pot. solv.* Tutelæ. §. *1. & t.t. Inst. quib. mod. tut. fin.* Ususfructûs. *t.t. ff. quib. mod. ususfr. amitt.* Servitutis. *t.t. Quom. serv. amitt.*

Obligationum & Contractuum. *Inst. t.t. quib. mod. oblig. dissolv.* & Feudi, *c. Robert. in quib. caus. feud. amitt. Feud.3. c. prima a. Quæ prima fuit causa benef. amitt. feud.* & ibi Dd. *Comm.* vid. Georg. Achaz. Enenck. *de privileg. lib.*
3 *3. c.1.* Ubi principalem abolendi vel suspendendi privilegii causam residere monstrat 1. vel in Conditore privilegii, vel 2. in privilegiato, vel 3. in ipsius privilegii natura vel conditione, vel 4. denique in accidente aliquo extrinsecus interveniente.

4 Modi autem seu causæ amissionis, dissolutionis seu finitionis horum jurium respectu privilegiati, sunt potissimum duæ: MORS & FACTUM.

5 Mors, est vel naturalis, vel Civilis. Naturalis, est dissolutio animæ à corpore, ψυχῆς καὶ σώματος διάλυσις. A. Gell. *lib.2. noct. Attic. cap.8.* Cic. *1. Tuscul. qq.* quâ regulariter omnia extinguuntur; quæque omnia solvit. *cap. deinceps. 20.* Novell. *22.* Tiber. Decian. *Consil. 1. n.10. vol. 1.* vid. *tr. pecul.* Arii Pinell. & Sebastiani Medices, qui in-
6 scribitur, Mors omnia solvit. Quæ respectu accipientis, non concedentis privilegium, intelligenda sunt; cujus consideratione, mortem non omnia solvere, docet Georg. Achaz. Enenck. L. B. *d. lib.3. de privileg. c.1.*
7 *n.28.* Ratio hujus est, quòd tunc desinat esse mercator. Hereditatem enim nemo dixerit esse negociatricem, mercatricem; seu, ut Germanicè di-
8 citur: Handel und Nahrung ist kein Erbe / weil sie einer heute in vollem Wesen / und morgen verlohren hat / Wesling in Bericht von der Süder Compa-
9 gni in Schweden. *pag.56.* Hæc tamen eò nõ sunt extendenda, quòd negociatio & mercatura in dotem dari non possint, cùm ut pactis, ita & continuatione, negociatio uxoris, marito in dotem data censetur, cùm in domo ejus continuatur. Dn. Mev. *ad tit.2. lib.2. artic.12. n.129. & 137. Statut. Lub. per ibid. alleg. Dd.*

Secundò, id confirmare videtur l. per Curatorem (alii legunt Procuratorem) *90. ff. de acq. her. & l. ult. C. de inoff. testamento.* ubi mutatione personæ id privilegium quoque mutari & interire dicitur. Et Br. in *d. l. per Procuratorem. 90. n.3. in fin.* dicit, moriente personâ, putà, cui privilegium concessum, mori quoque privilegium. Adde *l. licitatio. 9. §. fin. ff. de publican. & Commiss. cap.1. in fin. X. de jur. patron. in 6to.* Roland. à Vall. *vol.4. cons.61. n.5.* Mynsing. *Consil.1. n.45. decis.14.* Cothmann. *respons. Academ. singul. 19. n.34. cum multis allegatis Dd.*

Quomodo autem morte concedentis amittatur privilegium in genere plenè & eleganter docet Enenck. *d. lib.3. cap.1. per tot.*

Tertiò. Quia hîc mercatoris persona, juris hujus singularis causa immediata & proxima est; quâ extinctâ extinguitur etiam privilegium. *l.196. ff. de R. J. & ibi* Dd. *comm.* Cravett. *cons.239. n.4.* Pacian. *cons.142. n.6. & seqq. & cons. 143. n.1.* Marta. *vot.66. n.9. & 12.* Gratian. *discept. for. 276. n.68.* Surd. *cons.127. n.67.* Schrad. *cons.12. n.43. lib.1.* Hinc, si alia succedat persona, quæ mercatoris officium non gerit, hoc privilegiô uti frui non potest; quemadmodum si Clericus immunis moriatur, & Laicus succedat, clericale privilegium statim exspirare scribit Guid. Pap *decis.261* Rol. à Vall. *d. Cons.61. n.6.* Privilegia enim quis non habet alicujus civitatis, vel artis, vel officii, nisi qui reipsâ illud gerat. Rol. à Vall. *consil.79. n.41. vol.3. per l. nemini. 3. C. de Consulib. lib.12.* Et ces- 12
sante causâ immunitatis, sc. mercaturæ exercitio, cessat quoque privilegium. Rol. à Vall. *cons.52. num.39. cum seqq. per l.68. l.196. de R. J. l.3. §. fin. ff. de Censib.*

Secus tamen obtinet, quando hæc 13
privilegia personæ mysticæ, putà universitati, & cuidam Collegio conceduntur; qualia sunt privilegia Hanseaticis mercatoribus & Collegiis orientalis & occidentalis Indiæ in Belgio concessa; quia tunc privilegia illa sunt realia; & cum persona, putà collegio seu corpore perpetua. *l. pen. ff. de jur. immunitat. lib.3. §.1.*

§. 1. ff. de Censib. l. proponebatur. 76. ff. de Judiciis. Arumæ. vol. 3. discurs. Academ. 26. th. 29. adeò, ut, mortuis omnibus de Universitate, privilegia tamen universitatis non censeantur exstincta. Nicol. Losæ. de jur. univers. part. 1. cap. 1. num. 32. 33. cum seqq. ubi id illustrat exemplô gregis testamentô legati. num. 62. qui consulendi.

14 Et de morte naturali id quidem per superius adducta expeditum est, de morte verò Civili; quâ quis è numero Civium Romanorum tollitur, libertas adimitur, & ab omni fidelium communione extorris habetur (quod accidit olim deportatis ac aquâ & igni interdictis; quibus hodiè æquiparantur BANNITI ab Imperio. David Marquard. dissertat. de qualit. substantial. banni. th. 1. num. 5. Mynsi. 2. obs. 8. & 51. Thoming. cons. 24. n. 8. vol. 1. Becht. de secur. th. 116. & seqq. Et excommunicati excommunicatione magnâ & legitimâ, cui banna Imperii respondere Dd. volunt, arg. l. placet. 5. ubi gloss. fin. C. de SS. Eccles. junct. Becht. d. l. de secur. th. 110. & Jac. Airer. in process. hist. part. 1. c. 5. obs. 3.) quid obtineat Quæritur. Hos autem uti mediâ & maximâ capitis deminutione peremtos cùm admittant omnia jura communia. Joh. Vincent. Hondedæ. consil. 67. n. 11. vol. 1. Menoch. cons. 161. n. 2. lib. 1. & civilia. Airer. d. obs. 3. n. 1. 2. 35. & per tot. Cra-

15 vett. cons. 925. & 941. Imò mortuorum locô habeantur. t. t. Instit. & ff. de capit. dimin. l. 64. §. ult. ff. pro soc. l. 1. §. ult. ff. de bon. possess. cont. tab. l. 4. ff. de bon. libert. & aliis textib. De bannitis Ordinat. Cam. part. 2. tit. 9. Gail. 2. de pace pub. cap. 12. Treutl. vol. 1. disp. 9. th. 2. lit. C. Mynsi. dd. ll. & cent. 3. obs. 30.

16 Becht. d. l. hisce privilegiis perfrui haud posse arbitror, præter ea, quæ superius lib. 1. cap. 11. num. 115. adduximus.

17 Bald. ad l. primò. vers. sed nunquid banniti. Gail. 2. de P P. cap. 1. num. 13. & Becht. d. l. num. 117. Et potest addi hæc ratio, quod statim, quando unus est in banno positus, censeatur esse in fuga. §. si quis hominem. tit. de bannitt. in usib. feud. l. si cum Cornelius. & l. cum quis. ff. de solut. Bl. in l. rogasti. §. fin. ff. si cert. pet. Joh. Bapt. Caccialup. de debitor. suspect. & fugitiv. circ. fin. pag. m. 648. fugitivi autem præsumuntur malefici. Caccialup. d. tract. p. m. 680. qui nullis privilegiis digni. Quanquam hæc Imperialis 18 proscriptio, & ab omni civili societate & commercio dira bannitorum exclusio, certas ob causas, commerciorumque favore, ita interdum restricta & mollita fuit, ut cum istiusmodi hostibus communibus (unde Echter / à Græco ἐχθρός, quod apud Homerum publicum hostem significat, dictum putant. Tylem. de Benign. in Apospasm. prodrom. obs. pract. 21.) certis quibusdam populis seu universitati licita commercia continuare permissum & indultum fuerit; prout id evidenter apparet ex Rescripto seu mandato publico Maximiliani I. Im- 19
peratoris de Anno 1508. quô solis Lubecensibus, ob benè merita & servitia Imperio præstita, singularis privilegii locô ab Imperatoria Majestate concessum, ut cum Regni Sueciæ subditis, tunc temporis ab Imperio proscriptis, non obstante bannô publicô, liberè negociari & commercia continuare potuerint. Verba mandati hæc sunt:

Wir Maximilian von Gottes Gnaden / Erwölter Röm. Keyser / zu allen Zeiten mehrer des Reichs / in Britannien / zu Hungarn / Dalmatien / Croatien / König / Ertzhertzog zu Oesterreich / Hertzog zu Burgund / zu Braband / und Pfaltzgrave ꝛc. Bekennen öffentlich mit diesem Brieff / und thun Kund allermänniglichen / Als Wir / in verschiener Zeit die Unterthanen des Königreiches Schweden / umb ihren mercklichen Ungehorsam / und der Verachtung / auch der Handlung willen / so sie gegen den Durchl. Fürsten / Herrn Johansen / König zu Dennemarck und Schweden / Unseren lieben Oheimb und Bruder geübet / in unser und des heil. Reiches Acht und Aberacht erkandt / denunciiret, erklä-

ret / verkünd / und declariret, auch männiglichen gebotten haben / sie darüber nicht zu enthalten / zu Hausen / zu Hofen / zu echten zu trencken oder fürzuschieben / Sondern als Unsere und des heiligen Reiches Achtere und Aberachtere zuhalten / und wieder Sie fürzunehmen und zuhandeln / alles nach besage Unserer Brieff deshalben außgegangen /

Haben Uns jetzo die Ehrsamen / Unsere und des Reiches lieben getreuen Bürgemeistere und Rath der Stadt Lübeck fürbringen lassen / daß sie und ihre Bürger und Inwohner der Stadt Lü„beck / Ihr Proviant und Liefferung „auß Schweden füren und darzu mit „Kauffmanschafften und Handtierung „deromassen mit den Schweden verwant / daß ihnen / ohn ihr mercklich Nachtheil und Verderben / solchem unserm Acht und Geboth zu geleben und Folge zu thun unmüglichen / Darzu seind sie von Weiland unsern Fürfahren am Reiche / Römischen Keysern und Königen Achter und Aberachter zu halten / und mit ihnen handeln und Gemeinschafft halten gnädiglichen begabet und gefreyet / und Uns darauff demütiglichen angeruffet und gebeten / daß Wir sie und gemeine Stadt Lübeck / ihrer Nothdurfft / und den Berürten ihren Freyheiten nach / hierin mit unser Keyserlichen Hülffe zu versehen gnädiglich geruheten /

Das haben Wir angesehen / ihre ziemlich fleißig Bitte / auch die angenehmen und treuen Dienste / so Uns die genanten Bürgermeister und Räthe der Stadt Lübeck gethan haben und hinfüro in künfftig Zeit wol thun mögen und sollen / und darumb auß den oberzehlten und andern trefflichen Ursachen Uns fürbracht und darzu bewögende / mit wolbedachten Muth / guten Rath und rechtem wissen den gemelten Bürgermeister und Rathe der Stadt Lübeck gnädiglichen vergunt und erlaubet / Vergönnen und erlauben ihnen auch von Römischer Keyserlicher Macht / hiermit wissentlich in Krafft dieses Brieffes / als daß sie nun hinfüro mit den„ Unterthanen des Königreiches Schwe„den / unangesehen Unser und des heili„gen Reiches Acht und Aberacht / da„rein Wir sie / wie obstehet / erkent und„ erklähret / Handeln / Kauffen / Ver„kauffen und anderer Handtierung ihrer„ Notdurfft nach treiben mögen / damit„ sie ihre Bürger / Inwohner und gemeine Stadt desto baß enthalten / und Uns und dem heiligen Reiche stattlichen gedienen mögen / alles laut ihrer alten Freyheiten und Privilegien / so sie erlanget / und wie obstehet herbracht / und Wir ihnen bestätiget haben / von allermänniglich unverhindert / und die genanten Bürgermeister und Rath der Stadt Lübeck sollen auch mit solchen Kauffen / Verkauffen / Handtierung und Handlung / so sie mit den Unterthanen des Königreiches Schweden haben oder treiben werden / wieder Uns und das heilige Reich nichtes gehandelt oder gefrevelt / auch sothaner Acht theilhafftig gemachet haben / und von niemands darumb / weder mit Recht noch Unrecht fürgenommen / beschweret oder wieder sie gehandelt werden /

Und gebieten darauff allen und jeglichen Churfürsten / Fürsten / Geist- und Weltlichen / Prælaten / Grafen / Freyherren / Rittern / Knechten / Hauptleuten / Vicethumben / Voigten / Pflegern / Vorwesern / Ambtleuten / Schultheissen / Bürgermeistern / Richtern / Räthen / Bürgern / Gemeinden / und sonst allen andern Unsern und des Reiches Unterthanen und Getreuen / was Würden / Standes / oder Wesens sie seyn / ernstlichen / und wollen / daß Sie / die genandten Bürgermeistere und Räthe der Stadt Lübeck / solcher Freyheit und Privilegien / und dieser Unser Gönnung und Erlaubung gebrauchen und geniessen / und gäntzlichen dabey bleiben lassen / und hiewieder nicht tringen / bekümern oder beschweren / noch des jemands andern zuthun gestatten / in keiner Weise / als lieb einem jedem sey Unser und des Reiches schwere Ungnade und Strafe /

se / und darzu ein Poen von 40. Mk. löthiges Goldes zu vermeiden / die ein jeder / so offt er Freventlichen hiewieder thäte / Uns halb in unser und des Reiches Kammer / und den andern halben Theil obbemelten Bürgermeister / Rath / und gemeiner Stadt Lübeck unabläßlich zu bezahlen und verfallen seyn soll. Mit Urkund dieses Brieffes / besiegelt mit unserm Kayserlichen anhangendem Insiegel / geben zu der Neustadt am 17. Tag des Monats Februarii, nach Christi Geburt Funffzehen hundert / und im achten / unserer Reiche / des Römischen im drey- und zwantzigsten / und des Hungarischen / im achtzehendem Jahre.

20 De Excommunicatis verò majus existit dubium: An illi privatione hâc Ecclesiasticâ communionis fidelium omnimodam exterminationem pati, commerciorumq; communium privationem sustinere cogantur? Et respondent Dd. hanc pœnam omnimodam exterminationem politicam non operari, secumve trahere, quia nec dominio rerum exuit, *gloss. fin. in cap. pastoralis. 53. de appellat.* quem sequitur Dauth. *tr. method. de testam. n.*
21 *156.* ubi ex hoc & aliis fundamentis notat, excommunicatos testari posse post Dd. *ibi allegg.* Quibus adde Co-
22 varr. *in rubr. de testam. p. 2. n. 56.* nec contractûs cum illis celebratos annihilat. *c. felicis. 5. §. verum. de pœn. in 6to* & Dd. quos allegat & sequitur Covarr. *in d. c. alma mater. p. 1. §. 1. n. 10.* Becht. *d. tr. de secur. th. 111.*
23 De Relegatis similiter quæritur: An illi relegatione hæc jura perdant? Negativam multi amplectuntur. Cùm multum intersit inter relegationem & exilium seu deportationem; cui, ut diximus, successit bannum. Hoc etenim Civitatem adimit. *l. 17. ff. de Pœn. l. 3. 6. ff. de Interdict. & relegat.* & bona. *l. deportatorum. 8. C. de Pœn.* eòq; supplicium capitale est. *l. 4. in pr. ff. si quis caut. in jud.* Quod morti comparatur. *d. l. 4. & l. 4. ff. qui satisd. cog.* Relegatio verò neq; bona *d. l. 8. C. de pœn.* 24
l. fine 33. in fin. ff. de administr. tutor. neque Civitatis ullum jus aufert. *l. 3. & 7. §. 3. de Interdict. & releg.* quia caput Civitati non eximit. *l. qui cum 14. §. 3. ff. de bon. libert.* Hôc tamen non ob- 25
stante, nec relegatos ex causa famosa horum jurium capaces esse autumo, cùm sint decoctoribus & fallitis similes, videlicet infames. *l. capitalium. 28. in pr. vers. cæteræ. ff. de pœn.* fallitos autem suâ culpâ, esse infames, Rota Gen. *decis. 2. n. 34.* demonstrat, & per conse- 26
quens horum privilegiorum expertes, ex sequentibus *capit. 7. & 8.* hujus libri paulò pôst apparebit.

An autem privilegia, commercio- 27
rum gratiâ à summis principibus concessa, morte concedentis finiantur, ita, ut hujus concessioni successor non stare, eaque nec confirmare teneatur. *supr. lib. 1. cap. 6. hujus tr.* plenâ disserui manu; quò rursùm, ne cramben bis coquere videamur, benevolus lector erit remittendus, quibus adde Achatz. Enenkel. L. Baron. *de Privileg. lib. 3. c. 1. per tot.*

CAPUT II.

De Amissione Privilegiorum Mercantilium, quæ fit per non usum seu factum desidiosum.

SUMMARIA.

1. Factum desidiosum seu omissionis quid?

2. Privilegium omittendo amittitur.

3. Privilegium privatò concessum per non-usum decennio amittitur.

4. Mercator qui per decem annos à Mercatura exercitio destitit, animumq; gerendi deposuit, privilegiis mercaturæ concessis non fruitur.

5. Artem non exercens privilegiis arti concessis non fruitur.

6. Decennium à quo tempore currat:

7. Mercatores non utentes voluntariè, privilegiis privantur.

8. Ex necessitate & vi majore non utens privilegium non amittit.
9. Privilegia quæ facultatem concedunt faciendi v.g. negociandi & veniendi ad exteras Regiones, per non-usum quomodo non amittantur.
10. De hac Q. olim contentio inter Hanseaticos Flandros & Russos in Novogardia.
11. Privilegia ex causa onerosa & benemerito concessa per non-usum non amittuntur.
12. Jus Nundinarum quomodo non-utendo amittatur.
13. An Princeps Mercatuum privatorum vulgò Wochenmärckte *exercitium, quò citra privilegium universitas usa est, auferre & inhibere possit?*
14. Tempus Immemoriale vim privilegii habet.
15. Privilegium mixtum cum Jure Civili, quale est nundinarum, cur non possit revocari.
16. Nundinarum privilegium, generali derogatione non censetur ademptum.
17. Nundinarum privilegium non licet Principi revocare citra causam.
18. Secus si justa causa adsit.
19. Privilegia Collegio toti concessa, per non-usum collegiatorum non amittuntur.
20. Jura & Privilegia Collegii etiam per unum utentem conservantur.
21. Privilegiis pro parte usus & pro parte non usus, an partem saltem an verò totum perdidisse censendus? remiss.

HActenus quomodo per MORTEM hæc jura singularia amittantur, & quomodo non amittantur, vidimus, nunc quomodo PER
1 FACTUM. Quod à Dd. duplex constituitur; aliud desidiosum, seu omissionis; aliud improbum seu Commissionis. Factum desidiosum est, quod quasi ex ignavia ortum, in non utendo versatur. Dom. Arum. *vol. 3. discurs.*
2 *acad. 3. vers. 45. lit. G. & H.* Quemadmodum enim privilegiorum concessio aut circa licentiam faciendi, aut libertatem omittendi versari videtur: ita etiam aut omittendo exercitium concessæ licentiæ, aut libertati indultæ contraveniendo intercidi creditur. L.B. Acaz. Enenk. *de privil. lib. 3. c. 15. n. 1.* & quidem rectè; damnum enim, quod quis suâ culpâ sentit, sibi debet, non aliis imputare. *c. damnum. 86. de R. J. in 6to.*

3 Privilegium itaque privato (nam secus in universitate. Vasq. *Illustr. quæst. c. 2. n. 6. lib. 1.*) ad aliquid faciendum concessum, per non-usum decenniô amitti concludunt Dd. ultr. Gail. *2. obs. 60.* veluti Br. *in l. 1. per illum text. ff. de nund.* Br. *in l. licitatio. §. earum rerum, de publican.* Panorm. Felin. & Dec. *in cap. cum accessissent. de Constit.* Alexand. *cons. 33. n. 5. lib. 5.* Jason. *in l. fin. n. 53. cum seqq. ff. de constit.* Ex neotericis. Menoch. *6. Præsumt. 41. n. 16.* Vasq. *d. l. n. 5.* Vult. *cons. Marpurg. 35. num. 215. vol. 3.* Acac. Enenk. *de privil. d. c. 15. n. 27.* Borcholt. *cons. 17. q. 2. lib. 1.* Don. Garf. Mastrill. *decis. Lusitan. 96. n. 1. per mult. alleg.* ubi ex Carol. Tapia; *in l. fin. ff. de Constit. Princip.* hanc adserit esse communem, *per l. Atticilinus. 35.* & ibi Dd. *ff. de serv. R. P.* Dd. *in l. falso. C. de divers. rescript.*

Quô fundamentô nixus dico: Quòd 4
si mercator in albo mercatorum descriptus, à mercaturæ exercitio per decem annos destiterit, animumque gerendi mercaturam eô ipsô deposuerit, amplius privilegiis, mercatoribus concessis, frui non posse. Br. *in l. 3. §. quibusdam. ff. de jur. immun. & §. negociatores. ejusd. leg. 3.* ubi dicitur: *negociatores à muneribus publicis immunitatem consequantur, quamdiu in hujusmodi actu sunt.* Huic adde *l. qui sub prætextu. 9. C. de SS. Eccles.* quam sententiam probat 5
Abbas *in c. 1. fin. de judic.* Jason. *in l. scriniarios. C. de testam.* quia artem non exercentes, privilegiis arti concessis non fruuntur. Dd. *commun. in d. l. scriniarios.* & nos *supr. lib. 1. cap. 7. n. 39. 40. hujus tract.* Quibus omnibus superaddatur Benev. Strach. *part. 1. de Mercat. n. 65. & part. 5. Principali.*

Hoc autem decennium non à tem- 6
pore, quô primum concessum est privilegium; sed solùm à die quô evenit casus

casus utendi privilegiô, cursum incipere vult Jacob. Menoch. *cons.913. n.25.* autoritate Veralli *decis.379. part.2.*

7 Et hæc ita infallibiliter procedunt, si mercatores mercaturæ exercitiô, eiq; concessô privilegiô per integrum decennium uti neglexerint VOLUNTARIE, cùm potuerint. Ant. Fab. *in Cod. Sab. lib.7. tit.13. def.10.* secus si ex necessitate

8 & vi majore, cùm nempe per ipsos non steterit, quominus uterentur; tunc enim per non-usum privilegium non amittitur. *arg. d. l. Atticilinus.* Don Garf. Mastrill. *d decis.96. n.6.* Gail.2. *obs. 60. n.1.* Fichard. *cons.129. n.2.* Menoch. *cons.419. n.28.* E. G. si ob guerram seu bellum publicum commercia nundinalia vel alia cessârint, privilegium manet salvum, etiamsi eô ultra hominum memoriam non sit usus. Gail. d. l. Rauchb. *p.2. q.11. n.100. per l. unus ex sociis.34. §. ult. ff. de serv. rust. pr.* cui adde Magn. Dn. Carpz. *Jurisp. for. p.2. const. 23. def.3.* Eandem sententiam post gloss. Felin. Decium, Jason. & alios, probavit Fernand. Vasq. *d. c.2. illustr. qq. n.12.* accedit Andr. Knich. *de sublim. & reg. territ. jur. n.139.* Multos alios congessit Jo. Vincent. de Anna. *singular.400.* adde Tiber. Decian. *resp.23. n.8. vol.3.* Fulv. Pacian. *lib.1. de probat. cap.42. n.8. & seqq.* Casp. Klock. *de contrib. cap.3. num.182.* Schneidevv. *ad §. Possidere. Inst. de Interd. num.165.* hujus ampliationes & exempla vid. apud Bernhard. Grævæ. *3. Consil. pract. 60. Consid.2.* ad quem lectorem studiosum remisisse sufficit. Licet Panormitanus *in d. c. accessissent*, tot esse sententias in hac materia, quot reperiri capita, asserat.

9 Deinde notandum, quòd privilegia, quæ facultatem alicubi concedunt faciendi vel non faciendi aliquid, V. G. veniendi in exteras regiones, & ibidem negociandi, qualibus fruuntur à multis seculis mercatores Hanseatici (quemadmodum ex verbis formalibus privilegiorum Danicorum: Daß sie nemlich / wann und so offt sie wollen / kommen mögen. &c. demonstrari potest) non utendo non amittantur, si facultas illa collata sit in arbitrium privilegiati, quia tali facultati non præscribitur. Gail. *d. obs.60. n.9 per gloss. in cap. ut privilegia. verb. semel, circ. fin. de Privileg.* Et hanc esse communem & veram ex Bald. & Felin. refert Vasqu. *illustr. qq. c. 2. n.11. lib.1.* Fichard. *d. cons. 129. n.12. vers. Cæterùm si tale privilegium non sit simpliciter.* Tiber. Decian *resp. 43. n 34. vol.3.* Horum sententiæ accedit L. B. ab Enenk. *d. l. de privil. 3. c. 15.* & Paul. Christinæ. *decis. Belg. 99. num.15. Vol.3.* qui & ibidem Jo. Sichard *ad l. un. C. de Nund. sub fin. allegat.* Quâ de re 10 olim inter Hansam Teutonicam, Flandrenses & Russos, in Novogardia, test. Crantz. *Wand. lib.9. cap.19.* Anno 1386. & inter Hanseaticos & Anglos contentiones fuêre. Verb. Cranzii alleg. loc. hæc sunt: *Sic se res vertunt, ubi tenuis primordiorum status permittit venientibus immunitatem, invitans ut veniant; florescentibus rebus qui invitavêre vix patiuntur secum consistere, desiderium vertentes in contemtum & deinde fastidium.*

Tertiò notandum, quòd privilegia 11 titulô onerosô concessa, & ob id servitia præstita, quæ in contractum transivêre, qualia sunt privilegia Hanseatica, ut *sup. libr 1. cap.6* probavimus, per nõ usum similiter quoq; non amittantur. Don Garf. Mastrill. *d. decis.96. n. fin. per gloss.* Butrio *in c. privilegia. de privileg.* Calderin. *cons.1. de Præscript.* Riminald. *sen. cons.388. n.8. & 9.* Carol. Tap. *in d. l. fin. de Constit. Princip. c.1. n.8. part. 6. & cap.9 per tot.* Pruckm. *vol.1. cons.39. n.51.* Klock. *de Contrib. c.16. n.185.*

Quartò denique observandum; et- 12 jam ipsum jus nundinarum sive publici mercatûs ab Imp. obtentum, non utendo voluntariè, amitti. *l.1. ff. de nund.* intellige, si occasio utendi sese obtulit. *d. l. unic.* Secùs autem si facultas utendi non fuerit, Gail. *2. obs. 60. n.1. & seqq.* Cùm & ipsa regalia, qualè est, hoc ipsum jus, per non usum amittantur. Regner. Sixtin. *l.1. de regal. capit.8. n.30. cum seqq.* Sed de nundinis minoribus (quæ & exteris nonnullis Feriæ, Foires Gallicè dicuntur) seu mercatibus vulgò Wochen Marckte / incidenter

13 denter hîc Q? An Princeps earundem „exercitium, quô citrà privilegium „concessum, ultra hominum memo„riam universitas aliqua usa esset, aufer„re & inhibere possit? Et posse respondit Natt. *cons. 511. & 512. per tot.* quò lectorem iterùm, brevitatis ergò, remitto. Et ita Senatum Pedemontanum judicasse refert Anthon. Tessaur. *decis. 264. n. 3.*

Verûm, contrarium consuluisse doctissimum Alciatum *cons. 108.* idem Tessaur. *d. decis. 264. n. 3.* scribit, & eun-
14 dem sequitur, per rationem, quòd tempus immemoriale vim privilegii habeat, per jura notiss.
15 2. Quia nundinæ habent in se partem ex jure communi partem ex privilegio: de jure communi habent mercatum qui est permissus omnibus; & originem capit ex jure gentium. *l. ex hoc jure. 5. ff. de J. & J.* ex privilegio habent exemptionem vectigalium & salvum conductum pro rebus & personis eò venientibus, *per text. & ibi* Bl. *in l. 1. C. de Nund.* prout nos suô locô luculentius hæc deduximus. Unde, respectu mercatûs non potest Princeps tollere vel minuere, cùm sit juris gentium, secundùm Br. & alios *in l. digna vox. 4. C. de LL.* Et quamvis aliàs privilegia subditis concessa ex titulo lucrativo possint revocari, tamen istud non procedit, quando privilegium est mixtum cum jure communi. Hucusque *Alciat. d. cons. 108. n. 5.*

16 Quapropter etiam in generali privilegiorum per superiorem facta derogatione nundinarum privilegium non tolli, inspecie respondit Alexand. Rau-
17 dens. *cons. 23. n. 6. & 7. Vol. 2.* Et privilegium nundinarum concessum universitati revocari seu adimi, & aliò transferri non posse per concedentem, graviter respondendo in terminis consuluit Joh. Cephal. *cons. 342. per tot.* Cujus rationes ibi à Studioso lectore videri possunt. Idem in mercatibus minus solennibus, ut nec hî citra causam cùm semel eorundem immunitas & securitas à Principe concessa fuerit, revocari queat, specificè post Alciat. *d. cons. 108.* determinat Petr. Anton. de Petr. *tract. de potest. Princip. c. 24. num. 262.* Dico citra causam, hoc est, sine justa causa auferri non posse mercatus, *arg. c. translat. X. de Const.* Sichard. *ad d. l. un. n. 1. C. de nund.* Secus si 18
justa adsit causa, in quibus terminis respondent Natta, & Tessaur. sup. alleg. *l. n. 15.* Sicuti etiam Carolus IV. Imp. hoc Jus Nundinarum abstulit Francofurtensib. & Moguntiam transtulit, quod tamen mortuô Guntherô Imp. intercessione Rudolphi Palatini & Marchionis Brandeburgici ipsis restituit. Peucer. *libr. 5. Chron. fol. 805.* Arnisæ. *de jur. Majestat. libr. 2. capit. 3. num. 18.*

Postremò sciendum, si universitati 19
seu Collegio mercatorum certo hæc Privilegia concessa fuerint, ea quorundam Collegiatorum non usu haud amitti. v. g. Si quædam Hanseaticæ societatis membra privilegiis circa commercia ab exteris Principibus concessis, per aliquod tempus non uterentur, quòd horum non usu cæteris nullô modô præjudicari possit; cùm indubitati juris esse constet, nomen & jus & privilegium Universitatis etiam per 20
unum solummodò utentem conservari. *l. 7. §. in decurionibus.* verb. *nomen Universitatis.* & ibi Br. *in pr. ff. quod cuj. univers. nom. & ibi gl.* Dec. *cons. 45.* Jason. *in l. si grege. n. 7. 12. & 13. ff. de legat. 1.* Paul. de Castr. *d. l. 7. §. ult. n. 1.* & ibi etiam Bl. *n. 1.* quos allegat Nicol. Losæus *de jur. Univers. part. 1. cap. 1. num. 31.* Privilegiis autem hisce qui in parte 21
usus est & pro parte non, an saltem partem an verò totum perdidisse dicendus sit, examinat ex recentioribus Fern. Vasq. *in nov. illustr. quæst. cap. 2. n. 7. lib. 1.* & Dn. Georg. Acac. Enenck. L. B. ab Hohenheim. *lib. 3. cap. 15. n. 24.*

CAPUT III.

De

Amisſione horum Privilegiorum per factum improbum & ABUSUM; ubi de Mercatura illicita in Genere.

SUMMARIA.

1. *Privilegia amittuntur per Abuſum ſeu factum improbum. & n.3.*
2. *Factum Improbum quid?*
3. *Judæi uſurarum privilegiô abutentes illud amittunt.*
4. *Nundinarum jura ob abuſum revocari poſſunt.*
5. *Qui Mercaturæ officio abuti dicantur.*
6. *Mercatura alia licita alia Illicita.*
7. *C. Ejiciens 11. Diſtinct. 88. de quo mercaturæ genere agat.*
8. *De bonis facultatum Improborum nihil remanet niſi peccatum.*
9. *Mercatores Improbos ejecit Dominus de templo & populo ſuo.*
10. *Improborum Mercatorum vitia, fraudes & mores graviter Jo. Boterus perſtringit, ubi quomodo ad dimidium juſti pretii circumventio licita.*
11. *Quomodo fraudulentorum Mercatorum mores depingat Thom. Garzon Italus.*
12. *Improbi Mercatores peccant in X. Prædicamenta, quod ibidem ex Garzon: monſtr.*
13. *Factores boni ab Improbis quomodo diſtinguantur in hiſce maritimis Emporiis.*
14. *Pœna fraudulentorum. I. Interdictio Mercaturæ.*
15. *II. Privatio privilegiorum.*
16. *III. Pœnæ diverſæ corporales. remiſſ.*
17. *Ad privationem horum privilegiorum requiritur delicti & facti improbi certitudo.*
18. *Abuſus privilegii eſt facti, quod probandum.*
19. *Delictum particularium non nocet univerſitati.*
20. *Univerſitas quomodo delinquat.*
21. *Vectigalis fraudatio eſt delictum momentaneum.*
22. *In privilegiis ex cauſa oneroſa acquiſitis, delicta particularium collegio præjudicare non poſſunt.*
23. *Sin ſecus, fraudibus & ſubornationibus anſa præberetur.*
24. *Diverſitas & variatio locorum, quibus merces importantur, privilegiorum privationi anſam dare non poteſt.*
25. *Hanſeaticorum Mercatorum exportandi libertas in Anglia.*
26. *Sola transvectio mercium ad hoſtes, Hanſeaticis mercatoribus in Anglia eſt prohibita.*
27. *Libertati Commerciorum & utilitati publicæ adverſum eſt, prohibere merces, quas patrium non producit ſolum.*
28. *Edictum Parlamenti Anglicani de Anno 1651. 9. Octobr. ob prædictam rationem ſublatum.*
29. *Hujus Edicti rationes examinantur & ponderantur, aliquantò latius:*
30. *Cardo quæſtionis: An Hanſeatici vigore privilegiorum, non niſi natas in ſuo ſolo merces in Angliam importare poſſint.*
31. *Adventurarii per ſuggeſtiones pravasq; privilegiorum interpretationes Hanſeaticis nocere ſtuduerunt.*
32. *Privilegiati privilegiis gaudere debent.*
33. *Mercis appellatione quid venit.*
34. *Mercatorum nomen an merentur, qui nata in ſuis tantùm poſſeſſionibus divendunt.*
35. *Vocabulorum Meum Tuum Suum verus intellectus, & interpretatio.*
36. *Quibus rebus vectigal imponitur, invehi non prohibentur. Ubi & qui vult conſequens, vult etiam antecedens.*
37. *Magnis periculis & laboribus parta, acquirentibus utilitati magis quàm oneri eſſe debent.*
38. *Generalitas conceſſionis & confirmationis privilegiorum, omnem ſpecialitatem excludit.*

39. Semel transacta & sopita non debent resuscitari.

40. Perversæ interpretationes contra privilegiatos non sunt excogitandæ.

41. Privilegia onerosa vim habent contractûs, lateq; interpretanda.

42. Capita Edicti Edwardi VI. Angliæ R. Abusum privilegiorum Hanseaticorum allegantia refutantur & n.29. seq.

43. Non sunt intra 300. annos in societatem Hansæ nova membra assumpta.

44. An privilegia Hanseatica ob immoderatum & crescentem usum, tanquam noxia posint revocari?

45. Cap. suggestum X. de Decimis explicatur.

46. Augmentatio & diminutio commercii non referuntur inter insolita.

47. Commercia Casibus fortuitis sunt subjecta.

48. Intentio & sensus Transactionis Ultrajectensis de Anno 1474. indicatur.

49. Causa finalis privilegiorum Hanseaticorum frequentia Commercii.

50. Disposita ad unum finem non debent operari contrarium.

51. Advectio & Evectio mercium rarior, frequentiorve, sunt facti, quæ probanda.

52. Ex transactione Ultrajectina Hanseaticis in Anglia privilegia per non usum aut abusum non possunt adimi.

53. Privilegia Hanseaticorum ob benemerita concessa, impediunt eorum revocationem.

54. Privilegia Hanseaticorum in Anglia habent vim Contractûs & n.44. seq.

55. Hanseatici in concordiâ Trajectensi multum damni remiserunt Angliæ Regibus.

56. In Concordia Trajectina duo Capita præcipuè inter Anglos & Hanseaticos sunt decisa: Restitutio ablatorum privilegiorum, & resarcimentum damni dati.

57. Transactio non rescinditur nisi ob læsionem enormem.

58. Quæ propriè enormis læsio ob quam privilegia posint revocari.

59. Pacta Conventa ob læsionem non possunt rescindi.

60. Privilegia consensu ordinum Regni seu Parlamenti concessa, non rescinduntur.

61. Clausulæ Transactioni Ultrajectensi insertæ impediunt privilegiorum Hanseaticorum in Anglia revocationem.

1 Quomodò per factum desidiosum & non-usum hæc privilegia amittantur, paucis vidimus: superest, quomodo per factum improbum, & abusum.

2 Dicitur autem factum improbum, quod vel in committendo crimen aliquod, vel juris & officii exercitiô malè utendo consistit. Abusus enim privilegiorum jure punitur, *c. ubi ita didicisti. distinct. 14.* & contra privilegium faciens sibi præjudicat. *c. pro illorum. X. de prabend. & dignitat. ubi gl.* atque adeò, ut, qui suô privilegiô abutitur, illud amittat. *cap. privilegium. c. ipsc. c. plerumq. in pr. & vers. unde fit. 11. q.3. c. renovantes. distinct. 100. l. Judæos. C. de Judæ. l. fin. C. de spectac. lib.11.* quos duos textus in hanc sententiam allegat Andr. de Isern. referente Jacob. Thoming. *vol.1. Cons.7. n.1. adde l.3. C. de Veteran. lib.12. c. ad abolendum. de Hæreticis. l. auxilium.37. & ibi gloss. de Minorib.* Luc. de penn. *in d. l.3.* Matth. de Afflict. *Constit. Neapol. rubric. de pactis receptat. n.18.* & rursus *rubricâ 5. in fin. lib.2.* Joh. Petr. Surd. *cons. 437. n.9.* Hippol. Riminald. *consil.275. num.34.* Ubi in specie dixit, quòd Judæi ampliantes privilegium usurarum limitatum, atque illud prorogantes extra limites suos, illud in totum perdere debeant, propter illius abusum. *l. eos. C. de Aquæ duct. lib. 11.* eleganter Marpurg. *cons.17. n.156. vol.4.* Sic ipsum privilegium Stapulæ & Nundinarum per nimium & intolerabilem ejus abusum fit revocabile. *per l.4. in fin. C. de Commerc. & Mercat. Nov.8. c.3. per d. l. Judæos.11. C. de Judæ. arg. §. Dominorum Instit.* 3 4

Instit. de his qui sunt sui vel al. jur. Si igitur Civitas jure nundinarum gaudens, per immodicas & insolitas impositiones Nundinatores eorumque merces in accessu & recessu gravare & contra instrumentum Pacis universalis supprimere studeat, uti passim hac de re audiuntur querelæ, dubium non est, privilegiô suô Nundinarum quod publicô Commerciorum favore nititur prævia causæ cognitione à superiore concedente privari posse. Quô ipsô etiam à Mercatoribus justè occasio datur, Nundinas & Loca ejusmodi præterire, mutuaque Commercia cum aliis instituere. Ahasv. Fritsch. *de jur. Nund. cap. 10. n. 48.*

5 Abuti verò mercaturæ officio dicuntur Generaliter & specialiter; in genere omnes, qui in negociationibus malè versantur, & prohibitam exercent
6 mercaturā. Diximus n. *sup. l. 1. c. 7. n. 22.* duplicē esse mercaturā, licitam & illicitā, de quo Abbas *X. ne Clerici vel Mon. l. omnis 2. C. de Episc. & Cler.* ibi: *mercatura, honestati tamen conscia:* nam illicitè & improbè qui mercaturam exercet, & ex tali lucrum quærit, non magis mercator est, ac mala consequentia apud Dialecticos est conse-
7 quentia, sicut loqvuntur Dd. apud Benev. Stracham. *p. 1. de merc. n. 32.* De tali mercatura loquitur *c. ejiciens 11. distinct. 88.* his verbis: *Homo mercator vix aut nunquam potest Deo placere; ideò nullus Christianus debet esse mercator, aut, si voluerit, projiciatur, de Ecclesia Dei; dicente Prophetâ.* (Esa. c. 1. *Quia non cognovi negociationes, introibo in potentias Domini.*) Quemadmodum (pergit *Canon 11.*) *qui ambulat inter duos inimicos, ambobus placere volens & se commendare; sine maliloquio esse non potest: Sic, qui emit & vendit, sine mendacio & perjurio esse non potest. Sed est nec stabilis substantia eorum, nequè ad bonum proficit, quod de malo congregatur:*

Quemadmodum enim, si triticum, aut aliud tale cernas in cribro: dum huc & illuc jactatur, grana omnia deorsum cadunt, & tandem in cribro nihil remanet, nisi stercus solùm; sic de substantia negociatorum (putà improborum, de quibus loquitur Chrysostomus *in d. c. ejiciens*) novissimè nil remanet, nisi solum peccatum &c. Et Cassiodor. *in c. quid est aliud. 13. eâd. distinct. 88.* ita exclamat. Negociatores illi abominabiles existimantur, qui justitiam Dei minimè considerantes, per immoderatum pecuniæ ambitum polluunt merces suas, plus perjuriis onerando quàm pretiis. Tales ejecit Do- 9
minus de templo, dicens: Nolite domum Patris mei facere domum negociationis. Johann. 2. Quibus add. Salycet. *in auth. ad hæc. q. 21. n. 18. C. de Usur.* Gothofr. *ad l. justissimè. 44. §. 1. lit. G. ff. de ædil. edict. & aliis textib.* Quin etiam populum Sanctum divina lex à tali mercatura seu poti⁹ impostura videtur arcuisse his verbis: Non erit mercator in populo. id est, רכיל quæ vox etiam impostorem significat. Vid. Bodin. *libr. 3. de Republ. c. 8. pag. m. 560. & seqq.*

Horum improborum negociato- 10
rum mores & vitia graphicè depingit Joh. Boter. *lib. 1. de illustr. Stat. & Polit. c. 14. pag. m. 104. & seqq.* Cujus verba hic describere operæ pretium duxi. Sic,, autem ille: Ad extremum pauca etiam de mercatoribus & Institoribus, si,, non expilatoribus adjiciam: non iis,, quidem, quorum mercatura cum maximo Reipubl. commodo conjuncta,, est, quamque ad externorum sæpè regum populorumque amicitias contrahendas accommodam, atque etiam,, hominum vitæ perutilem plerique arbitrati sunt; sed de iis, qui latentium,, lucrorum astrictissimi indagatores,, manifestæque prædæ avidissimi devoratores, nec cognationes, nec affinitates, nec amicitias, nec communem,, salutem ullâ fide, nisi solâ utilitate colunt; quorum operosæ fraudes, non,, artes, venduntur emunturque; quibus,, passim peculiare est mentiri, pejerare,,, fraudare, & imponere; nec ulla illis,, lucrandi ratio turpis; atque ille melior, qui lucratur magis; quin & legibus id sibi licere dicunt decipere secum contrahentes ad dimidium justi,, pretii, quomodo verò intelligendum,,

quod

„quod Mercatores sese invicem possint „circumscribere. vid. *supr. lib. 2. c. 9. n. 30.* „*cum seqq. & infr. cap. seq. n. 4.* De quibus „esse non potest, cùm omnis eorum „vita ad quæstum, ad lucrum, ad divitias „adornata sit, illos eorundem occasione „turpia plurima & dignas supplició „fraudes committere. Hinc emit „ille, vendit alter; hic portat, ille asportat: „hic creditor, ille debitor: hic solvit, „ille recipit: alter rationes scribit; „pejerant, fraudant, fallunt, nec animæ „nec corporis, nec fortunæ ullum periculum „excludunt; modò lucrum sperent: „sicque omnes per omnem ætatem „post lucrum post divitias currunt. „At verò cujusmodi fraudes committant „in lana, in lino, in serico, in purpura, „in gemmis, in aromatibus, in cera, „in oleo, in vino, in equis, in animalibus, „denique in omnium mercium „genere, nemo est, qui nesciat, qui non „videat, qui non palpet, & nisi qui fortè „illorum damna non senserit. Atque „hæc minora sunt mala, longe his majora „supersunt. Ipsi sunt, qui, invectis „damnosis mercibus, & quæ ob raritatem „vel delitias à mulieribus & pueris „appetuntur, & quæ nullam vitæ faciunt „necessitatem, sed duntaxat ad luxum, „ad pompam, ad fucum, ad ludum, ad „mollitiem, ad voluptatem, ab ipsis usque „terræ finibus, veluti laqueos importantes, „provincias ac regna quotannis „immensâ spoliant pecuniâ, corrumpunt „bonos mores, introductis „peregrinis vitiis, ac sublatô patriô ritu, „semper novis & externis rebus studentes, „eum perditissimis implicant „consvetudinibus. Ipsi sunt, qui, initis „sodalitiis monopolicis contra jus, „fas, & leges monopolia exercēt, omnia „tentantes, excogitantes, explorantes, „quibus multitudinis opes ad se contrahant, „dum collectis pecuniis alios „vincunt, aliis præveniunt, alios ex aucto „rerum pretio deterrent, ac soli „emunt omnia, quæ deinceps pro suo „lubitu soli vendunt quàm maximi. Ipsi „non rarò, ingenti ære alienô consarcinatô, „constitutô alibi Domiciliô, inde „verò prostitutâ fide, versô solô profugi, & serò, aut nunquam redeuntes,„ creditores fraudant, & ad desperationem„ ac laqueum adigunt. Ipsi sunt,„ qui Chirographis & obligationibus,„ implicant & explicant Cives, debitorumque„ radices adeò profundas, funebres,„ laboriosas & inevitabiles plantantes,„ ut evelli nequeant: sed in gyrum„ pullulantes, & ex debitis debita„ germinantes Civitates suffocant, &„ evertunt: ipsi interim fœnori & usuris„ incessanter dediti, totius plebis„ substantiam devorant: ipsi nonnunquam„ numismata præcidunt: semper„ autem monetæ valorem, utcunque„ suo lucro conducere visum est, nunc„ intendunt, nunc remittunt, non absque„ reipubl. totius detrimento. Ipsi„ explorata Principum secreta, Civitatumque„ consilia & patrios rumores„ hostibus renunciant; nonnunquam„ etiam pactâ mercede principum vitæ„ insidiantur, ac nihil non pecuniæ studiô„ attentantes, facientes, patientes,„ & venale habentes. Omne eorum„ institutum non, nisi mendacia, fuci,„ sermonum nebulæ, explorationes, insidiæ,„ fraudes deceptionesque manifestæ.„ Hinc Carthaginenses ejusmodi„ expilatoribus distincta statuerunt diversoria,„ nec ea illis cum civibus volebant„ esse communia. Cæterùm patebat„ illis in forum via. Ad navalia„ verò & secretiora urbis loca ne adspectus„ quidem concedebatur. Græci„ autem nequaquam intrà urbes recipiebant,„ sed quò cives à periculi suspicione„ essent immunes, à pomeriis non„ longè forum venalium constituebant.„ Pleræque aliæ gentes ad se accedere„ prohibuerunt, quòd mores depravarent.„ Epidauri, teste Plutarchô, cùm„ cives suos Illyricorum commerciis„ improbos fieri animadverterent, veriti„ à peregrinorum contagione, corruptis„ Civium suorum moribus, res novas„ Civitati suæ excitari, unum imprimis„ gravem & circumspectum ex omni„ civium multitudine virum in singulos„ annos eligebant, qui ad Illyricos„ accederet, & quæ quisque suorum„ mandasset, mercaretur atque contraheret.

„heret. Vituperat hosce mercatores „Plato, quòd optimos inquinent mo„res, & apud benè constitutam Rem„pub. lege cavendum censet, ne exter„narum gentium delitiæ in urbem com„portentur, ac ne quis à Civibus minor „quadraginta annis peregrè proficisca„tur: exteri autem ad suos remittantur, „eò quòd istiusmodi peregrinorum „contagiis cives veterem Patrum parsi„moniam priscosque mores dediscant &c. (de quib. & nos aliquantò fusius *supr. lib. 1. cap. 11.*) Hucusque Joh. Bote-
11 rus Italus. A quo, paucis mutatis, non multùm dissentit Thomas Garzon, *nella piazza universale di tutte li professioni del mondo: discors. 65.* ita de istiusmodi farinæ mercatoribus differens: *Rimirando poi piu à dentro & discutendo benè la forza di questi professione io la veggo tutta stracciosa d' ogni banda & ruinata, conciosiache mille vitii, & diffetti si comprendino in leii. Primo non è mercante che con belle & mollisflue paroline, non cerchi d' attacarte la, è con mille gjuramenti & simulati scongjuri farsi credere quello che non è della sua robba & mercantia. Lo onde Horatio Poeta dice bene à proposito di essi*

Multa fidem promissa levant, ubi plenius aquo
Laudat venales qui vult extrudere merces.

Contra le frodi de quali il moral Pöeta cita quel documento:

Noli tu quadam referenti credere semper;
Exigua est tribuenda fides, qui multa loqvuntur.

Secondariamente gran parte di loro tace à posta i diffetti della robba; è si mostia il nero per lo bianco, per ingannarsi è trapolarsi, si possible sia. E non di meno per la legge delle dodeci tavole, è statuita la pena anco al tacere in simili casi, & per la lege Aquilina il venditore è constretto à dire tutti i diffetti della cosa, che se vende, oltra che nel foro della conscienza, ch' è il principale si sa l' obligo à pieno, che s' ha di raccontarli. E ben verò che quel Mercante Genoese diceua: che chi haveva paüra del diavolo, non faceua robba; essendo che malamente alcuno diventa ricco senza inganno. E però nel vendere lana, lino, seta, panno, purpura, gjoje, specerie, frumenti, cera, oglio, vino, cavalli, bestiami & altre cose quasi sempre si hanno dentro la magagna, che ci piu propria à loro, che nõ era à Beltramo il Maganza, à Pinabello il Gano. Questi sono quelli, che assassino il mondo molte volte con le robbe falsificate, con le mercantie corrotte & appestate, che pongono carestia nelle provincie & nelle cità, sostentando la vittuaglia di souerchio, è tenendo la robba ascosa, finche il gentilhuomo pouero & la misera plebe casca della fame per le strade, che fanno fallire questo, & quell' altro Creditore, che intricano & scorticano, i Cittadini co' scritti di mano & con obligationi c' hanno il diavolo à dosso, che con mille usure & interesse divorano sa sostanza di tutta la plebe, che crescono il precio alla robba, & mettono penuria quando loro piace, che augmentono le loro boteghe & mercantie per fas & nefas, che moltè fiate tosano le monete in damno de Principi, che hora fanno in alzare, hora abbassate il valore di quelle, in prejudicio di molti particolari è di tutta la republica, insieme &c. Et discorso 67. in annotatione de improbis factoribus in hunc modum: *Nota che i* 12
cattivi fattori peccano in tutti i dieci predicamenti. Nella SOSTANZA perche questa à prima che rubbata & dissipata da loro. Nella Quantità, *porche maj lasciano saper quanta entrada precisamente habbia il padrone & quanto spendono alla giornata per se stessi. Nella* Qualità, *per la robba guasta & marcia è il profumo della loro asinita: Nella* Relatione, *per che sono correlativi de i asini in tutte le loro attioni. Nel* luogo *per che i postibuli sono spesse voltè i ricetti de loro furti & latrocinii: nel* sito, *perche tra la dispensa è la cucina è situata la residenza perpetua di costoro: nel* habito, *perche si vestono della pella asinina d' estate, è di verno & da tutti i tempi. nel tempo, perche una tariffa è un giornale gli porta via tutti i pensieri del giorno & della notte. Nel* attione *per che le usure stranezze, è villania è proprio loro in quarto modo. Nella* Passione, *perche*

 patisca-

patiscano del bolso come i cavalli non si muovendo à alcuna sorte di gentilezza è cortesia. Hucusque Garzon.

13 Hisce, modernis horum maritimorum locorum moribus, annumerandi sunt illiciti nostri Factores, vulgò die Durchschleuffer/Lurdendreyer, qui contra leges fundamentales, in fraudem Reipub. ejusque civium aliena negocia, & quidem alienâ pecuniâ exercent, qui non modò mercatorum, sed impostorum nomine digni, & ob id severioribus legibus ac pœnis cöercendi. Cùm è contrario liciti Factores, qui, salvis Reipub. legibus, extraneorum negotiorum commercia præviis commissionibus, ac pro honestâ, ut vocant, provisione, tractant, potius omni favore sublevandi sint. Vid. Lüb. Kauffmans Ordnung de An. 1607. *art. 7. & 8. & nos supra lib. 1. cap. 11. n. 17. huj. tract.*

14 Hisce nunc improbis & malitiosis mercatoribus à duobus hisce autoribus graphicè & in genere depictis pœnæ loco

I. Interdicitur omni negociatione *l. annonam. 6. ff. de extraord. crim. lib. 1. in fin. ff. de off. præf. urb.*

15 II. Omnibus mercaturæ concessis privilegiis, meritò ob abusum & delictum privantur. Hocque ob compescendas in fraudando horum malitiosorum excogitatas artes, & ut malis hominibus Civitates expurgentur. *l. congruit. 13. ff. de offic. Præs.* Deinde, quia privilegia nunquam sunt ejus naturæ, ut extendantur ad sceleratos aut maleficos, uti etiam dicitur de studiosis, *Auth. habita. C. ne fil. pro patr.* Qui licet habeant privilegia per Fridericum Imp. concessa, ne possint conveniri, nisi coram certis judicibus, illa tamen non extendentur ad studentes scelerosos, uti fures & homicidas, uti aliàs judicatum fuisse *per gloss. in auth. de Mandat. Princ. §. non permittas. in verbis Innocentes*, refert Paulus Christinæ. *vol. 3. decis. Cur. Belg. 99. n. 13.*

16 III. Denique gravissimis etiam pœnis afficiuntur, prout ex specialibus illorum delictis per sequentia capita delineatis patebit. vid. *c. 10. h. libr. 4.*

Hîc autem apprimè notandum, quòd non sufficiat, hæc delicta commerciorum, ex abusu prævenientia præsumere, aut falsis & erroneis causis adstruere; sed ea evidentissimis & verissimis rationibus ad privationem privilegiorum habilibus comprobare opus est; 17 cùm abusus privilegiorum sit facti, & in facto consistat, prout *in pr. cap.* diximus, 18 facta autem non præsumantur, sed probentur. *l. deniq. 19. ff. ex quib. cau. maj. in integr. rest. l. in bello. 12. §. capta. 2. ff. de captiv. & postlim. revers. cum aliis textib.* & quòd abusus, eatenus saltem quatenus ille admissus & probatus, puniatur. Dec. *in cap. cum accessissem. n. 17. concl. 5. X. de constit. & alii Dd.*

Hîc Q? Si quis Factorum, Institorum, seu ministrorum adversus concessum privilegium delinquat, num ob id totum collegium privilegiô privari possit? Remotis ambagibus negativam dicimus esse veram:

1. Quòd delictum civium particularium non noceat universitati; nec ob 19 id puniendum, *text. in auth. ut nulli jud. §. quoniam verò. C. de univers. & dam. dat. gl. in l. sicut. §. 1. ff. quod cuj. univ. nom.* Farin. *tr. crim. q. 24. n. 101.* Nam universitas non potest delinquere, nisi præcedant hæc tria: Convocatio Consilii, 20 Congregatio, & Deliberatio. *l. semper. 15. §. si in sepulchro. 2. ibi: communi consilio.* ubi Angel. Bart. & Dd. *ff. quod vi aut clam.* Farin. *d. l. n. 129.* quem ibid. *vid. cum ampl.* & hoc maximè procedit in delictis momentaneis, ut est vectigalis defraudatio. Farinac. *d. l. n. 131.* etiamsi ex 21 delicto civiũ, seu ministrorum singulorum multa pervenerit utilitas ad ipsũ collegium seu universitatem. Farin. *d. l.* quib. add. Felin. *in c. cum accessissent. 8. n. 28. de const.* ubi allegat Anton. de Barcil. *in l. 1. C. de his qui spol.* dum loquitur de Immunitate vectigalium concessa à Rege Apuliæ Genuensibus & Pisanis, quòd per solutionem factam ab aliquibus de populo non perdiderint eam; quem sequitur Jas. *in l. benefic. ff. de Constitut. PP. pen col.* Et hæc procedunt 22 multò magis si sumus in privilegiis quæ fiunt ob benè merita, vel ob remissionem magnæ quantitatis pecuniæ,

cuniæ, vel ex aliquo contractu descendunt. *gl. fin. in addit. ad Abbat. in c. cum accessissent. De constit.* Alex. *cons. 101. lib. 1. & cons. 229. lib. 2.* Socin. *cons. 58. lib. 1. & cons. 24. lib. 3.* quibus adde Joh. Loccen. *injur. marit. lib. 3. c. 4. §. 6. 7. 8.*

23 Si unius aut alterius ministrorum delictum tantum operari possit, facilimè ad eum finem subornationes malitiosæ institui possent. Quô beneficiô olim Hanseatici gavisi sunt in Anglia; quòd ex verbis transactionis ultrajectinæ patet; quamvis hodiè omnia hæc beneficia in maximum eorum odium & damnum, proh dolor! sint retorta. Sed quid, si mercatores
24 suas merces per aliquod tempus ex certo quodam loco ad patrios tantummodò lares exportaverint; jam verò ad alia loca, non tamen hostilia, apportent; numne ob id privilegiis jure quæsitis, & in contractum redactis, tanquam ob commissum abusum privari possint? Omninò certè negandum erit. Emtionis enim & venditionis contractus est jurisgentium, & si non expressô pactô de eo est conventum, naturalem suam & immutabilem retinet libertatem; nec hanc servitutem alicui, multò minus non-subdito impositam esse præsumitur nisi expressè pro-
25 betur. Et hæc quàm maximè obtinent, si talis emendi vendendi & exportandi libertas privilegiô aliquô demonstrari possit; quali olim usi fuére Hanseatici in Anglia, ut apparet ex Edoardi III. Regis privilegio, de dato 1. Februarii, Anno 1303. his verbis:

Et quòd omnes prædicti mercatores mercandisas suas, quas ipsas ad prædictum regnum adducere, seu intra regnum & potestatem nostram emere vel alias acquirere contigerit, possint quò voluerint, tàm intra regnum & potestatem nostram prædictam, quàm extra ducere seu portari facere, præterquam ad terras manifestorum & notoriorum hostium regni nostri. Ubi verba, POSSINT QUO VOLUERINT, benè sunt notanda; nam verbum VOLO, liberam potestatem confert. Ulpian. *in l. fideicommissa. 11. §. quanquam. 7. de Legat. 3.* Et ibi Gothofr. *sub lit. N per dict. §. & l. utrum. 7. de reb. dub.* Et hæc Libertas commercandi ubique locorum Hanseaticis in sæpè allegata Transactione Trajectina hâc clausula confirmata est. n. 2. *Quod homines utriusq; partis omnes & singuli possint & debeant. Liberè, tutò, & securè ubiq; locorum insimul aut separatim, ad eorum benè placitum, ire, redire, navigare, morari & conversari, absq; eo quod una pars super alteram aliquod damnum faciat,* quo loco dicta verba LIBERE, notanda, quæ excludant consensum alterius. Br. *in l. alio. n. 9. & 10. ff. de aliment. legat.*

Deinde, hîc notanda prohibitio seu 26
Exceptio verbb. præterquàm ad terras manifestorum hostium. Nam, quod in quibusdam prohibitum, id in cæteris videtur concessum. *l. cum præter. ubi gloss. ff. de Judic. cum aliis textibus.* Et Exceptio firmat regulam, imò eam ampliat in casibus non exceptis. *l. nam quod liquidæ 4. §. fin. ff. de pen. leg.* Eberh. *in Top. loc. à rat. leg. n. 53.*

Ex hisce præcedentibus, facili nego- 27
tiô tertia resolvitur Q? Quòd videlicet Collegium privilegia jure parta non amittat, si alias importet merces, quàm quas patrium tantummodò producit solùm; cùm & hoc esset contrà libertatem commerciorum ex jure gentium profectam. Imò, non, nisi maxima cum absurditate talis commerciorum potest intelligi restrictio. Et hoc præsertim in privilegiorum interpretatione, quæ quàm latissimè extendēda; nisi expressè leges, aliquarum mercium advectionem prohibeant. Verba privilegiorum Anglicorum paulo ante allegata ita habent: *Quòd omnes Mercatores Hanseatici, mercandisas suas, quas ipsos ad prædictum regnum nostrum adducere, seu intra regnum emere, vel alias acquirere contigerit, possint quò velint, tàm intra quàm extra regnū ducere, seu portari facere præterquam ad terras manifestorum & notoriorum hostium regni Angliæ.* Cujus privilegii verbis & sensui adversatur valdè Edictum 28
Parlamenti Reipub. Anglicanæ de Anno 1651. 9. Octobr. in quo hujus Eduardi VI. decretum quasi revixit, bellumque idcircò inter Angliam & Bel-

gium concitatum apparet, quod tamen postmodum ob incommoda inde pullulantia sublatum & abolitum est frementibus nihilominus & vehementer urgentibus Londinensibus. Ut iterum Anno 1660. mensibus April. & Maji Rege Carolô II. in avita Regna rursum feliciter Introductô & successo, noxium hoc ac Juri Gentium & privilegiorum tenori adversum edictum renovaretur. Vid. verba translati hujus Edicti hîc pertinentia hæc sunt.

Translatirtes Extract Englischen Edicts vom 25. Aprilis. An. 1660.

Daß keine Güter oder Waaren / so außheimisch Gewächs / product oder manufactur (und nach Engeland / Jrrland / Walloß / oder die Jnsulen Jarsey oder in die Städte Barwyk / up de Tweedt destiniret seyn / und eingebracht sollen werden / uff Schiffen in Engeland gebauet / oder einige der gemelten Orten angehörig / und durch Englische Schiffe wie obgedacht besetzet.) Sollen geschiffet / oder von einem Ort zum andern auß einem Lande ins andere anhero über gebracht werden / als allein von den Orten „da sie gewachsen gearbeitet / oder manufa„ctiret seyn / oder auß Dehnen Haven / da „die gemelte Güter allein kommen und ab„geschiffet werden / oder da sie zu erst in See zugehen abgeschiffet gewesen / oder von keinen andern Orten oder Landen bey Straffe und Verlust aller solcher Güter / so auß einigen andern Orte / gegen die rechte Intention und Meynung dieser Ordnung eingebracht werden / Wie auch bey Verlust des Schiffes darein solche Waaren überkommen / mit allem Geschütze Equipagd, ammunition, Taekel / Tow / und Bekledung / halb an ihre Maytt dehren Erbe und Successoren, und die andere Helffte an die Delatoren &c.

Et paulò post.

Daß keine Güter oder Waaren / so in Muscovien oder in einigem Lande / Dominiis oder territoriis des Großfürsten gewachsen / produciret oder manefactiret, wie auch keinerley Sorten.

Von

Masten	Henff	Zucker
Zimmerholtz	Flachs	Potasche
Plancken	Rosienen	Wein
Außländisch Saltz	Feigen	Eßich
Pech	Pflaumen	Brantwein
Teer	Oelie	
Hartz	Korn und Graue.	

Sollen vom 1. Aprilis 1661. und so furtan eingeführet werden in Engeland / Jrrland / Walloß oder die Stadt Barwük / uff die Tweed / in einigen Schiff / Schiffen oder Fahrzeuch / als allem in solchem / so warhafftig und ohne Betrug zu gehören selbigen Volcke / oder jemand von ihnen als rechten eigenern / und proprietariis, und darvon der Schiffer / und zum wenigsten ein $\frac{3}{4}$ Part der Boßleute Englische seyn.

Et paulò post.

Außgenommen in solchen außländischen Schiffen welche gebauet seyn in dem Lande und andern Orten / da die gemelte Güter gewachsen / produciret, oder gemachet seyn / oder in solchen Haven / wo solche Güter allein / umb weiter fort„ zubringen ordinariè eheß geschiffet wer„ den. „

Quod Edictũ etsi quidem in odium 29 Hanseaticorum ut Regni Angliæ veterum amicorum, contraque privilegiorum expressum tenorem & Regis Caroli II. hodiè feliciter regnantis clementissimas litteras, ut spes eos fovet, promanatum non arbitrentur Hanseatici, nihilominus tamen, quoniam cum articulo & causa Decreti Eduardani, de Anno 1552. QUA ALIA„ RUM REGIONUM MERCES INVEHI pro„ hibentur, conveniat, operæ pretium„ esse duxi ejus articuli Eduardani cum moderno Interdicto generali convenientis rationem ex Juris nostri communis, gentium, sanioris rationis dictamine, & genuino privilegiorum sensu aliquanto accuratius perpendere.

Totius ergò disputationis cardo in 30 eo versatur, anne Hanseatici vigore„ privilegiorum nullas alias merces quã„ quas

quas patrium produxit ſolum, in Angliæ Regnum importare poſſint?

31 Certum quidem eſt Adventurarios ante centum & quot excurrit annos, Eduardo Regi bono & minorenni importunis ſuggeſtionibus perſuaſiſſe. Hanſeaticos illimitato ſuô Commerciô omnium indigenarum opes in ſe ſolos convertere, dum contra privilegiorum tenorem omnis generis Merces ſive in ſuis diſtrictib. ſive in aliis provinciis & Regnis natas importarent, reſtringentes prædicta verba privilegiorum. CUM MERCANDISIIS SUIS QUIBUSCUNQUE ad ſolas patrias, & non extraneas merces.

Ut autem rei veritas & æquitas innoteſcat, quantumq; Mercatoribus Hanſeaticis ipſa privilegia, Jura communia nec non tot annorum conſuetudo, cujus nulla exiſtit memoria, tribuat, explicabimus atque demonſtrabimus, non poſſe illud figmentum de verbo SUIS quod tantùm quæ domi noſtræ nata ſunt, admittunt, ullâ ratione ſubſiſtere & defendi.

32 Et primùm, quidem illud occurrit, in quo omnium Regum conceſſiones conveniunt, quòd ſcil. Mercatores Hanſæ in Regno Angliæ Suis quibuscunque privilegiorum articulis plenè ac liberè gaudere debeant.

Jam verò ipſarum conceſſionum verbis ſingulatim perpenſis negari non poterit, privilegia Communitati Hanſæ principaliter Regnum frequentanti intuitu ac reſpectu Mercatorum ac Mercium ſive Mercandiſiarum invehendarum exportandarumq; conceſſa eſſe; Conſtat autem Mercis appellatione, ut *ſupr. lib. 2. cap. 1. n. 6. & ſeqq.* innuimus, omnia Mobilia continere, quæ quis emit, ut eadem in ſpecie cariùs vendendo quæſtum faciat. Et Mercatores eſſe, qui negociationis exercendæ quæſtusque faciendi causâ emunt & vendunt, *nos iterum ſup. lib. 1. cap. 6. n. 8.* Non poteſt ergò vera eſſe adverſariorum ſententia dicentium, non eſſe in numero noſtrarum mercandiſiarum (verbo privilegiorum ſit venia) habenda, niſi quæ cujusque patrium protulit ſolum.

33

Cùm hinc duo maxima abſurda conſequi neceſſe foret. *Primò.* Quòd res quas Italia, Muſcovia, Livonia, Boruſſia, Polonia aut aliæ extra Germaniam provinciæ protulerunt à Mercatoribus Hanſeaticis emptæ ac comparatæ, in numero mercium ſeu Mercandiſiarum non eſſent habendæ.

Secundò. Quòd ſubditi Civitatum Hanſeaticarum hujusmodi merces vendentes ementesque Mercatores dici non deberent. Verùm utrumq; iſtorum à veritate, ac communi omniũ viventium judicio alieniſſimum eſſe ex generalitate deſcriptionis merciũ apparet propterea, quòd illi Mercatores, qui ex longinquis & remotiſſimis partibus merces ad ſe devehi curant, omnium maximè Mercatorum nomen merentur, ut poſt Ciceronem *lib. 1. offic.* Inſignis JCtus, Alciatus. *in l. mercis. 66. ff. de V. ſignif.* annotavit, illi verò qui 34
ea duntaxat vendunt, quæ ex ſuis tantùm poſſeſſionibus acquirunt, ne inter Mercatores quidem referendi ſunt, eò quòd ejusmodi de novo non acquirere dicantur, neque Mercatura ſine quæſtuario Exercitio emendi vendendique conſtet, nec emptionis titulus propriè illis conveniat, qui fructum agrorum ſuorum colligunt ac divendunt, ut Bartol. annotavit in. *d. l. Mercis.* & poſt eum Alciatus. Itaque cùm Privilegia Hanſeatica Mercatoribus ſint conceſſa, ac Mercatores non dicantur, qui duntaxat vendunt, quæ ex poſſeſſionibus ſuis acquirunt, conſequens eſt, quòd aut ſubditi & Cives Hanſeaticarum Civitatum Angliæ negociantes Mercatores non ſint cenſendi, aut quòd ea reſtrictio ſit extorta, violenta, aliena, aut contra propriam verborum ſignificationem excogitata, præſertim licet vocabulum Merces vel Mercandiſias anguſtum eſſet, nihilominus tamen Privilegia quàm latiſſimè interpretanda forent, cum mercium ac rerum nomine in Jure deſignentur ea omnia, quæ dominii noſtri ſunt. *l. 1. ff. ſi Cert. petatur. l. bonorum appellatione. ff. de V. S. & ibi Dd. Commun.*

Tertiò non confirmat adverſario- 35

rum opinionem, quòd verbum SUIS in privilegiorum tabulis appositum & Mercandisiis junctum, hujuscemodi restrictionem inducere contendant, quasi Mercandisias Suas appellare non possint, qui merces alibi, quàm in suo territorio natas emerint, ut revendant; Certi enim ac notissimi Juris est, per hæc verba MEUM, TUUM, SUUM, proprietatem significari. *l. 2. in princ. ff. de religios. & sumpt. fun. & text. cum gloss. in c. quo, tunc. dist. 18.* ac suum rectè dicit Ulpianus quod vindicare quis possit. *l. Quintus Mutius. 2. §. argento ff. de aur. & arg. leg.* Constat autem vindicari omnia posse, quæ quis justô emptionis ac donationis titulô in domum suam vel quasi transtulit.

Ergò & merces undecunque emptæ ac comparatæ vindicari poterunt à domino, si vindicari, utique & pro suis habendæ, cùm quod meum non est, vindicare non possim. *d. l. Quintus Mutius. de aur. & arg. leg.* Quid, quòd, illud quoque nostrum dicamus, in quo aliquale tantùm Jus habemus, aut quæ curâ tantùm ad nos vel sollicitudine ac administratione pertinent. *l. talem §. si quis ita & ibi* Br. Jason. *in §. qua. Instit, de Action. n. 43.* Br. *in d. l. si argento. & l. si pupillo. §. item quæritur. ff. de negoc. gest.* Accurs. *in l. 2. in pr. ff. de Orig. jur.* Cùm itaque tam diffusam & amplam significationem habeat hoc Verbum SUIS; non potest sanè contra naturalem ac genuinam nominis significationem commemorata restrictio subsistere, hôc attentô, quòd verbum SUIS, habeat adjunctum substantivum MERCANDISIIS, cum augmento dictionis universalis QUIBUSCUNQ; quod generalissimum, ad omnes res mobiles sine discrimine locorum emptas & quæstûs gratiâ rursum vendendas merces extenditur, ut anteà demonstravimus. Nullus ergò tam iniqvus & ineptus Interpres esse potest, ut nihil hæc inter se differre dicat. Cum Mercandisiis Alemaniæ aut Germaniæ, vel quæ cuiquam domi creverint, cum illa scil. cum Mercandisiis SUIS quibuscunq; generalissima, hæc verò cum Mercandisiis patriis, aut Germaniæ, specialissima, ad unicam nationem, atque adeò domestica territoria restricta sunt, in quam sententiam si Serenissimi Reges Angliæ hujusmodi verba intelligere voluissent, haud dubiè non istis generalibus ac latissimæ significationis, sed aliis, ex quibus hæc extorta constare possent, usi fuissent.

Quòd autem mens, & voluntas Privilegia concedentium Regum laudatissimorum ac Ordinum Regni alia non fuerit, quàm quòd quaslibet merces Mercatores nostri in hoc regnum invehere possent, etsi ex ipsis quæ jam dicta sunt, satis patent, per hoc tamen simul confirmatur quod SERICO, aliisque rebus & mercibus exoticis custuma seu vectigal certum sit impositum, quod Mercatores Hanseatici vigore privilegiorum persolvunt, cùm tamen certum sit, quòd merces hujusmodi in territoriis Ansæ subjectis non nascantur, aut ex eis proveniant. Cùm ergò 36
rebus extra Germaniam natis certa costuma seu vectigal sit impositum, planè sequitur, quòd importare eas liceat, cùm qui vult consequens, velit quoq; necessarium omne antecedens, per quod pervenitur ad illud. *l. ad legatum. l. ad rem mobilem. & ibi gloss. ff. de Procurator. text. in l. 2. ff. de Jurisdict. omnium Judic.* argumentô ejus, quod dici consuevit, ad concessionem unius expressi, videri etiam omnia ea concessa, sine quibus expressa concessio esset inutilis, quemadmodum in nostro casu eveniret, nisi liceret importare quibus certa costuma per ipsos Reges est imposita.

Præterea certum est antiquitùs semper licuisse Mercatoribus Hanseaticis Vina Burdegalensia, Rupellana & Rhenensia, salem, pelles pretiosas, quas producunt Muscovia, Prutenis seu Borussis, ceram Polonicam, Russicam, Lithvanicam & præsertim Chalibem (à qua teste ipsô adversariorum libro Middelburgensi, domus Stiliardana vulgò Staelhoff appellatur) & alia similia in Angliam transvehere, eademque solutâ costumâ privilegiorum consuetâ distrahe-

strahere, at omnibus notum est, in nul-
la Hanseaticarum civitatum vina cre-
scere, sed Galliam illa, Rhenanum ve-
rò Principum Electorum cætera verò
aliarum esse regionum, cui accedit,
quòd casu quô prætensa restrictio ad-
mittenda esset, sequeretur, quòd major
aut potior pars Civitatum, quarum
adjacentia territoria nihil peculiare
quod in Angliam possunt importare,
proferunt, omni commoditate privi-
37 legiorum exuerentur. Verùm, non
est verosimile, quòd tot tantisque ex-
pensis cum cæde ac sanguine suorum
civium & subditorum privilegia mere-
ri voluerint Civitates, quorum per-
quam exigua aut nulla esset futura uti-
litas. Diffidet porro commentita illa
interpretatio è diametro ab illa præro-
gativa, quam Mercatoribus Eduardus
IV. in Trajectensi Tractatu indulsit his
verbis: *Quod Mercatores omnibus li-
teris, privilegiis, libertatibus, concessioni-
bus, Indultis, concordatis & conclusis, in
quibuscunque articulis, prout Mercatores
38 ad utilitatem suam melius ac plenius in-
terpretari, & convenientius expedire
poterunt, in perpetuum liberè ac pacificè
frui debeant, contrariâ vel aliquâ aliâ
interpretatione circa ea minimè facien-
dâ, ac contradictione cujusquam non ob-
stante.* Quæ cùm à succedentibus Re-
gibus ordine omnibus confirmata &
approbata sint, perspicuum est, quàm
omninò non possit extranea illa de
verbo (SUIS) interpretatio, per
quam potior utilitatis pars Mercatori-
bus Hanseaticis eripitur, jure sustineri.
Huic accedit, quòd Rex Henricus
VII. gloriosæ memoriæ, apertiore
declaratione omnem dubitationem è
medio sustulerit, dum in suo privile-
giorum confirmato Diplomate inquit:
*Concedimus & licentiam damus Merca-
toribus Hansæ Teutonicæ omnia, & omni-
modas Mercandisias & mercimonia sua
conjunctim & separatim, à quibuscunque
partibus Exteris in regnum nostrum An-
gliæ advehere, & ibidem ad terram po-
nere.* vid. ipsa verba in Privilegio An-
D glican. sub lit. D. in fin. annex. Quæ
verba, si quid obscuritatis dictio quæ-
dam continuisset, eam disertè tollunt.
Sic quoque ex antiquitate patet, majo-
rem aromatum partem venalem per
Germaniam operâ Coloniensium in
Angliam importari solitam fuisse,
quod evidenter convincit Hanseati-
cos tàm merces exoticas quàm in di-
strictibus suis natas in Angliam impor-
tasse. Taceo, quòd hæc de intellectu 39
illius verbi Mercandisiis SUIS alterca-
tio per Transactionem & Concor-
diam Annô salutis humanæ 1491. Ant-
vverpia semel sopita, ibique mutuô
consensu inter legatos Angliæ Regis
plenum mandatum habentes, & Civi-
tatum Hanseaticarum Oratores ap-
punctuatum, conventum, concorda-
tum & conclusum est, quod impôste-
rum aliena & extorta de verbo Suis
interpretatio, tanquam Juris Commu-
nis dispositioni, privilegiorum tenori,
& longævæ observantiæ, quæ optima
verborum interpres, contraria, cessare
debeat. Non igitur citra calumniam 40
Adventurarii olim, & adhuc eorum
successores moderni in controver-
siam revocârunt, quod jam pridem
certam interpretationem accepit, cùm
tamen etsi ambiguitatis aliquid reli-
qvum esset, non tamen liceret cuique
aliter in præjudicium exterarum Civi-
tatum interpretationem facere, ne
dum privilegia in totum auferre, vel
etiam extortâ alienâ & abstrusâ inter-
pretatione extenuari. Privilegia enim 41
ut sæpius in hoc tractatu demonstratũ,
propter benemerita cõcessa in contra-
ctũ transeunt, & ob id latissimè in favo-
rem privilegiatorũ interpretanda, per
Dd. communiter omnes *in l. fin. C. de Con-
stitut. Princip. c. olim & ibi* Panormi-
tan. *ff. de V. S.* & aliis *mult. textibus in h.
tract. allegatis.* Cùm itaque certissi-
mum, quòd in Eduardi VI. decreto
anni 1552. olim de limitata exportatio-
ne & importatione Hanseaticarum
mercium scribitur, id nullâ veritate,
nullôque jure niti, privilegiorum au-
tem verbis & antiquis consvetudini-
bus Mercatorum Anzæ adversari, fa-
cilè, qui de causa rectè judicare vo-
lunt, intelligunt, id tantùm fuisse au-
thori-

thoribus veteribus & modernis propositum, quomodo, ut ante dictum est, Hanseaticos paucos à commerciis quôvis modo arcerent, & contra Jura Gentium, & privilegiorum tenorem ex omnium gentium mercibus opes in se solos derivarent.

42 Idem judicium de cæteris hujus Edicti Eduardani causis tenendum. Allegat enim id ipsum, mercatores Hansæ quadrupliciter privilegiis suis in Anglia abusos & ob id jure privatos fuisse:

1. Quot & quos voluerint in societatem adsumendo.

2. Aliarum regionum merces in præjudicium teloniorum invehendo.

3. Angliæ merces aliò quàm in terras patrias abducendo..

4. Denique, omnibus privilegiis in summam Angliæ perniciem & enormem subditorum læsionem abutendo.

43 Harum autem causarum primam planè falsam esse, Hanseatici fortiter in actis probarunt. Negant enim, à 300. annis ullam aliam Civitatem in eorum Civitatem assumtam; multas ab iis separatas, per consequens privilegiis incapaces factas esse constanter asserunt. Et, positô, quòd de abusu aliquo Hanseaticorum, hoc in passu constaret, non tamen inde posset ullô jure ad amissionem universalem privilegiorum inferri; sed illa regula, quòd per Abusum privilegia amittantur, procedit tantùm eatenus, quatenus abusus, qui est facti, admissus & probatus est: per ea, quæ paulò ante allegavimus: Sequentes duas causas, in modò dicto decreto adductas, veras esse Hansæi affirmant; sed & jure communi & specialibus privilegiis, & aliquot Centenorum annorum usu, potuisse se facere & adhuc posse, nisi vi prohiberentur, constanter asserunt ex illis quæ paulò ante luculentius adducta sunt, patent. vid. ipsa Privilegia Anglicana

D sub litt. D. annexa.

Quartam quod attinet causam, cûm illa quoque altioris sit indaginis & eam paulò latiùs hîc examinabimus.

Prætendunt Angli, Hanseaticos mercatores, initio immunitatibus suis moderatè usos, atque eos Angliæ regno proinde minus damnosas fuisse, post autem regno adeò noxias evasisse ut Angliæ Reges ob id in suis reditibus ordinariis quôlibet annô decessum & imminutionem unius millionis cum dimidio prætenderint. quapropter hîc 44 quæritur? An privilegia Hansæorum talia sint, ut etiamsi, propter immoderatum usum, postmodùm damnosa regibus Angliæ fuerint, ideò penitùs revocari possint?

De hâc Q. quamvis Felinus *in c. novit. de judic. n. 8. vers. 2.* & aliis passibus ex Aretino, & secundùm Innocentium statuat, quòd, si privilegium concessum non subdito, ex postfacto enormiter lædat concedentem, præter ejus intentionem, resolvatur tale privilegium ipsô jure, & possit revocari, allegans textum *in c. suggestum, de Decimis. quib. add. l. Sejo, 10. §. penult. ff. de annu. leg. & l. fistulas. 78. §. frumenta. 3. de contrah. emt.*

Tamen ad hæc omnia facilis est responsio.

Primò etenim ipse Innocentius, 45 quem allegat Aretinus, & sequitur Felinus, loquitur per verbum Credo. Et ipse Felinus vult, quòd *c. suggestum loquatur* de subdito Papæ; noster autem casus est de non-subditis regis Angliæ dicta *l. Sejo, autem, §. medico Sempronio, & d. l. fistulas. § frumentum,* loqvuntur in dispositionibus generalibus, quòd in illis non contineantur casûs insoliti, planè extraordinarii & incogitati. Ita dicit Felin. *in c. sedes. 15. de Rescript. §. clausula generalis. n. 3.* Jason. *in l. sed & si quis. §. quæsitum est mihi. 33. col. penult. ff. si quis caution.* In tali autem casu 46 nos non versamur; nam neque insolitum, neque extraordinarium neque incogitatum dici potest, ut mercator aliquis, qui hôc annô mercatur in summâ 20. millium thalerorum, is alterô annô in summa dupla, & tertio in tripla aut quadrupla; & qui ante aliquot annos transmisit unam navim, jam potens sit transmittere duas vel tres; nam omnium mercatorum finis propositus

tiis est lucrum; sicut ex adverso, qui hoc anno transmittit tres naves, forte sequenti anno nec sufficiens est trans-
47 mittere unam navim; ut est casibus fortuitis subjecta mercatorum sors. Et, posito casu, quòd tempore Trans-
48 actionis Ultrajectensis Anno 1474. Civitates Hansæ communiter transmiserint in Angliam pro advehendis mercibus centum naves, quæ eædem onustæ mercibus Anglicis redierint, quis prudens dicit, mentem transigentium fuisse, ut sequentibus annis non plures mitterentur: aut, si reges aliter sensissent, & mercaturam ad aliquem certum numerum restringere voluissent, id non expressissent, aut tanquam solitum non excipere debuissent.

49 Secundò respondetur, quòd causa finalis privilegiorum, societati Hansæ à regibus Angliæ datorum, ut supra diximus, sit, ut invitentur ad frequentandum tantò magis regnum Angliæ, & apportandis necessariis & utilibus, evehendisque iis, quæ illud regnum fert superflua. Nam tunc maximè florere regnum dicitur, ubi abundat
50 mercaturâ; quæ igitur disposita sunt ad unum finem, non debent operari contrarium; contrarius enim finis est, auferre aut revocare privilegia mercatoribus data, ob augmentum frequentationis regni: & dare privilegia ut alliciantur ad frequentandum regnum; naturæ igitur communi repugnat, quod asseritur, de eo non fuisse cogitatum tempore concessi privilegii. Quæ etenim causa reges ad concedendum permovit, ea non potest dici incogitata. Quid, quod vel ex ipsa Adventurariorum, quam jactant, copiosa negociatione satis superque elucescat, non posse Mercatores, ob copiosas negociationes, à juribus suis aut commerciis, hoc prætextu, quòd provinciis damnosæ sint, jure prohiberi.

51 Tertiò, Præsuppositum hoc sententiæ Eduardinæ, in actis non est probatum, sed potius negatum. Nam, cùm facti sit, an tempore latæ sententiæ major advectio aut evectio societatis Hansæ fuerit, quàm ante Transactionem Ultrajectensem, quando necdum naves Hanseaticis à Rege Anglorum sunt ablatæ, illud profectò ad ablationem privilegiorum supponere non sufficit, quando illud ab adversa parte negatur. Imò, hoc in casu contrarium potius ex eo præsumitur, cùm à tempore Transactionis Ultrajectensis multæ Civitates ex iis, quæ albo Hanseatico inscriptæ fuerunt, planè jam exclusæ & per consequens nec privilegiorum Hansæ capaces sunt. Crevisse etiam Anglicanum Hanseaticorum Commercium circa Elisabethæ tempora vix probabitur: notæ enim Civitatum illarum per 40. ferè annos publicæ querimoniæ, quantùm inde à prioribus seculis pridem imminutum fuerit potius.

Quartò. In sæpe dicta Concordia Ultrajectensi *sub finem n. 2.* in actis provisum est, ut Hansæ mercatoribus privilegia, neque per non usum, neque per abusum auferri possint. Undè, licèt augmentum nimium mercaturæ possit dici abusus, tamen ob istam clausulam non posse auferri privilegia negatur. 52

Quintò. Revocationem quoque privilegiorum impedit, quòd sint data ob benè merita, ut dicit *Bl. in l. si cum mihi. ff. de dolo.* facit *c. quicunq. 12. q. 1. l.* Lucius. *ff. si quid in fraudem.* Nam hujusmodi privilegia ob benè merita si data sint etiam subditis, revocari non possunt. Felin. *in c. novit. 13. n. 13. de Judic.* Allegans pro hoc, quòd donatio remuneratoria sit irrevocabilis etiam datâ ingratitudine, *per l. si pater. & ibid. gl. &* Br. *ff. de donat.* Quib. add. ea, quæ sup. *lib. 1. cap. 6. n. 26. item 37. & seqq.* de hac materia luculentius deduximus. 53

Sextò, non versamur hìc in terminis puri privilegii; sed hujusmodi, quod habet vim contractûs; nam hinc dicitur privilegium transire in vim contractûs, si factum interveniat reciprocum, vel pecunia; etiamsi Concedens verbo INDULGEMUS in concessione uteretur, ut inquit Bl. *in l. qui se patris. col. pen. vers. hoc scias. C. Unde liberi.* Curt. Jun. *in cons. 174. n. 24.* Socin. *in cons. 4.* Col. *2. n. 3.* Nicol. Fest. *de Æstim.* 54

& C. h.

& Collat. p. 5. c. 1. n. 10. Jaſ. *in conſ. 1. Col. 6.* Felin. *in d. c. novit. n. 21. de Judic.*

55 D Ex ipſa autem Concordia Trajectenſi in fine ſub lit. D. annexâ perſpicitur, Civitates Hanſæ multum damni remiſiſſe Regi Anglorum ex intuitu, ut antiqua privilegia illis reſtituerentur, ita ut nec reſtitutio privilegiorum fuerit viſa Commiſſariis ſufficiens, pro datis damnis, ſed adhuc debuerint reſtitui mille libræ Anglicæ. Jam verò privilegium datum non ſubdito, *ſi ſit ei jus* quæſitum ex contractu, non poteſt revocari teſte Br. *in l. 2. in fin. de jur. immun. in l. quod ſemel. ff. de decret. ab ord. fac.* Rom. *in Conſ. 252. pro deciſione n. 3.* Dec. in c. quæ in Eccleſiarum. *nu. 28. de Conſtitut. & in c. novit. n. 15.* de Judic. Abbas *in cauſ. 4.* Videndum. *n. 5.* Caſtrenſ. *conſ. 229.* viſis & ponderatis. *col. fin. n. 1.* Br. *in l. omnes populi n. 4. q. 4. de Juſtit. & jur.* Et nos plenius *ſupr. lib. 1. cap. 6. n. 26. 37. & ſeqq.* hujus tract.

Septimò. Confirmatur hoc quod jam dictum eſt de non puris privilegiis. Quia in Concordia Trajectenſi in plurimis locis dicitur, per pactum & conventionem reſtitui Hanſæ mer-
56 catoribus privilegia; imò verò per tranſactionem, nam tractatu concordiæ Trajectenſi, ut ex ipſa videre licet, duo articuli principales decidendi ſeu componendi erant, reſtitutio ablatorum privilegiorum, & reſarcimentum damni dati; Cùm igitur hi ſint per illam tranſactionem ſeu Concordiam deciſi & compoſiti, non liceret illas confringere ob læſionem aliquam, etiam enormem, ſi quæ eſſet, quod tamen in hoc caſu negatum & minimè probatum eſt; nec enim tranſactio re-
57 ſcinditur ob læſionem, niſi maximam. Gabriel. Rom. *in comm. opin. lib. 3. concl. 1. n. 68. & 69.* ubi plurimos allegat.

58 Octavò, reſpondetur, quòd, quando Dd. loqvuntur, quòd privilegia data propter enormem læſionem revocentur, hoc locum habeat in conceſſionibus Juriſdictionum & regalium, non verò in iis, quæ ſolùm ſpectant commodum pecuniarum, ubi Princeps liberiorem poteſtatem habet diſponendi; facilius enim revocatur tale privilegium juriſdictionum & regalium, ſi enormiter poſtmodùm lædit, ut notat *gloſſ. in l. judicium.* ſolutum poſt illum *text ff. de judic. & in l. poſt ff. de procur.* Dec. *in c. quæ in Eccleſiarum. 12. Col. verſ. quartus caſus de Conſtitut.* Coſtal. *de Imperatore q. 55. n. 3.*

Nonò. Etſi quidem Dd. aſſerant, privilegium datum non ſubditis ſi ex poſt facto concedens multùm lædatur præter illius intentionem, revocari poſſe: tamen hoc non procedit noſtrò caſu, quando non ſolùm per pacta & transactiones, ut anteà dictum eſt, ſed etiam cum conſenſu Procerum regni, ſeu Parlamenti Anglicani privilegia ſunt conceſſa. Id autem apparet ex ipſa concordia Trajectenſi circa finem. Nam, cùm illud Parlamentum repræſentet omnes ſtatûs totius regni; quæ fiunt prævió conſenſu & approbatione dicti Parlamenti, illa ſunt firma & ſtabilia, quia, quæ fiunt cum conſilio ſeniorum, benè dicuntur eſſe deliberata. *l. conſenſu. C. de Repud.* Rol. à Vall. *conſ. 1. vol. 2. n. 92.* Verba dictæ Concordiæ ſeu Transactionis Trajectenſis hæc ſunt: *Quòd Rex in retributionem damni omnium progenitorum privilegia, unà cum novis articulis de quibus Trajecti convenerat, Regni nomine & authoritate Parlamenti confirmaret.* Deinde *ut Curiam STYLIARDANAM unà cum duabus aliis Curiis Buſtoriæ & Lynnæ ſitis, Civitatibus Hanſeaticis dominii Jure traderet. Rex etiam in ſublevationem innocentium perſonarum, damnorumq́ perpeſſorum omni Coſtumarum h. e. vectigalium lucrô ſe abdicaret ad decem uſq́ millia librarum in afflictarum uſûs erogandarum.* Denique huc faciunt ſupradictæ clauſulæ, transactioni ſubjunctæ, non obſtantibus Statutis aut conſvetudinibus, aliiſq; in contrarium editis vel edendis. Item clauſulæ: In perpetuum obſervari; Et quòd hæc privilegia ſint conceſſa Univerſitati, quô caſu etiam revocatio non datur, ut ſuprà docuimus.

Ex hiſce igitur fundamentis patet, privilegia Hanſæ mercatoribus data, etjamſi poſtmodum regnum Angliæ læſiſſent, tamen non ideò, ob prætenſum abuſum revocari poſſe.

Cap.

CAPUT IV.

De

Illis, quæ in Specie hisce privilegiis repugnant, & de Usuraria Pravitate.

SUMMARIA.

HActenus de delictis mercatorum, quæ cum his privilegiis pugnant, in genere quædam adduximus: Sequitur nunc de propriis specialibus:

1 Delicta igitur hæc specialia duplicia sunt: Perpetrata nimirùm contra jus obligationis conventionalis, & contra jus dominii tantùm.

Delicta mercatorum, quæ circa conventiones seu acquisitionem obligationis perpetrantur, rursùm sunt duorum generum:

Primum

2 Primum est eorum, quæ generaliter circa quasvis ferè conventiones committuntur promiscuè. Alterum eorum, quæ specialiter circa certam conventionis speciem fiunt.

3 Primi generis est usura illicita & privata: non publica seu trapezitica, de qua Cl. Salmas. Nihil enim naturæ & ingenio mercaturæ laudatissimæ magis adversatur, quàm lucro inhonesto & legibus interdicto inhiare. Hafn. *de Mercatur. θ. Basil. 196.* quia mercator injustas usuras exercens perdit privilegium. *text. in l. si ventri 34.* §. *in bonis.*
4 *2. ff. de reb. author. jud. possid.* & sub nomine probi mercatoris minimè intelligi usurarios manifestos, *text. est in l. cuicunq. 5.* §. *Labeo. 2. ff. de Institor act.* ubi JC. Ulpianus ita: *Si quis pecuniis fœnerandis, agris colendis, mercaturis redemturisq. faciendis præposuerit, &c.* Ex quibus verbis Dd. notant differentiam inter fœnerari & mercari. Strach. *part. 1. de mercat. n. 27. & 34. cum seqq.* Roman. *cons. 92. n. 3.* Card. Tusc. *vol. 5. conclus. 209. n. 13.* Hinc infert Strach. *d. l.* Legem municipalem, de mercatore loquentem, in fœneratore locum non habere, post Alber. *de Rosat.* & Bl.
5 *cons. 352. n. 17. vol. 5.* Videatur tamen de hac fœneratorum & mercatorum differentia doctiss. tractatus Cl. Salmasii *de fœnor. Trapezit. pag. 368. 486. 523. 568. 601. 604. & passim.*

6 Usurarum autem prohibitarum rursum duo sunt genera; unum ex parte & ratione debitoris: alterum respectu
7 Creditoris. Respectu & ratione debitoris usuræ sunt illicitæ & prohibitæ, quarum exactione debitor gravatur & paulatim quasi consumitur: hoc est, quando debitor inops & pauper factus est, non ex delicto suo & prodigalitate, sed fortunæ injuriâ; de quo ge-
8 nere usurarum prohibitarum loqvuntur textûs biblici. *Exod. c. 22. v. 25.* Levit. *c. 25. vers. 35. 36.* Nehem. *cap. 5.* Sirac. *cap. 29.* Psalm. *119. vers. 36. & Ps. 15.* Proverb. *c. 1. vers. 19. c. 15. v. 27.* Habac. *c. 2. vers. 5. 9.* Timoth. *c. 3. vers. 8.* Christ. von Hagen *de usu usurar. cap. 2. per tot.* Cothm. *vol. 2. cons. 52. n. 6. & 38.* & nos supr. *lib. 2. c. 8.* plenius. Et de hac specie 9
usurarum possunt intelligi constitutiones Imperii Recess. de an. 1500. 1530. anno 1532. 1548. Ut & Policey Ordn. de anno 1577. tit. 17. Petr. Denais. *compend. jur. Cameral. tit. 98.* Contractûs illiciti.

Pauperem hîc accipio, qui nihil aut parùm habet in bonis unde se sustentare possit: à quo differt Indigens ex 10
instanti necessitate, qui dives esse potest. Pauper hic petit pecuniam mutuam, non ut lucrum faciat, sed ut vivere possit, ideoque etiam gratis ipsi meritò donandum est. Deuter. *15. vers. 7. cap. 24. vers. 12. 13.* Sirac. *c. 7. vers. 28. 1.* Joh. *c. 3.* Luc. *c. 6. vers. 34. 35.* Nehem. *d. c. 5.* Ezech *c. 18. arg.* Luc. *c. 6. vers. 31. cap. 10. vers. 27.* Levit. *cap. 19. vers. 18. 1.* Joh. *c. 2. vers. 11. 1.* Tim. *cap. 1. 2.* Corinth. *cap. 8.*

A non pauperibus verò, qui propter indigentiam suam præsentem non inopiam, sed vel lucrum aliamve instantem necessitatem sumunt (quos in triplici differentia ponit Ern. Cothm. *d. cons. 52. n. 35. & seqq.*) usuræ licitæ 11
exiguntur. Matth. *c. 25. n. 15. & seqq.* Proverb. *c. 28.* Sirac. *c. 29.* Fieret enim aliàs debitor locupletior cum Creditoris jactura. *l. 14. ff. de condict. indeb.* & damnum datum ex eo quod pecuniâ suâ tàm diu dominus carere coactus fuit, utique sarciendum erit. Exod. *c. 22. vers. 10. n. 13. 14.* Levit. *c. 24. vers. 19. 20.* & quod tibi justâ ratione fieri cupis, etiam alteri faciendum. Exod. *d. l.* Matth. *c. 18. vers. 15.* Levit. *cap. 19. vers. 18. 1.* Joh. *c. 2. vers. 11.* Luc. *cap. 6. vers. 31. & c. 10. vers. 27.* Hîc ergò dantis pecuniam finis est charitas, cùm vult alteri benefacere; accipientis verò est utilitas: Communis eventus utriusque est communicatio benedictionis divinæ ex pecunia perceptæ. Nam compensabit & se gratum declarabit is, qui à fratre beneficio affectus est, vel alterius operâ conseqvutus est lucrum vel detrimentum effugit. Sirac. *cap. 4. vers. 36.* idque maximè cùm societas quædam hîc videatur contrahi, quâ lucrum ex pecunia creditoris & opera

perâ debitoris acquisitum communicari debeat, vel locatio pecuniæ, & aliarum rerum fungibilium pro certa mercede. *l.33. si benè. ff. de usur.* Franc. Jun. *ad Levit. c.25. vers.35. in analys.* Buceri. *in disp. eleg. de usur.* P. Heig. *lib.2. q.1.* Et hanc de usura licita sententiam cum Luthero multos magni nominis Theologos & rectè tueri & propugnare demonstrat Dn. Ernest. Cothm. *d. cons.52. à num.42. usq. ad 57.* quò brevitatis ergò lectorem remitto.

12 Respectu Creditoris illicitæ usuræ tum sunt, quando debitor quidem pauper non est, sed creditor nihilominus plus justô interesse exigit, nomine sortis principalis non solutæ. Ita intelligendus est textus *in Ps.15.* Deuter. *c.23.* Ezech. *c.18. vers.8.13. c.22, vers.12.* ibi: *cum usura non dederit, nec incrementum quodvis vel ampliùs habet.* Hebraicus textus habet Nezech. & Tarpath. quorum prius propriè notat usuras rodentes seu mordentes proximum, de quibus paulò antè, & suprà *lib.2. cap.8. n.35.* Posterius Tarbath, quamvis accessionem seu incrementum aliud, subaudi illicitum, ultra legitimum justumq; Interesse. Tremell. & Jun. *in d. cap.18. Ezech.* verterunt, in usuram non dederit, neque fœnus ac-

13 ceperit. Hîc à quibusdam referuntur usuræ usurarum. Bucer. *disput. de usur.* Ezech. *d. l. & cap.22. vers.12.* quem ibi textum de usuris usurarum accipit. Et vocatur rodens usura, quòd debitorem pauperiorem tandem faciat; & paulatim ipsius facultates instar tineæ consumat. Jun. *in analys. Levit. cap. 25. vers.35.* Illicitam quoque usuram dicit, quando debitor nullum commodum ex pecunia data absque sua culpa sensit vel percepit.

14 Ab his duobus illicitarum usurarum generibus excipiebatur apud Judæos usura illa, quæ à peregrino & extraneo exigi poterat. Deuter. *cap. 23. vers.20. cap.23. vers.12. & 44.* Ratio erat, quia hîc ἔμπορος est, propter commercia in Judæam veniens, non autem pauper, & eodem jure in Judæos utebatur; vel quia Deus reliquas gentes exitio destinaverat, easque paulatim ob peccata sua consumere volebat, ut dicitur Deuter. *cap.7. vers.21. & seqq.* Quamvis hæc hodiè 15 ad Christianos referri & applicari non possint. Christianis enim, ut Japhetanis, nunc vaticiniô Noæ completô, Semi tabernacula ingressis nos non Judæis, sed Judæi nobis peregrini existunt, per ea quæ supr. *lib.1. cap.11. n.54.* fusiùs deduximus.

Usura frumentaria quoque illegitima est, quæ in frumento, vino, aliisque fructibus, sive aridis sive liquidis constituitur, supra quantitatem legitimam usurarum pecuniariarum. 16 Petr. Fridet. *lib.2. de mandat. cap.75. n.5.* Carol. Molin. *de usur. q.21. & seqq.* & usurarius videtur, qui personis indigentibus frumentô dat pecuniam, ita, ut convertatur in frumentum; aut, cùm frumentum ipsum est datum, cum pacto quòd solvatur pretium frumenti, quô tempore verosimiliter frumentum plus valere solet, auff die höchste Schläg/ putà mense Majo, aut circà festum Pentecostes, secundùm illud: Wann man singet/ komm heiliger Geist/ so gilt die Frucht am allermeist. Imol. *cons.25.* Natt. *2. cons.369. n.1. & seqq.* Similiter usura illegitima vocatur, quæ accipitur ex re prohibita. *l. ult. C. de pact. convent. l.1. C de fisc. usur. lib.10. l. 58. l.47. ff. de admin. tut.* Et hæc ex multis de hisce usurarum speciebus recensuisse pro instituto nostro sufficiet.

Ut autem fœneratorum machinæ 17 facilius detegantur, sciendum est, moris ipsis esse, semper velare suos contractûs vel emtionis donationisve titulô, appositione juramenti, vel consimilibus technis, quas recitat Tusc. *concl. 345. n.5. lit.V.* ex Br. *consil.20. in pr. lib.2.* referens, quòd unum in veritate agant, & aliud agere fingant, semperque novas cautelas inveniant, ut eorum usuræ occultentur. Besold. *ad lib.22. ff. q.2.* ubi allegat Pegueram. *decis.32. 33. & 145.* qui hoc pluribus exemplis illustrat; & de hoc simulato fœneratorum contractu vid. Ernest. Cothm.

vol.1. conf.18. n.135. & sparsim; & Andr. Gail.*2. obs.3.* ubi de Antichresi; quibus adde Lucam Osiand. Senior. *ad cap.5. Amos.* De Italorum fœneratorum calliditate, ratione usurarum, vid. Jo. Bodin. *lib.6. de Repub. c.2. pag. m. 1042. cum seqq.* quorum fœnora Galliæ interitum esse dicit, *d.l.p.1043.*

Pœna usurarios contractûs celebrantis non tantùm est, ut, si mercator sit, quòd ipsi mercaturæ exercitio plenè interdicatur; *d.l. annonam.6.ff.de ex-*
18 *traord.crim.* & omnibus commerciorum privilegiis privetur, sed & meritis insuper pœnis adhuc plectatur. De jure civili & canonico pœna usurarii & fœneratoris improbi, est restitutio usurarum indebitè perceptarum. *text. in c. 2. & cap. duas. X. de usur. & c. debitores. X. de jurejur.* Unde etiam Abbas *in d.c. tuas. in 2 not. dicit*: quòd judex non solùm cogere possit usurarium ad restitutionem usurarum receptarum, verùm etiam ante solutionem impedire Creditorem, ne illas exigat, propter vitandum peccatum. Clar. *in §. usura. n.11.* Borcholt. *de usur. c.5.* Menoch. *cas.398.*
19 De consuetudine Wirtembergensi, si dolus abest, reipsâ verò usura fuerit commissa, dadurch wird der vierdte Theil der Hauptsummen verwirckt. Sin verò dolus appareat, integrum capitale fisco applicatur. Constit. Wirtemb. provinciali von wucherlichen Contracten / *fol. 120.* §. dieweil aber. Georg. Everh. *cons.18. n.5. vol.2.* Quid hac de re in Marchia Brandeburgica sit receptum, tradit Schepliz. *part.1. tit.1.* In Repub. Lubecensi, qualis pœna usurariæ pravitati constituta sit, videre licet ex ordinatione hac de re speciali *in fin. huj. cap. n. 36.*
20 *annexa.* Si autem aliquis sæpiùs, putà mille florenos diversis mutuò dederit sub illicitis usuris, tunc toties pœnæ locô quartam partem amittit, quoties talem celebraverit contractum. Georg. Everh. *cons.3. n.9. & 39. vol.1.* Card. Tusc. *concl.354. lit.ll.* Peguer. *decis.30.* ubi resolvitur, quibus pœnis usurarii puniantur, & quòd Principes seculares in suis regnis possint arbitrariè imponere pœnam contra usurarios, Menoch. *d. cas.398. n.14. 15. 16.* & sparsim. Clarus *in d.§. usura. n.10.* Pœna item horum, conventionis usurariæ cessatio. Menoch. *d.l. n.17.* Gail. *2. obs.4.5.* Salvô tamen contractu principali quoad legitimam quantitatem. *d. obs.4. & 5.* Ac porrò usurarium non comparare dominium rei per usuram acceptæ, communiorem Dd. sententiam esse tradit Paul. Laimann. *in Theol. moral. lib.3. tract.4. c.16. n.7.* Clar. *d.l. n.12.* cùm nempe desit titulus sive justa causa accipiendi, & quodammodò furtum usura- 21
rius facere dicatur. Imò, qui usuram accepit, rapinam committere adstruat. *text. in c.14. c. si quis usuram. q.4.* & refert Afflict. *in Constit. Usurarior. n.2.* connumerando usurarios inter raptores & fures. & Archidiac. *in c.1. de usur. in 6.* dixit, ut refert Afflict. *d.n.2*, quòd usurarii dicantur raptores, pauperum trucidatores, abstractores, infideles fures, servi, capite diminuti, filii Diaboli, non nascendo, sed ejus opera imitando &c. Licèt autem furtum vel rapina dici possit, per præced. & Dec. *cons.669. n.10. & seqq.* tamen tale est furtum seu rapina, quod nullum post se vestigium relinquit, unde dicitur latro legalis, secundùm Salycet. *in auth. ad hæc. C. de usur.* & aspidis morsui æquiparatur, ut 22
per Chrysosthom. *sup. Matth. c.5.* Nam sicut aspidis venenum cum sapore per ossa & venas decurrit, donec occidat; ita latro iste legalis (secundùm Salycet. *d.l.*) usura veluti dulci quâdam tolerantia, per omnes facultates decurrit, donec substantiam totam in debitum cõvertat. Et proinde Bald. *in cons.449. n.8. vol.3.* dixit, usuram esse vermiculum ligni; nam sicut ille ad tactum apparet levis, sed dentes habet ita durissimos, ut omne lignum rodat & devoret: Ita & usurarius est vermis patrimoniorum rodens, & juxta illud Aristophanis, qui non est fur, inquit, sed latro, & dulcibus verbis mutatô vultu flentes, ad lachrymas Crocodili respiciunt. Et ibid. Bart. dicit: quòd, sicut ignis comburit infinitum, si combustibile sibi haberet approximatum: ita & usurarius, tanquam os inferni de-

ni devorat & maximè lædit, cùm non sentitur.

23 Hanc abominationem usurariam ita fusius describit Thomas Garzon, *piazz. univers. discors. 65.* his verbis: *L' arte de i banchieri è stata poco honorata presso i Romani, La vergogna nacque da queste, che quelli che essercitano il banco, attendevano anco alle usure, per la qual sorte di ingiustissimo guadagno gli huomini (come dice M. Tullio, nel. 1. suoi officii) incorrevano nel odio di tutte le persone, essendo che l'improba essattione del usure fu con multe leggi, le quali da Cornelio Tacito, nel quinto del sui annali sono referite, da Romani ribattuta, & expressa molte volte; onde si recita con probatione di questo, che l' antico Catone fu interrogato una volta che parere fosse il suo intorno aldar' ad usura, & così rispose che non faceva differenza alcuna tra il dar' ad usura & occidere un huomo. Et s' istesso essendo Pretore della Sicilia, in testimonio del odio che portana à tal professione, cacciò tuti gli usurari fuor di quella Isola. M. Catone nel suo libro de re rusticâ, dimostra non meno chiaramante, quanto l' usura fosse in odio presso à Romani, con quelle parole [Majores nostri hoc habuerunt, & ita in legibus posuerunt, furem dupli condemnare, fœneratorem quadrupli]* & Cic. *scrivendo ad Attico recita che i Salamini, volendo fare usure non potero, conciosiache la legge habiano che lo victava espressamente & prohibiva; & il Biondo, nel 5. libr. del sua Roma triomfante narra, che Alessandro Severo, nato di donna Christiana, & huomo da benè, prohibi à i Senatori Romani, che non dessero ad usura, ma, si contentassero solamente di ricevere qualche cosa in dono, & ch' egli fu il primo che riducesse l' usura à tre per Cento, non essendosi tenuto si stretto conto di quello per avansi, & massimè inanzi alle legge delle XII. tavole, che levicto con grandissime penè & castigo de gli Usurari.* Hoc probat suprà allegatis textibus SS. Scripturæ. Et paulò post. S. Ambrosio *3. d' i suoi offic. Chiama usura un latrocinio vero. Et libr. de bon. mort. Una rapina. David Profeta la chiama una voragine dicendo de gli usurari. Qui devorant plebem meam sicut escam panis. Quindi è che tutti gli popoli del mondo hanno* 24 *abborrito è detestato sommamente l' usure. Narra Cornelio Tacito Chei Germani l' hebbero sempre per una cosa essecrabile. Gli Indiani mai l' ammessero fra loro. J Schithi (come raconta Giustino) non solamente non curavano le usure ma sprezzavano anco l' argento & l' oro tanto dall' altre nationi apprezzato. Gli Atheniesi fuerono tanto inimici de gli usurari, che nel foro loro fatto un fuoco grandissimo, abbruggiarano un di tutte le scritture di qualli; tal che Agesilao esclamò che maj ne giorni suoi haveva visto un fuoco piu chiaro & piu splendido di quello. J Lacedemoni hebbero per cosa abominabile fuor di modo l' usura, perche Licurgo loro Legislatore instituì, ch' ogni cosa si comparasse con permuta di robba & compensatione di merci, Scacciando l' uso „ nefando della pecunia affatto della Repu- „ blica di loro. Di Lucio Lucullo si legge, „ che da tutti fu lodato & con divini honori celebrato, perche caccio della provincia di Asia tutti gli usurari, in uno tratto. Per la legge Civile, è per la Canonica insieme tutti gli usurari sono notati per Infami (per l. improbum. 20. C. ex quib. cau. infam.* Covarruv. *lib. 3. variar. resolut. c. 3. n. 2.) è s' accedesse ch' un fratello in pregjudicio dell' altro instituisse herede un usuraro, poterebba l' altro fratello fare rompre quel testamento, quel per l' infamia è irrito è nullo, come dicone i leggisti, senza dubio. Dicono i sacri Dottori per maggiore detestatione delle usure, che l' usuraro offende communemente tutte le creature, imperoche egli vende il tiempo, ch' e una cosa commune à tutte l' hore. Oltra diciò fa ingjuria à tutti i santi, è tutte le sante del Cielo, perche connumera nelle usure anco le feste loro non potendo manco patir di lasciar fuor il di Natale, overo di Pasca. Et aggiungono à* 25 *questo che l' usuraro non merita che alla sua morte gli sia cantato il* [Requiem æternam] *come si fa gli alteri Christiani; perche non havendo egli maj lasciato quietar i suoi debitori in questa vita, non merita d' udir il nome di quiete per se stesso nell' altra.* Hucusque Th.

Th. Garzon. Cujus locum Italicè huc in gratiam gnarorum apponere volui.

26 Quapropter, cùm hæ usuræ adeò sint abominabiles, & per consequens naturaliter & civiliter indebitæ; ideò solutæ per condictionem repeti possunt, ut notatur per gloss. & Dd. *in cap. si Episcopum. 16. q.6. & cap. Michaël. X. de usur.* Paul. Castrens. *in l. si non sortem. in pr. n.3. & in l. Neratius. ff. de condict. indeb.* Alexand. *cons.80. in fin. vol.3.* Abbas *cons.34. ante fin. vol.1. & cons.81. in f. vol.2.* Cravett. *cons.6. n. 105.* Rol. à Vall. *cons.75. n.32. vol.1.* Istaque usurarum repetitio competit quoque heredibus & contra heredes. *Cap. tua nos, X. de Usur. &* Dd. *in d. cap. Michaël.* Covarruv. *lib.3. var. resolut. cap.3. n.7.*

27 Prætereà Usurarius manifestus non potest testari prius quàm cautionem de restituendis usuris præstiterit. Clarus *d.l. n.13.14.* Peguer. *cap.31. n.6. 7. & seqq.* neque etiam donare mortis causâ. Clar. *d.l. n.14.* Peguer. *d.l.* Adde Menoch. *de arb. JJ. qq. cas.360. n.83.*

28 qui docet, quòd solus conatus in crimine usurarum puniatur. Jul. Clar. *d.*

29 *lib.5. §. usura. n.5.* Et propter usuram, seu delictum hoc criminaliter quem puniri atque adeò torqueri posse, ait Carol. Molin. *de usur. n.156.* hujusque adsertionis ὁμοψήφους habet Gabriel. *tit. de crimin. concl.20.* Laur. Kirchov. *Cent.8. q.14.* Prosp. Farinac. *de Indic. ad tortur. lib.2. q.42. n.36. & seqq.*

30 Jure Regiô Hispanorum & Regni Neapolitani Usurarius primâ vice ita punitur, ut pecuniæ ab eo sub usuris mutuò datæ debitori cedant & acquirantur; & prætereà totidem nummos solvere damnatur, qui certis quibusdam modis eôdem jure distribuuntur. Quòd si usurarius semel hâc punitus pœnâ iterùm in idem crimen inciderit, amittit dimidiam bonorum partem. Et demùm, si semel atque iterùm punitus in eandem tertiò labem inciderit, omnibus bonis totôque patrimoniò mulctatur. Didac. Covarruv. *3. resol. c.3. n.2. in fi.* Casp. Roderic. *de annuis reditib. lib.3. q.4. n.116.* Johan. Bornh. Muscatell. *in prax. crim. de Privileg. & pœn. usurar. n.27. & seqq.*

11 Sic in abolendis monopoliis laborasse Senatum Romanum antiqvũ tradunt Plin. *lib.8 cap.37.* & Christinæ. *vol.3. decision. Belg.98.* Et quidem rectè & salubriter. Maximè enim odiosum & grande peccatum est Monopolium, non solùm in foro fori. *d. l. unic. C. de Monopol.* ubi inter plures Dd. Augustin. Berous, *consil.171. n.1. & 2. vol.3.* Ægid. Boss. *tit. de Union. & Colleg. n.4. & seqq.* Verùm etiam in foro chori, poli & conscientiæ, quod ostendit P. Martyr *in suis locis commun.* & plures alii, in decalogi enucleatione, maximè in præcepto 7. de furto non faciendo & de concupiscentia vitanda, &c. & crimen esse monopolium probat Augustin. Berous *d. cons.171. n.1.2.* & si non ordinarium publicâ lege criminaliter, utique tamen extra ordinem vindicandum & cöercendum. Ægid. Boss. *d. tr. de union. n.4. & seqq.* Pugnat namq; hujusmodi quæstûs illiciti studium & inhiatio rei alienæ cum dilectione proximi. Damhoud. *d. c.132. n. 15.* cum naturali æquitate, quæ non vult, quem cum alterius onere & injuria fieri locupletiorem. *c. locupletari. de Reg. jur. in 6to. l. jure natura. 206. ff. eod. l. nam hoc natura. 14. ff. de condict. indeb. l. si quis Presbiter. C. de Episc. & Cler. l. si quis mancipii. 17. §. fin. ff. de Instit. act.* adeò ut etiam pupillis hoc iniqvum lucrum extorquendum sit. *l. fin. C. de usucap. pro Emt. gl. in pr. Instit. de autor. tut.* Itemque Ecclesiæ. gl. & Br. *ad auth. qui res. C. de SS. Eccles.* Bl. *ad l. jubemus. §. sanè. C. eod.* Dyn. *ad c. locupletari. de R. J. in 6.* Quid, quòd rerum ad vitæ usum necessariarum caritas hôc illicitô mediô inferatur. Damhoud. *d. l. n.2.* quo facilè & plebs everti & civitas subverti potest. Guil. Bockel. *d. disq.15.* per Tib. Decian. *lib.7. tract. crim. cap.21.* Menoch. *de arb. JJ. qq. cas.569.* Althus. *pol. c.32.* Schepliz. ad consuet. Brandeb. *part.4. tit.4.* Trentacinq. *var. resolut. lib.1. resol.1. de V. S. n.7.* Adam Keller. *de offic. jur. Pol. cap.18.* Boter. *lib.1. de Constit. pol. cap.14.* qui de variis & multiplicibus technis monopolii prohibiti agunt; hinc Germanicum illud, Auß Fürkauff und Auffkauff; böser Müntze freyer Lauff/ wird der Arme gefressen auff. quibus adde Christoph. Besold. *consid. pol. vit. & mort. lib.1. c.2.* qui id ipsum exemplis ex Paradino, Mutio, & aliis confirmat. Quapro- 12
pter Camill. Borell. *3. de Magistrat. edict. cap.14. n.101.* scribit: Magistratûs advertere oportet, ne aliqui in Civitate sint, qui omnia in grosso (ut loqvuntur Itali) cöemant, ut cariori pretio vendant minutatim. Contra istos statuendum ait, ut non emant usque ad certam horam; ut cives ab ipsis venditoribus, non à monopolis aut propolis hujusmodi emant. Polonia sanè 13
vel hâc solùm ratione annonæ impedit caritatem, quæ alibi sæpissimè etiam in copia ingravescit. Idque Johann. Choysui. *in discursu quô Electionem Henrici Valesii in Polonia Regem Gallicè descripsit. lib.3.* annotavit; cùm ait: *Et ce que retient parmy eux le bon marche de toutes denrees, est qu' il n' y à point de Monopoles, principalement pour le bled & pour le vin &c.*

14 Civitates quoque Hanseaticæ huic grassanti & commercia destruenti malo salutaribus sanctionibus sæpenumerò obviare studuerunt, prout id evidenter apparet ex Edicto Conventûs celebrioris Hansæ de Anno 1598. quô adversus exterorum illicita & toti Imperio

perio

perio perniciosa monopolia ejusmodi promulgarunt mandatum, quod hîc subjungere benevolo lectori haud ingratum fore autumo.

Wir Bürgermeistere und Rath der Keyserlichen Freyen und des heiligen Reichesstadt Lübeck / Entbieten unsern gehorsamen Bürgern / Einwohnern und Unterthanen / sowol auch allen andern außländischen Gewerbs- und Handelsleuten / unsern Gruß / und denselben hiemit zuwissen fügend / Obwol die eigennützliche und schädliche Monopolia und Vorkauff nicht allein in den gemeinen beschriebenen Rechten / sondern auch folgig des heil. Reiches Policey-Ordnung / bey der Confiscation und andern schweren Straffen verbothen / uñ derowegen je niemand frevendlich dagegen handeln solte / Daß dennoch Wir und andere Erbare Hansee-Städte mit Schmertzen erfahren müssen / daß besagten Rechten und Ordnung ungeachtet / zuforderst Engel. H. Italiener / und andere dergleichen außwertige Nationes etliche Jahr hero sich unterstanden / von dem Adel und Haußleuten auff dem Lande / in den benachbarten Fürstenthümern die erwachsene Früchte / als Roggen / Weitzen / Gersten / Schafe und Wolle / sambt andern Waaren mehr / nur Hauffenweise und bey grosser Anzahl lassen einkauffen / und folgends in ungewönliche Hafen in die Schiffe / oder aber auch Wagen zubringen / und auß dem Reich zu führen / Wann aber nunmehro dann am Tag / daß durch sothane unleidliche Vorkauff- und Außführung angeregter Waaren / Unsere und andere Erbb. Hansee-Städten eingesessene gehorsame Bürgerschafft / sowol Türcken-Steur und alle andere Reichs Anlagen mit grossen Unkosten tragen müssen / nicht allein auß aller ihrer Nahrung gesetzet / ihnen das Brod gleichsam vor dem Maule abgeschnitten wird / sondern auch wegen der dahero verursacheter grossen Theurung ein unendlich Seufftzen und Weheklagen der armen Leute erfolget / So haben Wir uns mit den E. E. Hansee-Städten auff jetzo vorgewesener Versamlung nicht unbillich der Policey-Ordnung erwiederte und auff vorgängig reiffsame Berathschlagung dahin einhelliglich geschlossen / daß in unsern Städten und Bothmäßigkeiten solchen schädlichen Monopoliis oder Einkauff hinfüro nicht länger zu zusehē; Sondern da einiger Frembder oder deren Factor, Diener / daß er die Früchte / Schafe / Wolle und andere Waaren der Gestalt auff dem Lande eingekaufft / damit in unsern Städten / Hafen und Gebieten beschlagen / sollen dieselben nicht alleine sampt den darzu bedingten Schiffen confisciret, sondern auch die Verbrecher / nach Gestalt der Sachen willkürlich gestrafet werden /

Und weil auch befunden / daß die hochschädliche Monopolia und Vorkauffe nicht wenig befordert / das etliche Bürger in den Städten mit frembder Leute Geld Factorey treiben / alles an sich bringen / und Frembden zum besten durchschleuffen; So ist ins gemein dahin verabschiedet / daß ein jeglicher Bürger alle Jahr daß er mit frembden Geldern nicht gehandelt noch Kauffmanschafft getrieben / sich mit seinem Cörperlichem Eyde zu entledigen schuldig seyn solle.

Dann fürs andere / weil auch durch betriegliche-Starck und Außziehung der Wollen Tücher der gemeine Kauffmann unter gutem Glauben höchlich beschädiget und verfortheilet wird / und dadurch der gemeine Nutz verschmälert; so haben Wir uns vereiniget / auch hierob hinfüro ein ernstliches Einsehen zu thun / der Gestalt / daß / do solche betriegliche Wöllen-Laken angetroffen / alsbald dieselbe zu forderst der Obrigkeit in Commiss gefallen / und nicht deßoweniger der Bereiter und Verkäuffer sich würcklich zu strafen lassen sollen schuldig seyn.

Als dann auch / fürs dritte / Bericht einkommen / daß allerhand hochschädliche Betrüg und Falsch in Seiden-farben von etlichē vortheilhafftigen Färbern uñ Kauffleuten fast allenthalben / da solche Handtierung im Schwange gehet / gebrauchet wird / als daß durch böse durchfressende Materien / die Seide nicht allein

im Gewicht dermassen beschweret / daß auß einem Pfund weisser Seiden allein mit dem Zusatz der gewichtigen bösen Farben / zwey drey / mehr oder weniger / Pfund zugerichtet werden können / und aber solcher eingeführter Falsch und Betrug zu hochschädlicher Vernachtheilung allen den Reichsstädten / insgemein auch den untergehörigen Unterhanen gereichet / So sollen solche falsche und betriegliche Seiden / wann sie in unsern Städten nur angetroffen / auch confisciret, die Färber und Verkäuffer wilkürlich gestraffet werden / und in deme niemand übersehen noch verschonet werden; Darnach sich ein jeder zu richten und für Schaden zu hüten / Publicatum den 3. Augusti, Anno 1598.

15 Simili modô Civitates Hanseaticæ Anno 1582. 2. Januarii in publicis Imperii Comitiis, coram Imperatore & Electoribus de monopolio Adventurariorum Stapulariorum Anglicorum in Romano Imperio graviter conquesti sunt, de quo vid. Thuan. *lib. 119. histor.* Licet enim coemptione Anglicorum pannorum non indistinctè omnibus in Anglia interdictum fuerit, eoque Adventurarii minus justè Monopolii accusari videantur, non per-
16 mittunt tamen ut alii, ne dum Germani, in foro pannorum consueto (Blackvvitthall) pannos emant: Imprimis verò tanta externis, imò ipsis Anglis, qui de collegio non sunt, imponuntur vectigalia, ut pari cum Adventurariis pretiò pannos suos distrahere nequeant, imò ut gravissima vectigalia quis ferre vellet, evectionem tamen pannorum (licentiam dicunt) pari cum Adventurariis numero non conceditur. Hi quid aliud moliuntur, quàm ut soli emere, solique vendere possint? Max. Faust. ab Aschaffn. *de ærar. cl. 16. conf. 141.* vid. Statum Controversiæ Hansæ-Anglicanæ. de Anno 1607. post De-
17 cretum Cæsar. *n. 367. & seqq.* In quo scripto Adventurariorum Anglicanorum Monopolia sequentibus rationibus demonstrantur.

1. Quòd Pannorum negociationem ad se solos attrahant & pannos à primis dominis, exclusis cęteris emant, variis ibidem probatur documentis & testibus.

2. Quòd Adventurarii eorumque Consules vulgò (Curtmeister) & ministri constitutâ taxatione inter se conveniunt, ne merces nisi certô pretiô vendantur.

3. Ne quem in societatem assumant, nisi qui 7. annorum spatiô illorum collegio inservierit.

4. Quòd aliorum mercatorum naves pannô onustæ tam diu Londini detineantur, donec Adventurariorum ex portu solverint.

5. Quòd ad suggestionem & in gratiam Adventurariorum, Hanseaticis sua privilegia circa vectigalia adempta, respectu verò Adventurariorum Hanseatici duplici vectigalium onere in importandis & exportandis mercibus, contra jura quæsita & præscripta premantur.

6. Quòd solis Adventurariis, exclusis cœteris etiam privilegiatis Mercatoribus concessum, ut pannos albos & intinctos ex Anglia evehant.

7. Quòd Hanseaticis prohibitum Adventurariis verò concessum, pannos in Anglia emptos, in nullum nisi patrium solum, contra privilegia quæsita, libertatem commerciorum, & jura Gentium, abducere.

8. Similiter quòd contra tenorem privilegiorum, & Jus Gentium, Hanseaticis sit prohibitum, alias importare merces, quàm quas patrium tantummodò producit solum.

9. Quòd Hanseaticis instinctu Adventurariorum, severè vetitum, ne merces & pannos suos iis inferant locis & Civitatibus, ubi Adventurarii sedem & Emporia constituerint.

Quapropter etiam decretum publi- 18
cum Comiti Ostfrisiæ, pro abolenda hac Adventurariorum Monopolitarum societate, ex Civitate Embdensi 3. Junii ejusdem anni insinuatum est. Et anno 1597. 1. Augusti Mandatum banni, adversus hos ipsos Adventurarios publicatum est. Thuan. *d. l. p. 814.*

Der Erb. Hansee-Städte nothwendige

Ver-

Verandtwortunge de Anno 1609. *pag. 8.* vid. d. Acta Anglicano-Hanseatica. de An. 1607. 608. 609. *& seqq.*

19 Hujus societatis monopolicæ institutionem ipsi Adventurarii de se in libro quodam, Middelburgi edito, à Burgundiæ Duce Johanne originem traxisse jactitant; confirmationem verò primam Regi Angliæ Edvvardo III. adscribunt. Imprimis autem gloriantur, Henricum IV. Angliæ Regem, cùm Pannificium Anno 1399. in Anglia efflorescere cœpisset, vetuisse, ne ex aliis regnis illi panni in Angliam importarentur, eorumque confirmasse privilegia, & ejus exemplum sequentes ordine Reges secutos esse. Henricum autem VII. hanc societatem tribus novis privilegiis ornasse, ac pro se, cùm lanæ venditores pannifici & tinctores, aliique regni incolæ, & Hanseatici præterea mercatores de imminuta commerciorum libertate questi fuissent, stetisse, sibique Adventurariorum nomen (quod nimirùm negociationes suas maris periculo seu fortunæ eventui **Ebentheuer** appellamus, committerent, & non terra tantùm, instar aliorum terræ Regni incolarum, qui intercursores, seu **Unterläuffer** nominantur, negociarentur) imposuisse. Eandem denique se felicitatem & regios favores expertos esse, quando Edvvardi VI. & succedentium sororum temporibus Hanseatici pro privilegiis suis decertarunt. De quibus fusius *suprà lib. 2. cap. 7. n. 37. & seqq.* & hoc *lib. 4. cap. 3. n. 17. & seqq.*

20 Ad hunc Monopolarum ordinem referuntur ANNONÆ flagellatores, seu Dardanarii. *l. 6. ff. de Extraord. crim. l. 37. ff. de pœn.* Casp. Klock. *de Contribut. & Collect. cap. 1. n. 358. & seqq.* qui frumentum & alia ad victum necessaria, carius

21 vendendi causâ, abscondunt: sic dicti à Dardano Mago (ut ex Apulejo constat) qui maleficis artibus annonam in granaria sua avertere, mensurasque in admetiendo minuere solitus est. Adrian. Turneb. *lib. 9. animadvers. c. 17.* Stuck. *2. antiq. 12.* Cas. *1. sphær. cap. 7. in*

22 *fin.* Menoch. *cas. 382.* Dicuntur & Spentagoli, Pantopolæ, Pantametaboli, Seplasiarii, Danistæ. Cujac. *10. obs. 19.* Gallis *Usuriers, qui cachent le bled, & recelent autres provisions, attendants la cherte.* Boekel *dict. disquis. 15.* Quod 23 crimen olim admisisse dicitur Thales Milesius, unus VII. Sapientum, cui cum objiceretur (verba sunt Aristot. *1. Pol. c. 7. in fin.*) Philosophiæ studium propter inopiam quasi inutile & infructuosum, prospexisse illum ferunt per Astrologiam olivarum ubertatem futuram. Cumque cōegisset paululum pecuniarum, hieme adhuc vigente emtionem olei fecisse in Mileto & in Chio pro parvo admodùm pretio, utpote nemine plus offerente, arrhasque dedisse. Cùm itaque posteà tempus venisset, multis subitò quærentibus, vendidisse oleum quanti ipse voluit, & magnam vim pecuniarum inde superlucratum ostendisse amicis, perfacile esse Philosophis ditari, si vellent. Idem de ipso Thalete scriptum reliquit Diogenes Laërt. *in ipsius Thalet. vita.*

Simile de Siculo quodam refert A- 24 ristoteles *d. cap. 7. in fin.* Cûm enim apud eum pecunia reposita esset, ferri quicquid erat ex ferrariis emit, posteà verò mercatoribus illuc accedentibus vendebat solus, non magnum excessum pretii faciens, sed tamen ita, ut pro 50. talentis, centum conficeret. Hoc itaque sentiens Dionysius, pecunias quidem illi non abstulit, sed amplius Syracusis morari vetuit; ut qui reditûs reperiisset rebus suis inutiles. Hactenus Aristoteles, referente Menoch. *d. Cas. 369. pr.*

Sic Ferdinandum Regem Neapoli- 25 tanum suis æquè ac exteris odiosissimum fecit, quod olei ac frumenti quicquid in Apulia concrevisset, vilissimô pretiô emebat, ut summâ annonæ egestate ac inopiâ arbitrio suo addiceret: non permittens dominis suis vendere triticum & oleum, donec ipse distraxisset. Cominæ. *2. de bell. Neap.* Bodin. *2. de Repub. cap. 2.* Hâc sordidâ 26 monopolicâ & crudeli, ut à politicis indigitatur, mercaturâ usus quoque fuit Anthonius Leva, à Carolo V. Impera-

peratore Mediolano Præfectus, dum lege prohibuit, ne quis civium triticum moleret, aut panem penès se faceret; sed cogeretur emere à tabernis, ea de re Aquilæ signo insignitis. Sabel-
27 lic. *in supplement.* Ferè similis ratio est, si dominus subditis suis mandet, ne ab aliis, quàm à se cerevisiam emant, ut in Bavaria practicari expertus sum; & ne alibi molant & panem coquant, quàm in suo molendino & furno, aut simile quid jubeat, quod voluntati aut libero arbitrio meritò relictum esse debet; pulchrè Andr. Rauchbar. *quæst. jur. part. 1. q. 27.* Rutg. Rol. *decis. 24.* Joh. Kopp. *decis. 20.* vid. tamen nos *cap. seq. 7. n. 70.* Detestanda enim planè est hæc praxis monopolica, cùm provinciales à fisco species annonarias extra publicæ utilitatis casum emere coguntur: aut eas fisco venderè forensibus pretiis compelluntur. Sitzman ad Böeth. *1. de consolat. philos.* Buleng. *de*
28 *vectig. cap. 7.* Contra hujusmodi statuta in Camera Imperiali Mandata sine clausula decreta in causa Braunschw. cõtr. Braunsw. & Kemptẽ contr. Memmigen. Item der Stadt Gülich & Passau contr. Beyern. Ex Klockio demonstrat Dn. Knipschilt. *in suo nup. tract. de Jurib. Civit. Impp. lib. 5. cap. 32. n. 64. 65. & seqq.* vid. Ordinat. *Camer. part. 2. tit. 23.* Hi illiciti quæstûs simili modô in suprà dictis recessibus Imperii, imprimis de Anno 1548. Franckf. Policey Ordn. §. Es sollẽ unser. graviter prohibiti sunt. Hinc Christoph. Lehmann. *lib. 2.* Der Speyrischen Chronic.
29 *cap 39.* Von Sachen so man auff allgemeinen Reichs Versamlungen coràm Regni Senatoribus gehandelt/ *art. 13.* Es ist auch zu Abschneidung wucherlichen Gesuches und dahero erwachsener Steigerung und Auffschlag in Wein und Früchten / gutes und erspriesliches Einsehen fürgewand / aller Vorkauff verboten: und welche Frucht zu Erndzeit / solche wieder zu verkauffen auffgeschüttet / oder Wein zum Uberfluß eingeleget / zu dem Ende waß er umb 2. Denar erkaufft / daß er hernach umb 4. 6. oder theurer verkauffen könne / daß dieser / als ein öffentlicher Wucherer gehalten / und von der geist- und weltlichen Obrigkeit gebüsset und gestrafft werde.

Das hat damahls zuläßige Handthierung geheissen / wann einer zur Notdurfft ein Vorrath in seiner Haußhaltung geschaffet / und hernacher dessen nicht noth gehabt / sondern umb billigen Werth wieder hingegeben: und in solchem Einkauffen sich und die Seinigen selbst / und darneben seinen Mitbürger / als Christlich und ziemlich in acht genommen.

Wann aber einer nicht zur Notdurfft / sondern doppeln und mehrfältigen Gewinn zu schaffen / und sich durch solche Wege zu bereichen / Wein und Früchte hinterlegt / das haben die alte Stände des Reiches als für einen verbotenen Wucher / und Straffbar gehalten / Lehman. *d. l.*

Hisce pernitiosis monopolis aut 30
propolis, quoniam rerum multarum caritatis per hoc delictum, quod committunt, sunt autores, & Rempub. plurimùm gravant, gravissimæ de jure Civili sunt constitutæ pœnæ; ut, confiscatio bonorum, & Exilium, seu privatio negociationis & mercaturæ, concessorum privilegiorum juxta qualitatem rerum & facti ad discretionem Judicis. *l. un. §. si quis à &c. C. de Monop.* Francisc. Lucan. *in tr. de casib. bonor. public. dor. part. 2. principal. n. 5. & 6.* Jo. Berbet. *in suo juris director. rubric. de Colleg. illic.* quos allegat Damhoud. *d. c. 132. prax. crim. n. 3.* adeò, ut ipsos quoque judices, qui cum Monopolis ad monopolia punienda dissimulant, graviter puniendos esse statuerint constitutiones, putà 40. libr. auri, *d. l. un. §. Cœterarum. C. de monopol.* prout infr. pluribus. *n. 30. h. cap.* Flagellatores verò annonæ puniuntur pœnâ 20. aureorum. *l. 2. §. 2. ff. ad l. Jul. de Annon.* aliquando etiam extraordinaria; pro delicti enim qualitate, quam judex meritò considerare debet, vel relegantur vel deportantur; quod præsertim in iis obtinet, qui societatibus initis annonam vexant & flagellant. *l. 6. ff. de extraord. crim. l. 3. §. ult. ff. de crim. stellionat.*

nat. Cujac. *10. obs. 19.* Menoch. *d. consil. 569 n. 23.* Fr. Marc. *decis. 540.*

31 De Constitutionibus Caroli V. Augustæ An. 1531. 1540. sancitum, omnes dictos monopolas puniendos confiscatione bonorum per Monopolium partorum. Damhoud. *d. c. 132. n. 14. in fin.* & Recess. de Anno 1548. rubric. von Verkauffung der Frücht; quem Rudolphus II. auxit & renovavit in der Franckf. verbesserter Policey Ordn. de Anno 1577. tit. 19. ubi habetur. Daß solcher Abkäuffer oder Auffsteiger die Hauptsumma verliehren/und darzu von der Obrigkeit ex officio, nach Gestalt der Sachen/an Ehr und Guth soll gestrafet werden. 32 Nec minor sanè, si non major fuit Imperatorum in nostro Imperio cura, in coercenda atque punienda Magistratuum negligentia, quos Cæsareus Fiscalis seriò commonere debet, negotia MONOPOLICA intra mensis spatium ut emendent, pœnisque indicent. Quòd si præfixô statutoq; tempore id Magistratus neglexerit, & tunc ipse Procurator Fisci ex officio contra eum procedere potest. R. A. *de Anno 1532.* Tit. Policey/ wucherliche Contracte. Et iterum plenius sancitum in Reform. Polit. de Anno 1548. Tit. die Monopolia betreffend.

Et An. 1577. eod. tit. ibi: In Fall aber/ da die Obrigkeit in solchem lässig oder säumig erfunden/ und denn an unsern Keyserl. Fiscal gelangen würde/ so soll er solches der Obrigkeit/da dieselbe Monopolirer/Kauffleute und Häusirer gesessen oder wohnend seyn/ zu verstehen geben/ und sie ermahnen/ solche beschwerliche Handlungen in Monatsfrist abzuschaffen und zu straffen/dann wo sie die Obrigkeit solches in bestimbter Zeit nicht thäte/ so wolte und muste er Ambts wegen gegen solchen procediren; wie sich gebührete/ wie er auch solches zu thun Macht und Recht habe und unverzüglich thun soll. Es soll auch die Obrigkeit/ so sie uff beschehene Warnung in gesatzter Zeit der Monatsfrist in Straffung des überfahrens säumig würde/ durch den Fiscal vor unserm Cammer-Gerichte fürgenommen/ und umb hundert Marck lötiges Goldes unnachläßlich gestrafet werden.

Pœna igitur Magistratuum negligentiæ, in hoc crimine Monopolii publico, Centum Marcarum auri puri statuta est, ubi sciendum, quotiescunq; certa auri massa transmittitur, uti loqvuntur Impp. *in l. 5. C. de suscept. Præpos. & arcar. lib. 10. tit. 70.* Eine Marck lötiges Goldes/ aurei floreni Rhenani septuaginta duo Marcam Coloniensem constituant. Denais. *in Jur. Camer. tit. de Monet. Edict. n. 10.* prout testantur verba ordinationis Monetariæ Imp. Ferdinandi I. de Anno 1559. §. ferner die güldene Müntze. Quod Justiniani Imp. computationi congruum est, quo 72. Solidi libram explebant. *§. fin. Instit. de pœn. tem. litig. & d. l. 5. C. de suscept.* Gail. *2. obs. 39. n. 1 & seqq.* Besold. *thes. pract.* verb. Marck. ubi ait: secundum vulgarem loquendi usum nomine librarum vel marcarum auri & argenti, in dubio non argentum vel aurum merum, sed potius vulgare & mixtum venit: indeque fit, quòd in Constitutionibus vel decretis Imperii Rom. German. necnon in contractibus privatorum purum vel merum aurum & argentum, adjectione harum vocum lötig Gold oder fein Silber/ à mixto soleat distingui. vid. Thoming. *decis. 19.* 33 34 35

MARCARUM verò appellatio non solùm in rudi materiâ, verum etiam in ipsius æstimatione verificari potest. Idem. *d. l.* per *L. quotiescunq. 5. C. de suscept. Præpos. & Arcar.* 36

Marca argentea autem, ut hæc incidenter moneam, olim ut adhuc hodiè octo unciis æstimatur, quę octo nummos unciales seu Imperiales efficiunt. Matth. Host. *de re numm. lib. 5. cap. 3.* Sequentibus verò seculis ille valor valdè imminutus fuit in hisce Saxonicis oris, ut hodiè tres marcæ unum constituant Joachimicum seu Imperialem. 37

Aliæ quoque fuerunt priscis temporibus marcæ argenti, aliæ Marcæ denariorum, Marckpfennige/ de quibus Arnold. Lubec. *lib. 2. Chron. Sclavor. cap. 1.* quarum Decem. X. effecere Ungaricos XVI. & pro quibus Inclyta nostra Lubeca maximam præfecturarum, prædiorum & fluminum suorum partem sibi fecit propriam. 38

Jure

39 Jure Saxonico similiter puniuntur exilio. In Electoratu Saxoniæ Confiscatione mercium & præterea 20. solidorum mulctâ plectuntur. *Ordin. Provinc. Augusti. de Anno 1585.* Edictum verò ejusdem Electoris Torgaviense pro circumstantiarum ratione severiores etiam minatur poenas. ibi. Bey Vermeidung der darin geordneten/ und nach Gelegenheit der Fälle anderer schärfferer Straffen. De Dardanariatus poena idem Edictum. tit. Vorkauff des Getreydes. De Monopoliis Lanæ & Lini *ibid. Tit.* Vorkauff der Wolle. De Recessibus Hanseaticis confiscatione bonorum & arbitrariâ adhuc poenâ, prout paulò antè probavimus *n. 14.*

40 Alii hoc delictum severissimâ poenâ, amputatione nempe capitis dignum judicant; quoniam publicum illud furtum est, quod omnem & totam regionis partem tangit, & quibusvis privatis etiam miseris suum quod habent jure angustum auferunt; quemadmodum Romani fæneratorem ideò gravius, uti paulò antè diximus, quàm furem puniverunt. Vid. Hyppol. à Collib. *cap. 4. in pr.* Ideoque nihil æquè interest Reip. quàm pleonexiam & fraudes mercaturæ præsertim annonæ ratione factas detegi, ac poenâ atrocissimâ vindicari; sicut enim lætius saturô populô nihil; ita jejunô & famelicô quoque seditiosius nihil. Dissentit Machiavell. quem refutat Anti-Mach. *lib. 3. theorem. 32.* Seditio autem ex pleonexia orta, totam subvertit Rempub., illiusque quietem, quod Neapolitani Regni exemplô An. 1647. & aliorum in propatulo. Unde Frosch-mäuseler de Pleonexia,

Allen Rath/ Gesellschafft und Geschlechte
Eigennutz/ Kirch-Stadt-und Hauß-Regiment
Daheim verwirrt / bey Frembden schendt.

Vid. Nachklang des Hänsischen Weckers *pag. 15.*

Maledicetur itaque in populis, qui abscondit frumenta, benedictio autem super caput vendentium inquit Salomon. *proverb. 11. vers. 26.* Interdum etiam hosce Curculiones justô judiciô DEI poenis præsentibus in hac vita affici testatur Lutherus *lib. 3. de Censu. cap. 7. n. 83.* *Nihilq́;* (ut Gregor. Nazianz. in funere Basilii ait) *gravius acerbiusq́; est iis, qui, ut famem negocientur, atq́; ex aliorum calamitatibus messem faciant, temporum difficultates observant.* Quapropter Franciscus Donatus, Venetiarum Princeps, locô remotus fuit, quòd in re frumentaria malè versatus; & hoc ex tribus capitibus in Ducis Venetiarum jurisjurandi formulâ præcipuum est. Thuan. *lib. 16. histor. pag. 314.* ne imposterum in id impingant. 41

Quid quòd hæc flagellatio annonæ, species tyrannidis est affectatæ. Sic Romæ Sp. Melius, ex Equestri ordine prædives, cûm frumenta ex Hetruria Romam deduci fecisset, ac in populum illorum largitione uteretur, ut animos civium ad se traheret, & arma in ejus domum conferrentur, Dictator Cajo Servilio Achalæ, Magistro equitum injunxit, ut Melio coram Dictatore diem diceret; cûmque Servilius id Melio nunciaret, ille pavidus fortè criminis concepti suspicione, dum populum ejusque fidem implorat, ob impensam in illum benignitatem, idque vociferaretur, à C. Servilio obtrûcatur, & ob id Dictator inquit: Macte virtute, C. Servili, esto, liberatâ Repub. ut narrat Livius *lib. 4.* Cujus Domus complanata Æquimelium dictum est. Cinna, annonæ caritate ingruente, tritici largitionem suscipiens, Regnum affectasse creditur, quo circà saxis obrutus est. Plutarch. *in Paral. cap. 59.* Eôdem modô populus Atheniensis obruit Pyrandrum, Quæstorem urbanum, triticum parcè suppeditantem, ac largitionem surripientem, & ob id proditionis suspectus, Plutarch. *d. l. cap. 51.* 42

Ideoque eum, qui annonæ præest, magnâ summâq; prudentiâ esse oportet, ut hos scopulos evitet, quando egestatis & inopiæ procellæ irruunt. Optimis enim Principibus & magistratui frumentorum penuria semper odio fuit, 43

fuit, quæ majori ex parte à pessima administratione proficiscitur. Fr. Marc. *d. decis.450. n.1. & 5.* Turcarum Imperator autoritatem subditorum sibi conciliat, turbasque & motûs præcavet, dum curat, ne annonæ ullô unquam tempore caritas oriatur. Rhenat. de Lusing. *de increment. Imper. lib. 2. cap.4.* Enimverò æquitas id imprimis efflagitat, ne carius, quàm par sit, vendantur merces. *l.1. C. de Episc. & Cler. l. ult. ff. de muner. & honor.* At ubi æquitas hodiè est inventu? ubi Præfectus annonæ? de quibus *cap. seq num.13 & seqq.* Ædiles Cereales Ἀγορανόμοι, commerciorum Comites, qui curarunt, ne commercia illicita exerceantur (de quibus mentio fit *in l. unic. C. de Annon. & Capitat. l.2 C. quæ res ven. poss. l.6. C. de Commerc. & mercator.*) ubi Sitocomia? altum nunc & Pythagoricum silentium; Caveat itaq; in quantum fieri poterit, Respublica insidiosa illa quorundam monopolia, & tot constitutionibus severè prohibita, quæ fisco Principum interdum nutriuntur, & pauperum sudoribus pascuntur. Caveat etiam maximè, fraudes in commerciis committi, & remitti fraudantibus artes commutatrices pœnas; caveat etiam quisque mercatorum & seriò prospiciat sibi de bona mente & bona conscientia, ne audiat talis, qualis describitur ab Ambrosio *in c. ejiciens. dist.88. O mercator seculi, comparator inferni, cur in fraudem & deceptionem convertis naturæ industriam? cur affectas rerum defectus? cur optas pauperibus sterilitatem, ut domui tuæ compares dolosam fœcunditatem? etenim lucrum tuum multorum est damnum! O quò vadit anima*, exclamante Baldô, istiusmodi mercatoris. Nec est, quòd quis cum Joh. Sichardo *ad d. l. un. n.11. C. de monopol. arg. c. significante. 69. de Appellat.* & Joh. Borcholt. *cons.17.* pu-

44 tet, hæc monopolia pactis juratis, privilegiô & præscriptione fieri licita & permissa, quæ alioquin sunt illicita & prohibita. Nam primò (præterquam quòd hujusmodi pactiones mercatorum contra publicam utilitatem initæ, à jure improbatæ, nec etiam juramentô confirmentur. *c. non est obligatorium, de R. J. in 6to.* Decian. *tr. Crim. lib.7. cap.22. n.26.*) non conceditur, hoc *per d. c. significante* probari; deinde, etsi probaretur, responderi posset cum Innocent. hoc quidem in terris Romanæ Ecclesiæ, in uno monopolii genere, nempe quod à Loco est, sed non hujus loci, procedere; non etiam in terris Imperii Romani; neque enim in primo & secundo genere, quod est rerum, de quo hîc sermo; & personarum, de quo paulò post. vid. Ahasv. Fritschii tract. noviss. de Monopol. *c.6. n.7. cum seqq. & cap.8. per tot.*

Secundò dicimus, quòd in Constitutionibus Imperii, præsertim eâ de Anno 1548. tit. 18. Die Monopolia und schädliche Fürkäuffe belangend. §. *fin.* ejusmodi privilegia & præscriptiones privatorum aboleantur, cassentur, & reformentur, in verbis, und sie hierwieder einig Gleyd/ Sicherheit/ oder Freyheit/ in was Schein die immer seyn oder fürgebracht werden möchte/ weder schützē noch schirmen noch fürtragen. Et in Capitulationibus Ferdin. III. IV. & noviss. Leopoldi Imp. *art.20.* Wir sollen und wollen auch die grosse Gesellschafften und Kauffgewerbs-Leute/ so bißhero mit ihrem Geld regieret/ ihres Willens gehandelt und mit unzuläßigē Vorkauff und Monopolien viele Ungeschicklichkeiten dem Reich und dessen Einwohnern mercklichen Schaden und Nachtheil zugefüget/ uñ noch täglich Einführē ꝛc. gar abthun. Keines weges jemanden einige Privilegia uff Monopolia ertheilen/ sondern da auch dergleichen erhaltē/ dieselbe vielmehr als den Reichssatzungen zu wiedern/ wiederumb abthun und auffheben. Quia itaque Imp. & status Imperii volunt, ut nullum hujusmodi monopolium prætextu ullius salvi conductûs, assecurationis, privilegii & libertatis deinceps toleretur, sed dignis pœnis subjiciatur, ideoq; hôc ipsô vetuerunt & abolita esse voluerunt omnia ejusmodi monopolia exitiosa, etiam ea, quæ prætextu alicujus præscriptionis vel consuetudinis defendi 45

volunt. *arg. l. non dubium.* ubi Br. Bl. Castrens. Cyn. Coras. *C. de LL.* Nec enim leges verbis, sed verba legibus imponuntur. *l. 2. in fin. C. commun. de legat.* Et legislatori, quod fieri non vult, tantùm prohibuisse sufficiat. Cæteraq; quasi expressâ legis voluntate liceat colligere, *d. l. non dubium.* verb. *ut legis-*
46 *latori. C. de LL.* Huic accedit, quòd sit delictum, dilectioni proximi è diametro contrarium, ut supr. *hoc c.* probavimus; ideoq; nec ullâ præscriptione seu privilegiô convalidari potest adeò, ut, si sit Respub. seu communio, quæ ejusmodi nocivi monopolii præscriptionem prætendere velit. Joan. Goedd. *cons. Marpurg. 17. n. 197. vol. 4.* Verùm de hoc ipso, capite seq. uberior sese offeret dicendi occasio.

Et hæc de Monopolio privato, propriè ita dicto, & ad mercatores pertinente dixisse sufficiant; restat, ut priori-
47 bus etiam digitis attingamus de Monopolio improprio, & analogicè ita dicto, quod ab opificibus & artificibus exercetur, de quo Keckerm. *in System. Pol. lib. 1. c. 14.* & Althus. *c. 27. Polit.* ubi ex Menoch. & aliis, sedecim species monopolii recenset, quib. adde Ahasver. Fritsch. *d. tr. c. 3. n. 22. & seqq. & c. 12. & 13.*

Fiunt autem hæc monopolia vel
48 Personis, vel in loco. Personis fiunt I. quando quidam inter se constituunt, hoc vel illud hôc modô & non aliô velle agere, ut, cùm in Germania Vitriarii, seu alii artifices statutum vel consuetudinem inter se habent, ne doceant suam artem alios, quàm filios vel nepotes. Similiter quando statui- 49
tur, quòd molitorum, textorum, chirurgorum, pastorum ovilium, balneatorum & Tibicinum filii à Collegio excludantur, quod ut irrationabile in Imp. nostro abrogatum, per Reformat. Polit. de Anno 1548. rubr. von Handwercks Söhnen/ Gesellen und Lehrknaben. ibi. Als auch an etlichen Orten etc. qualia statuta & superius *lib. 3. cap. 2. n. 25. & 26.* hujus tr. improbavimus.

II. Personis etiam fit monopolium, 50
quando Canonici Ecclesiarum Cathedralium habent inter se statuta, ne alii recipiantur in Canonicos, nisi Nobiles; ita, referente Menoch. respondit Bl. *in cons. 183. lib. 2.* & cæteri relati à Menochio *d. cas. 569. n. 19.* ubi integrum hujus speciei vide catalogum.

Loco fit monopolium, si statuitur, 51
ut certô locô res vel fiat, vel vendatur, e.g. quando statuitur, ne ad aliud molendinũ accedere possint alii. Althus. *lib. 1. Dicæol. c. 133. n. 31.* Vel, si conveniunt, quòd homines talis municipii non deferant frumentum vel alias merces in proximum municipium, ut dominus illius loci vel incolæ cariùs vendant, ita ex sententia Socini Senioris *in cons. 277. col. 3. vers. 4. lib. 2.* tradit Decian. *c. 21. crim. n. 13.* nisi vi privilegii, „ legis, statuti, seu contractûs aliter obti- „ neat, idq; boni publici causâ, ut seq. „ capite pluribus deducetur.

Quando Monopolium vel Injusti- 52
tia committatur in Cambio ex parte pretii, vid. Raph. de Turr. *disp. 1. q. 27. de Cambiis.*

Caput VII.

De

Monopolio Licito & approbato.

Summaria.

1. Monopolia esse improbata cum grano salis intelligendum. Distinguendo inter publica & privata.

2. Monopolia publica & Salutem Reipubl. promoventia licitè exercentur.

3. Privati consensu Magistratûs licitè monopolia exercent.

4. An omnia Monopolia jure naturæ improbentur? Dissensus Grotii à Feldenio.

5. Exempla privatorum, quibus Monopolia concessa.

6. Monopolia, publicâ authoritate concessa, charitati proximi non adversantur.

7. Titulus Cod. de Monop. quomodo intelligendus.

8. Recessus & Capitulationes Imperii non prohibent Monopolia extraordinaria.

9. Ex-

9. Exemplis demonstratur aliquot Regnorum & Rerumpubl.
10. An respublica tempore necessitatis licitè Monopolia extraordinaria instituere possit?
11. Ejusmodi Monopolia benè Constitutæ Reipubl. non congruere putat Molinæus.
11. Quomodo Princeps & Respublica licitè exerceant monopolia publica.
12. Monopolium & Mercatura res indifferens.
13. Salus publica quomodo reddat Monopolia licita.
14. Utilitas & necessitas publica non habet legem.
15. Respondetur objectioni, quòd sit contra libertatem commerciorum.
16. Reipubl. Argentoratensis exemplum hoc in passu.
17. Rudolphi Bohemiæ Regis exemplum.
18. Laurentii Medicis Florentiæ Principis.
19. Salomonis Regis Israel Exemplum.
20. Monopolium Salis à Regibus Galliæ licitè exercetur.
21. Rerumpubl. & Civitatum certæ mercis monopolium licitè exercentium exempla afferuntur.
22. Salis Monopolium Dux & Elector Bavariæ exercet.
23. Idem Tartariæ Princeps.
24. In Germania haben die Stâdte den Saltzkauff.
25. In Provinciis Saxonicis hæc monopolia approbantur.
26. Duces Saxoniæ officinas ferri & cupri certis personis permittunt.
27. Quod præjudicatô Scabinatûs Lipsensis firmatur.
28. Obrigkeit kan auß gewissen Ursachen und des Landes Nutzen / eine oder die andere Handlung gewissen Personen privativè zulassen.
29. Lubecæ certis personis Sacchari & Salis coquendi jus concessum.
30. Hæc Monopolia Extraordinaria quando Reipubl. sint salutaria.
31. Monopolium Salis quomodo sine vitio exercetur.
32. Monopolium frumenti quomodo exercendum.
33. De Præfectis Curæ annonariæ antiquis Reip. Romanæ.
34. Constitutio Reipubl. Venetæ circa curam annonariam.
35. Magistratûs Cura in Taxatione pretii frumentarii & n. 37.
36. Taxatio rerum venalium in multis benè constitutis Rebuspubl. recepta.
37. An Taxatio rerum commutandarum Mercatorum arbitrio committenda?
38. In Taxatione rerum à mercatoribus & opificibus factarum circumspectione & Curâ Magistratûs opus est.
39. Non est Monopolium Illicitum, si Magistratus Civium potiorem quàm extraneorum ducit causam, quòd exemplis demonstratur & n. 44.
40. De Exportationis frumentariæ prohibitione, & quæ magistratui circa illam observanda.
41. Was in den Niedersächsischen Stâdten die Theurung und andere Ungelegenheit verursachet / und wie solchem könne gewehret werden
42. Quomodo frumentariâ exportatione illimitatâ hostis validior reddatur.
43. Suæ Provinciæ & Civitati potius prospicere oportet quàm alienæ.
44. Quod uni Civitati æquum & licitum, non statim alteri prodest.
45. Ordinata charitas incipit à se ipsâ.
46. Civitates quæ Jura Emporialia & stapula sine vitio monopolii possident.
47. Germania & Italia Monopoliis licitis plena.
48. Civitates Provinciales quæ jura singularia Emporialia & coquendæ cerevisiæ habent.
49. [illegible]remundus ab Erenberg & alii Brunovicenses Dd. refutantur, quòd Civitates Hanseaticas Monopolicæ Conspirationis insimulent.
50. Societas Anseatica Impp. approbatione fulcitur.
51. Constitutiones Imp. & Aurea Bulla Hanseaticorum Conventus pro licitis agnoscit.
52. Interventione & authoritate Impp. plurimæ Civitates fœdere Hanseatico exclusæ, iterum receptæ fuerunt.
53. Recessûs & Capitulationes Imperii quas magnas Societates monopolicas damnent.

54. Hanseaticorum Collegium ad promovenda non destruenda commercia fundatum.
55. Conspirationis nomen non meretur quod bonum publicum, & summè necessarium commercium tuetur.
55. Fœdera Commerciorum gratiâ inita omni jure licita.
56. Monopolicæ conspirationis speciem fovere non potest Collegium, toties ab Impp. ad Contributiones Imperii requisitum.
57. Imperatores Collegii Hanseatici ejusq; commerciorum conjunctionem & promotionem privilegiorum concessione augere voluerunt.
58. Propositio Legatorum Ferdinandi II. Imp. eum in finem Civitatibus Hanseaticis facta.
59. Responsio Hanseaticorum ad hanc propositionem Legatis Imp. Maj. data.
60. Monopolia Publica & Extraordinaria Juri naturæ & Gentium non sunt contraria.
61. Statuta Monopolica licita permittentia ligant forenses.
62. Hæc statuta avarissimorum Monopolitarum illicitas artes coercent.
63. De quibus Monopoliis loquatur l. un. C. de Monopol. & Recessus Imperii.
64. Statuta & Ordinationes Commercia ob salutem publ. restringentes favore dignæ.
65. Finis & mens cujusq; legis & statuti inspicienda.
66. Jacobi Cujacii in hoc Monopolio publ. & Extraordinar. requisita ex Jure Civ. veteri.
67. Utilitas suasit horum semel ejectorum monopolitarum revocationem.
68. Onera quæ hisce Monopoliis de Jure Civili fuerunt adjuncta.
69. Modus qui Monopolio de Jure Civ. fuit constitutus.
70. Ad privilegiatum, Molendinum frumenta exportare, & ut nullibi, quàm in hoc molendino farinam reportare liceat sine crimine monopolii fieri potest.
71. Argumentum à minori ad majus validum.
72. Jura Emporialia possunt acquiri consuetudine & præscriptione, remiss.
73. Monitum Johannis Ruremundi de hisce Monopoliis.
74. Extra Casum necessitatis & utilitatis publicæ commercia monopoliis nō sunt restringenda.
75. Invehitur in aulo politicos, Polypos & vultures, Commerciorum libertati injustè sese opponentes.
76. Commerciorum privatio refertur inter fatales Rerumpubl. calamitates.
77. Caveat Magistratus, ne sub prætextu necessitatis publicæ falsè & pleonecticè monopolium concedat.
78. Hoc Monopolii remediô extraordinario non utendum, si ordinaria adsint subsidia.
79. Monopoliorum gravamen subditis sit tolerabile.
80. Cavendum Magistratui, ne ex hoc Monopolii remedio extraordinario & temporali fiat ordinarium & perpetuum.

HActenus de monopolio illicito, nunc de licito & approbato.

1 Quamvis de jure communi prohibitum sit, ut aliquis solus mercem emat vel vendat, exclusis cæteris. *l. un. C. de monopol.* ut præcedente deduximus capite; sanô tamen hoc sensu & cum grano, quod dicitur, salis erit intelligendum. Si nimirùm per id ipsum certorum saltem mercatorum promoveatur commodum, è contrario verò
2 bonum intercipiatur publicum: Secus, si in utilitatem redundet Reipub. *Sigism. Scacc. de Commerc. & Camb. §. 1. q. 7. part. 3. lim. 10. n. 15. & seqq. fol. 300.* Medin. *tom. 2. tit. de reb. restit. q. 30. in 6. vers. procedunt. fol. 220. col. 1.* tunc etenim ex probatorum Politicorum opinione non solùm Civitates, vel ipse Princeps, ut paulò post dicemus, sed & consensu 3
magistratûs pauci privati mercatores certarum mercium negotium ad se trahere, & hoc ipsô Rempub. laborantem juvare haud prohibentur, juxta præscriptum *Proverb. 3. Noli prohibere benefacere eum qui potest: sed si vales ipse benefac.* Unde H. Grot. non attentâ Feldenii contradicentis opinione

lib.2. de jur. bell. ac pac. cap. 12. §. 16. mo-
4 nopolia non omnia cum jure naturæ pugnare adstruit; nam possunt interdum à summa potestate permitti, justa de causa, & pretiô constitutô. Potest etiam à privatis institui æquô duntaxat compendiô. Grot. *d. l.* Sic sub Ro-
5 manis Alexandrini Jndicarum & Æthiopicarum mercium habebant, ut Strabo loquitur, μονοπωλείαν. Ita Petrus Guamontius è Nobilitate Sandonica hanc gratiam à Rege Galliæ impetravit, ne cui, nisi permissu suô, pellium pretiosarum ex Cannada seu Novæ Franciæ tractu advectarum negociationem facere liceret. Thuan. *lib. 31.* sub Anno 1604. additque rationem, ne gravis esset ærario ad sublevandos navigationis illinc institutæ sumtûs. Sic Mercator quidam industrius & sagax à Carolo V. Imp. ex singulari privilegio obtinuit, ut in Hispania solus intra decennium tabulas lusorias vendere & distrahere posset, ex quo ingentes corrasit divitias. Ex Thom. Lans. Klock. *de ærar. lib. 2. cap. 101. n. 21.* Cha-
6 ritas enim proximi efflagitat, ut, cûm multi prodesse multis non possint, uni non denegetur prodesse multitudini mercibus suis, & aliis quæ ad tuendam vitam pertinent. Quin, qui monopolia tali modô exercent, illisque inserviunt, dum opulenti existunt, egestati & inopiæ pauperum citius succurrere possunt, & tempore necessitatis conferre arma, nervum belli seu pecuniam & milites, sine quibus peragi aut tentari nihil quicquam potest. Anti-Mach. *lib. 3. theor. 32.* Guil. de Cun. *ad l. neminem. C. de SS. Eccles.* Petr. Greg. Tholos. *lib. 3. de Repub. c. 6.* Boter. *d. Stat. illustr. cap. 6. lib. 7.* Choppin. *de doman. Franc. lib. 2.* Platea *l. 1. C. de omni. agr. desert. lib. 10.* Sichard. *ad d. l. un. C. de monopol.* Multi etiam repentini casûs incidunt, in quibus illorum divitiis non levia avertuntur pericula; quid quod fide & industriâ istorum non mediocria Reipub. munia sæpenumerò salva conservantur. Casp. Klock. *thes. 3. disp. Basil. de Contrib.* Insuper, si à privatis, quibus res angusta domi, hinc & inde colligenda pecunia, non tàm citô colligi nec suppeditari potest ita facilè, quia plures habent divisa bona, & minora quàm unus & alter horum mercatorum, qui vel ex privilegio vel alia quadam consuetudine, hoc certæ mercis (putà, salis, Cupri &c.) emendi & vendendi jus adeptus est. Titulus namque sæpè allegatus, *C. de* 7
Monop. procedit, nisi Privilegium vel alia consuetudo, in utilitatem publicam vergens, resistat. Joh. Borcholt. *consf. 7. part. 1. col. 1.* allegans Joh. Sichardum (illum Germaniæ Phœnicem, ut à Rutg. Ruland. *in relat. sing. de assecurat. præm. non solut. n. 45.* indigitatur) *in d. l. un. n. 11.* qui docet, omnia monopolia Constitutione Imperii aliter tolli non posse, quàm si constitutionibus hæc subjiciantur verba: Volumus monopolia deinceps esse sublata; à quo tamen dissentit Joh. Goedd. *Cons. Marp. 17. n. 188. & cons. 18. n. 43. vol. 4.* Vid. Joach. Schepliz. *ad Const. Marchic. Brandeb. part. 4. tit. 5. §. 10. & 11. n. 2. & seqq.* Keckerm. *System. Pol. lib. 1. C. 14. pag. 248.* qui distinguit inter monopolium privatum ordinarium, & extraordinarium, sive publicum, tempore necessitatis permissum. Hinc Reces- 8
su Imp. de Anno 1512. expresè distinguitur inter licitas & illicitas sodalitates Mercatorum, & consequenter inter Monopolia licita & approbata. §. Doch soll hiedurch niemand verboten seyn sich mit jemand in Gesellschafft zu thun/ Waare von ihnen zu kauffen/ und zu verhandeln: Alleine daß er die Waaren nicht unterstehe in seine feste Hand zu bringen/ und zu steigern &c. Et ego non omnes societates Magnas Mercatorum Monopolicas & Imperio nocivas esse, didici Auß dem Bedencken/ so die Stadt Augspurg auff die ihr zu berathschlagen uberschickte Puncta ubergeben uff den Reichstage zu Nürenb. An. 1524. §. *Item* dieweil/ verb. Solche Monopolien uff ziemliche Wege den Rechten gemäß richten/ damit sich niemand darüber zu beschweren habe. Hinc videmus 9
in Dania, Suecia, Livonia, Belgio alisque locis, magnas sæpe sodalitates

Salis, Cupri, Cineris aliarumque certarum mercium etiam ab eminentioris dignitatis personis, consensu publicô, non sine magno commodô, ad avertendas aliorum pleonexias iniri & exerceri, quæ certô & limitatô modô in Republ. non improbandæ.

10 Cæterùm cùm ex doctrina multorum prudentum consultum ducatur, si privati impensis ad res exoticas & necessarias importandas sint impares, vel etiam Reip. necessitas & utilitas id exigat, ut non privati mercatores, sed & ipsa Respub. & Principes hæc monopolia instituant, non immeritò Q? AN HOC FACERE DEBEANT? De qua quæstione videri possunt Bodin. *6. de Repub. cap. 2. n. 650.* & cæteri allegati à Besoldo *de ærar. publ. cap. 3. n. 6.*

11 Carolus Molinæus, *tr. de usur. & commerc. n. 533.* Sordidum munus & illiberale putat, quod Aristot. *lib. 1. Pol. 7. in fin.* refert, quasdam Civitates, suæ Universitati rerum venalium monopolium arrogare, ad corradendam pecuniam in sumtûs publicos: dicit enim, esse prætextum ad subjiciendam plebem servituti; nec congruere veræ & liberæ Reipub. in qua bona Civium magis sunt civitatis in commune bonum, quàm singulorum, ut minimè opus sit eâ servitute, sicut nec aliis corradendæ sordidioribus exemplis, quæ non nisi tyrannos decerent, & minimè usurpanda esse in Repub. longè *πολυπκώπερον*. Nos, cum Petr. Gregor. Tholos. Hyppolyto à Collib. Joh. Botero, Bartholom. Keckerm. & aliis sanioribus JCtis & Politicis in Reipub. necessitate, & publica pecuniarum indigentia, approbante ipsô Aristotele. *1. Pol. 7.* hanc negociationis speciem concedimus. Ubi videlicet Princeps & Respublica publici boni causâ annonas & similes ad vitæ sustentationem res necessarias, quæ ab exteris exportantur, coëmat, ut posteà tolerabili pretiô subditis, cum iis indigeant, vendere quemadmodum hæc supr. *lib. 1. cap. 10.* exemplô Josephi & aliorum, probavi-
12 mus. Grot. *d. c. 12. §. 16.* Cùm mercatura, ut & monopolium, sit res indifferens, in qua magistratus vel in vetando vel permittendo, suam pro commodo Reipub. potest interponere authoritatem. Cl. Salmas. *de fœnor. Trapez. p. 236.* SALUS etenim PUBLICA
SUPREMA LEX ESTO. Quippe ut 13
non omne signum ad eandem regulam sic non omne tempus ad eandem legem formatur. Utilitati ergò & necessitati temporum cedunt ordinaria Jura. Nam cùm aut hæc negligenda, aut illorum medela; præstat temporum cum usu habere rationem, quàm legum adversus indomitam vim invalidarum cum Reipubl. pernicie. Facit huc quod habet Plutarchus, *in præcept. gerend. Reipubl. Necessarium esse viro prudenti in parvis à Justitia abire, qui in*
magnis eam salvam velit. Unde & 14
JCtorum Effata: Necessitatem non habere legem, nec legi, sed legem isti subesse, imò necessitatem ex illicito facere probabile. *l. 1. §. ejus. ff. de off. ei. cui mand. jurisd.* Mastrill. *decis. 286. num. 16.* Omne enim magnum exemplum habere solet aliquid ex iniquo, quod contra singulos utilitate publicâ rependitur. Tacit. *lib. 14. annal.* Unde rectè MOLINA JCtus d. J. & J. *disp. 345. num. 3.* Damnandum non est, si magistratus in publica aliqua necessitate constitutus, pro certa aliqua pecuniæ summa, concedat aliquibus Mercatoribus ut ipsi soli vendere possint in suo regno, constitutô eis moderatô pretiô, ne Rempubl. plus justô gravent: Magistratum enim tunc excusat publica necessitas. Sicut enim supremus Magistratus à subditis exigere poterat, ut contribuerent ad publicæ necessitati subveniendum: ita subjicere illos potest illi gravamini Monopolii, modò tamen moderatum sit & cùm cautelis & clausulis infra *in fin. huj. cap.* adductis conjunctum. Dubium itaque planè nullum subest, in necessitatis & utilitatis publicæ casu, Principes & Magistratûs vel ipsos exercere, vel exercitium horum aliis permittere posse, salvâ Constitutionum Zenonis atque Imperii nostri authoritate, quæ ad hûc Publicæ salutis scopum ac finem uni-

cè

is ce collimant. Nec est quod nobis
Obj. communiter hic opponatur Commerciorum ex Jure Gentium Libertas.
R. Posse enim ob necessitatem & utilitatem publicam Commerciorum libertatem; quæ juris Gentium, non à privatis Mercatoribus sed à Magistratu causâ benè cognitâ, & ita civili aliquâ ratione restringi, superius probatum; quò facit elegans *l.6.ff. de J. & J.* ubi notabiliter Ulpianus, ait: *Jus Civile est, quod neq; in totum à naturali vel gentium recedit; nec per omnia ei servit. Itaq; cùm aliquid addimus, vel detrahimus juri communi, Jus proprium.* i.e. *Civile efficimus*, facit *l.1.2. & 3. C. Quæ res venir. non poss. l.1. & 2. C. Quæ res export. non debent. l.1. & 2. C. de Commerc. & mercat.* Jacob. Mæstert. *tr. de Justit.*
16 *LL. Rom.* Quibus addi possunt, quæ subjicit Catol. Molinæ. *supr. alleg. loc.* de inclyta Argentoratensi Repub. politicarum artium gloriâ, ut ait, præcellenti, quæ pecuniis propriis necessitatibus Civium & vicinorum subvenit, grandem annonam in ubertate comparando, & imminenti carestiâ h.e. annonæ caritate, medioctri pretiô vendenda, &c.
17 Sic refert Roderic. Dubrav. *lib. 19. Constit. Bohem.* Rudolphum, Bohemiæ Regem, Alberti Cæsaris filium, exemplô Pertinacis Augusti, solum negociationem in Argentifodinis Cuthuensibus exercuisse, vinum, sal, hordeum, triticum ad panes & cerevisiam coquendum ex Austria ex horreis suis convehendo, pretiumque rebus promercalibus ex arbitrio suo constituendo, atque in eo genere mercaturæ monopolium sibi vendicando; & se hâc necessitate compulsum, huc descendisse, ut hôc modô summam ærarii inopiam sublevaret, debitaque, per utrumque Wenceslaum Reges contracta, dissolveret; atque ideò duo millia aureorum illis ipsis montibus hebdomatim æri alieno dissolvendo tribuisse.
18 Laurentium Medicem, Petri filium, Florentinæ Reipub. Principem, eô animô etiam juvandi nervos Reipub. qui ex pecunia constant, & ad potentiam domesticam magnô præsidiô sunt, quamdiu per publica negotia licuit, mercaturam hanc monopolicam necessariò exercuisse: tamen inde, magnô ære dissolutô posteà sub vitæ finem improbare visum esse refert Michaël Brutus *lib. 8. histor. Florent.*
Sic Salomonis monopolium non 19
fuisse illicitum defendit Petrus Martyr, quòd equos in Ægypto extraneis sine Salomonis Regis, ipsiusve Institorum potestate aut concessione emere & educere non licuerit. *1 Reg. 9. vers. 26.*
Simili modô, licèt jure communi, Monopolia, ut præcedenti capite diximus, sint prohibita. Hoc solum tamen permissum est Regi, ut possit prohibere, ne alius vendat salem, ut docet Alciat. *in tit. Quæ sunt regal. in verb. salinarum.* ut & *in l. inter publica. circ. fin. ff. de V. S.* Ubi dicit, illud esse 20
Principis. *l. si quis C. de vectigal.* Fachinæ. Eques & Comes Sac. Palat. *lib. 1. consl. 6. n. 7.* Ita Rex Galliæ monopolium exercet salis, teste Matq. Freher. *de monet. fol. 48.* qui in Regia horrea certis locis dispositus reconditur, pœnâ capitis in eos sancitâ, qui aliunde, quàm ex illis horreis emerint. Thuan. *lib. 5. histor. fol. 153.* Fl. Belcarius *rer. Gallicar. lib. 25. n. 16. & seqq.* ubi de motibus gravissimis in Aquitania A.C. 1547. & 48. occasione salinarii vectigalis exortis. Certè, in sale vendendo monopolia etiam hodiè in Italia licitè exerceri ex superiorum permissione, testis locuples est Benev. Strach. *d. merc. part. 4. n. 30. & seqq.* & Petr. Heig. *1. quæst. 14. n. 23.* Sic Vratislavia vendi- 21
cat sibi monopolium lupuli. Arumæ. *discurs. Acad.* Noriberga Calcis; urbes aliæ cerevisiarum & vinorum exoticorum, ut Middelburgum, Dordrechtum, Atrebatum, &c. sicuti nos suô locô supr. mentionem fecimus; ibidemque, quomodo Civitates & regiones certarum mercium negotia ad se traxerint, demonstravimus, & hoc hodiè satis notum est novellis Romanis, Venetis, Flandris, Anglis, & Batavis, Böckel. *disquis. vision. pub. 15. pag 301.*

22 Ita Salis Monopolium in suo territorio exercet Elector Bavariæ, ex quo in ærarium tanti reditûs quotannis inferuntur, qui multorum Imperii Princi-
23 pum opes longè superare dicuntur. Sic Salis proventum Tartarorum Principis Domanium esse. Choppin. *d. Do-*
24 *man. lib. 1. tit. ult.* tradit. Estque in Germania usitatum, daß den Saltzkauff die Städte haben und nicht die Dörffer.
25 Nec rara sunt in provinciis Saxonicis exempla, ubi privilegiô & edictô Principis Monopolia quandoque probari, commerciaq; ad certas personas certave loca restringi videmus. Dn. Bened. Carpz. *decis. Elect. 4. n. 10. Et resp. Elect. 41. l. 1.* Ita Principes officinas ferri ac cupri
26 Eisenhammer certis personis permittere expeditum est, si scil. in eas sumptus impendi maximos oporteat, accedente præsertim horum metallorum abundantiâ & penuriâ lignorum, adeo ut sumptus vix tolerare queant vires singulorum. Dn. Carpz. *d. decis. 4. n. 12.*
27 In quam sententiam in Scabinatu Lipsensi Anno 1643. mense April. responsum fuisse Dn. Carpz. *d. l.* meminit his verbis. Ob nun wol Beklagter wieder die Churf. Privilegia und Befreyung sich der Gestalt uffhalten wil/ daß solche sub & obreptitiè außbracht/ und zwar das erste nur allein uff 15. Jahr/ nach derer Verfliessung/ uñ vor anderweit erlangte Privilegio allbereit das Werck zu treiben angefangen/ dahero ihm solches nicht nachtheilig seyn könne/ weil dasselbe zumahl uff ein Monopolium nicht ohne Schaden des gemeinen Wesens hinauß lauffen wolle. Dieweil aber dennoch hochgedachte Privilegia einmahl vorhanden/ und uff keine gewisse Zeit gerichtet/ solche auch auß wichtigen Ursachen/ insonderheit wegen vieler zu solchem Werck uffgewanten Unkosten/ und in Betrachtung/ daß solchs zu sondern Ruhm uñ Nutzen dem Churfürstenthumb gereiche/ auch hiedurch so wol frembden Handelsleuten als diesen Landen Ersprießligkeit zuwechst/ ertheilet/ noch dadurch ein verbottenes Monopolium auf-„gerichtet werden/ zu geschweigen/ daß „nach gemeinen Wahn der Rechtsgelehrten und Politicorum die Obrigkeit 28 auß gewissen Ursachen/ und Landes-„nutzen eine oder die andere Handlung ge-„wissen Personen uff gewisse Zeit zu lassen/„den andern aber verbieten kan/ daß also„ solches verwilligtes nicht in Zweiffel uñ Disputat zu ziehen ꝛc. So ist dahero Beklagter die transferirte Meßings Arbeit nach dessen Endigung wieder abzuschaffen schuldig. V. R. W.

Sic in Republ. nostr. patria Lub. 29 certis quibusdam mercatoribus, ob prædictas rationes utilitatis publicæ Jus coquendi Sacchari, & Salis, ad certum tempus speciali privilegiô concessum memini.

Hæc autem monopolia particularia 30 authoritate publicâ concessa, aut ipsarum urbium ad parandum salem, aliaque, quibus privatorum opes sufficere non possunt, apprimè utilia sunt & necessaria, imprimis ob peregrinorum merces, quæ hôc modô facilius in aliquo territorio exonerantur, cùm ipsius magistratûs autoritate & sumtibus distrahuntur. Sicque omne lucri aucupium, in venditione rei tàm necessariæ à magistratu (in quo usuræ crimen quàm minimè præsumendum) facta tollitur. Hoc autem salis mo- 31 nopolium, cum grano salis, ut dicitur, à Principibus & magistratibus exerceatur; ne videlicet Principes, aut ab iis concessionem habentes, qui lucri causâ sal mercantur, & subditos ad id emendum compellunt, pro numero capitum injustè agere, & mortale peccatum committere videantur. Ripa *tr. de pest. tit. de remed. & conserv. ubert.* in quam sententiam quoque concessit Ladrech. *cons. 21. n. 5.* Jacob. Cancer. *var. resol. c. 13. de jur.* Castr. *n. 256. & seqq.* Andr. Rauchbar. *lib. 1. q. jur. 27. num. 11.* Inprimis autem tale monopolium an- 32 nonæ seu curæ annonariæ quàm maximè erit necessarium. Hoc etenim tempore pestis, belli & famis, Cives & incolas sublevare & sustentare potest. Bornit. *de rer. suffic. tr. 3. c. 13. & seqq.* Verissimum enim est, quod scribit Vegetius *lib. 3. de re milit. cap. 3. in pr.* Reliquis casibus in tempore potest subveniri;

hiri; pabulatio & annona in necessitate remedium non habent, nisi antè condiantur, cujus rei exemplum nobis illustre præbet Josephi historia, cùm is vice Regiâ Ægypto præesset. H. Grot. *d. lib.2. c.12. §.16.* Sed quomodo, & quando, & à quibus hæc fieri honestè soleat, latè tractat P. Greg. *lib.3. de Repub. cap.3.* ut & Ribadeneira & Oranus *in Princip. Christiano lib.2. cap.9. & 10.* Christoph. Besold. *tr. de Ærar. cap.3. num.6.*

33 Eò nomine in singulis olim Imperii Rom. provinciis, per certas & præcipuas Civitates rei annonariæ, imprimis verò frumentariæ Parochi seu Præfecti, Curatores & Opinatores fuére, per *l. fin. §. cum qui emendi.* ubi Budæ. *ff. de mun. & honor. l. miser. 2. C. de Erogat. annon. milit. lib.12. l. un. C. de annon. & cap. aliisq; textibus*; ubi ejusmodi Præfecti & Comites commerciorum vocantur. Wolffg. Lazius. *tit. 2. Reipub. Rom. c. fin.* Meminit etiam ejusmodi Præfectorum Cornel. Tac. *lib.13. Annal.* & Lamprid. *in Alexand;* Quomodo & apud Græcos certi Ἀγορανόμοι, qui apud Latinos Ædiles fuere. P. Greg. *Syntagm. Jur. Univers. lib. 36. c.30. n.10.* ubi ait, quòd cautio ea ad magistratus politicos nunc esse debeat, ut junctis pretiis vendantur singula ad victum necessaria, præsertim fru-
34 menta. De Serenissima Repub. Venetorum ita ex Casp. Contareno, Cardinale & Equite D. Marci *lib.2. & 4.* Hippol. à Coll. *de Increment. urb. cap.21.* Joh. Rutemund. *cap. 7. Mammonæ*: Daß daselbst drey oberste Frucht- und Korn-Herren geordnet seyn / dero Ampt allein 16. Monat wehret und haben in Befehl die Vorsehung zu thun / damit die Stadt niemals Mangel habe: Wann sie auch solchen besorgen / so bringen sie alsbald selbiges vor dem Hertzogen und das Collegium. Ja / diese befleißigen sich nicht alleine dahin / daß das Getreide zu rechter Zeit und in wolfeilen Werth eingekauffet / sondern auch in solchem pretio widerumb den Unterthanen außgespendieret werde.

35 Animadvertendum quoque, pretium frumenti aliarumque frugum, & commestibilium à Magistratu, citra monopolii crimen tempore penuriæ posse taxari. Vincent. de Franch. *decis. 9.* Petr. Caball. *resol. crim. 9.* Fr. Marc. *decis. 290. p.2* Vincent. de Anna. *allegat. 21. n.6.* D. Marta. *in ff. novissim. verb. Annona cap.2.* In qua taxatione tamen subditi ita gubernari ac contineri debent, ut nec nimia ubertas molles illos ac otiosos faciat, ita ut agrorum cultura deseratur; nec sit adeò excessus pretii, ut in paupertatem illos vel malos actûs inducat. Vid. Barthol. Casparin. *de legitim. & natur. rer. ven. pret. & taxat. circ frument. de Annona c.1. & 4. pag. mihi 30. & seq.*

Quamvis aliquando de frumento ex Sicilia Romani advecto, cùm in Senatu ageretur, an gratis, an vili, an immensô pretio plebi daretur? M. Coriolanus adversus plebem gravem sententiam dixit; qua ex sententia quasi contra populum conclamasset, dies Coriolano dictus discussis verò in Senatu sententiis dimissus est; cum sententiæ & consilia pro Republica, sive dura sive optima sint, satis sit omnes tendere ad Reipub. salutem, ad quam omnis consultatio tendere debet. Qua de re T. Liv. *lib.2.* & Dionys. Halyc.
lib.7. Plin. *de vir. illustr. cap.19.* Et hanc 36
taxationem rerum venalium expositarum in multis benè constitutis Rebuspub. & Civitatibus tàm in Belgio, quàm in Italia & Hispania fieri solere testatur Paul. Christinæ. *vol.3. decis. cur. Belg. tit. de Monop. n.4.* vid. Tax-Ordnung Friedrich Ulrichs / Hertzogen zu Braunschweig und Lüneburg ꝛc. Wornach alle und jede angehörige Kauffleute / Händler und Handwercker sich richten und schicken sollen / impress. Wulffenbütl. Anno 1622. Et ideò etiam cùm, quoad leges in ejusmodi collegiis mercatorum & Dardanariorum ageretur, damnatas eas fuisse dicit, quòd Monopolia privata saperent, & gravissimis pœnis punitas, Christinæ. *d. l. fin.* An
autem hæc taxatio rerum commutan- 37
darum, mercatorum arbitrio sit permittenda? Negat id ipsum Clem.

Timpler.

Timpler. *lib.4. Pol. c.9. q.4.* Cui tamen ita simpliciter nostrum haud addere possumus calculum, cùm pro genio Reipub. id interdum utilitas Reipub. & ratio statûs postulet ut in Cambiis &c. Vid. Cl. Salmas. *de fœn. trapez. pag. 215.* Ubi causas addit quare magistratus nullum interdum mercibus pretium præscribat, *& pag. 236.* Vid. supr. *lib. 2. c. 12. n. 35. & seqq.* ubi de taxatione pretii
38 Cambiorum. Sed hîc ante omnia præcavendum, & prudenti magistratui providendum, ne licentiosè Mercatores & alii opifices despreta legum authoritate rerum pretia definiant, quod multis in locis cum gravi domesticæ rei jacturâ experimur. Dinner. *de just. rer. pret. defin. p. 35.* Verùm mores perduxerunt Leges in potestatem suam. Plaut. *in Trinum. Act. 3. sc. 3.*
39 Præterea, non est quoque monopolium Illicitum, cùm Magistratus, seu ex privilegio, seu observantiâ inveteratâ, seu statuto, civium suorum causam potiorem quàm extraneorum ducit. E. g. Quando utilitatis publicæ causâ statuto, ordinatione, ex territorio frumentum, vel alia ad vitam necessaria exportentur (materiam rudem evehere pernitiosum esse docet Bodin. *lib. 6. de Repub. cap. 2.* Si opifices tractare eam commodè possint, quod Edictis Regum Galliæ & Hispaniæ, itemque exemplis illustrat) vel non, nisi certis locis certoque modo inferantur. *per l. 1. §. cura carnis. 11 ff. de off. Præf. Urb. t. t. C. quæ res export. non poss. l. 2. 4. C. de commerc.* vid. nos supr. *lib. 1. cap. 17. n. 38. text. in ordin. polit. de Anno 1577. rubr. 22.* Si ejus sententia sit, avertere annonæ caritatem, & providere, ne subditi indigeant. Riminald. Jun. *cons. 8. n. 18.* Bursat. *cons. 138. n. 9.* Alciat. *cons. 14. per tot. vol. 4.* Bertazol. *cons. crim. 87. n. 14.* Loffred. *cons. 24. num. 10.* Cravett. *cons. 9. 73. n. 45.* Menoch. *cons. 1061. n. 20.* Surd. *cons. 210.* Matth. Steph. *lib. 1. de Jurisd. cap. 33. n. 73. & seqq.* Et Coler. *de aliment. lib. 1. cap. 17. n. 7.* scribit:
40 Plurimum juvat sanctio publica, ne ex territorio statuentium frumentum exportetur; quod & ab Atheniensibus factum legimus; quô nomine & Aristoteles *Polit. 2.* Locrensium & aliorum Statuta laudat, quibus cavebatur, ne sine manifesta necessitate & copiæ abundantia annona exportaretur. Et M. Tull. Cic. *in orat. pro Flacc.* Athenis Athenoparam quendam virgis cæsum fuisse testatur, quòd sub caritate annonaria triticum exportare ausus fuisset. Et sapientissimè, eandem ob causam, Theodoricus Gothorum Rex, Fausto præposito rescribebat his verbis, jubens ut prius incolis fertilitas frumentorum serviat, quàm peregrinis commerciis studiosa cupiditas exhauriat; neque frumentô peregrinas naves prius onerari ad aliena loca transituras, quàm expensæ publicæ ad optatam copiam possint pertingere, teste Cassiodorô *lib. 4. var. epist. 34.* Et alibi idem Theodoricus ad Comitem Silicatonum & portûs curam agentem; speciem lardi (rescribebat) nullatenus jubemus ad peregrinos transmitti, sed in usûs nostros propitiâ divinitate servetur, ne, quod in nostris partibus conficitur, noxiâ negligentiâ deesse videatur. Und dieses ist / daß ein ge- 41
wisser Scribent, (im Nachklang des Hänsischen Weckers) wieder die special Mängel / Theurung und Auffrühre in den Städten gar nachdencklich erinnert *circ. fin.* his verbis: Wieder die besorgliche Theurung / und andere in einer jeden Stadt absonderliche annahende Verderbligkeiten wehre / meines Erachtens unter andern dienlich / daß sie einmütiglich schlössen / und keinen Menschen nichtes mehr hinauß folgen liessen. Dieses hätte gedoppelten Effect, Eines / daß die grassirende Armeen zu Kriegeszeiten alsdann andere Oerter suchen / und von unseren Gräntzen sich würden packen müssen / Anders / daß wir selber die Notdurfft in den Städten behielten / und nicht sobald Theurung und entspringenden Aufstand uns zu besorgen hätten / Es ist je eine grosse Blindheit / daß wir nicht sehen wollen / wie wir den Feind zu unserm

unserm eigenem Verderben als den forthelffen/und uns un unsere Bürger aussaugen un außmergeln/auch durch die einige Uberlassung der Victualien und anderer Nothdurfft. Dann wann dieses nicht geschehe/ würde gewiß Brod und Bier in den Städten so theur nicht seyn/ als es nun ist/ sondern viel wolfeiler.

42 Und wann die Unterthanen der Obrigkeit an Gelde täglich soviel solten contribuiren/ als ihnen heimlich unvermercketer weise durch die Verkauffung an dem Feind entzogen und gestohlen wird/ würde es gewißlich für unmüglich gehalten und angezogen werden/ unangesehen durch dieses Verkauffen der Feind nicht alleine erhalten/sondern ihm noch die grösseste Contribution und Steur gereichet und gegeben wird/ Sintemahl soviel alle Dinge theurer alsdann seyn/ als wann man dem Feind nichtes überliesse/ soviel jetzo eingekauffet werden/ soviel contribuiret ein jeder unvermerket. Hactenus hic Pseudo-patricius Brunsuicensis, autor hujus scripti anonymus.

43 Et succenturiatur ratio, Primò juris gentium & naturalis, quòd sibi suæque provinciæ & Civitati primùm & ante omnia consulere & providere debet, ne ullatenus egeat. *l. 1. & t.t. ff. de off. Præs. l. 1. & t.t. ff. de Administ. rerump.* Accedit secundò ratio Juris publici; quod non semper ad formam æquitatis, vel æqualitatis, ut jura privatorum, sed ad id, quod Reipub. est oportunum, præcipuè aptatur.

44 Ex quo sæpè fit, ut, quod in unâ civitate ob boni publici rationem æqvum est, id in alia sæpè illicitum & prohibitum inveniatur: ut enim propter diversitatem omnibus personis eadem tribui non possunt; sic omnibus rebuspublicis, quæ singulæ personam quandam repræsentant. *l. proponebatur. 76. ff. de judic. l. an usufructus. 56. ff. de usufr.* interque se multis modis differunt, unum idemq; jus populare præ-

45 scribi non potest. Unde & ipse charitatis ordo; qui vult, ut nobis & Civibus nostris præ exteris faveamus, per ea quæ *sup. n. 42. & lib. 1. cap. 17. n. 47. & seqq.* adduximus; quibus adde *l. 1. l. 2. ff. de J. & J. c. qui vult ordinatè. de pœnit. distinct. 3. l. Præses. 6.* & ibi *gl. C. de servit. & aq. c. dilecto. de præbend. & dignit.* Ordinata enim charitas incipit à seipsa, & plus diligit seipsam in calce pedis, quàm alium in vertice capitis, ceu Baldus eleganter expressit. Quapropter Jo. Bodin. *d. l. 6. c. 2.* Mercium evectionem civibus ademtam peregrinis permittere perniciosissimū statuit. Et hanc rationem Jo. Sichard. unà cum omnibus aliis, *qui ad tit. C. de Monopol.* scripserunt, unicè extollit & commendat. Unde videmus, quàm plurimas 46 Civitates Metropolitanas ejusmodi privilegia emporialia antiquitùs sine ullo monopolii crimine obtinuisse, & respectivè adhuc obtinere; inter has autem præcipuè Magdeburgum; pro quo acriter binæ Germaniæ Academiæ celebres, Marpurgensis & Giessena, sicut & Joh. Borcholt. JC. in utramque partem digladiarunt. Similiaq; jura singularia circà frumenti importationem & exportationem habent multæ Civitates Germaniæ, tàm superioris, quàm inferioris; sicut & Italia, prout *supr. lib. 2. c. 6.* ubi de jure stapulæ, probavimus.

Unde & Sichard. *d. l. un. C. de Monop.* 47 totam Italiam & Germaniam monopoliis plenissimam esse ait, in quo rectissimè dicit: Non quidem quoad rationem legis prohibitivam, ut paulò pòst dicemus, sed respectu meritorum privilegii & statuti, seu inveteratæ consuetudinis. vid. Faust. ab Aschaffnab. *de ærario. class. 16. cons. 141.*

Quò pertinet, quòd Civitates pro- 48 vinciarum, ut & Comitatuum Metropoles, dona cerevisialia habentes, jus & privilegium coquendi & distrahendi cerevisias ita sibi adsignatum habeant, ut reliquis provincialibus, præter usum domesticum, cerevisias coquere, pannasque in eam rem braxatorias, Braupfannen/ habere, vel ullatenus cerevisiam iterùm distrahere planissimè sit interdictum adeò, ut & provinciales

ciales sua hordea & triticum ad Civitatem metropolitanam devehere, & cerevisiam iterùm extrahere, ac per totam provinciam venalem exponere teneantur; ut Monachii in Bavaria consuetudine receptum observavi.

49 Hinc facile erit judicatu, quid de suspecta, ne dicam injuriosa Eberhardi à Weihe & ejus asseclarum sententia, quâ illustris collegii Hanseatici societatem conspirationis & monopolici criminis insimulare audent, statuendum sit. Ita enim parùm hic Waremundus ab Ehrenberg. *lib.1. de fœder. cap.2.n.44.* prorumpit: Videtur hæc societas speciem conspirationis monopolicæ præ se ferre. ubi addit Arumæ. *disc.6. (ad A.B.c.15. thes.9.* Ideò enim contracta putatur, ut certis locis socii merces emant, ut rursum pretiô eô, quô volunt, vendant; cujusmodi colligationes legibus improbantur. *l. un. C. de monopol.* Nam, licet hæ secundùm quid, autumante Arum. *d. discurs.6. ad A. B. cap.15. thes.9.* concedi possent: at-

50 tamen, quia consuetudine immemoriali, Cæsarum scitu & concessu hæc antiqua societas fulcitur, omnis monopolii respectus, etiam minimus, merito cessat. *c. si significante. X. de Appell.* Ibid. Innocent. *in pr.* Et notat Bald. *in sua marg. vers. Monopolium,* quod *d.t.C. de monop.* per consuetudinem & privilegium Imperatoris expressum rectè derogari possit. Nec relevat, quod invidi antagonistæ, primô locô objiciunt, nulla authoritate publicâ hanc societatem esse inchoatam, regulariter autem omnes confœderationes Civitatum esse Improbatas Jure Civili & Au-

51 reâ Bullâ Caroli IV. *tit.15.* Cùm hæc societas laudatissima Aureâ Caroli IV. Bulla potius roborata videatur, dum

52 sua authoritate effecit, ut Civitas Brunovicensis fœdere illo exclusa reciperetur. Anno 1377. Nothwendige Verantwordung der Hänsee-Städte/de An. 1609. Sic & Civitas Coloniensis ex Ansa ejecta, intercessione Friderici III. Imp. & ad instantiam Electoris & ArchiEpisc. Coloniensis iterum suscepta fuit. Nec non Civitas Bremensis admonitione Ferdin. I. & Maximil. II. Impp. Anno 1562.

Nec 2. ratio contraria alicujus est momenti. Quòd Capitulationibus 53 Cæsareis, ejusmodi magnæ societates Mercatorum Monopolii speciem continentes sint damnatæ: Societas enim 54 hæc libertatis commerciorum florem ejusque tuitionem respicit, minimè verò ejus detrimentum & prohibitionem, ideoque Capitulationis textus de hac Societate intelligi nequit, ut benè observavit Joh. Limnæ. *ad d. artic.* prout nos sup. demonstravimus h.c.n.

Tertium quod ab Eberh. à Weihe ejusq; asseclis movetur dubium, Quòd hæc Societas quoad quasdam civitates conspirationem sapiat, ex allatis facilè diluitur; fœdus namque illud non Conspirationem illicitam, sed con- 55 gregationem pro defensione rerum temporalium, Commerciorum scil. esse, confirmavimus, qualem omninò licitam defendunt Menoch. *cons.28. n.12.* Farinac. *pr. crim.1.tit.4.q.125.n.177.* Molina. *de J. & J. tit.1. D.16. coll. pen.* Mynf. *cent.6. obs.2. n.5. & seqq.* Et quomodo Inclutum hoc collegium illici- 56 tæ & monopolicæ conspirationis speciem foveret, toties ab Impp. & Imperio ad Contributionem requisitum, uti patescit ex Rec. Impp. de Anno 1542. 1544. 548. 1576. 1582. Klock. *de Contrib. cap.14. sect.2. n.60.*

Quid quod ipsa Impp. Majestas in- 57 terdum cum hisce Civitatibus Commerciorum conjunctionem & singularem societatem maritimam, cum ampla privilegiorum promissione instituere animum induxerit, prout apparet ex legatione splendidissima Imp. Ferd. II. ad prædictum Hanseaticum 58 Collegium Anno 1627. & 1628. habita. Hæc quamvis ex notorietate & Actis publicis ad oculum pateant, operæ pretium tamen existimavi, ad ejus majorem dilucidationem, ex ipsa Imperatoris propositione, hujusmodi societati addictis Civitatibus & membris diversis vicibus facta, evidentius ea demonstrare. Ne autem hæc ex meo videantur prognata cerebro, apponam hîc

hîc verba cõntinuati Meterani Germanica; qui *parte 3. histor. Belg. Amstelod. impressâ. lib. 44. fol. m. 517. ita refert*: Damit aber der Käyser die AnseeStädte uff seine Seite bringen / und allen guten Willen bey ihnen erlangen möchte / hat er eine ansehenliche Legation an sie / benandlich an die Stadt L. abgeordnet / und sie verständigen lassen / welcher gestalt J. Käys. Maj. mit der Königl. Würden in Hispanien gehandelt und sich verglichen hätte / eine Conjunctur uñ Correspondentz, in allen Kauff- und Verkauffhandlungen anzustellen / damit alle Waaren und Commercien, so in- und ausserhalb den Hispanischen Königreichen und Landen geführet und getrieben würden / zwischen des H. Reiches Teutscher Nation, und den Königl. Hisp. Underthanen allein verbleiben / und denselben reciprocè und immediatè gegen einander geführet / und wo es einem oder dem andern Theil beliebet / hernach verkauffet / verstochen / oder sonst wieder verhandelt werden möchten / wañ dann solches zu gemeiner Wohlfahrt uñ Auffnehmen des Vaterlandes verhoffentlich gereichen würde: Als hätten hochgedachte Jhre Käys. Maj. aus getreuer väterlicher Vorsorge und affection zu des Vaterlandes Wohlfahrt / dasselbe ihnen allergnädigst wollen vortragen lassen; gnädigst begehrend / solches in reiffe Berathschlagung benebenst andern Ansee Städten / und der Commercien verständiger Personen zu ziehen / und vertraulich zu ponderiren und zu conferiren / welcher gestalt solche Conjunctur und Commercien zu allgemeiner Wohlfahrt nützlich anzustellen seyn / auch Jhr Gutachten Jhr. Käys. Majest. abgeordneten Commissarien (erant der Herr Graff von Schwartzenburgk und der Herr Wentzel) einzuhändigen / dagegen sey Jhre Käy. Maj. des allergnädigsten Erbietens / die sämptliche AnseeStädte nicht alleine bey solcher Conjunctur und Correspondentz zu manuteniren / in Käyserl. Schutz und Schirm zu nehmen / mit Käyserl. Freyheit zu begnädigen; sondern auch gegen den benachbarten Potentaten mit aller Macht zu vertreten / auch was dergestalt auffgerichtet und geschlossen / beneben der Königl. Würden in Hispanien zu confirmiren / damit alles zu ewigen Zeiten vertraulich / und diß alles ohne einige Gefährligkeit verübet und continuiret werden möchte / welches dann von E. E. Rath der Stadt L. benebenst etzlicher ander AnseeStädte Gesandten zu berathschlagen gezogen worden. Et *lib. seq. 45. fol. m. 563.* sub Anno 1628. Auff gemelten Convent würde den AnseeStädten im Namen des Käysers und des Königes von Hispanien vorgeschlagen / daß alleine die 6. Civitates Wandalicæ sollen immediatè in Hispanien handeln mögen / und wann außländische benachbarte Königreiche etzliche Waaren hätten / deren man in Spanien bedürfftig were / solten dieselbe in benachbarten Städten allein NB. verkauffet / und von denselben in Spanien gebracht werden; deßgleichen daß alles / was aus Spanien käme / solte dahin geführet / und von dannen in bemelte Königreiche und Lande überschicket und verhandelt werden / **der Handel aber solte allen denen in Teutschland verboten werden / die der neuen** Admiralität und Gesellschafft / so in Spanien auffgerichtet worden / sich widersetzen würden etc. ubi Judicium Authoris de hac propositione & oblatione; & paulò post: Wiewohl aber mehrgemelten HanseeStädten statliche privilegia beedes von der Käyserl. und Königl Maj. angetragen wurden: So wolten sie doch zu der neuen und ihnen angetragenen Societät und Gemeinschafft mit der Spanischen Admiralität sich nicht verstehen / und gaben auff den im Namen Jhrer Käys. Majest. ihnen geschehenen Vortrag diese Antwort / Sie weren zwar geneiget / Jhrer Käyserl. Maj. als Jhrem Allergnädigsten Herrn zu gehorchen / was aber in deroselben Namen ihnen zugemuthet worden / sich mit Spanien in eine sonderbare Bündnüß der Schiffahrt oder Commercien halben einzulassen / darin köndten sie nicht willigen / dieweiln sie mit benachbarten Fürsten und Potentaten zu thun 59

hätten/ die mächtig auff dem Meere weren / und durch deren Gebiete sie passieren müsten / welche sie ihnen nicht köndten zu Feinden machen/ Sie wolten auch ihre Gesandten gen Prage schicken/ Ihre Käyserl. Majest. allerunderthänigst zu bitten / daß sie möchten in der Neutralität, wie bißhero / verbleiben / und mit dieser absonderlicher der Commercien Conjunctur verschonet bleiben etc. Hucusque Meteranus Continuatus d.

60 l. Etsi autem ab aliquibus videri possit, ejusmodi jura singularia, ut monopolica, meritò improbari, propterea, quòd commercia ex jure Gentium sint inventa. *l. ex hoc jure. 5. ff. de J. & J.* quibus adde, quæ supr. *lib. 1. cap. 17. in pr.* de restrictione commerciorum adduximus, tamen verissimum est, tales sanctiones juri consentaneas esse. *l. 1. C. quæ res export. deb. l. 1. vers.* quod alteri superest. *ff. de contrah. empt. l. Præses. C. de Serv. &*

61 *Aqu.* Nec movet, quòd commercia sint jure gentium inventa: quia, quin in contrarium aliquid statui possit ob necessitatem communem & utilitatem publicam, ut sparsim hoc cap. & prædict. *cap. 17. lib. 1.* admonuimus, nihil impedit; cùm hoc jus sit solùm permissivum, liberam facultatem cuilibet emendi vendendive concedens: cujus generis leges per jura Civilia abrogari possunt. Coler. *d. lib. 1. c. 17. de aliment. n. 7.* Neque solùm subditos ligant hæc Statuta & consuetudines, sed & forenses, Fr. Bursat. *cons. 38. num. 8.* Barthol. Bertazol. *l. 1. Crim. cons. 169. n. 2.* Jul. Clar. *q. 82. Stat. 7. num. 2.* adeoque Ecclesiasticos ementes vendentes vel exportantes, *arg. l. fin. §. Divus ff. de Pub. & vect.* Gœdd. *d. Cons. Marp. num. 12. 13.* Ideoque, si contra Statutum vel privilegium ejusmodi quis fecerit, in pœnam incidit Statutô expressam usuve receptam, & frumenti insuper, seu alterius mercis amissionem. Jul. Clar. *d. q. 82. n. 1.*

62 Bald. *Cons. 198. n. 4.* Quandoquidem hæc ipsa Statuta & Ordinationes tantò minus illiciti monopolii incusari vel argui possunt, quantò magis illicitas & captiosas avarissimorum, rapacissimorum & inhiantium monopolitarum exportationes privatas coërcent, tàm ementium quàm vendentium respectu, ut eô nomine potius omni favore & ampliatione sint dignissimæ, *per text. ex pr. & ibi* Jo. Sichard. & alii Dd. *ad d. l. Un. C. de monop.* Ille etenim titulus, sicut & 63
Constitutiones Imperii, non salutaria Civitatum liberarum Statuta mercatorumque jura & consuetudines speciales, sed ut aliquoties innuimus, ejusmodi saltem monopolia proscribunt, & pœnâ privationis bonorum cum exilio persequuntur, quibus propriâ & privatâ autoritate illicitis lucri captationibus annona & cætera necessaria flagellantur, rerumque caritas inducitur; qualiter fieri solet per privatos monopolas, quibus nihil fraudulentius, nihil iniquius, ut præcedenti capite fusius monstratum. A quibus artibus hæc Statuta, Ordina 64
tiones & privilegia mercium importationem, commerciorumque restrictionem boni publici causâ concernentiâ, totô sine alienissima sunt; eò nimirùm inclinantia & directa, ne frumenta, sal, & certæ hæ merces ultra modum, ad causandam civium & provincialium inopiam exportentur, tùm etiam, ut justô pretio distrahantur. Peguer. *decis. 88. n. 4.* Knich. *ad Jus Sax. verb. Ducum. cap. 7. n. 3.* Don Gars. Mastrill. *d. decis. 17. n. 3. & per tot. part. 1.* Alvar. Valasc. *decis. 43. p. 1.* tùm etiam, ut ibi per aliquot dies in commodum subditorum deponantur & quiescant. Qualia negociationum monopolia (si ea dicenda, quæ civibus præ exteris commodum quoddam & prærogativam concedunt) tanquam reipub. utilia, & totô orbe approbata, *per d. l. 1. C. de monop.* Constitutionem velut ante neutiquam improbatam esse rectissimè ait Cujac. *lib. 10. obs. 19. & 16. obs. 23.* Et Sigism. Scacc. *de Commerc. §. 1. q. 7. part. 3. lim. 3. n. 15. & seqq. fol. 300.* Cùm finis di- 65
stinguat actùs, & à fine omnia denominanda sint, *per l. non omnis. 19. ff. de reb.*

reb. cred. l. 1. §. Divus. ff. ad l. Cornel. de Sicar. Item quòd finis & mens cujusque legis vel statuti, vel contractus & rei, potissimùm & principaliter sit inspiciendus. *l. 1. C. de condict. ob turp. cau.* Decius *consf. 177. n. 1. & consf. 360. n. 4.* Parisf. *consf. 64. n. 58.* Cephal. *lib. 3. consf. 329. & 22.* Rol. à Vall. *3. consf. 58. n. 86. & consf. 99. n. 46. lib. 4.* Et in terminis Fr. Pfeil. *lib. 1. consf. 194. per tot.* ubi similem omninò casum habet, latè & pertinenter Elbert. Leonin. *consf. 67.* Antonin. Tessaur. post Alberic. *decisf. 264.* Et sic inter LICITA & ILLICITA MONOPOLIA distinguit Bertachin. *in repertor. jur.* & inter ordinaria, quæ prohibita; & extraordinaria, quæ hujus loci. Barthol. Keckerm. *lib. 1. systcm. Pol. c. 14.* Et quòd civitates, ejusmodi privilegiis & juribus antiquitùs inclutas, mercatores impunè transire non possint, post Bl. ait Strach. de *Mercat. p. 2. n. 36. & tr. de navigat.* Cui consentit Damhoud. *tr. crim. cap. 131. ubi n. 67. & seq.* rectissimè dicit: In jure monopolii discernendo, aliquô sale, ut etiam suprà diximus, opus esse, commendando has leges, statuta & inhibitiones magistratuum de exportandis importandis & transvehendis mercibus per directum vel indirectum, clàm vel pa-
66 làm. Et manifestè accedit Clarissimus Jacobus Cujac. *dict. lib. 16. obsf. 23.* ubi tria huc apprimè facientia, explicat: I. Monopolii liciti & illiciti speciem. II. Onera. III. modum. Quoad primum, & quidem Monopolii speciem. Monopolium, ait, est, si certis personis, vel (quod potius est) certo collegio concesserit Princeps, ut ei soli jus sit vendendæ certæ mercis, eaque concessio non erat improbata ante constitutionem Zenonis. *C. de Monop.* ita ille. Quamvis nos neque illam Zenonis constitutionem hæc & similia statuta & jura abrogare existimamus, per ea, quæ paulò ante adduximus, & quæ ipse Cujac. *d. obsf. 19. lib. 10.* refert. Ubi denuò rectissimè &
67 theorico-practicè dicit, Quòd & privatorum c[illegible]torum & publicâ authoritate & religione obstrictorum monopolitarum maxima sit & experta fuerit utilitas reipub. Unde & ejecti ex urbe Roma aliquoties (sub fide & cautione, ne quid fraudis committerent) sint revocati.

Secundum quod attinet, tria inquit Cujac. *d. obsf. 23.* monopoliis adjuncta fuisse ONERA: conferendæ in fiscum certæ pensionis; deinde, functionis aurariæ, sive lustralis auri, quod χρυσάργυρον dicebatur, (de quo est *1. tit. lib. 11. Cod.* & quintò quòque annô, h. e. lustrô, à negociatoribus pendi solitum narrant Evagrius & Zonaras, ob idque aurum negociatorum à Lampridio dicitur *in Alexandro.* Hanc autem aurariam collationem sustulit Anastasius Imperator, ut scribunt Evagrius & Zonaras) 3. tùm deniqúe siliquatici præstationem rebus omnibus nundinandis, prout etiam testatur Cassiodorus *lib. 4. Idem lib. 2.* qui ita, in- » quit, commercium negociationis ex- » erceat, quatenus nec monopolii nec » siliquatici, nec aurariæ aliquid pensio- » nis impendant. Græci κεράτισμὸν ap- » pellant, Cujac. *supr. rubr. de lustral. auri collat. C. lib. 11.* 68

MODUM verò, tertiò quod concernit, cum ex Theodosio & Valent. Impp. ita describit: quòd juxta ea, quæ diximus certos & illi per Provincias negociationum Præsides constituerint, edictali lege sancitâ, ut nulli mercatori, nisi ad designata loca, & temporibus præstitutis ad negociationis suæ species distrahendas, passim liceret accedere, ut certa ratio emendi atque vendendi ibi constare possit, ubi nundinandi jus provincialium tractatu fuerit deputatum. 69

Deinde, licèt sit res meræ facultatis, ad furnos, officinas, & molendina hujus vel illius loci ire; ita, ut etiamsi quis XXX. aut centum, vel mille annis isthuc iverit, nihilominus possit mutare, & vel sibi ipsi in suo furnos & molendina facere, vel aliò quò ire, *per notissima*: Tamen, vi privilegii, legis vel statuti, aut contractûs, aut Præscriptionis, post contradictionem 70

legitimè natæ & perfectæ, jus illud ita formari potest, ut nusquam alibi furnos, officinas & molendinum invisere liceat. Et ita frumenta omnia ad ejusmodi privilegiatum molendinum, absque ullo monopolii vitio exportare & ad farinam reportare oporteat. *text. in c. significante. de Appell.* ubi gl. & comm. Canonist. gl. & Dd. *in l. quæ luminibus. ff. de S. V. P. & l. 1. C. de serv. & aqu.* Nicol. Boër. *decis. 125. n. 5.* Bald. *de Præscr. 4. part. 5. princ. q. 5. n. 3.* Hieron. Schurff. *3. cons. n. 20. & seq.* Rol. à Vall. *2. cons. 22. per tot. & lib. 3. cons. 80. n. 39. & seqq.* Henn. Göden. *cons. 2. n. 9. vol. 7.* Joh. Köppen. *q. 19. n. pen. & fin. & q. 20. seq circ. fin.* Quæ omnia cùm sine ulla monopolii illiciti labe, uti diximus, ita procedant
71 in privatis; quantò magis hæc obtinebunt in publicis civitatibus principalibus &c. per rationem similitudinis & majoris rationis. *l. fin. ff. ad L. Rhod. de jact. l. 17. §. fin.* quæ de stillicidio scripta sunt, si in contrarium nihil nominatim actum sit. *ff. de servit. præd. urb. l. fin. C. de Constit. pec. l. 12. in pr. de LL. l. 32. ff. ad L. Aquil. l. fin. ad L. falcid.* Et quòd argumentum à minori ad majus in jure frequens sit & validum, vid. Marpurg. *15. cons. n. 105. vol. 1. & vol. 4. cons. 54. n. 75.*

Postremò deniq; immediatè omninò facit ad hanc monopolii speciem probandam communissima omnium, nullô prorsus reluctante, Dd. sententia, nec obstante capit. præc. n. 41.
72 opinio: Quòd jura hujusmodi Emporialia, uti & alia regalia possint acquiri non modò per concessionem summi Principis, sed etiam consuetudine & præscriptione, per ea, quæ post alios Regner. Sixtin. *de Regalib. 1. cap. 5.* Casp. Klock. *de Contribut. c. 16. & passim Dd.* (quos omnes citare velle superstitiosum & frustraneum esse putamus) statuunt. Vid. ea, quæ *lib. 1. c. 5.* prope finem, hac de re proposuimus, quib. adde Ahasv. Fritsch. *de Monop. cap.*
73 *8. n. 25. cum seqq.* Quò verò capiti huic finem imponamus, memoriæ commendandum arbitror, quod de his monopoliis Joh. Ruremund. *cap. 21. Mammonæ scribit*: Bey Städten und Ständen müssen solche monopolia dahin gerichtet werden / daß es mehr eine Kauffmanschafft als ein Monopolium scheinet / sonsten würden solche die Reichs-Constitutiones eben so wohl betreffen. Darbey dann wohl in acht zu nehmen / daß die gemeine Handlung in kauffen und verkauffen nicht gestecket / sondern allein der ungerechten Kauffleute und Wucherer übermachete Vortheil gedämmet / und dem gemeinem Manne solcher Last leichter gemacht werde / Auff solche Weise nun kan ein Herr und Obrigkeit löblich und auch nützlich handeln / und darmit die Unterthanen von Steur und Schatzungen und grossem Zoll befreyen etc. Extra præmemora- 74
tos verò necessitatis communis & utilitatis publicæ cancellos, Princeps vel respub. non potest ea immutare, vel tollere, quæ sunt jurisgentium. Joh. Petr. Surd. *cons. 331. n. 41.* prout sunt commercia, sæpè alleg. *l. ex hoc jure. de J. & J.* Roland. à Vall. *cons. 81. num 61. vol. 4.* Tib. Decian. *cons. 44. num. 118. vol. 1.* In quam rem & Recessus Imperii de Anno 1555. §. Setzen demnach / ubi disertè vernaculâ linguâ cautum est, daß keiner den freyen Zugang der Proviant / Nahrung und Gewerbe dem andern abstricken und auffhalten soll. Quod planè convenit cum jure communi, quô nemo prohibetur fructûs extrahere de uno territorio in aliud. Guid. Panciroll. *cons. 106. num. 19.* Unde generaliter statuta, in præjudicium vel æmulationem tertii vergentia & bono publico contraria, neutiquam ferenda esse, aut valida censeri, præter ea, quæ supr. *lib. 3. cap. 2. de statutis merc.* decidit Cacheran. *decis. 17. num. 9.* Neque enim ita debemus versuram quasi faciendo, discooperire unum altare, ut alterum cooperiamus. Bl. *in l. fin. §. sed si quis. C. commun. de legat.* Cravett. *cons. 951. num. 1.* Zas. *cons. 12. num. 96. vol 1.* Coler. *de Process. execut. p. 2. c. 3. n. 127.*

Quod

Quod si inferiores eâ intentione statutum condant, ut licentiam extrahendi aliquid acciperent, dicendum esset, prohibitionem sapere vectigalis novi institutionem. Brun. *cons.151. col.2 vers. nec est dicendum*.

Sed, quorsum in hæc prærupta ruimus? Efficit hoc Aulico Politicorum quorundam (h.e. qui Civilem suam disciplinam ad aulæ genium auramque accommodare student) Polyporum & vulturum, ut à viro quodam docto & Cancellario describuntur (avaritia; quibus nihil antiquius est, quàm ut, Licinium Cæsaris libertum, quem Augustus Galliæ præfecerat, imitantes, præter consuetos acquirendi modos, ejusmodi compendia monopolica, tanquam legitima colligendæ pecuniæ media Principibus vendítent, ut partem prædæ in sinum suum conferant. Quò fit, ut cum Plauto uno saltu capiant apros duos, id est, continuis exactionibus sanguinem populi eliciant, & libertatem commerciorum impediendo, pennas ita incidant, ut nequeant renasci. Cùm tamen commerciorum privatio inter fatalem Rerumpub. calamitatem à Politicis enumeretur; & egestas subditorum inde sequatur; quâ deinceps in casu necessitatis ipse Princeps involvitur, ut necessaria regiminis & defensionis subsidia habere non possit. Keckerm. *1. System. Pol. c.14. n.7. pag. 246.* Vid. totum Cap. XXXVI. Prophetæ Ezechielis, item *c.26. & 27. Eod.* ubi inter calamitates & pœnas publicas numeratur commerciorum privatio. Et *cap.18. Apocalyps. Joh. vers.11.* verb. **und die Kauffleute uff Erden werden weinen / und Leid tragen bey sich selbst / daß ihre Waare niemand mehr kauffen wird.** Quibus adde Anti-Machiavell. *lib.3. theor.32. & nos supr. lib.1. cap.2. n.12. cap.3. n.44. & cap.6. num.54.* hujus tractatus. Concludo ergò hoc, de Publico & Necessario Monopolio, caput quadruplici hâc in illo adhibendâ cautione.

75 (margin, at "mus?")

76 (margin, at "ut nequeant renasci")

77 1. Ne Magistratus sub prætextu necessitatis publicæ, quæ vel planè non, vel non adeò magna subest, Monopolia vel ipsemet exerceat, vel aliis præsertim ditioribus sub emendicato privilegio concedat. Nauta enim non mutat cursum suum, nec velificatione utitur, nisi gravis ac inevitabilis suboriatur tempestas: Ita & Magistratus tanquam navis Reip. gubernatores. Cic. *5. de Repub.* legum suarum tuetur ac sequitur normam, nisi ea pro temporis rerumque conditione reddatur inutilis vel planè perniciosa.

78 2. Ne ad huncce ærarii locupletandi modum facilè confugiamus, si utilius, expeditius minusque subditis onerosum inopiæ fisci sublevandæ suppetat remedium, qualia ordinaria ærarii subsidia suggerunt Politica scripta & consilia Besoldi, Bornitii, Latheri, Klockii, Fausti, aliorumque juncta cum experientiâ prodita.

79 3. Ne Monopoliorum gravamen subditis sit intolerabile sed moderatum, & cum minori ipsorum molestia & detrimento conjunctum.

80 4. Cùm hoc ærarii subsidium sit extraordinarium, cavendum Magistratui, ne in Ordinarium degeneret ærarii locupletandi modum. Causâque Monopolii cessante cesset quoque ipsum remedium, ut enim Restitutâ corporis valetudine Medici à periculosis abstinent pharmacis, ita Magistratûs, cùm ærarii indigentiam explevêre, ab ejusmodi violentis atque odiosis meritò abstinent remediis.

CAPUT VIII.

De Ultima Specie Mercatorum Improborum, videlicet DECOCTORIBUS & Fallitis, vulgò BANCERUPTORIBUS eorumq; differentia, ubi Primò de iis, qui fortunæ injuriâ fallunt.

SUMMARIA.

1. *Decoctores familiam ducunt inter eos, qui Mercaturâ abutuntur.*
2. *Decoctoris notatio nominis.*
3. *Vocabuli Decoquere variæ denominationes & Interpretationes.*
4. *Decoctores quare dicantur falliti.*
5. *Quare dicantur Bancarotti & Bancofalliti.*
6. *In vico Jano Romæ habitabant Fœneratores.*
7. *De Mercaturæ Præsidibus Ethnicis.*
8. *Definitionis usus s. officium, & periculum.*
9. *Definitio seu descriptio Banciruptoris.*
10. *Divisio Decoctorum. Et an Decoctores duorum sint generum.*
11. *Triplex Decoctorum genus.*
12. *Primus Decoctorum ordo, qui fortunâ injuriâ fallunt.*
13. *Casus fortuitus duplex, Naturalis & Accidentalis.*
14. *De iis, qui per Maris tempestates in hoc infortunium incidunt.*
15. *De iis, qui ob Latrocinium & piraticam fallere coguntur.*
16. *De Societate Victualianorum vulgò* Vittallien Brüder.
17. *Ob latrocinia & piratarum Incursiones, Mercatores Creditoribus satisfacere non valent.*
18. *Ob fraudes debitorum Mercatores à mensâ surgere coguntur.*
19. *Proverb.* Viele Hiebe an einem Baum / machen denselben fallen.
20. *Coactio voluntati contraria excusat à peccato.*
21. *Illis, qui fortunæ injuriâ fallunt, impropriè nomen Decoctoris tribuitur.*
22. *Mercatores infœlices, qui suis Creditoribus satisfacere non possunt, privilegiis Mercaturæ fruuntur. vid. cap. 10. huj. lib. n. 45.*
23. *Fruuntur beneficiô cessionis mercatores fortunæ injuriâ fallentes.*
24. *Statuta censentur illegitima, quibus Debitoribus non dolosis cessio bonorum denegatur.*
25. *An hi ab officiis publicis removendi?*
26. *Ære alieno gravati magnam animi molestiam capiunt.*
27. *D. Pauli dictum ad Roman. 13. vers. 8. commendatur Creditoribus Christianis.*
28. *Miseris hisce debitoribus Lubecæ & alibi beneficiis succurritur.*
29. *Perituro qui cùm potest non succurrit, occidit.*
30. *Quod debitori fortunæ injuriâ non solvendo facto remissum, condictione ob turpem causam repeti non potest, si ad pinguiorem fortunam pervenerit.*
31. *Eleemosinæ pauperibus datæ non repetuntur.*

QUamvis equidem inter illos, qui mercaturæ officiô abutuntur, & ob id privilegiis illi concessis meritò privantur; Strach. *de mercat. part. 3. n. 35. & de decoct. p. 3. n. 5.* familiam
1 ducunt DECOCTORES, FALLITI, & BANCAROTTI, qui fortunas rationesque suas conturbarunt, & labefactatâ fide decoxerunt. *arg. l. si aliquid. 12. C. de suscept. Præpos. & arcar. lib. 10.* Bald. *cons. 74. lib. 5.* Br. *in summ. d. l. si aliquid.* Ernest. Cothm. *vol. 1. cons. 19. n. 8. & 11. cum seqq.* Policey Ordn. zu Augspurg de Anno 1548. Francofurti Anno 1577. post repetit. tit. vor verderbenen Kauffleuten / Nobis tamen ob certas visum fuit rationes de iis hîc demùm postremô locô agere.

Ad pleniorem verò subsequentium intellectum, rem ab ipsa definitione seu

ſeu potius notatione nominis exordiri placet: quia ex illa & proprietate vocis vis ac ſubſtantia rei inveſtigari ſolet. Ant. Fab. *Ration. ad l.1. ff. de J. & J. lit. B.* cum nemo ſine voce dixiſſe exiſtimetur. Celſ. *in l.7. §.2. ff. de ſuppell. leg.* Idcircò rectius in primo ſtatim li-
2 mine DECOCTORIS notationem nominis præmittendam eſſe arbitror.

Vocabulum autem Decoctoris à decoquendo derivatur; quod varias
3 parit ſignificationes. Nam I. paulatim diminuere, vel coquendo abſumere ſignificat; inde eſt, decoquere ſapam; quod Dd. appellant id, quod de muſto ad mediam partem decoctum eſt: &, decoquere defrutum, quod ex duabus partibus ad tertiam redactum eſt defervendo. *l.12. §.10. ff. de inſtr. & inſtr. leg. l.9. l fin. §.1. ff. de tritic. vin. vel ol. leg.* quæ duo non differunt, niſi nomine, modô, & decoquendi menſurâ. Vid. Schard. *in Lexic. vocab. defrutum.* Apud Medicos quid ſibi velit vox DECOCTA, Græcè Ἀφέψημα, vid. apud P. Neukrantz, *in ſuo doctiſſ. tr. de Purpura, c.27. pag.432.* II. Interdum ſumitur pro convertere; de quo Plin. *lib 22. cap.22.* docet; ſaporem in venenum decoquit, h.e. convertit. III. Nonnunquam dicitur, officia decoquere, i.e. inhoneſtè officium ſuum perdere, & dignitatem privilegiaque amittere; quali ſenſu uſurpatur *in ſupr. alleg. leg. 12. C. de ſuſcept. Præpoſ. & l.2. C. de Palat. ſacr. largit.* IV. Denotat ſubſtantiam conſumere. Benev. Strach. *tr. de decoct. p.1. n.2.* vel valdè decoquere. Idem *d. l. n.3.* h. e. vorare res patrimoniales ac publicas; & creditoribus ſuis fidem fallere; qui Græcè dicuntur χρεωκόποι; Verſchlemmer / Verpraſſer / Verthuer; quorum meminit *l. qualibet 40. C. de Decurion. lib. 10.* Dicuntur & Impii. *Pſ.37. verſ.21.* Fraudatores. *l.8. ff. Depoſ.* Foro cedentes. *l.7. §.2. ff. Eod.* Diminuentes patrimonium. *l. quod autem. 6. in pr. ff. quæ in fraud. Cred.* Malæ fidei poſſeſſores; quia habent ſcientiam ſuæ injuſtæ poſſeſſionis. *l. generaliter. 28. ff. de noxal. act.* Calumniatores. *l.233. in pr. ff. de V. S.* Deceptores. *l.29. ff. de Pact.* Infelices debitores. *Novell. 4. cap.3.* Homines luxûs & ganeæ ſtudiô perditi, i.e. Aſoti; teſte Budæô *in d. l.7. §.2. ff. Depoſ.* quibus olim Romæ certus locus in ſpectaculis aſſignatus, ut inſignes omnibus eſſent. Nicol. Böer. *Burdegal. deciſ.215.* eos FALLITOS appellat, quaſi debitores, qui ſuis 4
creditoribus non ſolvunt, ac ex communiter accidentibus fallunt; quique ut fallant.

— — *abditos ſenſûs gerunt*
Animisq; pulcram turbidis faciem induunt.
Senec. *in Hyppol.*

Et — — fronte politi
Aſtutam vapido ſervant ſub pectore vulpem; ut eos deſcribit *Perſ. Sat.5.* In Hetruria & tota Italia dicuntur BANCAFALLITI; quia bancis & ſedibus ſuis cedentes aliò migrant habitatum: & rerum ſuarum malè conſcii.

— — *Citius à foro*
Abeunt, quàm in curſu rotula circumvertitur. Plaut. *in Perſa.* debitaque ne ſolvant profugiunt, turbis hominum ſe eripiunt & loca.

Longinqua, clauſa, abſtruſa, diverſa, invia
Emetiuntur; nullis his obſtet locus.
Senec. in Hippol.

Noſtrâ hodiernâ & ab Italis uſitatâ ap- 5
pellatione dicuntur BANCAROTTI. Galli *Banquerottiers.* Quod vocabulum videtur deductum ex Italicis: *Bancarotta*, quaſi dicas, menſa & ſcamnum ruptum, h.e. die Wechſeldiſch oder Wechſelbanck / darob der Intereſſe Laufft gebrochen oder auffgegeben / Quæ phraſis non hodiè aut heri primùm nata. Nam Auguſti Cæſaris ævô id Horatius Poëta, rem frangere, dixit. *lib.11. Satyr.3.* cùm de Damaſippo, qui cùm conturbaſſet, factus erat proxeneta, ſive Pararius, qui nobis ein Mekeler / ita:

— *poſtquam omnis res mea Janum*
Ad medium fracta eſt, aliena negocia curo;

Excuſſus propriis. vid. pluribus de nomi-

nomine Bancíruptoris ejusque differentia tract. Dan. Wigner. *Nob. Pruss. cap. 1.*

6 Erat autem Romæ vicus JANUS, ab ejus Divi, uti putant, in eo statua, in quo fœneratores, argentarii, & id genus homines habitabant. Unde vulgò apud nos de ejusmodi Damasippis & nostri seculi ex mercatoribus dicitur, **Ein bedorven Koepmann/ is ein gut**

7 **Mekeler.** Vertumnum enim & Janum Mercaturæ Præsides ponit doctiss. Salmas. *de Usur. cap. 13. pag. 347.* Sicut olim in hisce oris in urbe vetusta & celeberrima Pomeraniæ JULINO Mercatores Triclaff DEUM tricipitem, & minorum velut gentium Divos armorum & Mercaturæ Præsides Harvit & Barouit quasi Martem & Mercurium præterea Bialbug & Zemebugh album & nigrum DEUM coluerunt. Chytræ. *in Saxon. lib. 11.* Et sanè, conturbatores hosce, quòd solvendo non sint, rectius barbarè appellaveris BANCAFALLITOS & BANCAROTTOS, quàm debitores; nam lepidè Martial. *lib. 2. Epigr. 3.*

Sexte nihil debes; nil debes Sexte; fatemur
Debet enim, si quis solvere, Sexte, potest.

8 Notationi nominis rectè nunc subjungenda venit ipsius rei descriptio; cujus est explicare, quid sit de quo agitur: Cic. *lib. 1. de offic.* At cùm omnis definitio in jure sit periculosa. *l. omnis. 202. de R. J.* rarum enim est, ut non subverti possit, nolo anxiè & ego ad artificiosæ definitionis præscripta me constringere; quam tamen & commodè describi sic posse cum JCto Auconita-

9 no *d. l. p. 2. n. 1.* arbitror. Decoctor est negociator, qui fortunæ vitiô vel suô, vel partim fortunæ partim suô vitiô non solvendo factus foro cessit; seu brevius, qui casu culpâve inter negociandum non solvendo factus est. Hi quasi herba irrigua succreverunt uberrimè, & eorum licet jam metere messem maximam, ut Comici verbis utar, ideoque omnia bona vilia sunt: Fides, probitas, pudor, pudicitia. Mercatura fit maculatura; commercium latrocinium; forum frugiferum, forum furiferum; ut iterùm Plautus loquitur.

Ne autem innocentium & nocentium, miserorum & improborum æqualis habeatur ratio; transitus erit faciendus ad Decoctorum divisionem; 10
in qua tamen non omnes conveniunt. Petr. Heig. *1. quæst. 35. n. 4. & seqq.* cum Dan. Sauter. **Von der Practic der Banckerotierer** / eam bimembrem esse putant; dum sic ait postremus *cap. 3.* **So wollen wir zwo Gattungen der Banckerottierer und Falliten setzen; Die erste Gattung ist derjenigen / welche durch ihren zugestandenen Unglücks-Fall dahin gerathen/ daß sie außtreten müssen / Die andere Gattung / ist der Falliten/ welche auß eigener Verwarlosung und Boßheit banckerott spielen; Zwar die verkehrteste Arth der Leute / und die keiner Erbarmung werth.** Quæ forsitan divisio exstructa videtur ex verbis Ciceron. *in Orat. Philipp. II.* dicentis: *Tenesne memoriâ, prætextatum te decoxisse? Patris, inquies, ista culpa est, concedo etiam est plena pietatis defensio; illud tamen audacia tua, quòd sedisti in quatuordecim ordinibus, cùm esset lege Rosciâ Decoctoribus certus locus constitutus, quamvis fortunæ vitiô non suô decoxissent.* Rectius tamen trimembris cum Benev. 11
Strach. *d. l. part. 2. n. 2.* & Mejer. *in colleg. Argentorat. lib. 42. tit. 1. th. 102.* constitui potest:

Primò, quidam sunt, quibus licet in laboribus perficiendis industria ac diligentia non defuerit, magnis tamen ærumnis & casibus exagitantur; ac ita in hoc malum incidunt; quod genus hominum inter miserabiles potius, quàm improbos habendum est.

Secundò, quidam blandis verbis homines seducunt, deceptosque magnâ pecuniarum summâ à compluribus negotiatoribus receptâ privant, & sese in omnibus voluptatum deliciis Thrasones exhibent, neque tempus neque finem expensarum habent, sed bona eorum turpiter dilapidando vel dilacerando profundunt. *l. 1. in pr. ff. de Curat. furios.* Et hoc pessimum hominum genus nullâ miseratione dignum

gnum est. Lather. *lib. 3. de Cens. c. 15.*

Tertiò, quidam denique partim fortunæ vitiô, partim suâ culpâ res amiserunt, qui secundùm meritum proprium à judice judicantur.

12 Primus igitur ordo Decoctorum deducitur ex casibus fortuitis, qui sunt omne id, quod consiliô prudentiâque humanâ provideri non potest, vel, cui prævisо resisti nequit. *l. 23. ff. d. R. J. l. 2. §. 7. ff. de admin. rer. ad Civit. pertin. l. 1. §. 4. vers. is verò. ff. de O. & A. l. 18. in pr. ff. Commod. l. 52. §. 3. ff. pro soc. l. 28.*
13 *C. locat. l. 6. C. de pign. act.* Est autem casus fortuitus duplex: vel NATURALIS quem homo impedire nequit. *l. 14. §. 1. ff. Depositi.* ut: maris tempestas. *l. 2. §. 2. ff. ad L. Rhod. de jact.* fluminis impetus, adversa valetudo, mors &c. vel ACCIDENTALIS; qui hominis factô contingit; ut Latronum piratarumve insidiæ, hostium incursus, naufragia, incendia, & his similia; quæ sparsim *in d. l. 5. §. 4. & l. 18. ff. Commod. l. 1. §. 4. ff. de O. & A.* cum pluribus aliis inveniuntur, prout hos suprà, *lib. 2. cap. 12. n. 46.* ubi de Assecurationibus, paulò latius attigimus. Hos autem casûs ipsi decoctores probare tenentur. Bl. *Cons. 382. n. 19. vol. 5. Decis. Sen. 17. n. fin.* Verùm, ut eo melius persentiscamus, quinam illi sint, qui per inopinatum rei eventum & casûs tristiores. *l. 3. §. si in metallum. 2. ff. de munerib.* in hoc infortunium & miseriam incidunt, per tria hæc præcipuè genera hoc fieri posse puto.

14 Primò, PER MARE TURBIDUM, durch die Widerwertigkeit des Glückes im Meer. Facilè etenim fieri potest, quòd, qui bona sua lucri alicujus & commodi causâ maris arbitriò & fortunæ commiserunt, per commotionem ventorum hinc inde agitati & in scopulos illisi, inopinatô impetu omnia perdant & amittant. *l. planè. 4. ff. ut in possess. legat. vel fideicommiss.* alioquin fidissimi homines. *l. si quis stipulatus. 112. ff. de V. obl.* Petr. Heig. *1. q. 35. n. 7. & 8.* Imò aliquando & ipsi in capitis & vitæ discrimen adducantur; ut ait Juvenal. *Satyr. 13.*

I nunc & ventis animam committe, doloso
Confisus ligno, digitis à morte remotus
Quattuor, aut septem, si sit latissima tæda.

De quo fusius *lib. 1. cap. 4.*

Secundò, PER LATROCINIUM tàm MARITIMUM, quàm TERRESTRE, durch Strassenraub und Freybeuterey. Qualia nunc proh dolor, exulceratissimis hisce temporibus cùm hæc scriptitarem, in mari mediterraneo, & Oceano Balthico sunt frequentissima; & olim in hoc famosissima societas Victualianorum, der Vitalien Brüder / qui non aliam ob causam ex- 16 cursiones piraticas fecêre, quàm ut vitalibus alerentur, Commeatum enim hoc nomine appellàrunt. De quorum origine vid. Alb. Crantz. *lib. 9. Wand. cap. 25. circ. fin.* & suppliciô, *c. 29. circ. fin.* & nos supr. *lib. 1. cap. 4. n. 17.* Nam, cùm mercatores sive negocia- 17 tores ob communem utilitatem ad alias provincias ac Civitates migrare necesse habent, à grassatoribus viarum publicarum & piratis seu latronibus famosis. *l. 28. §. 15. de Pæn.* & insignib. *l. 16. de Appellat.* invaduntur, & violenter spoliantur. Bodin. *lib. 6. de repub. c. 6.* Thom. Grammat. *cons. 59. n. 4.* & variis modis affliguntur. Per quod sanè medium perniciosum, & reipub. maximè detrimentosum, aliquoties negociatores; qui ingentibus laboribus, industriâ singulari, multis sudoribus res compararunt, Creditoribus suis satisfacere nequeunt, fidem rumpunt atque frangunt, & tandem à negociationis officio desistere coguntur, ac veluti mortui fiunt civiliter. *§. Publicatione. 7. Instit. de societat.*

Tertiò per FRAUDEM DEBITORUM SUORUM durch Auffenthaltung ihrer Schulden / womit ihnen ihre 18 Schuldener verhafftet seyn / Inexcusabiles sanè ac omnis humanitatis inexperti videamur homines, si non ea quæ nobis ab æterno Deo sunt concessa communicaremus, & mutuas traderemus operas, cùm unus homo alteri inservire obstrictus sit; quò fit, ut quidam

15 [right margin, beside "Secundò, PER LATROCINIUM"]

dam negociatores proximo ac vicino, vel alii cuipiam, ut eò melius negotiari possint, bonis suis auxilium præstent. Veruntamen, cùm justum ac destinatum, quoad debitum solvendum tempus non servent, & ita fidem frangant, hoc ipsum ter vel quater reiterent, profectò illi coguntur fallere, & fidem Creditoribus suis non servare, juxtà
19 tritum illud: Viele Hiebe an einen Baum / machen denselben bald fallend / und wann die reichen Kauffleute auffstehen oder zu grunde gehen / nehmen sie viele Gesellen mit sich. Luc. Osiand. *ad cap.*
20 *26. Ezech.* atque ita coactio voluntati contraria, excusat peccatum. *ca. 15. q. 1.*
21 *C. quod autem &c. Eod.* Et huic hominum generi impropriè attribuitur nomen Decoctoris. Licet enim in eorum numero habeantur, qui fidem rumpere solent; suis tamen honoribus
22 & privilegiis commerciorum singularibus non privantur, nec pœnæ ordinariæ subjacent; sed digni semper ha-
23 biti sunt, qui à molestia carceris & vinculorum liberati, cessionis beneficium, cæteraque mercatoribus concessa jura retineant & fruantur. P. Heig. *d. q. 35. n. 47.* Ernest. Cothm. *1. vol. cons. 19.* Ang. *cons. 61. n. 2.* Henr. Boich. *inc. Odoard. n. 5. & seq. X. de solut.* Paris. *cons. 94. n. 57. & 61. part. 1.* Quod etiam *Novella 135.* non tantùm probat, sed & sic explicat & temperat, ut debitorem, fortunæ calamitate ac iniquitate non solvendo factum etiam ab hac ignominiosa bonorum cessione immunem faciat, Creditoribus ea, quæ debitor in bonis habeat, conquirendi, vindicandi & petendi facultate datâ. Cujac. *d. Novell. 135.* Hotom. *quæst. illustr. 26.* Un-
24 de etiam Statuta illa illegitima censentur, quibus debitoribus non dolosis cessio bonorum denegatur. Hotom. *d. illustr. q. 26.* Tessaur. *decis. 36. & 182. in fin.* Coler. *de process. execut. part. 1. c. 9. n. 28.* Moller. *Semestr. 1. cap. 36.* P. Heig. *d. q. 35. n. 56. & aliquot præced. &*
25 *seqq.* Et novissimè Carpz. *p. 2. Const. 22. Jurispr. for. Def. 11. & 12. n. 6. & Defin. 23.* ubi ejusmodi Debitores absque sua culpa non solvendo existentes, nec ab officio publico removendos statuit. Vid. plur. de hac materia supr. *lib. 1. c. 14. in princ.* Et ratio potest reddi, quòd 26
mole creditorum fortunæ injuriâ oppressi magnam animi molestiam capiant, ac idcircò Creditores hoc non solùm moderatiori animô ferre; sed si absque eorum incommodo fieri possit, de novo auxiliô subvenire, & in statum pristinum restituere debent; cùm pii probique Creditores sibi dictum esse intelligant, quod Paulus *Rom. 13.* 27
vers. 8. inculcat, Nemini ipsos quicquam debere oportere, nisi ut se invicem diligant. Quibus Decoctoribus Daniel Sauterus in *d. tr.* von der Practic der Banckerottierer / *cap. 5.* per epistolam consolatoriam dolorem abstergit. Unde in benè Constitutis Rebuspubl. 28
Saxonicis & in nostra Lubeca recepti moris est, ut Senatus illis, qui tali fortunæ naufragiô bona sua amisêre, manùs suas non solum porrigat paternas, verùm etiam beneficiô aliquô honestô vulgo Lehn beet ac prospiciat, quò facilius vires paulatim recolligere, & tandem Creditoribus satisfacere queant. Pii enim magistratûs officium est, authore Senecâ, ut subditis qui egent auxiliô paternè succurrant, cùm qui suc- 29
currere perituro potest, nō succurrerit, occidit. Cum quo coincidunt verba Recess. Imp. de Annis 1548. & 1577. Policeyord. von verdorbenen Kauffleuten. verbis. Werē sie aber aus fündlichen uñ unversehentlichē zugestandenē Unfällen / oder Schaden in Verderben / und Außstand kommen / alsdañ mögen sie auffgenommen uñ vergleidet / mittleiden mit ihnen gehabt / uñ den gemeinē Rechtē nach / gegen ihnen gehandelt werde. Hinc & ab 30
iis qui non suô sed fortunæ injuriâ non solvendo facti, tanquam à fallitis malitiosis, quod remissum est per accordium, Condictione ob turpem causam repeti non potest, si ad pinguiorem fortunam pervenerint, vid. nos supr. *lib. 1. c. 14. n. 30.* cùm quod tali ex Commiseratione remittitur, ob causam maximè justam & piam remissum & datum dici possit; nisi quis etiam eleemosynas, 31
quæ pauperi dantur, si fortè vel industriâ

ſtriâ vel aliàs locupletior fiat, repeti ab illo exiſtimet, quantum ad hoc enim inter hunc & illum ratio prorſus nulla eſt diverſitatis. Dan. Moll. *lib. 4. Semeſtr. c. 6. n. 7.*

CAPUT IX.

De Decoctoribus, doloſis, & ſuâ culpâ factis. Itemque de iis, qui partim fortunæ, partim ſuo vitio fallunt.

SUMMARIA.

1. Malitioſorum Decoctorum nequitia depingitur.
2. Optimum in vita FIDEM ſervare.
3. Debitum non ſolvens, triplex committit peccatum.
4. Ex fide non ſervatâ Reſpubl. collabaſcit.
5. Epitheta & Tituli Decoctorum.
6. Modi, quibus doloſi Mercatores incautos fallunt.
7. Viſitatio Nundinarum frequens eſt modus fallendi mercatoris, ubi de Nundinis celebrioribus.
8. Machinæ quibus hi Falliti ad creditoribus ſuis imponendum utuntur.
9. Modus fallendi eſt Grandiloquentia.
10. Tertius modus fallendi bonos eſt ſuperbia in veſtitu, & Conviviorum luxus.
11. Circa cultum veſtium peccatur hodiè in materia & formâ.
11. Mercatores malitioſi peccant in veſtium luxu.
12. Lex Priſcorum Cenſoria commendatur & n. 14.
13. Antiqua Lubecenſium frugalitas in conviviis laudatur.
14. Qui de luxu & abuſu veſtium ſcripſerint.
15. Splendida ædificiorum ſtructura, eſt modus fallendi Mercatores probos.
16. Invehitur in Mercatores ſplendidè ædificantes.
17. Mercatores amplius in bonis ſperant, quàm revera eſt.
18. Monitum ad Mercatores modernos.
19. Suecorum laus antiqua, & modus in ſtructura ædium.
20. Magiſtratûs in refrenando ædificiorum luxu officium.
21. Cur privatis in ſtructura, & ornatu ædium moderatione utendum.
22. Nullum privatum debet eſſe magis magnificum publico.
23. Quintus fallendi modus eſt Blandiloquentia decoctorum.
24. Falſi loqui hi debitores comparantur chamæleonti.
25. In Dotes liberorum valdè largi facilè decoquunt.
26. Ultra vires facultatum æs alienum contrahere, eſt ſtudioſè decoquere.
27. Pœna eorundem de Receſſ. & Ordinatione Hanſeatica & Lubecenſi.
28. Alienis nummis comparare fundos non caret dolô, & proxima ad paupertatem via.
29. Decoctionis præludium ex frequentibus uſurariis creditis.
30. Fidejubentes ultra patrimonii vires, attrahunt certa damna & exinde decoctionem.
31. Malæ fidei debitoribus omnia beneficia Juris, e.g. Ceſſionis bonorum, Competentiæ, alimentorum &c. denegantur.
32. Miſericordia & Eleemoſinæ quibus præſtandæ?
33. Doloſè mutuò ſumit, qui ſe ſolvendo non eſſe novit.
34. An Creditor de debitoris dolis & fraude certior redditus eundem in nundinis publicis & privilegiatis arreſtare poſſit?
35. De fuga ſuſpectus debitor arreſtari & capi poteſt.
36. Conſtitutionib. Galliæ Debitores fugâ ſuſpecti capi poſſunt.
38. Quis ſit de fugâ ſuſpectus.
39. In maritimis Civitatibus & Emporiis de

de requisitis fugæ Mercatorum tam exactè non laboratur.

40. In materia Decoctionis quid sit ἁμάρτημα.

41. Judicis discretioni relinquendum, an quis fortunæ vitiô an culpâ decoxerit.

42. Ex Conditione Mercatoris præsumptio & qualitas decoctionis consideranda, quod exemplô demonstratur.

43. Casus quô Mercator partim suô partim fortunæ vitiô fidem perdidit.

44. An qui partim suâ, partim fortunæ injuriâ à mensâ surgunt, ad Cessionis bonorum beneficium admittendi.

45. Quæ Judici in tali casu observanda capita.

46. An hujus mixti generis mercatores securitatis seu salvi Conductus beneficiô fruantur.

47. Hoc beneficium à quib. concedatur.

48. Qualitatē decoctoris fallentis nescere debet securitatem hanc concedens.

49. Famæ & fidei publicæ Emporiorum nocet facilis salvi hujus Conductûs Concessio.

50. Salvus Conductus & à Creditorib. conceditur.

51. Quid de hoc salvo Conductu statuant Recessus Imperii.

52. Ab hoc securitatis beneficio non excluduntur Mercatores ob belli Calamitates non solvendo facti.

SAtis pro instituto de iis mercatoribus, qui fortunæ vitiô foro cedere coguntur; progrediendum nunc ad eos, qui suô vitiô facti sunt Deco-
1 ctores. Apud hos etenim artis laudatissimæ est profundere, dissipando atq; dilacerando astutè maleficèque circumvenire, aucupare atque occupare pecunias alienas, ab initio largè polliceri, in medio fraudulentas facere versuras, & sine omni charitatis ac justitiæ respectu tandem fallere omnibus fidem.

2 Rectè quidem apud Dionys. Halyc. *lib. 6. Servilius inquit: Optimum in vita contra omnes injurias remedium & retinendæ concordiæ commodissimum esse contractuum FIDEM*, & Cic. *2. offic.* addit: Fidem nullam esse posse, nisi sit necessaria solutio rerum creditarum. Quibus Senec. *lib. 3. de Benefic.* accedit, scribens, æquissimum esse, & jus Gentium præ se ferre hanc vocem REDDE QUOD DEBES. Quomodo enim respub. (ubi ad mutua commoda sive usum publicum benè agier oportet. Cic. *3. offic. & 7. fam. epist.*) feliciter posset constare, quando fides negligitur; Libidinis verò lucrum damnaque pariter invisa è suis exorbitent terminis, ut per turpitudinem splendere incipiant? Jus & Æquitas, vincula sunt Civitatum, veluti ψυχὴ πολιτείας FIDES; quâ sublatâ, ut verè Aristot. *Rhet. ad Theod. d. 1. cap. 15.* ἀνήρηται ἡ πρὸς ἀλλήλους χρεία τῶν ἀνθρώπων. Tollitur quod inter homines est commercium. Itaque meritò idem ille Cicero, nefarium ait esse, fidem frangere, quæ continet vitam; sanctissimum, ut Seneca loquitur *Epist. 88.* humani pectoris bonum. Vid. Conr. Rittershus. *ad Instit. tit. de Action. §. ad personam quoq. pag. m. 600.* Borgen und nicht bezahlen welch 3
ein schändlicher Betrug es sey / und wie derselbe eine dreyfache Sünde begehe / 1. wider das 7. Geboth / 2. wider Gottes Gerechtigkeit / 3. wider seine eigene Seele. Vid. Joh. Arends. *in Ps. 37.* verb. der Gottlose borget und zahlet nicht / *pag. m. 364.* Unde & FIDEI sacra fiebant olim Romæ, templumque dedicatum erat, de quo vid. Jo. Rosin. *in antiquit. Rom.* Caball. *tract. de Evict. §. 1. n. 4.* Quæ omnia quamdiu Falliti, qui foro nequiter (alios libenter excipio) cedunt, flocci faciunt, non video, quomodo 4
respublica, commerciorumque, sine quibus respublica stare vix potest, necessarius usus contineri possit. Quod prudenter olim intellexit Comicus, quando in hæc verba prorumpit:

Pulcrè illud oppidum munitum arbitror, si incolæ benè sint morati. Plaut. in Persâ Act. 4. Scen. 4.
Perfidia & Peculatus ex urbe, & Avaritia si exulant
Quarta Invidia, quinta Ambitio, sexta Obtrectatio,
Septimum Perjurium, octava Indiligentia.

Nona

Nona injuria; decimum (quod pessimum aggressu) Scelus.

Hæc nisi inde aberunt, centuplex murus rebus servandis parum est.

5 Et licet varii ac multiplices reperiantur modi, quibus hi malitiosi decoctores (quos nequissimos Budæus *in l. 7. §. quoties. ff. Depos.* Ganeones, Salacones, Profligatores sua haurientes. Anthon. Hering. *de fidejuss. c. 5. n. 104.* Infames, JC. Julianus, *in l. 1. ff. de his qui not. infam.* imò infamissimos appellitant. Bl. *cons. 176. n. 6.* & Str. *d. tr. part. 3. n. 1.* furibus comparat, Policey-Ordn. zu Franckfurth. Anno 1577. *tit. 23. vers.* Als vielmahls) callidè homines & creditores suos decipiant, deceptos versutiis excitent, & incautos do-
6 losè perdere soleant: hi tamen quinq; præ cæteris attendendi sunt:

7 Primus est VISITATIO NUNDINARUM, seu mercatuum, tàm majorum; quales sunt in Germania Nundinæ Francofurtenses. Wesembec. *in π. ff. de Nund. n. 1.* Lipsenses. Mejer. *d. l. Coll. Arg. lib. 42. tit. 1. th. 102. num. 2.* Naumburgenses. Berlich. *part. 1. concl. 53. n. 4.* quàm minorum, vulgò die Wochen-Marckte / de quib. *lib. 1. cap. 5. hu-*
8 *jus tr.* paulò latius. Nam, quando hasce ad nundinas decoctores se conferunt, tum ab uno mercatore 100. ab alio 1000. florenorum mutuò sumunt, & merces hac conditione emunt, ut instantibus hisce nundinis dimidiam partem solvere, & alteram ad futuras nundinas dare velint, etsi enim destinatô & justô tempore fidem servent, & relictum debitum solvant; quemadmodum bis, ter, quatervè observant, ac proinde de novo cum negociatore venditore cõtrahunt, ut aliquot. 1000. florenorum, seu thalerorum marcarumve rursꝰ eorum fidei committant; postremò tamen datam fidem nunquam liberant, nec hanc pecuniam mutuò sumtam restituunt, obligationes suas callidè, malitiosè & veteratoriè interpretantur, & nescio quas tendiculas, glossas, sophismata, exceptiones, cavillos, strophas efficaces & vafras illis affingant. Anthon. Hering. *de fidejuss. cap. 19. n. 33.* Imò cum improbo dispensatore *Luc. 16.* syngraphas falsificant, & fraudulenter mutant; atque ita hôc ipsô non unum solum, sed multos etiam mercatores seu negociatores honestos decipiunt, & alienis rebus ac pecuniis hanc nequitiam exercendo ipsos fallunt atque circumveniunt.

Secundus modus est GRANDILOQUENTIA. Etenim, quando ipsis 9
negotium quoddam cum aliis est perficiendum, certè inter eos cum Pyrgopolinice Plautino non vilis est autoritas; & ut promtiori animô ipsis pecunia credatur, magnos sibi spiritus sumunt, Thrasonicam ostentationem exhibent; in negotiis & contractibus verborum ampullis utuntur, aureos montes pollicentur, dicentes se locupletes, ac se pecuniam in rem aliquam utiliter collocaturos, fidejussores idoneos statim vel daturos, vel confestim soluturos. *l. 34. §. 3. ff. de furt.* ac nescio quibus simulationum involucris, quasi velis quibusdam, (Cic. *ad Q. Fr lib. 1. cap. 5.*) frontem, oculos, vultûs & orationem sæpissimè mentiendo tegentes, creditoribus suis (ut loquitur Plaut. *mil. glor. act. 1. sc. 2. circ. fin.*) glaucoma ob oculos, ut quod viderint non videant, objiciant, & ita fabricis hisce & doctis dolis incautos, sicut hamô pisces, capiant, & circumveniant, imitantes Ovidianum illud:

Promittas facito; quid enim promittere lædit?

Pollicitis dives quilibet esse potest.

Tertius modus est SUPERBIA IN VESTITU & CONVIVIIS, Herm. Lather. *tr. de Cens. lib. 2. cap. 2. n. 28. 31. & 54.* Liquet enim hodiè, homines, præter finem, quô datæ fuerint vestes humano generi, iis non tàm uti hôc seculô ad proprios bonosque fines, quàm ad luxum & superbiam abuti. Circà cultum enim vestium passim peccatur in materia & forma. In materia plurimi, dum, non habitâ ratione statûs & conditionis suæ, adsciscunt vestimenta impendiò pretiosâ ac sumtuosâ; quò fit, ut jam ægrè ex habi-

habitûs materia discernas Principem, Nobilem, Militem, Doctorem, JCtum, Medicum, Actuarium, Mercatorem, Proxenetam & Hoplotechnitam: omnes ii non minus vestes pretiosas, quàm materiam primam & elementa, communes sibi esse volunt. Ita nempe latè grassatur Diabolica superbia. Adam. Raff. *de Nobil. & merc. lib. 2. c.*
11 *2. pag. m. 134.* Præ cæteris autem in hoc passu peccant mercatores malitiosi & improbi. Quò etenim eò melius nequitiam suam & fraudes obtegere & palliare queant, in negotio contrahendo annulis, aurô & gemmis pretiosè confectis, opiparis & splendidis vestimentis, ordini suo non convenientibus, induti incedere; sumtuosis, equis & plaustris illicitô modô, *contr. t. t. C. null. lic. in fren. equestr.* &c. & *t. t. C. de vestib. holoser. & aur.* uti, & per conviviorum vestiumque luxuriam, quam ægræ Civitatis indicia dixit Senec. *Ep. 114.* in mundiciis, mollitiis, delitiisque ætatulam agere solent.
12 Plaut. *in Pers. Act. 1. sc. 2.* Unde non absque ratione Appius Claudius contrà Valerium, à Dionys. Halyc. ita disserens introducitur: Eos qui ventri & fœdissimis voluptatibus indulgentes, patrimonium suum absumserunt, dedecus & detrimentum Reipub. existimandos, & rempub. magnum facturam quæstum, si ipsi ultrò ex urbe excedant; aut, si à magistratu, Corinthiorum more, per certos Censores inquisitio institueretur, ut, si quem viderent semper splendidè obsonare, hunc rogarent, unde viveret, quid faceret operis? an suppeterent facultates? Quòd si reditûs sufficientes viderentur, paterentur illum frui suis; sin sumtus superasset, prohiberent, ne id imposterum faceret: si contrà niterentur, multarent, cogerentque aliquid operis facere, ut ex Diphilo refert Athenæ. *lib. 6.* & meminit Erasm. *Chiliad. 1. cent. 9. adag. 44.* Ad quorum amussim si omnes Christianarum rerumpubl. alumni mores suos hodiè componerent, dubio procul brevi temporis spatiô florentiores illas videremus, & minus certè ganeonum, decoctorum & turbatorum publicæ privatæque rei haberemus. Christoph. Besold. *de Consid. vit. & mort. cap. 3. n. 7.* & Schönborn. *lib. 3. pol. c. 17.* Stuck. *de antiqu. conviv.* Conrad. Heresbach. *de educand. & erud. Princip. lib.* Petr. Gregor. *lib. 8. de repub. cap. 6. & lib. 3. c. 19.* Nihil enim verius, quàm quod dici solet, köstliche Kleider / und Leckerbissen / machen zuweilen geehrte Leute / aber zum öfftern reiche Pracher / böse Bezahler / die ärgesten Betrieger / und Wer immer hält Convivia, mit ander Leut pecunia, zu dem kombt schnell inopia, wie zeugt experientia. Idcircò Cla- 13
rissimus Dn. Neukrantz / in doctissimô *de Harengo nuper edito tractatu, pag. 61. & 62.* pro suo in rempub. Lubec. amore, summis laudibus evehit antiquam illam nostrorum mercatorum in celebrandis publicis conviviis annuis frugalitatem; dum rectè sentit, præter memoriam hujus olim frequentissimi & liberrimi commercii, veterem hanc consuetudinem apponendi in annuo Epulo fratrum Scandinorum der Schonenfahrer Harengi saliti, eum in finem à majoribus, omnis luxus rudibus institutam esse, ut conventûs suos minimis sumtibus & parabili cibo, qui simul appetentiam excitaret, celebrârint. Hôc additô Civitatis prædictæ encomiô: „Equidem, aut me flagrantissimus amor hujus Reip. fallit, aut nulla vicinarum fide aut constantiâ major, nec religione in Deum, munificentiâ in pauperes sanctior, nec bonis exemplis ditior fuit, nec in quam tàm serò luxuria immigraverit; nec ubi tantus, & tam diu continentiæ ac parsimoniæ honos fuerit: adeò quanta rerum minus, tantò minus cupiditatis erat; quod, de Romanâ præfatione historiæ suæ, candidissimus morum censor T. Livius professus. Hactenus D. Neukrantz / *d. l.* Ubi verò prisci laudatissimi mores & instituta? ubi contumacium violatorum rigidæ illæ antiquitatis pœnæ? O quàm beatam nostram certissimô auguriô intuerer rempublicam,

legum

legum cùm aliarum, tùm etiam de refrenando luxu & re vestiaria à Romanis & nostris antecessoribus olim latarum constantem imitatricem? exclamat prudentissimus Poloniæ Senator apud Raff. *d. l. de Nobil. & merc. pag. 135.*
14 *& seqq.* quem vid. Cui adde Frideric. Matenesium, qui de luxu & abusu vestium integrum scripsit Tractatum, & nuper. Dn. Klock. *de ærar. lib. 2. c. 94. & 99.* ad quos benevolū lectorem remitto, cùm nostri instituti ratio pluribus de his agere non permittat.

15 Quartus est, MAGNIFICA atque SPLENDIDA ÆDIFICIORUM STRUCTURA; quâ simili modô malitiosi Decoctores Creditoribus ad tempus glaucoma ob oculos objiciunt. Hos stultos appellat Lipsius *lib. 4. Pol. c. 11.* ubi ait: „Magistratus provideat de domibus subditorum, ne superbè nimis struant aut instruant; al-
16 legans illud Salustii *ad Cæsarem*: Stulti illi sunt, qui omnia potius visenda quàm semet efficiunt; quod Keckerm. *System. Pol. lib. 1 cap. 11.* explicat, qui externa tantùm ornant, non seipsos, digni certè Diogenis redditô præmiô; qui hujus forsan farinæ hominis domum ingressus, & sumtuosis aulæis aliisque operibus magnificè stratum ubique cernens, in ejus faciem exscreavit, excusans se, quòd nullum inhonestiorem locum vidisset, attestante Plutarch. *de liber. educ.* Subditi ergò, & speciatim mercatores, qui transmarinas exercent negociationes, &
17 ob id sæpenumerò de facultatibus suis plus, quàm in his est, sperant, docente Gajo JCto, *in l. in fraudem. 10. ff. qui*
18 *& à quib. manumiss.* sese intrà conditionis suæ limites contineant; & fortunam velut tunicam magis concinnam probent quàm longam. Apulæ. *in Apolog. 1.* atque Lacedæmonios imitentur, qui ex instituto Lycurgi, non nisi serrâ & securi, i. e. simplicibus instrumentis adhibitis, ædificabant. Cragi *lib. 3. de repub. Laced.* Cui adde Wilhelm. Wselinx, im Bericht von der Süder Compagn in Schweden de Anno 1626. *pag. 72. 73.* ubi de Ædificiis Suecicis antiquis inter alia ita: Es were auch 19
in diesem Lande meistentheils die Häuser zu Dienste des Menschen gebauet/ mehr wie anders Ortes/ da es das Ansehen hat/ gleichsam die Menschen der Häuser halben erschaffen weren. Et paulò post: Die Haußmütter bekümmern sich mehr umb ihre Haußhaltung/ als umb unnötiges und närrisches Außputzen des Hauses/ welches dann von allen verständigen Leuten viel besser geachtet wird/ als wann man die Zeit mit solchem fantastischen abstreichen/ waschen/ reiben/ und auffpruncken zubringet/ wie an vielen Orten geschicht/ da sotahne Närrinnen auch ihrer schuldigen Pflicht wenig eingedenck/ ihrer Männer vergessen/ auch so/ daß der Mann nicht solte dürffen einen Stuel oder Banck gebrauchen/ oder in eine Kammer sicher eingehen/ er habe dann die Schuh zuvorhero außgezogē/ so er anders nicht einen Haußkrieg haben wolte/ hucusq; Wselinx *d. l.* imprimis verò hîc notandum, quòd de refrenando ædificiorum luxu decoctionis malum causante, scribit Joh. Ruremund. *in Mammon.*
cap. 13. Was bey Einstellung des kostbar- 20
lichen Bauens/ so wohl privatim als publicè ersparet wird/ das ist gnugsam bekandt. Allein wil dieses insonderheit der Obrigkeit gezimen/ daß sie ja nicht zulassen/ sondern bey hoher Straffe verbiete/ daß keine privat-Person/ Bürger oder Kauffmann ausserhalb der Stadt einen köstlichen Bau auffführe/ und daß im wiedrigen Fall/ solcher zumahl nach Anweisung der Rechte *in l. si quis. 6. C. de Ædific. privat.* seine Gerechtigkeit und possession solle verlohren haben/ Ursach dessen ist erstlichen 1. daß ein Privatus mit 21
Hinaussetzung seiner Gewerb und Beruffes/ auch zu Nachtheil des gemeinen Wesens sich hierdurch gäntzlich ruinire; fürs andere 2. daß hierdurch die Zierde einer Stadt benommen und auffs Land gesetzet wird/ und dann fürs 3. daß zu Krieges-Zeiten den jenigen Bürgern so dergleichen stattliche Gebäu in offenen Lande haben/ nicht am besten zuvertrauen/ weilen die Exempla bezeugen/ daß dergleichen Personen bald zum unzeitigen Frieden/ Brandschatzung/ Auf-

gebung / oder andern schädlichen Mitteln helffen und Anlaß geben / vid. Chokier *lib. 5. thesaur. polit. aphorism. cap. 16.*

22 Et in summa, nihil privatum debere magis esse egregium & magnificum quàm publicum, docent Politici communiter, & Simanca *lib. 1. de repub. cap. 6.* Nec facilè ferenda sunt ædificia suburbana; quæ cùm plerumque referta sint immensis divitiis, incitamenta hostium existunt, qui quotidiè ad vicinorum oppidorum deprædationem excurrunt, ut loquitur Procop. *lib. 4. de Ædif.* & Nicol. Alemann. *in not. ad ejus histor. arcan. fol. 91.* Besold. *de increment. Imper. cap. 2. n. 5.* plura de damnosissima in ædificando prodigalitate vid. ap. Dn. Klock. *de arar. lib. 2. cap. 95.*

23 Quintus est, SVAVITAS VERBORUM, seu BLANDITIA; quam Comicus *in Bacch.* merum viscum appellitat. In contractibus enim se dulces & affabiles ostendunt externè, ut eò commodius bonis & pecuniis mutuò datis mercatores probos exhauriendo defraudare, & nasô suspendere possint; domi, h. e. intus, habentes animum falsiloquum, falsificum, falsijurium, domi dolos, domi delenifica facta, domi fallacias, domi habentes hortum & condimenta ad omnes mores & maleficos. Plaut. *in mil. glor. act. 1. sc. 3.* Atque ita alienas induunt personas, DEUM simul & homines deludunt, cogitantque cum Cardano, *lib. 2. de subtilit.* referente Keckerm. *1. system. pol. cap. 3.* hominem proptereà esse conditum, ut sit animal fal-

24 lax. Unde non immeritò Theodoricus Ostrogothorum Rex, hosce frontosos & malæfidei decoctores Chamæleonti comparat, inquiens: Meritò Chamæleonti bestiæ conferendus, quæ parvorum serpentum formæ consimilis, aureô tantùm capite, reliquis membris subalbentis Prasini colore distinguitur; hæc quoties humanos aspectûs incurrerit, dum ei fugiendi velocitas denegatur, nimiâ timiditate confusa colores suos multifariâ qualitate commutat, ut modò veneta, h. e. wasserbläulich / modò blattea, modò prasina, modò possit Cyanea reperiri. Clarissimus Marq. Freher. *de fama lib. 2. cap. 13. n. 15.* Hering. *de fidej. cap. 15. n. 8.* Petr. Peck. *in c. quod semel. n. 1. de R. J.* quem cum aliis allegat Petr. Heig. *d. q. 35. n. 17.* ubi & alias vide horum Decoctorum comparationes. Sic ad 25 hanc Classem referimus non immeritò, qui cùm magno ære alieno obruti essent, amplis dotibus elocant liberos, aut magnum censum vulgò Schoß publico in sui & creditorum fraudem pendunt, & ita supra facultates in cæteris quoque glaucoma faciendo prodigi. Dn. Magnif. Carpzov. *in respons. Electoral. lib. 4. tit. 3. n. 19.*

Præter hos alii non leviori, si non 26 graviori vitiô accelerant decoctionem, QUI ULTRA VIRES BONORUM æs alienum contrahunt. Quod proh dolor! hodiè non tantùm inter mercatores sed & alios, qui suis reditibus vivere possent, non raró videmus. Quorum maxima pars aliorum pecuniis sibi lucra captat. Non levis in eo committitur temeritas, quæ si tandem infelicem exitum sortitur, ex vitio perducit ad paupertatem. Quò majoribus, „ verò summis ultra patrimonium in„ creditum itur, eò gravius peccatur. „ Unde Mandatum der vereinigten Hanse Städte wider die Falliten und Banquerottirer Anno 1620. gedrucket / und 27 Anno 1659. zu Lübeck wieder renovirt. art. zum ersten. Mäñiglich sehe wohl zu / daß er mehr nicht borge / als er bezahlen kan / dann es soll dem Creditori uff sein anhalten fürderlich unparteilich Recht mit getheilet / und wo der Debitor nicht bezahlen kan / und gleich wohl der Schuld geständig / oder dieselbe sonst außfündig gemacht / soll wider den Debitorem mit Gefängnis / und wie es dißfals sonst an einem ieden Ort hergebracht / ohnnachlässig procediret, und ihme hinwieder in keiner HanseStadt einig Geleid gegeben oder gehalten / sondern der Schuldener an Enden und Orten / da er angetroffen / biß zum Gefängnis verfolget werden. &c. vid. Text.

Non

Non improbandum quidem, si pro certa lucri spe impetranda, mutuum in Emporiis contrahitur, at in eo peccatur, si ubi illius lucri nulla est certitudo interdum nec professioni conveniens, aliena pecunia in periculum temerè conjiciatur. Cum alterius enim damno sic vagari, & per aliena pericula lucrum quærere, à justitia & fide remotum est.

28 Similis farinæ sunt, qui alienis nummis comparant fundos & ædes. Licet enim ex his fructûs non leves habentur, rarissimè tamen tanti, ut æquent nummos creditæ pecuniæ. Hæ Creditoribus certò debentur, & sine exceptione solvendæ sunt, non attentô, quis casus rebus comparatis acciderit. Ex personali enim obligatione petuntur, à qua nullus rerum casus liberat. *l. incendium. 11. C. si cert. petatur.* Ex hoc istæ domino pereunt, non Creditori, ut ut eidem speciatim obligatæ. *l. quæ fortuitis. 6. l. pignus 9. C. de Pignor. act.* E contrario. Ob casûs & impendia fructûs incerti sunt, & minuuntur sæpius, quàm augescunt. Quòd si posteà accidunt casûs, non possunt eos prætendere, qui inde ad egestatem sui improvidâ cupiditate semet redegerunt. Qua de causâ emacitatem seu pruritum bona alienis nummis comparandi, ad inopiæ causas non incertas, veteres referri soliti, à quib. proverbium hoc ad nos pervenit: **Wer wil verderben/leihe Geld/und kauffe Erbe.**

29 Decoctionis quoque præludium est, ex frequenti mutuo sub usuris præter necessitatem contracto, præsertim si versura accesserit. Cùm enim nemo non intelligat morsum usurarum & ex iis facultatum arrosiones, utique quilibet præscire potest inde sibi propinquam paupertatem. Gail. *2. Observ. 83. n. 16.* Caroc. *de Excuss. bonor. quæst. 35. n. 16.* cujus inde probatio desumi solet. Mascard. *de Probat. Concl. 1154. num. 33.* Germani simul & verè, ut refert Lather. *in tr. de Censu. lib. 1. c. 8. n. 4.* hoc expresserunt: **Viel borgen und leihen / ist eine Vergifftung des Erbtheils: und hat eine Stieffmutter die gebähret eine Tochter/die heist/gib sie wolfeil; diese hat einen Bruder der heist zum Thor hinaus.** Inde Salom. proverb. 22. vers. 7. Qui mutuò accipit, servus est fœneratoris. vulgò **Borchart ist Lenharts Knecht.** Deteriores his sunt, 30 qui fidem suam pro aliis nimiâ facilitate interponunt, qui si ultra facultates spospondérint, & inde in ære alieno sunt, nihil à decoctorib. differunt. Malè enim utuntur suâ substantiâ & fide. Illam prodigè pro aliis prostituunt, hanc turpiter fallunt, ubi supra vires se aliis obstringunt. vid. Gail. *d. Obs. 83. n. 15.* Hering. *de Fidejuss. c. 1. n. 19.* Hartman. *Practic. obs. tit. 3. obs. 1. n. 9.* Incerta spes est ex aliorum fide, pro qua suam prostituunt. Certa exactio ex sua, cum non dubia pernitie, si suæ & alienæ opes deficiant. Hinc Salomon. Proverb. *c. 22. vers. 26. & seq. Ne sis inter eos, qui spondent, aut fidem obstringunt apud fœneratorem, nam si non potueris persolvere, auferet à te lectos tuos.*

Et huic hominum generi, quod suâ 31 culpâ hanc sibi calamitatem accersivit, & in leges publicas deliquit, flebile Cessionis beneficiũ planè denegatur. *Novell. 135.* Alphons. ab Azeved. *lib. 5. Constit. Hisp. tit. 20. l. 5.* Brun. *de Cess. bon. q. 4 pr. per tot.* Peck. *de jur. sist. cap. 5. n. 16.* P. Gregor. *Syntag. jur. p. 3. lib. 22. cap. 9. n. 11.* non juvantur Exceptione Competentiæ. *l. fin. & ib. gl. ff. quæ in fraud. Cred. Dd. in § fin. Inst. de Action.* nec alendi sunt à Creditorib. ut ut incarcerati. Fab. *in d. § fin. n. 6. Instit. de Actionib.* & immunitas Ecclesiæ, quæ aliàs simplicibus Creditoribus competit, non tribuitur. Azeved. *d. lib. 1. tit. 2. l. 13.* quia contra ejusmodi debitorem omnia cessant privilegia. *l. ait Prætor. 10. §. si debitorem. 16. ff. quæ in fraud. Cred.* Gail. *2. obs. 44.* Et ratio discriminis in aperto est; cùm jura dolosis patrocinari non soleant; & potius his, qui ex necessitate quàm voluntate in calamitatem incidunt, subveniunt. *l. senatoris. 47. ff. de rit. nupt. l. si dictum. 56. §. 1. ff. de Evict ion. l. quod si. 24. §. restitutio. 4. ubi Br. ff. de minor. l. cum postulassem. 44. §. 1. ff. de damn. infect.* Tiraqu. *de retract.*

retract. prox. §. *1. gl. 10. n. 25. & gl. 18. n. 41. 42.* Ronchegall. *in l. eandem in pr. n. 217. 230. ff. de duob. reis.* Covarruv. *resol. lib. 2. cap. 16. n. 9.* His adde Ernest. Cothm. *Vol. 1. consf. 19. ubi n. 11. & seqq.* hæc eleganter & doctè explicat & deducit, & noviss. Dn. Mev. *de levaminibus Inop. debitorum. c. 5. à n. 83. usq. 89.* Ea
32 enim beneficentia, quâ sublevantur miseri debitores, est quædam ἐλεημοσύνη non præbenda nisi agentib. ut misericordiam mercantur. Balthas. Rham. **von Regiment der Christl. Liebe in leihen und borgen.** *c. 3. q. 5. n. 226. & seqq.* Præprimis verò illa non tribuenda iis, qui malignè faciunt, unde Creditorum petitio difficilior reddatur, aut deterior. Plerumque fit, ut qui facultates amiserunt, simul fidem pudorem, & sinceritatem exuant quasi hæc opum, non animi bona sint, divitibus non pauperib. congrua. Dn. Mev.
33 *d. c. 5. n. 118. & seqq.* Ex horum numero sunt, qui eô tempore creditum contraxêre, quô solvendo non erant, idque sciebant. Qui in dolo præsumuntur versari. Mascard. *de Prob. Concl. 531. num. 162.* Cun. *in tr. de Pact. lib. 1. c. 6. num. 277.* & nos hîc paulò antè *num. 26.*
34 An autem Creditor, de ejusmodi decoctoris dolis & fraude certior redditus, eundem in nundinis publicis arrestare possit? quæstionis dubiæ est. Si debitor ejusmodi non est suspectus de fuga, tum nullô modô nec conveniri nec arrestari posse probat. *l. unic. C. de Nundin.* ut nos fusius *lib. 1. c. 13.* suô lo-
35 cô deduximus. Secus est in eo, qui est de fuga suspectus, qui profectò non solùm arrestari, sed & capi potest, etiamsi sit Clericus, quia contra debitorem fugitivum cessant privilegia securitatis. *arg. d. l. ait Prætor* §. *16. quæ in fraud. Cred.* Gail. *d. lib. 2. obs. 44.* Cùm & Creditori liceat vigilare ad suum consequendum. *l. summâ cum ratione. 21. in pr. ff. de pecul.* dummodò summariè de suspicionis veritate constet. Treutl. *vol. 1. disp. 5. th. 2. lit. B.* quod & Edictô Henrici IV. Regis Galliæ Anno 1609. mense Majô cautum est his
36 verbis: Omnibus & singulis nostris subditis potestatem facimus; etiam nullâ authoritate publici jussûs aut permissûs intercedente, fugitivos fallitos manu injectâ retrahendi, comprehendendi, & in jus exhibendi, nullâ judiciorum, decretorum, rituum ac consuetudinum repugnantium habitâ ratione. Quis autem & quomodo de 37
fuga suspectus censeri debeat, arbitrio judicis committendum est. Treutl. *d. l. & ibi* Hunn. *in resolut. q. 4.* Joh. Köppen. *decis. q. 29. n. 10.* illum sic describit, qui non possidet immobilia, & sæpius interpellatus non solvit, frequenter lusit, sumtuosè vixit, sua consumsit & dilapidavit; & de quo fama est, quòd plus aliis debeat, quàm in bonis habet, fugamque machinatur. Hîc autem obiter notandum, quòd ex 38
consuetudine quadam Germaniæ, in maritimis hisce præsertim Civitatibus, ad negociationes majore fide exercendas exstructis & institutis, recepta & diu observata, de requisitis fugæ mercatorum debitorum non exactè laboremus, sed solùm inspiciamus, quòd debitum apertô jure nitatur, quodque in solvendo mora commissa sit. Ern. Cothm. *Vol. 1. consf. 18. num. 332.* Gail. *d. obs. 44. n. 10. & 11.* Franc. Marc. *decis. Gratianop. 396. n. 3. p. 1.* Et hæc quoque de secundo genere Decoctorum pro instituto sufficiant.

Prælibatis duobus Decoctorum ge- 39
neribus, tertium nunc subjiciendum est; quô quis partim fortunæ injuriâ, partim suô vitiô non solvendo factus est. Cui generi Aristot. nomen imposuit ἁμάρτημα. *lib. 5. moral. c. 10.* latinè culpam aliquam liceat dicere. Vid. H. Grot. *lib. 3. de jur. B. ac P. cap. 11. §. 4.* Ubi eleganter de culpa media inter infortunium & dolum. Cùm autem propter multifarias circumstantias, 40
quæ benè ponderandæ sunt judici, certi modi constitui haud queant; ideòque judicis discretioni relinquendum est, an fortunæ vitium, an propria culpa exsuperet. Mejer. *in Colleg. Arg. lib. 42. tit. 1. th. 102.* Ex conditione enim 41
mercatoris præsumtionem exclusivam doli mali accipiendam esse docet

Franc.

Franc. Curt. *Consf. 44. n. 84.* Unde Angelus Perusinus *in l. milites, C. de quæst.* eleganter quærit: Si pecuniarum magnam summam Sempronio furtô subtractam, & Titium divitem quidem & magnum mercatorem è domo Sempronii exiisse, sint, qui affirmant, & quidem admissi tempore, num mercatorem Titium quæstioni judex subjicere debeat? Et negat quæstioni locum esse. Non enim verisimile est, tantum facinus talem virum admisisse. Sed si aliæ conjecturæ concurrerent, v. g. quia statim, cùm mercator exiit, ejusdem formæ & signi, cujus erat subtracta pecunia, bonam & magnam partem ab eo erogatam probaretur, putavit Angelus JCtus, quia judici liquet furtum factum, & solum Mercatorem exiisse, Mercatorem posse quæstioni subjici. Cui adde Fr. Brun. *tr. de judic. q. 3. n. 3.* Sed quomodo casus figurari possit, quô quis partim suô partim fortunæ vitiô fit à mensa surgens, præter illa, quæ de Bancciruptorum casu & culpa; scripta sunt à Wegener. *d. tr. c. 3.* hôc exemplô demonstratur quotidianô:

42 Quidam est mercator, qui amplas suscipit negociationes, plus quàm in suis facultatibus habet, in contrahendo promittit, & merces vel pecuniam mutuò sumit, sperans ita illum lucraturum, ut non solùm suo Creditori, à quo merces mutuò accepit, satisfaciat, sed & lucrum inde percipiat: completô contractu merces accipit, & forsitan propter casum quendam fortuitum, vel ob alias causas eas perdit ac amittit, nec istô valore, quô easdem comparavit, vendit. Quô sanè in casu primò vitium apparet ex hoc, quòd sese mercator ad plura obligavit quàm in sua substantia & facultatibus habuit: Quia verò ipsius animus, intentio & propositum fuit, ut suo Creditori satisfaceret, & propter adversam fortunam ac infelicitatem merces perditæ, id fortunæ vitio & injuriæ adscribitur. Sic etiam plures casûs formari possunt de iis, qui transmarinas negociationes in aliis regionibus & provinciis, quàm in quibus ipsi morantur, per institores & famulos exercent. *l. 10. ff. qui & à quib. manum. lic.* vel præter deliberationem ullam supra facultates suas pro aliis fidem interponunt, quamvis nunquam ejus fuerint professionis, vel variis se negotiis sine intellectu immiscent, obliti Funkii moralis:

Disce meô exemplô mandatô munere fungi.
Et fuge ceu pestem τὴν πολυπραγμοσύνην.

Quorum exempla, Experientia quotidina obvia, sed odiosa, proh dolor! satis exhibet: & idcircò nullô privilegiô digni. vid. *n. seq.*

Num verò, qui partim suâ culpâ, 43
partim fortunæ vitiô decoxerunt, ad cessionis bonorum beneficium admittendi? Non esse admittendos censent Interpretes: hi etenim admixtâ culpâ humiles, deplorati & miseratione indigni reputantur. Unde de hisce suâ culpâ egenis atque obæratis ex axiomate communi concluditur: Non subveniendum his, qui suâ culpâ inciderunt in paupertatem. *l. pen. de jur. dot.* Benincas. *de Privil. paup. q. 4. n. 46. l. fin. § fin. ff. quæ in fraud. cred.* Strach. *d. tr. p. 2. n. 2. & part. 3. n. 2.* Prosp. Farinac. *in prax. Crimin. q. 26. & seq. n. 31.* Plot. *de in lit. jur. §. 4. num. 62. & seq.* Matth. Brun. *de ceß. bon. quæst. 5. quart. princip. & q. 28.* Boër. *decis. 349. num. 8.* His adjunge Ern. Cothm. *d. vol. 1. consf. 19. per tot.* Nos autem cum Mejero *supr. alleg. loc. Colleg. Arg.* hæc judicis discretioni meritò relinquimus. Ut ille di- 44
stinguat Casûs culpamque examinet, imprimis an intra metas suæ vocationis permanserint, bonâque fide contraxerint: Secus si alia negocia suæ professioni haud convenientia tractaverint, & ita non solvendo facti sint. Tum enim nullô privilegiô, etiamsi in dignitate constituti, digni reputantur. B. Carpzov. *p. 2. For. Constit. 22. Defin. 18. num. 9. & seqq.* Secundo. An tempore contracti debiti ejusque consumpti debitoris improbè, temerè & vitiosè egerint, deinde quæ tunc facultatum ratio fuerit, quamque de iis fiduciam habere debuerint. Tandem, quatenus alie-

nis nummis abusi sint. Ubi autem culpæ Casus & infortunium, sed sine culpa accedit, mitius sentiendum reor. Etsi enim his in contrahendo ære alieno aliquid culpæ imputari queat, cùm tamen ut exsolvere non possint, calamitas temporum efficiat, non tantam merentur pœnam, ut humanitatis debitis excidant. Atque id convenit Communi JCtorum Legibus consonæ sententiæ. Debitores culpâ & Casu simul non solvendo redditos uti Cessione bonorum, & Exceptione Competentiæ, juvari etiam induciis moratoriis. Brun. *de Ceß. bon. q. 29. quart. quæst. pr. & 15. n. 6. q. princ.* Zang. *de Except. p. 2. c. 15. n. 53. per. text. in l. etiam. 18. §. licet. ff. sol. matrim. l. 63. §. hoc quoque. ff.*
45 *pro Soc.* Num verò hujus monetæ Mercatorib. qui partim suô vitiô, partim fortunę injuriâ malitiosi (planè indigni sunt hôc beneficio Policey Ordn. de Anno 1577. *tit. 23. §. 1.*) rationes conturbârunt & foro cedunt, securitatis seu salvi conductûs beneficium concedendum? meritò hìc quæritur? Et
46 Resp. aut is ipse à Magistratu, aut à Creditorib. conceditur. Si à Magistratu, etiam inferiore (quod hodiè fieri potest. Sibrant & Dn. Mev. *ad art. 11. de Consulib. stat. Lubec.*) is maximâ in eo circumspectione utatur, ne præcipitanter hujus salvi Conductûs (de quo tamen prædictus articulus *11. Statutorum Lubec.* propriè, ob requisita ibi tradita, non loquitur) concessione cæteris Creditorib. forsan dissentientibus *art. fin. de Concurs. Cred. præd. statut. Lubec.* præjudicium inferat. Ideò. 2.
47 Quòd qualitas decoctoris, quâ fortunę
48 injuriâ à mensa surrexerit, ob præsumtionem juris contrariam, facile ignorari possit. 3. Quòd Reip. & Emporii famæ & celebritati, quæ in Fide publica consistit, apud exteros valde derogaretur, si facilè hisce hominibus concederetur securitas. De effectibus Bancciruptorum in Rempubl. redundantib. vid. Wegner. *de Banciruptorib. c. 6. per tot.*
49 Si verò à Creditorib. prævio magistratûs assensu, investigandarum rerum causâ, vel ne totum perdant debitum, salvus Conductus concedatur. Strach. *de Decoctor. p. 7. n. 26.* minor huj. *q.* difficultas existit, & salvus conductus tunc facilius conceditur.

Et cum hoc coincidunt verba præ- 50
dicti Recess. Imper. de Anno 1577. von verdorbenen Kauffleuten. §. So setzen ordnen/ uñ wollẽ wir/ daß solche Handthier- und Gewerbsleute/ so sie vorsetzlicher oder betrieglicher Weise und nicht aus kündtlichen zugestandenẽ Unfall außstehen/ Banckorott machen / und außtrünnig werden/ hinführo von keiner Herrschafft oder Obrigkeit auffgenommen/ noch ohne Willen der Gläubiger vergleidet oder geduldet / sondern wo die betretten/ zu hafften angenommen / den Klägern zu Recht gehalten/ uñ nach Gestalt der Sachẽ gestraffet/ auch so sie wider zu häußlicher Wohnung kommen/ alsdenn zu keinen Emptern/ oder Dignitäten gezogen werden sollen. Weren sie aber aus kündlichen und unversehnlichen zugestandenen Unfällen/ oder Schäden in Verderben und Außstandt kommen / alsdenn mögen sie auffgenommen / und vergleidet/ Mitleiden mit ihnen gehabt / und den gemeinen Rechten nach / gegen ihnen gehandelt werden. Secundum hanc sententiam Decretum In Senat. Lub. ad Supplicam Creditorum Joh. Schreiber. 28. Januar. Anno 1659. cum quo concordat ordinatio Hanseatica de Decoctorib. Annô 1620. impressa & Annô 1659. renovata.

Nec ab hisce beneficiis miserabilib. 51
excluduntur Mercatores. Parum enim gnari sunt præterlapsorum temporum, quib. ea insedit imaginatio, sub tempore belli turbulento mercatorum potuisse remanere florentem, aut non adeò afflictam ut agricolarum, Nobilium & Pensionariorum fortunam. Sive enim respicias onera mercium per bella in immensam penè aucta, sivè pericula marium & terrarum, per quæ negociationes exercendæ fuerunt, sive difficultatem ex desolatis locis conquærendi, cum quib. istæ fierent, sive sub communi omnium ferè pau-

paupcrie paucitatem Commercantium, & inter eos ob demptas vel deperditas opes, fragilem & ambiguam fidem deprehendes, quam non minus facilè fuerit Mercatores in Calamitates & paupertatem incidere, atque alios quosvis. Quare iniquum & rationi adversum foret eos à beneficiis atque humanitate velle excludere, tum quæ istæ merentur causæ, in ipsis reperiuntur. Dn. Mev. *d. discur. de discuss. levam. deb. c. 5. n. 186. & seqq.*

Caput X.

De Pœnis Mercatorum nequiter foro cedentium.

Summaria.

1. Magistratuum Ordinationes decoctorum fraudes meritis subjicientes pœnis commendantur.
2. Interest Reipublicæ horum flagitia puniri.
3. Pœnæ quare introducta?
4. Pœnarum necessitas.
5. Salus Commerciorum & utilitatis publicæ requirit decoctorum pœnas.
6. Ut inter decoctores gradus, sic iidem & inter ipsorum pœnas erunt constituendi.
7. De Jure Divino quæ in fraudatores constituta pœna?
8. Apud Gentes ex octo pœnarum generibus, in fallitos primum erat Damnum.
9. Apud Romanos decoctores conjiciebantur in vincula.
10. Processus conjiciendi fallitos in vincula, apud Rom. ex Legib. XII. tabb. & apud Athen. ex Val. Max.
11. Jure Lubecensi & Megapolitano Decoctores carceri mancipantur.
12. Tertium Pœnarum genus in decoctores erant verbera apud Romanos & Russos.
13. Quod genus posteà in desuetudinem Romani deduxerunt.
14. Quartum Pœnarum genus in Decoctores, Talio à magistratu approbata.
15. Privatis injurias talione vindicare interdictum.
16. Ignominia fuit pœna decoctorum.
17. Ob quam à testimonio dicendo repelluntur & publicè olim deridebantur.
18. Verbum catamidiari, explicatur:
19. Apud Bœotios ignominiâ corbis afficiebantur Decoctores.
19. Apud Tyrrhenos quâ ignominiæ notâ puniebantur falliti.
20. In Italia & Gallia quâ infamiâ notati.
21. De variis ignominiæ specieb. quib. apud Gentes Bancaruptores sunt affecti, remiss.
22. De dedecoris nota debitorum & fallitorum in Flandria.
23. Apud Romanos & Athenienses malitiosi debitores exiliô plectebantur.
24. Servitutis pœna olim in debitores flagitiosos constituta.
25. Servitutis rigorem in debitores malitiosos observat antiquum Jus Saxonicum, Scabinatus Jenensis, & Statuta Lubec.
26. Hic Servitutis rigor in debitores, Electoralib. abrogatus Constitutionibus.
27. De assignatione debitorum ad manûs Creditorum, præjudicia Dnn. Jenensium.
28. Assensus Galliæ, Hispaniæ, Florentiæ.
29. In nequiter foro cedentes pœna est animadversio Capitalis.
30. Hæc pœna atrocitas posteà conversa in bonorum proscriptionem & ignominiam.
31. An Romani unquam Dissectione usi fuerint in Decoctores?
32. Pœna decoctorum malitiosorum ex Recessibus Hanseaticis.
33. Ad ejus irrogationem etiam lata culpa sufficit, ubi furtô atrocius hoc delictum asseritur.
34. De jure Civili quæ pœna constituta in fallitos.
35. Quinam effectûs exinde resultent, specialius demonstratur.

36. An

Cûm

1 Cùm Cæsares, Reges, Principes, aliique magistratûs, qui de salute Imperii, de stabilitate regni, utilitate subditorum & libertate Civium solliciti, hôc orbe & ævô (in quo multorum studia ad maximam fraudum licentiam incubuerunt) viderint & consideraverint, quàm latè pseudomercatorum, quibus integritas odiosa, ignota innocentia, FIDESQUE rara, vitia serpant, & in proximum quemque, non sine magna Reip. conturbatione, civium honestorum damno transiliant, varias sanciverint leges, quarum
2 metu ii non solùm omnibus mercaturæ concessis privilegiis & immunitatibus penitùs privarentur, sed & fraudulentorum horum flagitia & nocendi facultas, ut tuta foret inter improbos innocentia, formidatis pœnis refrænarentur. Isidor. *in Etymol.* Pœnæ etenim
3 ob corruptam hominis primævi lapsu naturam introductæ sunt, quibus mali coercentur, ne peccent, aut facilè delinquant; quod & publicæ disciplinæ favor dictitat, & interesse Reipub. suadet. *l. locatio. 9. §. quod illicitè. 5. ff. de Public. & vectig. l. ità vulneratus. §. 1. ff ad l. Aquil. l. 13. ff. de Offic. Præsid.* Nam delictum quò impunitius, eò effrænatius fit; quia, nisi fuerit vindicatum in noxios, proposita impunitatis spes mortalium animos criminibus invitat. docente Alex. ab Alex. *lib. 3. gen. dier. cap. 5.*

4 Hinc, si quis Rempubl. benè & ex utilitate omnium reget, is autores malorum multare suppliciis non verebitur. Sic autem fecêre, qui ante nos. Tenetis exemplum Majorum (inquit „Portius Latro *in Catilin. declam.*) at„que omnium gentium autoritatem, „quæ semper summas & singulares pœ„nas in eo genere hominum consu„mendas putaverunt, qui rationes ha„buissent, aut opprimendæ publicæ li„bertatis, aut quorum libido reposita e„rat in diripiendis Civium facultatibus. His verò cùm dissimiles haud sint malitiosi debitores fallitique mercatores, non malè fecerunt illi, qui in eorum iniquas actiones variis ac diversis pœnarum generibus evigilarunt. Cùm 5
præter emolumentum publicum etiam salus sit commerciorum, severissimè in hosce fraudulentos animadvertere. Benev. Strach. *d. tr. p. 8. n. 8.* Adimi enim putaverunt subsidium hoc temporariæ inopiæ, quo communis omnium indiget vita, si perfidia debitorum sine gravi evaderet pœna. A. Gell. *lib. 20. noct. Attic. cap. 1.* Quàmque fœda habetur ab omnibus, tam frequens est hôc exulceratô seculô. Egens ergò non patronô, sed frenô ex severo supplicio, quod crescente delicto meritò exasperari debet. Dn. Mev. *de levam. debit. c. 5. n. 98.*

Sed, ut inter Decoctores delinquen- 6
tes gradûs constituuntur; ita & inter pœnas eorundem gradûs constitui debent, cùm omnes eâdem pœnâ affici non possint. *l. 9. §. 11. ff. de Pœn.* ac impium inhumanumque videatur, vexatum fortunæ telis, puniri iisdem pœnis, quibus illi, qui ex doloso deliquerunt animo ac προαίρεσει, affliguntur, gravari. *l. 28. C. de Episc. aud.* nam ulterius non progreditur metus, quàm reperitur delictum. *l. sancimus. 22. C. de Pœn.*

Cùm itaque multifariè in omni jure inveniantur horum bancæruptorum pœnæ, quasdam ego breviter ex jure Divino, Gentium, Canonico, Civili, item Consuetudinibus locorum & statutis recensebo.

EX JURE DIVINO. 1. facit illud A- 7
postoli *1. Thessal. c. 4. vers. 6.* Ubi inquit: Ne quis opprimat ac fraudet fratrem (h. e. fidelem. *cap. ad mensam. 11. q. 3.*) suum in negotio, proptereà quòd ultor est dominus de his omnibus. 2. Si quis furatus est, res quas abstulit in duplum reddat, &, si non habet, pro furto vendatur. *Exod. 22. vers. 3.* 3. Hoc duobus exemplis demonstratur, quorum unum habetur *4. Reg. 4. in pr.* ubi debitoris relicti filii in servitutem erant ducendi: alterum invenitur Matth. *18. vers. 25.* ubi sunt venditi, vel ad publicum carcerem usque dum solvant extremum quem debent obulum damnati. *Vid. & Esdr. lib. 2. c. 5. vers. 5.*

Apud

8 Apud Gentes octo poenarum genera, more & legibus constituta in debitores & fallitos scripsit M. Tullius, putà Damnum, Vincula, Verbera, Talionem, Ignominiam, Exilium, Servitutem, & denique Mortem.

DAMNUM, erat poena, quâ fraudulentorum debitorum bona, publicè constitutâ auctione, divendebantur. Quid enim æquius, quàm qui nullô jure alios damnô afficit, rursus pro delicti justa punitione damnô mulctetur. Dan. Santer. *in Mastig. fallit. Cap. 3. & 4.* ubi disquisitionem hujus poenæ instituit. Vid. Petr. Heig. *1. q. 35. num. 32. & seqq.*

9 Secundũ poenarum genus erant VINCULA. Apud Romanos, secundùm legem XII. tabularum Debitores perfidi in vincula conjiciebantur. Ne autem in eo genere poenæ videretur quid injustitiæ inesse, hunc processum observârunt, prout ex verbis legis 35. XII. tabularum videre est; quæ ita habent:
10 *Æris confessi, rebusq; jure judicatis triginta dies justi sunto, post deinde manûs injectio esto, in jus ducito, in judicatum faxit, aut qui eundo eo in jure vindicat, secum ducito, vincito, aut nervô aut compedibus quindecim pondo nec minore, aut, si volet, majore vincito: si volet, suo vivito; in suo vivit qui eum vinctum habebit, libras farris in dies dato, si volet plus dato.* Erat autem jus intereà paciscendi, ac nisi pacti forent, habebantur in vinculis dies sexaginta. Inter eos dies trinis nundinis continuis ad Prætorem in Comitium producebantur, quantæque pecuniæ judicati essent, prædicabatur: tertiis autem nundinis capite poenas dabant, & in partes secabantur, ut infr. h. c. ex Gellio *lib. 20. cap. 1.* videbimus. Idem jus apud Athenienses de vinciendis debitoribus fuisse refert Valer. Max. *lib. 5. c. 4.* & Alex. ab Alex. *lib. 6. cap. 10.*

11 Jure Lubecensi, ad exemplum antiqui juris Saxonici fraudatores ac decoctores bonorum, Creditoribus addicuntur, ac carceri ac compedibus mancipantur. *art. 1. de his qui sunt sui vel al. jur.* Ibi: Gefänglich einziehen. vid. Mandat der EE. Hanse-Städte wider die Muthwilligen Fallhten. de Anno 1620. renovatum Anno 1658. sub lit. Z. in fin. Tr. Eandem carceris poenam Illustrissimi Principes Megapolenses ad submissam & sedulam suorum subditorum instantiam in Cessionarios constituerunt. Joh. Sibrand. *differ. jur. Civ. & Lubec. th. 71. 72.* ubi in hunc articulum disquirit, eumque ob fidem in negociationibus & mercimoniis necessariam defendit. Sed & de hoc paulò post, *n. 28. & seqq.* aliquantò uberius.

Tertium poenarum genus erant 12
VERBERA. Apud Romanos vapulabant ad columnam Meniam alienæ pecuniæ defraudatores. Ascon. Pedian. *in divinat.* & Cic. ad Pison. Hucque facere puto illud Plauti *in Bacchid.*

Tunc terra me odium esse autumas? abducite hunc
Intrò atq; astringite ad columnam fortiter,
Nunquam auferes ei aurum.

Subjiciebantur & olim damnati debitores plumbatarum, h. e. plumbearum pilarum ictibus. *l. 40. C. de Decurion.* Veget. *de re milit. lib. 1. cap. 17.* quibus percussi debitores & ulcerati perpetuis metallorum suppliciis posteà deputabantur. Strach. *d. l.* A Moscovitis fustibus cædebantur graviter. Gaguin. *in descript. Mosc. cap. 4.* Verùm huic 13
debitorum malo gravique infortunio tandem apud Romanos subvenêre Lex Portia, Lex Sempronia, Lex Catonis, ne quis tergo Civium Romanorum impunè insultare liceret. Alex. ab Alex. *lib. 3. cap. 20.* Ad quam legem S. Apostolus Paulus appellavit *Actor. 22. vers. 25.* 14

Quartum poenarum genus apud gentes erat TALIO. Hæc probatà fuit apud Gnosios; qui debitores obnoxios fecêre raptoribus, qui eriperent iis nummos; utpote qui pecuniæ alienæ neq; pepercerint. Plutarch. *in qu. Centur. græc.* quæ enim, obsecro te, acerbitas est, si idem fiat in te, quod tute in alio feceris. A. Gell. *lib. 20. cap. 1.* 15
Privatis tamen injurias vindicare talione

ne haud licet, vetante id Salvatore nostro. Matth. *5. vers. 38.* cùm ea lex Magistratui saltem concessa sit Deuter. *19. vers. 21.*

16 Quinta Decoctorum pœna fuit IGNOMINIA & Infamia, quam incurrunt tùm ex fide violata, cujus apud omnes fœdum crimen est, tùm ex furti specie, dum Creditoribus veluti surripiunt, quod benevolâ mente crediderunt. vid. Hotoman. *Ill. qq. 24. in fin.* Cujac. *ad Novel. 135.* Bald. *ad l.*

17 *1. ff. de his qui not. infam.* ob quam etiam à testimonio, dicendo repelluntur. Mascard. *de Probat. concl. 738. n. 1.* Bald. *cons. 400. n. 3. lib. 3.* Unde in Jure Decoctores in amphiteatris CATA-

18 MIDIARI (quod à Græco μυδάω risui expono derivat doctisſ. Budæus) ac dimitti jubebantur. Budæ. *ad l. si hominem. 5. quoties ff. Deposit.* in quam sententiam inclinare videtur Gothofr. *ad l. 7. ff. ad l. Jul. de vi publ.* licet aliter Salmas. hoc vocabulum Catamidiari explicet, & dicat quòd idem fit, quod cædi, in tractat. *de mod. usur. pag. 847.* Hanc Infamiam autem exempla

19 gentium & omnis ævi docent. Apud Bœotios corbis ignominia instituta erat in eos, qui æs alienum non dissolverint. Ducebatur enim in forum debitor, sedereque jubebatur; super sedentis verò caput cerbem injiciebant. Hácque notatus ignominiâ infamis

20 censebatur. Stobæ. *serm. 42.* Apud Tyrrhenos, si quis æs alienum, quod conflaverit, non persolverat; sequebantur eum pueri, vacuum gestantes marsupium, ignominiæ causâ. Heraclit. *in*

21 *Polit.* In Italia item atque Gallia tales ceremoniæ cum hujus monetæ hominibus adhibentur, quæ si non juris, non levem tamen facti injuriam trahunt. Estienne Pasquier. *liv. 4. de recherch cap. 8.* Plures ignominiæ species, quibus apud Romanos, Ægyptios, Græcos, Athenienses &c. falliti olim affecti sunt, vid. ap. Sauter. *d. l. c.*

22 *11.* De dedecoris nota, quâ inurebantur Decoctores Flandri, videlicet Zonæ, crumenæ, claviumque coràm tabellione solenniter feretro sepulchroque mortuorum Decoctorum impositione vid. Mastig. fallit. *d. l. cap. 50. 51. 52.* Ubi hoc duobus exemplis memorabilibus illustrat.

Sexta erat EXILIUM Et quidē apud 23 Romanos *d. l. 33. XII. tabb.* & A. Gell. *d. l. 20. cap. 1.* quâ pœnâ etiam multabantur apud Athenienses; attestante Plutarch. *in Solon.*

Septima SERVITUS. Quod patet 24 ex verbis L. XII. tabb. 34. ibi: aut trans Tyberim peregre venum ito. Quod & Cic. *pro Sext.* Exemplô Ptolomæi, Cypri regis attestatur. Hácque miserâ servitute olim pressus Titus Veturius, Filius ejus Veturii, qui in consulatu suo Samnitibus ob turpiter ictum fœdus, deditus fuerat, hic autem propter domesticam ruinam & grave æs alienum Cælio Plotio nexum se dare adolescentulus admodùm coactus est, Valer. Max. *lib. 5. cap. 1.* Saut. *d. l. cap. 15. 16.* Quem rigorem jus Saxonicum an- 25 tiquum & adhuc Scabinatus Jenensis sequitur; si debitor non potest Creditori solvere debitum, quòd tunc judex locô debiti ipsum debitorem in manūs Creditoris tradere debet; qui eum ad operas ipsi præstandas servat tantisper, donec servitiis illis debitum dissolvat. Der Schuldener wird seinem Gläubiger an die Hand und Halfter gegeben/ biß er sich der Schuld lest arbeitet. Landr. *lib. 3. art. 39. in pr.* Weichbild. *art. 27. circ. fin.* Latè Coler. *de process. execut. part. 1. cap. 27. circ. fin. & decis. 135. n. 2.* Treutl. *vol. 2. disp. 24. th. 4. lit. K.* Zobel. *part. 2. differ. 20.* Cui concordat Jus Lubec. *art. 1. de his qui sunt sui vel. al. jur.* ibi: Wil er ihn aber zu eigen annehmen / soll er seinem Herrn seine Arbeit thun. Quamvis re- 26 centiori Saxonum jure, & quidem Constitutione Augusti Electoris vetus jus Saxonicum eatenus sit correctum, ne Cessionarii creditorum suorum sævitiæ committantur, ac instar mancipiorum possideantur. Moller. *lib. 1. Semestr. cap. 36.* Sed carceri publico, dem Schuld-Thurm includantur. Vid. d. Elect. Constit. *part. 2. Constit. 22.* & ibi Dan. Moll. per tot. Carpz. *Jurispr.*

for. pag. 2. constit. 22. defin. 2. Aliter
27 tamen, ut paulo ante diximus, observatur in reliquis Provinciis & Ducatibus Saxonicis, veluti in Scabinatu Jenensi mens. Octobr. Anno 1637. ad requisitionem John Ernst von Behringen zu Schieben responsum fuit: Do in eines Pachtmans gantzen Vermögen/ uff vorgehende excussion, nicht so viel befunden würde / daß Er selbsten zahlen/noch deswegen Bürgschafft oder caution Euch bestellen und auffrichten köndte; So seyd Ihr Euch wider Ihn des in gemeinen Sächs. Rechten nachgelassenen eussersten Mittels zu gebrauchē/ und bey der Obrigkeit/damit Euch dieser euer Schuld- und Pachtmann entweder die Schuld abzuverdienē/oder in Banden und Gefängnis abzusitzen in die Hände gegeben werden möge/ gebührlichen anzusuchen und zu begehren wohl befugt. Worauff Er so dann ieden Tag an seiner Schuld so viel mit seinem Dienst oder Arbeit abverdienet/oder mit dem Gefängnis absitzet / als Er seiner Person Zustand und Gelegenheit nach des Tags über erwerben oder verdienen kan. Eôdem modô mens. Novembr. An. 1657. Præfecto Isenacensi, Dn. Georgio Stephano Scheehase/ J.U. Doctorando, in causa der Gombrechtischen Erben/ contra Hansen Messern / responsum fuit: Daß nunmehro Beklagter / gestalten Sachen nach/vermöge gemeiner Sächsischen Rechte / die Schuld abzuverdienen/oder in Banden und Gefängnis abzusitzen/denen Klägern nicht unbillich an die Hand gegeben wird/ von Rechtswegen:

Quæ Præjudicia nuper nobis per litteras sunt communicata à Magnifico, Nobilissimo, Amplissimo ac Consultissimo Viro Christophoro Philippo Richter/ JCto Celeberrimo, Com. Pal. Consiliario Sax. Prof. Publ. & Facultatis Juridicæ in Illustri Salanâ Ordinario meritissimo, amico nostro multis retrò annis plurimùm colendo & amando.

28 Quod verò debitor, ob æs alienum non solum in carcerem detrudi, sed etiam ad manûs Creditoris assignari queat, adhuc in Gallia & Florentiæ observari tradunt Menoch. *de arb. Jud. qq. cas. 183. n. 3.* Hering. *de fidej. cap. 6. n. 258.* Cum quo jure etiam leges Hispanorum conveniunt, secundum Roderic. Suar. *ad LL. regni tit. de Cess. bon.* Anton. Gomes. *ad LL. Taurinens. in l. 29. n. 2.* Quibus adde, quòd Salvianus Massiliensis *de Gubernat. Dei lib. 5. pag. 164.* queritur, ingenuos homines verti in servos, eoque mirandum non esse, si Romanos barbari capiant, cùm fratres suos faciant captivos. Heig. *d. l. n. 36.* Plur. de hâc pœn. *vid. ap. Saut. d. c. 15. & 16.*

Ultimum & quidem acerbissimum 29
Pœnarum genus in fallitos, sive nequiter foro cedentes à Gentibus usurpatum fuit ANIMADVERSIO CAPITALIS: quam & Indi & Pisidæ, test. Alex. ab Alex. *lib. 6. Gen. dier. c. 10.* & Romani, autoritate L. XII. tabb. ibi: *in parteis secanto*, usurparunt. Covarr. *lib. 2. resol. var. cap. 1. n. 1.* Et ita Imperatorem Valentinianum, ubi debitorem egestate obstrictum nihil reddere posse dicebatur, interfici debere pronunciasse tradit Ammian. Marcellin. *lib. 27.* Idem sanxit Gratianus *in l. 2. C. Theodos. qui bonis ced. poss. ex l. Juliâ.* Hotom. *illustr. q. 26.* Sed illa crudelitas & sæva atrocitas publicè sublata & erasa, & in pudoris notam capitis pœna conversa est, adhibitâ bonorum 30
proscriptione. Jacob. Gothofr. *lib. 3. probat. ad XII. tabb. 3.* ut suffunderetur hominis sanguis, non effunderetur, ideò illa dissectio mutata est in pœnam ignominiæ. Cont. *lib. 2. subsec. test.* [nec leguntur unquam Romani 31
hoc rigore in decoctores usi fuisse, ut & apud Gell. *lib. 20. noct. Attic. cap. 1.* Covarr. *d. cap. 1.* Quintilian. *Institut. lib. 3. cap. 8.* Acon. Bez. *de Ital. Statut. lib. 2. cap. 3.* attestante P. Heig. *d. q. 35. num. 26.* Sauter. *d. l. cap. 18.* Gellii *d. lib. 20. cap. 1.* verba hæc sunt. De immanitate illa secandi partiendique humani corporis si unus ob pecuniam debitam judicatus addictusque sit pluribus, non libet meminisse, & piget

dice-

dicere; quod enim dici potest efferacius? quid ab hominis ingenio diversius, quàm quòd membra & artûs inopis debitoris brevissimò laniatu distrahebantur, sicut nunc bona distrahuntur. Notandum tamen hic incidenter, quòd ex Recessibus Hanseaticis
32 excerpsit Dn. Joh. Ang. à Werdenhag. *part. 4. rerump. Hans. cap. 11. pag. 1111.* dum de horum decoctorum pœna, ex modò dictis recessibus ita infert: Petulans decoctor, quem **Banckerottierer** dicunt, si fugam arripiat, & campanæ signum ipsum ignominiâ affecerit, ac uspiam deprehendatur, per aliquot horas in loco delinquentium publico vinculis æneis sistetur spectaculo. Recess. Hans. de Anno 1491. ubi indicia ad probationem doli sufficientia erunt, talis defraudator non aliter ac juxtà LL. Civitatis Lubecensis, quàm fur suspendi debet. Recess. de Anno 1545. Vid. etiam de hac mater. Recess. de Anno 1540. & novissimè Edictum de Anno 1620. & 1659. renovatum. *in fin. huj. tr.* Verba huj. Edicti Lubec. renovati hæc sunt: **Daß nach vorhergehender** Declaration **nicht alleine die Schandglocke über sie geleutet / sondern sie auch mit öffentlichen Aufstellung an den Pranger / Ewiger Verweisung / auch nach vermerckten Umbständen als ein Dieb oder** Falsarius **an Leib und Leben gestraffet werden solle /** adde hîc Dn. Mev. *de levamin. debit. cap. 5. n. 100. & seqq.* ubi *no. seq. 103.*
33 non tantum dolum, sed & latam culpam ad pœnam ordinariam imponendam sufficere ex Dd. demonstrat. Hos etiam qui alienô sanguine suas pascunt libidines, fidem fallunt, pudorem prosternunt, judicia decipiunt, creditores defraudant, ipsis furibus nocentiores esse, cùm hi facilius caveantur, & minoribus summis lædant, occultius peccent; & scelerum pœnitentiam citius agant. Mev. *de levam. inop. debit. c. 8. n. 43.*

34 DE JURE CIVILI præter infamiam & plumbatarum ictus, de quib. *suprà num. 11.* constituuntur adhuc aliæ quoque pœnæ contra dictos decoctores, ut Restitutio in duplum. *l. 46. §. 1. ff. de jur. fisci.* interdum in quadruplum. *l. 45. §. 13. ff. Eod. l. 8. C. eod.* Removentur à dignitate *l. 2. C. de Palat. sacr. larg.* & ab officiis. *l. 12. C. de suscep tor.* Carpzov. *Jurispr. for. p. 2. Const. 22. defin. 23. n. 2.* quæ tamen pœnæ imponuntur speciatim illis, qui dolô malô dilapidant non tantum facultates Creditorum, sed & rem pecuniamve publicam sive fiscalem, Gothofr. *ad d. l. 2. C. de palat.* Dn. Petr. Theodoric. Academ. Jenens. Ordinar. hospes & amicus meus, dum vixit, suspiciendus, in prælect. *l. cum sit injustum. C. de sepulch. violat.* Ex hac Ignominiæ labe resultant 35
ex Jure Civili hi Bancciruptorum effectûs 1. ut à testimonio dicendo repellantur, supr. *num. 17. hoc cap.* 2. Quòd quamvis homines inviti non cogantur aliquid de reb. suis facere. *l. 14. ff. de contrah. empt.* easq; neq; distrahere, *l. 3. in fin. l. 11. C. eod.* Bancciruptores nihilominus, quia solvendo non existunt, inviti etiam bonorum suorum venditionem & distractionem pati cogantur. *l. 15. §. 2. & seq. ff. de re Judic. l. 1. l. ult. ff. de curat. bon. dand.* quo ex fundamento non levis ignominia in illos redundat. Cujus enim bona ex edicto possidentur, hujus omnis fama & existimatio cum bonis simul possidetur, inquit Cic. *in orat. pro Quinct.*

3. Effectus, qui in Bancciruptores redundat, est certa alienationis rerum prohibitio. Nam illis res suas aliis do- 36
nare de Jure prohibitum, ne Creditores fraudarêtur. *l. 6. §. 11. ff. quæ in fraud. credit.* Concordant statut. Lub. *art 3. de concurs. credit.* Cujus & statuti vigore debitor, nisi quatuor 4. septimanis ante fugam aut fori cessionis notitiam, quæ & à bonorum possessione incipit, Creditoribus posteriorib. in præjudicium anteriorum, solvere nõ potest. *art. 1. de Pignorib. & art. 1. de empt. & vend. lib. 3. tit. 4. & 6.*

4. Quamvis aliorum hæreditates, in 37
quib. nullus damni aut periculi metus, non facilè repudientur. *l. 25. §. 9. ff. de acquir. vel amitt. possess. l. 5. pr.* ibi *expediet nec ne. ff. de Jur. delib.* Bancciruptores

ptorum tamen hæreditates difficulter successorem inveniant. *l.35. ff. de bon. libert.*

5. Ex Banccirupторum hæreditate, hæres qui initâ cum Creditorib. pactione, hæreditatem adiit, legata præstare nō teneatur. *l.23. ff. quæ in fraud. credit.*

38 6. In Contractib. ineundis Bancciruptores penè omni fide careant, quod hodie Creditum perditum dicitur, teste Budæô *ad l. ult. ff. de pignor. act.* Sie habe das Credit verlohren. Hinc est quòd Decoctores regulariter fidejussores fieri nequeant. *l.10. §.1. ff. qui satisd. cog. l. 10. ff. de fidejuss.*

39 Et quod per Banccirupturam Societas solvatur, quoties scil. socius mole debiti prægravatus bonis suis cedit, aut ipsius substantia propter debita venit. *§. 8. Instit. de societ. l. 65. §. 1. ff. eod.* Tunc enim materia societatis extinguitur & annihilatur. Franck. *in Comm. ad tit. ff. Pro soc. n. 129.*

7. Ex hoc fundamento, & Mandatū resolvitur, quoties sc. Mandatarius nō solvendo existens, vel expresśè ob inanes actiones mandato renunciat. *l. 24. ff. mandat.* vel ignorante dominô ob decoctionem vel aliam nequitiam aufugit, foroq; aut bonis suis cedit. Tunc enim Mandatū revocatum censetur, quippe cui tacitè hæc Conventio inesse videtur, si in ead. causa maneat. *l. cum quis. 38. ff. de solut.* Et hoc utile esse ait Jason. *ad l. rogasti me. 11. §. fugitivus. 2. ff. si cert. petet.* pro mercatorib. qui habent Institores seu Factores, qui possunt obligare Dominum Principalem. vid. Rot. Gen. *decis. 1. n. 28. & 41. & decis. 2. n. 31.*

40 8. Cautio à Bancciruptore in diem vel sub cōditione debente, quod aliàs regulariter fieri non potest, exigitur, & eâ deficiente petitur, missio in bonorū possessionem ex primo decreto. *Vid. nos sup. lib. 2. cap. 11. de Fidejuss. singular. n. 83. & fin.*

41 Ex Jure Canonico cùm decipientibus Jura nō subveniant. *c. cum Universorum. de rer. permut.* nec auxiliū malefactoribus ferendum sit. *cau. 14. q. 5. per tot.* atq; omnis illicita usurpatio rei alienæ furti nomine comprehendatur. *c. pænal. caus. 14. q. 5. & c. meretrices. cau. 32. q. 4.* & peccatum nō remittatur, nisi ablatum restituatur. *c. peccatum. 4. de R. J. in 6to.* Decoctorib9 pœna excommunicationis tribuitur, *arg. c. Odoard. 3. de solut.* quia pœnâ hâc digni sunt, qui prodigè & luxuriosè sua consumunt & decoquunt. P. Greg. Tholos. *lib. 22. syntagm. cap. 9. n. 13.* ac, qui contra jura mercantur, eorū auxiliô & immunitate frui non possunt; cùm bonā fidem habere non præsumantur. *c. qui contra. 82. de R. J. in 6to.* Et tantum de Pœnis ex Jure Gentium & communi: visis nunc pœnis, quas leges irrogant communes; ad consuetudines, statuta, & varias quotidianas Cōstitutiones & observationes, quæ passim reperiuntur, nobis quoq; progrediendum erit.

Et quidem primùm, quoad Imperiales observationes, scimus Imperatorē Carolum V. Ao. 1531. per Edicta, 7. Octobr. & Ao. 1540. 4. Octobr. Bruxellæ publicata, decoctores eos malitiosos ad laqueum sine dilatione, posthabitô favore ac dissimulatione, condemnavisse; de quorum Edictorum justitia disquirit Saut. *d. tr. cap. 21. 22. 23. 24. 25.* 42

Hunc tamen rigorem novissima Constitutio Imperialis Rodolphi II. Anno 1577. tit. 23. In der Policey Ordn. zu Franckfurt mutavit, ibi: So setzen/ordnen und wollen wir/ daß solche Handthierer uñ Gewerbsleute/ so sich fürsetzlichen/oder betrieglicher weise/uñ nicht aus kündlichem zugestandenem Unfall aufſtehen/ Banckerott machen/ und außtrönnig werden / hinfüro von keiner Herrschafft/ Obrigkeit auffgenommen / noch ohne Willen der Gläubiger vergleitet und gedultet/ sondern wo die betreten zur Hafft genommen/ den Klägern zu Recht gehalten/ und nach gestalt der Sachen gestraffet/ auch so die wieder zu häußlichen Wohnungen kommen/alsdann zu keinen dignitäten und Emptern gezogen werden sollen. 43

Cum Edicto Caroli V. conveniunt Edicta perpetua Regum Galliæ, ubi decoctores hujusmodi ignominiosè tractantur & in carcere detinentur. Quod patet ex Edictis Francisci I. Gallorum Regis de Ao. 1536. 16. Octobr. ibi: Utq; „ procedatur ad pœnam & noxæ expia- „ tionem, per ignominiosam traductio- „

nem,

„nem, corporalem pœnam; applicatio„nem ad collare & numellas publicas, „aliasque pœnas, pro justitiæ arbitratu &c. Quod renovatum ab ejus nepote, Francisco II. Anno 1560. ut fertur *in artic. 143.* his verbis, ex Gallico ita translatis. In omnes bancæruptores, qui fraudulentâ ratione forum deserunt, inquiretur extra ordinem & capitaliter. Hocque repetitum ab Henrico III. & ultimo stirpis Valesiæ, in conventu Ordinum apud Bloisios Anno 1579. confirmatum ab Henrico IV. Anno 1609. mense Majô; quod ex Gallico ita versum est: Publicè in ipsos, ut in latrones & impostores publicos, capitis supplició animadvertatur. Cujus Edicti rigor ac vis demonstrata est Lutetiæ, in insigni quodam mercatore, nomine Guilielmo Pingræô, qui enormiter & perfidè Creditores ingenti pecuniæ summâ defraudaverat. Cujus decisionem & executionem notat Dan. Sauter. *d. tr. cap. 35. & seqq.*

45 In genere tamen omnes decoctores, per Decretum Parlamenti Rhotomagensis 6. Martii, Anno 1584. hâc ignominiâ afficiuntur, ut semper pileô, colore viridi tinctô, quem Creditor emit, utantur. Quod per aliud Edictum Parlamenti Anno 1586. 18. Febr. sublatum est. Autor des Bedenckens/warumb die Banckerottierer am Leibe sollen gestraffet werden.

46 In Germania, ut antè dictum, usurpatur contra eos pœna carceris publi-
47 ci. *d. post. 2.* Land R. *cap. 22.* Priusquàm autem debitor molestiâ carceris afficiatur, de Jure Civili hic processus cum illo, ex famosissima *l. à Divo Pio. 15. §. 3. ff. de re judic.* instituitur. Ut primò fiat æstimatio rerum tàm mobilium, quàm immobilium; his non sufficientibus perveniatur ad nomina eorum, qui condemnato debent. Si verò his modis satisfacere nequeat, rectè carceri traditur. *l. 1. C. qui bon. ced. poss.* Petr. Greg. *Syntagm. jur. Univers. lib. 22. cap. 6. n. 10.* Wurmbs. *pract. obs. lib. 1. tit. 28. n. 2.* & alii quàm plurimi. *Dd. ad d. l. 15.* Jus Saxonicum debitori convicto aut confesso definit terminum quadraginta quinque dierum seu sex septimanarum & trium dierum, qui inde eine Sächsische Frist appellatur. Land R. *lib. 1. art. 70. ibiq; gloss. Constit. August. p. 1. const. 3.* Zobel. *part. 1. diff. Jur. Civ. & Sax. 45. n. 4. 6.* Jurisprudentia autem nostra Lubecensis Mercimoniis consulens, arctavit illos terminos dilationis, iniquum ducens Creditorē liquidô debitô diu carere, suæque moræ beneficiis debitorem cum alterius damno gaudere, mediè ergò rem curans, ut nec onerosus Creditor, nec delicatus debitor audiatur, juxta *l. si servos. 25. ff. de Pignorat. act.* tres septimanas debitori indulget pro induciis ad conquirendas solvendi facultates. Ita quidem ut primò 14. dies ad petitionem Creditorum præfigantur & si intra illos non satisfiat, adhuc 8. Iis verò elapsis statim vulgò bey Sonnenschein fiat Justa Executio ita ut post hunc terminum effluxum aut fidejussores det, aut fidei causâ carceri includatur, muß Bürge stellen/oder selbst Bürge werden/ *art. 1. tit. 1. lib. 3. de Concurs. Cred. Stat. Lubec.* Quod ultimum selbst Bürge werden Phrasis Ju- 48
ris nostri est Statutarii, significans Incarcerationem debitoris, donec exsolvat debitum, aut pro eo fidejussores vel Pignora offerat; verba enim nostri Statuti & Praxis quotidiana sub verbo fidejussorum, Bürge stellen/& pignora intelligunt, licet de jure communi, qui fidejussores dare tenetur, dando pignora in locum fidejussorum non liberetur. Neguzant. *de Pignor. p. 5. pr. memb. 1. n. 1. & 2.* Pignorib. itaque locô fidejussorum oblatis, dimittitur debitor. Nam & tunc, utpote casu necessitatis aliud pro alio solvi potest, & Creditor recipere cogitur. *auth. hoc nisi. C. de solut.* Br. *in l. ordo. C. de Execut. rei judic.* Cùm aliàs Statutum fidejussorem præstari exigens, intelligatur sub hac conditione, si haberi possit, aliàs pignora sufficiunt. Carpan. *ad Statut. Mediol. p. 1. cap. 44. n. 51. & seqq.* Jo. Cephal. *vol. 1. cons. 89. n. 10.* Nec excipiuntur ab hoc processu & 49
Pœna Personæ privilegiatæ, in dignitate constitutæ, si dolosè & fraudulenter decoquant. Quicquid enim Dd. cum

Colero *de process. execut. p. 1. c. 3. per tot. & c. 6. n. 126. cum seqq.* Berlich. *in Pract. Concl. p. 2. Concl. 28. n. 38.* Brun. *de Cess. bonorum 10. quæst. pr. per tot.* & aliis pro eorum privilegiis & favore adducunt, ex jure & justa ratione non aliud infert quàm privilegiatas personas istas, præsertim egregias, V.G. Nobiles, Doctores, Senatores, Milites, Scholares, Clericos in eo ordine & vitæ statu, ob quē merentur prærogativam & favorem, ultrà quàm possunt conveniri non debere, aut etiam Cessione bonorum ab aliis molestiis liberari. At inde colligendum minimè est, quòd si metas suæ vocationis egressæ fuerint, aut non pro dignitate egerint, ut si mercaturam aliave negotia suæ professioni non convenientia tractent, aut privilegiis ac dignitate aliorum injustô patrociniô, ad fraudem vel injuriam suorum Creditorum concivium, & aliarum interdum miserabilium personarum abutantur, aut fraudulenter contraxerint, vel facultates ære alienô consumpserint, eos impunes esse debere, ne dum quòd beneficiis miserabilium frui debeant. Nam tunc Nobiles & egregios decoctores non minus quàm Plebejos pati æquum est, sicut de iis censuit D. Carpz. *in Jurispr. for. part. 2. c. 22. Defin. 18. n. 12.* quòd ad manûs & operas Creditoribus addicendi aut carcerandi sunt. Rectè agentium ea Exemptio à juris executione est, non malè versantium. Amittunt enim privilegia cùm exorbitant à causis quarum gratiâ istis fruuntur, Uti in termin. scribit Coler. *d. tract. de Process. exec. p. 2. c. 3. n. 139. & seqq.* qui ibidem *n. 162.* admonet, ut omnes privilegiati contineant se intra metas vocationis, ne pedem extrà ponendo & contraveniendo suæ vocationis studiis & officiis, veniatur & deinceps contra privilegia; quæ causâ studiorum vel officii cessante, ipsa quoque cessat, Ut sæpius hôc librô indicavimus. Præcipuè si delictum, cujusmodi in fraudulenta decoctione est, accedat. Non permittendum est privilegiis quibusdam uti nocentes. *Novell. 17. cap. 5. in pr.* ne sub prætextu privilegii, & flagitiorum crescat autoritas, vel publica vacillet utilitas. *l. 2. C. de Privil. schol.* Omnem honorem reatus excludit *l. 1. C. ubi Senat. & Clariss.* Justum est delinquendo amitti privilegia. *l. sed si ex parte. 4. §. quanquam. ff. quod cum eo qui in alien. pot.* Enenkel Baro. *in tract. de Privil. lib. 3. c. 27. n. 1.* Gail. *de Arrest. c. 10. n. 13.* Si cuncta accuratius æstimaveris, dicendum videtur, in dignitate aliqua constitutos eò severius plectendos, quò gravius turpiusque se fraudibus quàm plebei commaculant. Nemo non longè fœdius crimen esse eorum, quos vitæ integritas dignitatis suæ causâ magis decet, existimabit. Nec excipiuntur ab hoc processu & pœna 50
mulieres, & alii privilegiati mercatores. Berlich. *part. 2. concl. 28. n. 30. & seqq.* Coler. *de process. execut. part. 1. c. 6. n. 151.*
Cum quo coincidit Statutum Reipub. 51
Lubec. *art. 1. in fin. tit. de his qui sunt sui vel al. jur.* ibi: **Sonsten aber mögen die ersten zwey Mittel** (videlicet, **sich an das Gut halten/oder auch die Person gefänglich annehmen**) **wider Frauenspersonen/ welche wegen ihrer eigenen Schuld halben vertiefft/gebrauchet werden/** cui adde Berlich. *d. part. 2. concl. 27. n. 10. & seqq.*
Carceris autem mancipatio hîc civili- 52
ter accipienda erit, ne fœmina, mercatrix scilicet, in carcerem communem conjiciatur, seu vigilum custodiæ committatur; hâcque ratione castitatis & pudicitiæ periculo subjiciatur; sed in monasterium detrudatur, aut mulieribus custodienda tradatur, ex consilio Imp. *in Nov. 134. c. 9.* Joh. Sibrant. *differ. jur. Civil. & Lubec.* Cùm aliàs de jure 53
Civili, mulieres debitrices pro nullo debito vel obligatione spontanea prehendi, & carceris ergastulo mancipari debeant; imò & judicem, qui hoc fieri permisit, pœnis Civilibus & criminalibus castigandum jubeat. *l. 1. & auth. sed hodiè. C. de offic. divers. judic.*

An autem & quando Mercatores 54
falliti tormentis subjici possint? Vid. Magnif. Dn. Carpz. *in prax. crim. part. 3. q. 119. n. 38. & seqq.* Daniel Wegner. *de Banccruptor. cap. 5. num. 11. cum seqq.*

Notan-

55 Notandum autem hic erit I. Cùm jus Saxonicum, aut nostrum Lubecense, carceri includi voluerit simpliciter obæratum debitorem, quòd id glossa tàm Germanica quàm Latina dicti juris Saxonici, quod Lubecense æmulatur, de decoctore & fraudulenter in rebus suis versatô mercatore intellexerit, vid. eleg. Sauter. *d. tr. cap. 47.* fortunæ autem calamitate afflictum disertè excepit, quod probat Frideric. Husan. *de homin. propr. q. 6. n. 22. & seqq.* P. Heig. *d. q. 35. n. 58.* Dan. Saut. *d. l. c. 46.* qui id Judicio Clarorum & Sanctorum patrum confirmat.

56 II. Observandum, quòd hìc non intelligatur carcer privatus, quô olim Creditor severitate & atrocitate secundum libitum, debitorem ad præstandas operas compulit; id enim prohibitum est in *l. ob æs. 12. C. de O. & A. & l. neminem. 6. C. de custod. reor.* & regulariter omnis carcer privatus graviter de jure Civili prohibitus. *l. un. C. de priv. carc.* quem vid. *& l. 23. C. de Episc. aud. l. succurritur. 9. ff. ex quib. cau. maj.* cùm mali exempli res sit, ut cuique permittatur, jus sibi ipsi dicere. *l. miles. 6. §. qui judicati. ff. de re judic.* Anthon. Fab. *ad tit. de execut. rei jud. defin. 5.* & non singulis sit concedendum, quod per publicam autoritatem permittitur. *l. non est. 176. de R. J.* eamque ob causam judiciorum vigor, jurisque publicè tutela in medio posita sit, ne quis sibi ipsi arroget ultionem. *l. 14. C. de Judæis. l. 13. §. 3. ff. de usufr. l. 9. C. solut. matr.* Dn. D. Petrus Theodoric. *in prælect. Jenens. ad l. si criminis. 4. ad L. Jul. de vi pub. & priv.*

57 Reperitur tamen quidem in jure specialis casus contrarius, quô Creditori licentia datur, debitorem, in pede fugitivo constitutum, propriâ autoritate capere; si scil. locus executioni esse nequit ob temporis angustiam, & debitor pecuniam secum aufert, nec copia judicis in promtu est, sed periculum in mora. *l. ait Prætor. 10. §. si debitorem. 16. ff. quæ in fraud. l. si fidejussor. 7. §. si satisdatum. 2. ff. qui satisd. cog.* Anton. Hering. *de fidejuss. cap. 5. n. 38.*

58 atque ita hôc casu contra legem non factum esse existimat Paul. in *l. Titius. 9. ff. de serv. fugit.* cùm periculum moræ non patiatur formam judicii, & modum processûs solennem. Dn. Ortolphus Fohman. Sen. *in prælect. ad l. un. C. de prohibit. sequestr.* Cùm permissum sit, nobis ipsis, in ejusmodi facti specie jus dicere. *l. generali. 54. C. de Decur.* Unde etiam Laico licet Clericum, imò 59 Nobilem & Doctorem fraudulenter & dolosè decoquentes. Berlich. *2. Concl. 28. n. 39. & seqq.* & intra metas vocationis suæ non consistentes. Dn. Carpz. *p. 1. J. For. Constit. 22. Def. 18. n. 9.* ac ita fugientes capere, ut ipsos captos ad Judicem Ecclesiasticum ducat. Joh. Köppen. *decis. 29. n. 15.* etiam die festô & solenni. Mynsing. *post gloss. cent. 4. obs. 69. n. 10. & seqq.* Nam Creditoris est, vi- 60 gilare ad suum persequendum. *l. summâ cum ratione. in pr. ff. de pecul.* Köpp. *d. decis. n. 11.* Utique & judicis est pro- 61 videre, ne Creditor re suâ privetur. Dn. Fohm. *p. m. add. l. un. C. de prohib. sequestr.* Quod & singulari edictô & privilegiô Lugdunensi in Gallia concessum est 21. Jun. Anno 1533. Petr. Greg. *Syntagm. Jur. univ. lib. 22. cap. 6. num. 3.* & Anton. Fab. *ad tit. C. de execut. rei jud. defin. 23. n. 7.* Quam sententiam de 62 Decoctore propriâ authoritate capiendo etiam recepit Jus Provinciale Prutenicum. Landr. *lib. 1. tit. 14. artic. 15. §. 2. art. 4. tit. 1. de Concurs. Cred. Statut. Lubecens.* ita, ut fugitivum ejusque bona primò apprehendenti Creditori, etiamsi posterior sit in Concursu, prærogativa tribuatur. Dissent. Hillig. *ad Donell. 7. Comm. 2 lit. N.*

Sed quid juris, si pactô inter Credi- 63 torem & debitorem conventum sit forsitan hâc formâ: Auffdaß vorbenandter Gläubiger N. N. mehr Versicherung habe / verspreche ich / und verobligiere mich / so ich ihm nicht mit der Schuld auffgesetzten termin und Zeit einhalte / in des Gläubigers N. N. Custodia und täglichen Diensten / an welchen er sich / biß er zu völlige Zahlung komme / erholen mag: An hujus conventionis

tionis vis erit, ut Creditor debitorem mercatorem ad præstandas operas rectè capiat? Quod cum Matth. Berlich.
64 Dn. Fohmann. *ad auth. imò hodie. C. de offic. divers. jud. q. 4.* & aliis negandum puto I. propter expressum text. *in d. l. 12. C. de oblig. & Act.* ubi dicitur: *Ob æs alienum servire liberos Creditoribus jura*
65 *compelli non patiuntur.* II. Deinde, quòd nemo sit membrorum suorum Dominus. *l. liber. 13. ff. ad l. Aquil. l. 6.*
66 *C. quæ res pign. obl. poss.* III. Pactum, quod est legibus & moribus contrarium, nullam obtinet vim & efficaciam; atqui hoc tale pactum esse constat ex præall. legg. *& l. 2. ff. de homin. lib. exhib.* cùm moribus receptum non sit, ut libertas per incarcerationem exstinguatur, & Obstagia vulgò die Leistungen hodiernô Jure Imperii R. A. de Anno 1577. § wie wohl auch/ & Instrumentô Pacis Universalis prohibita sint. Gail. *2. obs. 45. n. 6. & ibi* Græv. Dn. Carpz. JFor. *p. 2. Constit. 23. Def. 30.* Excepta Holsatiâ. vid. Disput. Inauguralem Johannis Kirchmanni habitam Rosto-
67 chii Anno 1642. IV. Captura personæ, est citatio realis, & species jurisdictionis, illa nec lege à Principe data est. *l. 3. C. de jurisd. omn. jud.* E. obligatio illa est vana atque irrita; & per conseq.
68 nullum parit effectum. V. Si esset hæc conventio licita, certè Imp. Justinian⁹ non constituisset pœnam in Creditorem, qui debitorem carceravit, videlicet ut jus crediti amitteret & corpo-
69 rali pœnâ afficeretur. *d. authent.* Imò VI. Jura non admittunt, processum ab executione incipi, cùm præcedere debeat causæ cognitio & sententia. *t. t. C. de Execut. rer. judic. l. 9. C. de O. & A. l. un. C. de prohib. sequestr.* Coler. *de process. execut. part. 1. cap. 1. n. 3.* Joh. Köpp. *decis. 3. n. 6.* qui tamen ibidem
70 dissentire videtur. VII. Propter homines res omnes creatæ sunt; non homo propter res. *l. in pecudum. 28. ff. de Usur.* Etsi in ipsa obligatione renunciaverit beneficio Cessionis bonorum. nos.
71 *supr. lib. 1. c. 14. n. 34.* cùm leges prohibeant, ne quis seipsô abutatur, *l. palàm. ff. de rit. nupt.* &, licet rerum suarum liberum quisque habeat arbitrium. *l. in re. 21. C. Mandat.* moderamen tamen & arbitrium ejus, legibus debet esse adstrictum. Gœdd. *ad l. 120. ff. de V. S. n. 3.*

Pro stabilienda sententiâ dissentien- 72
tium inter alia facere videtur, quòd in *d. l. 12. C. de O. & A.* verbum LIBEROS intelligatur de liberis debitorum, quòd liberi sive filii debitorum non sint pro pignore Creditorum dandi. *l. qui filios. C. quæ res pign. dar. poss.* Verùm amplectenda explicatio Joh. Sichard. (qui à Rutg. Ruland. dicitur Phœnix JCtorum Germaniæ) *ad d. l. ob æs. 12. num. 1.* de hoc nullum esse dubium dicit, quin liberi seu filii non dentur amplius pro 73
pignore, seu obligentur pro debito Civili, exceptô casu famis & necessitatis. *l. 2. C. de patr. qui fil. suos distrax.* P. Gregor. Tholos. *Syntagm. jur. Univers. lib. 32. cap. 6. n. 9.* Quare in genere de liberis hominibus dicta lex accipienda est. Concordat *Novell. 134. cap. 7. in fin.*

Ad publicum autem carcerem sese 74
obligare potest mercator debitor. *arg. l. 1. C. si in caus. judic. pign. cap. sit.* quæ obligatio etiam in effectum, si debitor non solvit destinatô tempore, post excussionem deducitur; quia indignus est beneficiô libertatis, qui sciens prudensve ad pretium participandum ei cessit. *l. 1. ff. quib. ad libert. proclam. non lic.* P. Gregor. *d. l. num. 10.* & prolixius Mynf. *Cent. 6. obs. 51.* Wurmbs. *pract. obs. lib. 1. tit. 28. obs. 8.* Gail. *2. obs. 45.* & ibi Græv. Treutl. *vol. 1. disp. 20. th. 14. lit. D.* D. Joh. Köppen. *decis. q. 3. 29. n. 5.* latè Berlich. *d. p. 2. Concl. 27. & 28.* Henning. Gœdd. *Cons. 2. lib. 9. à n. 59. usq. ad n. 69.* Dn. Carpz. *Jurispr. for. Rom. Sax. p. 2. Constit. 21. per tot.* ad quos brevitatis ergò fit relatio.

Quod & de jure Gallico receptum 75
& hodiè in viridi observantia esse tradit P. Gregor. *d. l. lib. 31. cap. 33. num. 13.* Eum in finem etiamnum hodiè valet 76
pactum, quô debitor, si in solutione cesset, se in certo loco staturum, & antequam Creditori satisfactum sit, ab illo non recessurum promittit. Non quidem jure Obstagii, quæ propter abusum

usum & cætera incommoda jure Imperii & Saxo. abrogata. *sup. hoc. C. fin. n. 66.* sed vi alterius voluntariæ Conventionis. Dan. Möll. *lib. 3. Semestr. c. 30. n. 6.* Cujus effectus potissimum in eo consistit, ut persona debitoris non solvendo existentis facilius detineri, & in Carcerem publicum conjici possit. Moller. *d. l. n. 8.* Bened. Carpz. *Jurisp. for. p. 2. Constit. 23. defin. 31.* ubi vid. præ-
77 judicatum. Tenentur tamen Creditores alere debitorem, ita incarceratum, si excussio in omnibus ejus bonis facta. *l. 11. C. de Epist. aud. l. si victum. 34. ff. de re jud.* Coler. *decis. part. 1. decis. 135. n. 5. & de process. execut. p. 1. c. 6. num. 103.* Card. Tusch. *tom. 1. pract. concl. lit. C. Concl. 90.* Hering. *de fidejuss. c. 6. n. 255. & n. seq.* Berlich. *d. p. 2. concl. 28. n. 72.*
78 *cum seqq.* Concordat Statutum Reipub. Lubec. artic. 1. d. tit. de his, qui sunt sui vel al. jur. ibi: Wird er ihn aber also gerichtlich übergeben / sol er ihn speisen als das Gesinde &c. quò etiam respexisse Jus Saxonicum tradit Coler. *d. decis. 135. num. 5.* Quamvis in pro-
79 vinciis Electoris Saxon. contrarium constitutum asserat Berlich. *d. Conclus. 28. num. 75.* ut supra adduximus.

80 Et si in casu prædicto Creditor debitori sumtûs non subministrat, judex illum etiam Creditore invitô dimittere potest. Joh. Koppen. *d. decis. 29. n. 35.* Matth. de Affl. *decis. 71. n. 1. & seqq.* Coler. *de process. execut. d. p. 1. c. 6. n. 107. & decis. 281. n. 5. p. 2.* cum cæteris allegatis à Berlich. *d. concl. 28. num. 73.* nisi consuetudine vel statutô contrarium 81
servetur; ut scil. incarcerati pauperes debitores vivant ex Eleemosynis quotidianis, uti de Praga loquitur Joh. Kopp. *d. decis. 29. num. 26.* veluti etiam novissimè à Joh. Georgio, Duce & Electore Saxoniæ, in der Gerichts-Ordnung. *c.* wie des Schuldthurns halben. *52. Col. 6.* §. Soviel aber die alimenta, est dispositum, his verbis: Were der Schuldener so arm / daß er sich zu unterhalten nicht vermöchte / daß alsdann sonderliche Personen verordnet werden sollen / welche das Allmosen samlen / und dem gefangenen Schuldigern im Thurm außtheilen / damit sie an ihren Leibe nicht Noth leiden dürffen. Cum quibus postremis verbis coincidit rursus statutum Reipub. nostræ patriæ Lubec. *d. art. 1.* ibi: Doch daß ihm an seiner Gesundheit nicht Schaden geschehe. Quæ autem aliàs in arresto & captivi- 82
tate cujuslibet debitoris fugitivi consideranda sint? fusius ac uberius à Jacob. Damhoud. *in prax. rer. civil. cap. 44. n. 2.* Berlich. *p. 1. Concl. 53. n. 5. & seqq.* Gail. *2. obs. 44.* & ibi eleg. Grævæ. *consid. 1.* explicantur. His adde tractatum peculiarem Joh. Bapt. Caccialup. de Debit. suspect. & fugitiv. Henning. Gœd. *Cons. 106.* Ern. Cothm. *1. cons. 18. n. 63.* ad quos, filum abrumpens, brevitatis ergò benevolum lectorem remitto.

FINIS.

Hîc igitur nostram teneat jacta anchora puppim,
Sitque honor æterno, qui regit astra Deo.

ADDITAMENTUM

Ad lib. I. cap. 2. num. 35.

Quomodo post pacem cum Imp. Maximiliano I. Veneti, Commerciorum promotioni studuerint Anno 1517. ex Paul. Parut. Veneti, Patricii, Senatoris & Equitis D. Marci histor. Venet. lib. 4. pag. 176. & seqq.

PErche à Conservare & ad accrescere la quiete, & la grandizza della Cità con la Pace, & con gli Traffichi, piu ch' ogni altra Cosa importava l' amicitia & Sicuro Commercio con l' Imperio Ottomanno però il Senato elesse due Ambassiatori. Luigi Mocenigo, & Bartholomeo Contareni, i quali havessero à Condursi à Selimo, per ralle grarsi seco, per nome della Republica, delle Vittorie da luy acquistate. Essendo per queste Vittorie moltò accresciuta la sua potenza, & essercitando i Mercanti Venetiani importantissime faciende ne paesi nuovamente da luy acquistati. A questi Ambasciatori era stato dal Senato Commesso, che principalmente procurar douestero, que à gli huomini Vinetiani, i quali per occasione di loro Mercantie soleuano dimorarsi in Alessandria, Tripoli, Baruti, Damasco, & alteri mercati di quelle regioni, fossero quelle medesime regioni, & Privilegii Confermati, di quali Savevano lungamente Goduto, concessi loro da gli antichi Signæi dell' Egitto, & della Soria: & che parimente fosse alla Republica permesso, di tener in quei luogi suoi Magistrati, con quella authorità & dignita, comme fatto havevano perlà dietro, à quali era particularmente rucommendata la Cura delle robbe, & delle persone dellercanti Vinetiani: le quali Cose da Selino facilmente si ottennero, come da quello, che havendo à questo tempo volto i pensieri, & l' armi sue altrove, desiderava l'amicitia de' Venetiani, & che nel principio del nuovo Imperio procurava d' accrescere i traffichi in quella Provincia, per particular utile, & Commodo di quei subditi, & per Interesse d' Intrade publiche. Nel medesimo tempo ancora s'hebbero à trattare somiglianti Cose appresso Carolo. Rè di spagna, cirè, che fossero Confermati i Commercii, & traffichi gia moltò tempo Comminciati ne' Regni & Stati, che erano pervenuti in potestà di luy; si che à gli huomini Vinetiani rimaneste la medesima facoltà d' andar in quei paesi, & di Contrattare le doro Mercantie, come era loro sempre state permesso nel tempo, che haveva il Re Ferdinando regnato; alla qual Cosa pareva, che hora fossero poste alcune difficulta; peroche i ministri di Carolo, essendo egh ancora nuovo nel governo di quei Regni, gli hamuano persuaso potersi facilmente, & con grandissimo utile de suoi datii, transferire tutte le faciende mercantili, che si faceuano in diverse Cita nelle marine d' Affrica, in una sola Cita d' Orano, posseduta da Carolo, à Vaselli Venetiani, soliti di toccare prima quei luogi, & poi passare alle riviere della spagna, si fosse vietato d'entrare per tali negotii ne' porti del suo Dominio, quando si fossero fermati à fare Contratti de Mercantie in alcuna delle Cità de Mori; con la quale prohibitione pareva, che sperar si potesse d' imporre à quegli habitanti necessita di venire alla Cita d' Orano Oltre Ciò,

De

De Navigatione & Commercio maritimo Venetorum ex d. authore.

NArro adesso alcuna Cosa delle maritime Negotiationi de i Venetiani, acciò i Costumi delle nationi, & la principale Cagione delle Richiezze della Cita di Venetia sia meglio cognoscinta.

Hebbero quelli antichi fondatori della Cità, & Institori dalle leggi à cioe grandissimo risguardo, che i suoi Cittadini s'essercitassero ne' viaggi, & ne traffichi del mare, & con la Industria, & con la Virtù procurassero d'accrescere le facoltà private & le richiezze publiche facendo in uno stesso tempo noto, & famoso el nome Vinetiano presso alle piu lontane & strancere nationi, Il sito della Cità invitava à questa maniera di Vita & d'estercitio, & quasi da se stesso teneva à gli suoi habitatori somministrati tali pensieri; conciosiache non havendo la Cità alcun proprio territorio per la fertilità del quale, o per la diligenza de gli huomini, hauesse ella potuto anichire, anzi mancando anço di quelle Cose, che fanno bisogna à sostentar la vita, da tale necessita, si andò prima excitando l'industria, dapoi ne nacque l'abondanza di tuttele Cose; Ma fiè principalmente Costume antilo, che molte galee grosse Ordinate alla mercantia, navigassero in diversi paesi, cosi de Christiani, come d'infideli, per lenar da quelli parte varie Cose, le quali non solamente hauessero a servire al Commodo de Cittadini, ma con grandissimo guadagno si mandassero alle Nationi esterne. Con queste galee erano soliti di navigare molti giovani della Nobiltà, si per occasione d'estercitare le mercantiè, come per apprendre l'arte marinaresca, & la Cognitione d'altre Cose maritime. Altri poi si dimoravano del Continuo per molti anni appresso le nationi forestiere, quasi in tutti quei luogi, oue si faceuano solenni mercati, per trattar le loro proprie, & l'altrui facende; quindi nascena, che oltre le richezze ne acquistassero la isperenza di molte Cose, in modò che quando ritornati à Casa, haueuano à prendre il gouerno della Republ. non rozzi, ne'inesperti si ponevano ad essercitare i Carichi publichi, quindi similmente nasoena, che la frugalità, la modestia, la bontà, & gli alteri honesti Costumi con maggiore diligenza si videssero osservare in quella Cità, nella quale la gioventù impiegata in honesti essercitii, non si lasciava nell'otio corrompere dalle mali arti, essendo tutta quella prima età lontana delle Cure forensi, & dalle ambitioni. Hucusque.

H.e. Quoniam ad Conservationem florem & magnitudinem Reipubl. Venetæ, propagationemque Commerciorum tempore Pacis nihil magis expediebat, quam amicitia & mutuus Commercii Usus cum Imperio Ottomannico, idcirco post initam Reipublicæ cum Imp. Maximiliano. I. Pacem, Senatus duos Legatos Ludovicum Mocenigum, & Bartholomæum Contarenum eum in finem misit, ut primô locô Imperatori, de obtentis victoriis earum provinciarum & locorum, in quibus Veneti frequentissima exercerent Commercia, quibusque ob id potentia & Vires mirum in modum acerevere, debito modo gratularentur. Deinde ut sedulam navarent operam, quò Mercatores Veneti, qui Commercii [illegible] gratiâ Alexandriæ Tripoli, Berythi, Damasci, & aliis in locis commorantur, iisdem Privilegiis, immunitatibus & indultis gauderent, quibus olim à Regibus & Dominis Ægyptiæ & Soriæ antiquis dotati & provisi fuerint Venetorum subditi & Mercatores, imprimis ut Reipublicæ concederetur, iisdem in oris constituere & ordinare suos Consules, Judices & Magistratus, quibus personarum & mercium suarum curam prout antiquis temporib. factum, tutò committere possint. Legati horum privilegiorum Confirmationem à Selimo, qui initio Imperii arma sua alte-

ulterius promovere in animo habebat, & idcirco Venetorum amicitiam Commerciorumque propagationem ob publicum Commodum flagitabat, haud difficulter impetrârunt. Circa idem tempus prædictis legatis simile negotium apud Regem Hispaniarum Carolum expediendum datum videlicet, ut in ipsius Regnis & provinciis hæreditariis Commerciorum Jura à Venetis hactenus longo tempore acquisita & possessa confirmarentur, & ut mercatoribus iis in locis libera adeundi & redeundi potestas, quali Ferdinandi & prædecessorum Regum tempore gavisi fuerint, relinqueretur, cujus liber usus hactenus aliquâ ex parte illis difficilior redditus à Ministris, qui Regi persuaserunt, fisco & Vectigalibus Regiis maximum exinde incrementũ accidere posse, si Commercia maritima, quæ diversis in regni locis à Venetis & aliis extraneis hactenus frequentata, in posterum in unam ac solam Civitatem Oranam derivarentur, prohibendo nimirum ingressum navigiorum Venetorum, quæ ad hæc usque tempora iis in portubus liberè appellere solita fuêre, & inhibendo Commerciorum usum cum reliquis Mauritaniæ Civitatibus, quæ hac prohibendi necessitate impulsæ ad prædictam solam Maurorum Civitatem Ornano appellere cogerentur.

Et paulo post.

Zu mehrer Fästigkeit dieser Verbündtnis/ wir allen Gesetzen / Gewohnheiten / und was Uns hierwieder zu statten kommen möchte/ hiemit renunciren. In Uhrkund dessen allen/ was obgeschrieben/ haben Wir befohlen gegenwertiges außzufertigen/mit unser Hand verzeichnet/ und versiegelt / auch durch unseren Secretarium Status authorisiren lassen.

Ich der König.

Jeronymos de la Torre.

Folget der Inhalt des Mandats/ welches Seine Alteza der Durchleuchtigster Ertz-Hertzog *Marques de Lede, General* der Flanderschen See/ wegen der Hansischen Schiffarth und *Commercien* gegeben.

MArquis de Lede, die Hansee-Städte haben einen Tractat in Münster mit den Graffen von Pennaranda und den andern Ministris des Königs unsers Herrn/über die Materia der Seehandlung mit Ihro Unterthanen auffgerichtet / über dem / ist in dem/ mit den Staten General der vereinigten Provintien getroffenen Tractat auch enthalten/ das die besagte Städte mit allen jhren Bürgeren und Einwohneren / was die Segelation und Commercien in den Königreichen und Herrschafften von Hispanien betrifft/alle und eben dieselbe Rechten/Freyheiten / Vergünstigungen und Privilegien, so den Unterthanẽ und Einwohneren der vereinigten Niederlandischẽ Provintiẽ schon verstattet/oder noch vergünstiget werden möchten/geniessen sollẽ/ worvon hernacher Jhro Mayt. Approbation eingekommen Wann dann die gedachte Hansee-Städte hierüber gesuchet jhren Schiffen in Jhro Mayt. Hafen und in andern Seeportẽ/ selbiges Tractament, welches die vereinigten Provintien Unterthanen auff Art und Weise jhnẽ solches zuletzt in einẽ sonderlichen Tractat der Schiffarth und Commercii wegen/ im Haag den 17. Dec. des entloffenen Jahrs getroffen/vergünstiget worden / geniessen zulassen. So wollet derohalben Befehl ertheilen/ daß die Admiralitäts-Richtere eben dasselbige den Schiffen der gedachten Han-

ſmo con los navios de las dichas Ciudades Hanſeaticas, que llegaren a los puertos de ſu Mageſtad, y a qualeſquiera partes maritimas. En Bruſe las à veinte y ocho de Mayo de Mil y Seiſcientos y cinquenta annos.

Leopoldo Guilielmo.
Por Mandado de ſu Alteza
Auguſtin Navarro.

Hanſee-Städte / welche in Jhro Mayt. Haffen oder einigen Seeport kommen / volſtrecken und exequiren mögen. Brüſſel / den acht- und zwantzigſten Maij, im Sechzehenhundert unnd Funfftzigſten Jahre.

Leopoldus Wilhelmus.
Auff Befehl Jhrer Hoheit
Auguſtin Navarro.

Siguese la Autoriſacion de la dicha orden.

YO el infra eſcrito Embaxador de ſu Mageſtad, cerca de los Eſtados Generales de las Provincias Unidas declaro y certifico, que eſta es la copia, que el Secretario Don Auguſtin Navarro me ha remitido por mandado de S. A. el Sereniſsimo ſennor archiduque del decreto que ſu dicha Alteza ha mandado embiar al ſennor Marques de Lede, General de la Mar en Flandes paraque haga obſervar al Conſejo del Almirantazgo al tratado de la navegacion hecho y concluydo ultimamente en la Haya en diez y ſiete de Diziembre de mil y ſeiſcientos y cinquenta annos, en favor de las Ciudades Hanſeaticas y ſus ſubditos del miſmo modo, que con los ſubditos de las provincias Unidas: Y paraque conſte dello, he dado la preſente, firmada de mi mano ſellada cō el ſello de mis armas, y refrendado por el ſecretario deſta Embaxada. En la Haya y doze de Junio de Mil y Seiſcientos y cinquenta y un annos.

Lugar del ſello.

Antonio Brun.

Por mandado de ſu Excellencia.

V. Richart.

Folget die Authoriſirung der beſagten Ordre.

JCh untengeſchriebener Jhro Mayt. Ambaſſador bey dē General Staaten der vereinigten Provincien bezeuge und certificire / daß dieſes die Copey des Decreti, welche der Secretarius Don Auguſtin Navarro auff Befehl ſeiner Alteza Jhro Ertzhertzogl. Durchl. mir zugeſand / ſo S. höchſtgedachte Alteza befohlen dem Herrn Marques de Lede, General auff der See in Flandern / zu überſenden / damit er Verſehung thäte / daß das Admiralität-Gericht den Tractat der Segelation zuletzt in den Haag den ſiebenzehenden Tag Decembris, im Sechzehenhundert und Fünfftzigſten Jahre auffgerichtet unnd vollenzogen / zu Nutzen der Hanſeeſtädte und deren Unterthanen / beobachte / auff ſelbige Weiſe wie mit den Unterthanen der vereinigten Provincien. Zu Bezeugung deſſen / habe ich dieſe gegenwertige Schrifft mit meiner Hand bezeichnet / und mit meinem Jnſiegel unterdrücket / auch durch den Secretarium dieſer Legation unterſchreiben laſſen. Jm Haag den zwölfften Junii, des Sechzehenhundert ein und Funfftzigſten Jahrs.

(L. S.)

Anthonio Brun.
Auff Befehl Jhr Excell.
V. Richart.

CONFIRMATIO PRIVILEGIORUM HANSEACORUM IN ANGLIA de Anno 1547.

DWARDUS SEXTUS Dei gratia Angliæ, Franciæ & Hyberniæ Rex, fidei defensor, ac in terra Ecclesiæ Anglicanæ & Hyberniæ supremum Caput, Omnibus, ad quos præsentes literæ pervenerint, salutem; Inspeximus literas patentes Dn. Henrici VIII. nuper Regis Angliæ, Patris Nostri, de Confirmatione factas, in hæc Verba: HENRICUS, Dei gratia, Rex Angliæ Franciæ & Dominus Hyberniæ, omnibus, ad quos præsentes literæ pervenerint, salutem; Inspeximus literas patentes Dn. Henrici VII. nuper Regis Angliæ, Avi nostri, de confirmatione factas, in hæc verba: HENRICUS, Dei gratia, Rex, Angliæ & Franciæ, & Dominus Hyberniæ, Omnibus, ad quos præsentes literæ pervenerint, salutem; Inspeximus literas patentes Domini Edvardi IV. nuper Regis Angliæ, post conquestum mercatoribus Alemanicis factas, in hæc verba: EDVARDUS, Dei gratia, Rex Angliæ & Franciæ, & Dominus Hyberniæ, omnibus ad quos præsentes literæ pervenerint, salutem. Inspeximus literas patentes Domini RICHARDI nuper Regis Angliæ fidelissimi post conquestū progenitoris nostri factas, in hæc verba: RICHARDUS, Dei gratia, Rex Angliæ & Franciæ, & Dominus Hiberniæ, Omnibus, ad quos præsentes literæ pervenerint, salutem. Inspeximus cartam celebris memoriæ Dn. Edvardi III. filii Regis Henrici quondam Regis Angliæ, progenitoris, in hæc verba: EDVARDUS, Dei gratia, Rex Angliæ, Dominus Hyberniæ, & Dux Aquitaniæ, Archiepiscopis, Episcopis, Abbatibus, Prioribus, Comitibus, Baronibus, Justitiariis, Vice-Comitibus, Præpositis, Ministris & omnibus Ballivis & fidelibus suis, salutem.

Circa bonum statum omnium mercatorum subscriptorum, Regnorum, Terrarum & Provinciarum, videlicet: Almaniæ, Franciæ, Hispaniæ, Portugaliæ, Navarræ, Lumbardiæ, Tusiæ provinciæ, Cathaloniæ, Ducatus nostri Aquitaniæ, Tholosaniæ, Caturtinij, Flandriæ, Brabantiæ, & omnium aliarum terrarum & locorum extraneorum, quocunque nomine censeantur, venientium in regnum Nostrum Angliæ, & ibidem conversantium, nos præcipua cura sollicitat, qualiter sub nostro dominio tranquillitatis, & plenæ securitatis, immunitas eisdem mercatoribus futuris temporibus præparetur, ut itaque vota ipsorum reddantur, ad nostra & Regni Nostri servitia promptiora, ipsorum petitionibus favorabiliter annuentes, & pro statu eorundem plenius observando, in forma, quæ sequitur, ordinantes, pro Nobis & Hæredibus Nostris, in perpetuum subscripta, dictis Mercatoribus duximus concedenda.

I. Securitas. In primò videlicet, quòd omnes Mercatores dictorum Regnorum & terrarum salva & secura sub tuitione & protectione nostra, in dictum Regnum Nostrum Angliæ, & ubique intra potestatem nostram veniant, cum mercandis suis quibuscunque de muragio, pontagio & pavagio liberi & quieti, quodque infra idem Regnum & potestatem nostram, in Civitatibus, Burgis & villis mercatoriis possint mercari, duntaxat in grosso, tàm cum Indigenis seu Incolis ejusdem

dem Regni & poteſtatis noſtræ prædictæ, quàm cum alienigenis extraneis vel privatis. Ita tamen, quod merces, quæ vulgariter merceriæ vocantur, ac ſpecies minutatim vendi poſſint, prout antea fieri conſuevit. Et quod omnes prædicti mercatores mercandiſas ſuas, quas ipſos ad prædictum regnum & poteſtatem noſtram adducere, ſeu infra idem regnum & poteſtatem noſtram emere, vel aliàs acquirere contigerit, poſſint quo voluerint, tàm intra Regnum & poteſtatem noſtram prædictam, quam extra ducere, ſeu portari facere, præterquam ad terras manifeſtorum & notoriorum hoſtium regni noſtri, ſolvendo conſuetudines, quas debebunt, Illis duntaxat exceptis, quæ de eodem regno ſeu poteſtate noſtra, poſtquam intra idem regnum ſeu poteſtatem noſtram ducta fuerint, ſine voluntate noſtra & licentia ſpeciali, non liceat eis educere quoquo modo.

Negotia tam sub. indigenis quam extraneis.

Importatio & Exportatio.

Item: Quod prædicti Mercatores in Civitatibus, Burgis & Villis prædictis, pro voluntate ſua hoſpitari valeant, & morari cum bonis ſuis ad gratum ipſorum, quorum fuerint hoſpitia ſive domus. 2.

Item: Quod quilibet Contractus per ipſos mercatores cum quibuscunque perſonis undecunque fuerint, ſuper quocunque genere mercandiſæ initus firmus ſit & ſtabilis, ita quod neuter mercatorum ab illo Contractu poſſet diſcedere, vel reſilire, poſtquam denarius Dei inter principales perſonas contrahentes datus fuerit & receptus. Et ſi forſan ſuper Contractu hujus modi contentio oriatur, fiat inde probatio aut inquiſitio, ſecundum uſus & conſuetudines feriarum & Villarum, ubi dictum Contractum fieri contigerit & iniri. 3.

Item: Promittimus præfatis mercatoribus pro Nobis & hæredibus noſtris, in perpetuum concedentes, quod nullam priſam vel arreſtationem ſeu dilationem occaſione priſæ de cætero, de mercimoniis, mercandiſis ſeu aliis bonis ſuis, per Nos vel alium ſeu alios pro aliqua neceſſitate ſeu caſu, contra voluntatem ipſorum mercatorum aliquatenus faciemus, aut fieri patiemur, niſi ſtatim ſoluto pretio, pro quo ipſi mercatores aliis hujusmodi mercimonia vendere poſſint, vel eis aliàs ſatisfacto ita quod reputent ſe contenteos & quod ſuper mercimonia mercandiſas ſeu bona ipſorum per Nos vel miniſtros noſtros, nulla appretiatio aut æſtimatio imponetur. 4.

Non imponatur Arreſtum.

Item: Volumus, quod omnes ballivi & miniſtri feriarum, Civitatum, Burgorum, & Villarum mercatoriarum, mercatoribus antedictis conquerentibus, coram ipſis, celerem juſtitiam faciant, de die in diem ſine dilatione, ſecundum Legem mercatoriam, de Univerſis & ſingulis, quæ per eandem legem poterint terminari. Et ſi fortè inveniatur defectus in aliquo ballivorum vel miniſtrorum prædictorum, unde iisdem mercatores, vel eorum aliquis dilationis incommoda ſuſtinuerint, vel ſuſtinuerit, licet mercator verſus parem in principali recuperaverit damna ſua, nihilominùs ballivus vel miniſter alius verſus Nos, prout delictum exigit, puniatur, & punitionem iſtam concedimus in favorem mercatorum prædictorum, pro eorum juſtitia maturanda. 5.

Celeri Juſtitia adminiſtretur.

Item: Quod in omnibus generibus placitorum ſalvo caſu criminis, prò quo infligenda ſit pœna mortis, ubi mercator implacitatus fuerit, vel alium implacitaverit, cujuscunque conditionis idem implacitatus extiterit extraneus vel privatus in nundinis Civitatis ſuæ Burgis, ubi fuerit ſufficiens copia mercatorum, prædictarum terrarum, & inquiſitio fieri debeat, ſit medietas inquiſitionis de eisdem mercatoribus, & medietas altera de aliis probis & Legalibus hominibus loci illius, ubi placitum illud eſſe contigerit, & ſi de mercatoribus dictarum terrarum numerus non inveniatur ſufficiens, ponantur in inquiſitione illi, qui idonei invenientur ibidem & reſidui ſint de aliis bonis hominibus & idoneis de locis, in quibus placitum illud erit. 6.

Proceſſus & mulctarum partitio.

7. *Pondus & Statera. Wage.* Item: Volumus, ordinamus & statuimus, quod in qualibet Villa mercatoria & feria regni nostri prædicti & alibi infra potestatem nostram, pondus nostrum in certo loco ponatur, & ante ponderationem statera in præsentia emptoris & venditoris vacua videatur, & quod brachia sint æqualia, & tunc ponderator ponderet in æquali, & cum stateram posuerit in æquali, statim amoveat manus suas, ita quod remaneat in æquali, quodque per totum regnum & potestatem nostram unum sit pondus & una mensura, & signo Standardi nostri signentur, & quod quilibet possit habere stateram unius quarteroni & infra ubi contra dominum loci aut libertatem per Nos & Antecessores nostros concessam illud non fuerit, sive contra Villarum ut feriarum consuetudinem hactenus observatum.

7. *Iudex mercatorum.* Item: Volumus & concedimus, quod aliquis certus homo fidelis & discretus Londoni residens assignetur Justitiarius mercatoribus memoratis, coram quo valeant specialiter placitare & debita sua recuperare celeriter si Vice-Comites & Majores eis non facerēt de die in diem celeris Justitiæ complementum, & inde fiat commissio extra cartam præsentem concessa mercatoribus antedictis, scilicet de his, quæ sunt inter mercatores, & mercatores secundùm legem mercatoriam deducenda.

9. Item: Ordinamus, & statuimus & ordinationem illam, statutumque pro Nobis & hæredibus nostris in perpetuum voluimus firmiter observari, quod pro quacunque libertate quam nos vel hæredes nostri de cætero concedimus, præfati mercatores suprascriptas libertates vel earum aliquam non omittant, pro supradictis autem libertatibus & liberis consuetudinibus obtinendis, & *Vectigal pro dolio Vini.* prisis nostris remittendis eisdem sæpè dicti mercatores universi & singuli, pro se & omnibus aliis de partibus suis, nobis concorditer & unanimiter concesserunt, quod de quolibet dolio vini, quod adducent aut adduci facient infra regnum & potestatem nostram, & unde marinariis fretum solvere tenebuntur, solvent nobis & hæredibus nostris nomine custumæ duos solidos, ultra antiquas custumas debitas, & in denariis solvi consuetas nobis, aut aliis infra quadraginta dies, postquam extra naves ad terram posita fuerint dicta vina.

10. *Vectigal lanæ.* Item de quolibet sacco lanæ, quem dicti mercatores aut alii nomine ipsorum ement, & de regno educent, aut emi & educi facient, 46. denarios, de intemento ultra customam antiquam dimidiæ marcæ, quæ prius fuerit persoluta, & pro Lasto coriorum extra regnum & potestatem nostram vehendorum, *Corij* dimidiam marcam, supra id, quod ex antiqua Castuma ante solvebatur, & similiter de trecentis pellibus lanutis extra regnum & potestatem nostram ducendis, quadraginta denarios ultra certum illud, quod de antiqua Custuma fuerat prius datum. Item: duos solidos de quolibet scarleto & panno tincto in grano. Item: decem & octo denarios, de quolibet panno, in quo pars *Scarleti* grani fuerit intermixta. Item: duodecim denarios, de quolibet panno alio sine grano. Item: duodecim denarios de quolibet cerequintallo. Cumque de præfatis mercatoribus nonulli eorum alias exerceant mercandisas, ut de averio ponderis & de aliis rebus subtilibus, de pannis tarseti, de serico, de cindatis, de ceta & aliis diversis mercibus, & de equis etiam aliisque animalibus, blado & aliis rebus & mercandisis multimodis, quæ ad certam custumam facilè poni non poterint. Iidem mercatores concesserunt dare nobis & hæredibus nostris, de qualibet libra argenti æstimationis seu valoris rerum & mercandisarum hujusmodi quocunque nomine censeantur, tres denarios de libra in introitu rerum, & mercandisarum, in regnum & potestatem prædictam infra viginti dies, postquam hujusmodi res & mercandisæ in regnum & potestatem nostram adductæ, & etiam ibidem exoneratæ seu venditæ fuerint, & simili-

similiter tres denarios, de qualibet libra argenti, in eductione quarumcunque rerum & mercandisarum hujusmodi emptarum in regno & potestate nostris prædictis, ultra custumas nobis & aliis ante datas, & super valore & æstimatione rerum mercandisarum hujusmodi, de quibus tres denarii, de qualibet libra argenti, sicut prædicitur, sunt solvendi, credatur eis per literas, quas de dominis aut sociis suis ostendere poterunt, & si literas non habeant, stetur in hac parte dictorum mercatorum si præsentes fuerint, vel ministrorum (*Valethorum*) suorum, in eorundem mercatorum absentia juramentis, liceat insuper sociis de societate mercatorum prædictorum infra regnum & potestatem nostram prædictam, Lanas vendere aliis sociis suis, & similiter emere ab eisdem, absque custuma solvenda, ita tamen, quod dictæ Lanæ ad tales manus non deveniant, quod de custuma nobis debita defraudentur. Et præterea est sciendum, quod, postquam sæpedicti mercatores semel in uno loco infra regnum & potestatem nostram custumam nobis concessam superius pro mercandisis suis in forma solverint supra dicta, & suum habeant inde Warantum, erunt liberi, & quieti in omnibus aliis locis infra regnum & potestatem nostrã prædictam, de solutione custumæ hujusmodi, pro eisdem mercandisis seu mercimoniis per idem Waranthum sive hujusmodi mercandisæ infra regnum & potestatem nostram remaneant, sive exterius deferantur, exceptis Vinis, quæ de regno & potestate nostris prædictis, sine voluntate & licentia nostra, sicut prædictum est, nullatenus educantur.

Volumus autem, ac pro Nobis atque hæredibus nostris concedimus, 10.
quod nulla exactio, prisa vel præstatio, aut aliquod aliud onus super personas mercatorum prædictorum, mercandisas, seu bona eorundem aliquatenus imponatur: contra formam expressam superius, & concessam his testibus venerabilibus Patribus Roberto Cantuariensi Archi-Episcopo totius Angliæ, Primate Waltero Conventr: & Lichefeldens: Episcopo. Henrico de Lacus, Comite Lincolieu: Hunifrido de Bolum. Comite Hercfor. & Essex: ac Constabulario Angliæ Adomate de Valentia, Galfro de Geymutt hugonale dispensor, Halgero de bello campo, Senescaldo Hospitii nostri, Roberto de Bures & aliis. Datum per manum nostram apud Windefort, primo die Februarij, Anno Regni nostri 31.

Inspeximus etiam cartam Domini Edvardi nuper Regis Angliæ, Avi nostri, factam in hæc verba: EDVARDUS Dei gratia, Rex Angliæ, Dominus Hyberniæ, & Dux Aquitaniæ, Archi-Episcopis, Episcopis, Abbatibus, Prioribus, Comitibus, Baronibus, Justiciariis, Vice-Comitibus, Præpositis, Ministris, & omnibus ballivis & fidelibus suis, salutem. Inspeximus cartam quam Dominus EDVARDUS nuper Rex Angliæ, Pater noster fecit mercatoribus regni Alemaniæ, illis scilicet, qui habent domum in Civitate London: quæ Guilde halla teuthonicorum vulgariter nuncupatur in hæc verba: EDVARDUS, Dei gratia, Rex Angliæ, Dominus Hyberniæ, & Dux Aquitaniæ, Archi-Episcopis, Episcopis, Abbatibus, Prioribus, Comitibus, Baronibus, Justiciariis, Vice-Comitibus, Præpositis, Ministris & omnibus ballivis, & fidelibus suis, salutem. Sciatis, quod cum celebris memoriæ Dominus Henricus, quondam Rex Angliæ, Avus noster, per literas suas patentes concessisset mercatoribus Regni Alemanum, illis scilicet qui habent domum in Civitate London: quæ Guilde halla teuthonicorum, vulgariter nuncupatur, quod eos universos & singulos manu teneret, & servaret, per totum regnum suum in omnibus eisdem libertatibus & liberis consuetudinibus, quibus ipsi suis & progenitorum suorum temporibus usi fuerunt & gavisi, ipsosque extra

extra hujusmodi libertates & liberas consuetudines non traheret, nec trahi permitteret quoquo modo. Ac bonæ memoriæ Dominus EDVARDUS, quondam Rex Angliæ, genitor noster, prædictis mercatoribus gratiam illam continuans, voluisset ipsos mercatores manuteneri & servari in omnibus ejusdem libertatibus & liberis consuetudinibus, quibus ipsi suis & progenitorum suorum temporibus usi fuerunt, & gavisi, concedendo eis, quod ipsos extra hujusmodi libertates, & liberas consuetudines non traheret, nec quantum in ipso fuit, trahi permitteret ullo modo, Nosque postmodum pro eo, quod dictæ literæ ipsius Patris nostri de hæredibus suis non faciebant mentionem, per quod ad præmissa dictis mercatoribus observandum non tenebamur.

Immunitas Domus Stiliardana vulgò Guildehalo.

De speciali gratia nostra concessissemus eisdem mercatoribus pro Nobis & hæredibus nostris, quod ipsi mercatores universi & singuli ac eorum successores domum prædictam in Civitate prædicta habitaturi, & in omnibus eisdem libertatibus, & liberis consuetudinibus, quibus ipsi mercatores nostris & prædicti Patris nostri ac aliorum progenitotum nostrorum temporibus, usi sunt & gavisi, manu teneantur in perpetuum, & serventur, & quod ipsos mercatores extra hujusmodi libertates & liberas consuetudines non trahemus, nec quantum in nobis est, aliqualiter trahi permittemus, prout in literis nostris patentibus eisdem mercatoribus inde confectis, plenius continetur.

Nos volentes præfatis mercatoribus gratiam facere ampliorem per finem, quem fecerunt nobiscum, Concessimus eis pro Nobis & hæredibus nostris, & hâc cartâ nostrâ confirmavimus, quod ipsi & eorum successores prædictam domum habituri, in perpetuum infra regnum & potestatem nostram pro aliquo debito, pro quo fidejussores aut Principales debitores non extiterint, nec pro aliqua transgressione facta sive facienda per aliquos, quam per ipsos, non arrestentur nec graventur. Et quod Nos vel hæredes Nostri super ipsos aut eorum bona seu mercimonia custumam novam indebitam non ponemus, salvis Nobis & hæredibus Nostris antiquis prisis nostris, quodque ipsi per totum regnum nostrum de bonis & mercimoniis suis, de pontagio, pavagio & muragio in perpetuum sunt quieti. Ita tamen, quod aliquem, qui de Gilda ipsorum aulæ prædictæ non existat, nec ejus bona seu mercimonia de gilda sua esse advocent ullo modo.

Immunitas à vectigal. novis.

Quare volumus & firmiter præcipimus pro Nobis & hæredibus Nostris, quod ipsi mercatores & eorum successores infra regnum & potestatem nostram libertates prædictas habeant in perpetuum, ita tamen, quod aliquem, qui de Gilda ipsorum non existat, nec ejus bona seu mercimonia de gilda sua advocent, sicut prædictum, his testibus Venerabilibus Patribus Wihelmo Cantuario Archi-Episcopo totius Angliæ, Primate Joanne Elien: Episcopo, Thesaurario nostro Bartholomæo de Badelesmer, Hugone Dandale Juniore, Wilhelmo de monte acute Senescallo hospitii nostri Radon: de Gorges. Joanne de Weston: Juniore & aliis. Datum per manum nostram apud Windesore, septimo Die Decembris, Anno Regni Nostri undecimo.

Nos autem concessiones prædictas ratas habentes & gratas eas pro Nobis & hæredibus nostris, quantum in nobis est, concedimus & confirmavimus, prout certæ prædictæ rationalibiter testantur his Testibus, Venerabilibus Patribus Wilhelmo Archi-Episcopo Cantuario totius Angliæ, Primate Joanne Elien. Episcopo, Cancellario nostro. A. Herofordensi Episcopo, Thesaurario Nostro, Henrico Lincolu: Wilhelmo Noruvicensi & Joanne Winton, Episco-

Episcopis, Thoma, Comite Ranc: Hinrico, Comite Lancastrice, Thoma Wapen, Joanne de bello Campo, de souisette, Joanne de Roos, senescallo hospitii nostri, & aliis. Datum per manum nostram apud Westmonast. quarto decimo die Martii. Anno regni nostri primo. Anno Christi 1547.

Nos autem concessiones, promissionem, ordinationem, statutum & confirmationem prædicta rata habentes, & gratia ea pro Nobis & hæredibus nostris, quantum in Nobis est, acceptamus, approbamus, ratificamus, & tenore præsentium eisdem mercatoribus Alemaniæ concedimus & confirmamus, prout cartæ prædictæ rationabiliter testantur, & prout ipsi libertatibus, immunitatibus & quietantiis prædictis semper hactenus à tempore concessionis & confirmationis cartarum earundem, rationabiliter uti, & gaudere consueverunt. In cujus rei testimonium has literas nostras fieri fecimus patentes, teste meipso, apud Westmonast: sexto die Novembris, Anno regnorum nostrorum primo.

Nos autem literas prædictas, & omnia & singula in eisdem contenta, rata habentes & grata ea pro Nobis & hæredibus Nostris quantum in Nobis est, acceptamus, approbamus, ratificamus, & tenore præsentium dictis mercatoribus Hansæ teutonicæ, concedimus & confirmamus, prout literæ prædictæ pro eisdem mercatoribus Hansæ prædictæ rationabiliter testantur, & prout ipsi mercatores Hansæ libertatibus, immunitatibus & quitantiis in literis prædictis specificatis & contentis, parant ea rationabiliter usi sunt & gavisi. In cujus rei testimonium has literas nostras fieri fecimus patentes, teste meipso, apud Westmonaster vicesimo octavo die Julii, Anno regni nostri quarto decimo.

Inspeximus etiam literas patentes præfati Domini EDVARDI nuper Regis Angliæ quarti, de omnibus & singulis tractatibus communicatis, appunctuamentis, conventis, concordatis & conclusis, inter Oratores, Nuncios & Procuratores ejusdem Domini Dn. Edvardi Quarti ab una parte: Ac delectos spectabiles & circumspectos viros Oratores Hansæ prædictæ, ex altera parte similiter factas, in hæc verba: EDUARDUS DEI gratia Rex Angliæ & Franciæ & Dominus Hyberniæ, universis & singulis præsentia visuris seu audituris salutem & fidem eisdem in dubiam ad hibere, cum dudum, mense videl. Februarii ultimo præterito, dilecti & fideles nostri Wilhelmus Hateslyff. Secretarius, Joannes Russe Decretorum Doctor, Archidiaconus Berckschiriæ in Ecclesia Sarisburiēsi, Wilhelmus Rosse Vitellarius Villæ nostræ Caliciæ, Oratores, Commissarii, Procuratores, Nuncii & Deputati nostri in Civitate Trajecten: comparuissent, tumque ibidem cum spectabilibus & circumspectis viris Domino Joanne Osthusen, utriusque Juris Doctore, & Joanne Bersenbruges Secretario Lubecensi, Henrico Murmester, Legum Doctore, Pro-Consule Hamburgensi, ac Bernhardo Pavvest, Consule de Dantzig, communium Civitatum & Oppidorum Hansæ teutonicæ Oratoribus, nunciis, Procuratoribus, una cum aliis sibi adjunctis particularum Civitatum, Communitatum, Oppidorum & Burgorum Hansæ teutonicæ, Oratoribus infrà nominatis, de modis, viis & formis, quibus differentiæ, lites, guerræ, injuriæ, & discordiæ inter homines partium prædictarum motæ & pendentes, finaliter pacificari, aboleri, omnesque & singuli homines utriusque partis prædictæ ad pristinam amicabilem & mutuam communicationem & conversationem, liberumque intercursum mercandisandi restitui & reduci possent, abunde & cum matura deliberatione communicassent & tractassent, ipsi tandem cum oratoribus Hansæ supradictæ appunctuarunt, convenerunt, concordarunt & concluserunt vice & nomine Nostris, in omnibus & per omnia, prout in eorum literis tempore subsequenti desuper expeditis, plenissimè continetur.

Concordia Trajectana.

Univerſis & ſingulis præſentium ſeriem inſpecturis, Nos Wilhelmus Hateslyff, Excellentisſimi & potentisſimi Principis Domini EDUARDI, DEI gratia Regis Angliæ & Franciæ, & Domini Hyberniæ Secretarius, Joannes Ruſſet: Decretorum Doctor, Archidiaconus Barckſchier, in Eccleſia Sarisburienſi, ac Wilhelmus Roſſe, Vitellarius Villæ Caliciæ, Oratores, Commiſſarii & Procuratores ejusdem Domini Regis ex una: ac Joannes Oſthuſen, utriusque Juris Doctor, & Joannes Berſenburg Secretarius Lubecenſ. Henricus Murmeſter, Legum Doctor, Pro-Conſul Hamburg. ac Bernhardus Parveſt, Conſul de Dantſike, cum aliis adjunctis videlicet ſpectabilibus & circumſpectis Dominis Oratoribus, Chriſtophoro Hinxtebergk, Proconſule Tremonienſi, Henrico Kenſinck, Conſule Monaſterienſi, Magiſtro Joanne Marquardo & Joanne Gorion: Proconſulibus, ac Magiſtro Stephano Sterwerden/ Secresario Davantrienſi, Magiſtro Tilemanno de Veen. & Henrico Knemetorff Pro-Conſulibus, & Mro. Jacobo Bundop, Secretario Campenſi, Joanne Durkop, Altermando, & Mro. Gerhardo Bruns, Secretario mercatorum Hanſæ in Bruggis, nec non Mro. Hermanno Wammaten Secretario mercatorum Hanſæ in London, communium Civitatum & oppidorum, Hanſæ Teutonicæ Oratores, Procuratores & nuncii, *ex alteris partibus*; Per literas ſuperiorum noſtrorum, quarum tenores de verbo ad verbũ inferius inſeruntur ad infra ſcripta auctoriſati & commisſi, notum facimus: Quod poſt nonnullos Tractatus per certos Angliæ & Hanſæ Oratores, in hac Civitate Trajectenſi, menſibus Julii & ſeptembr. ultimo die effluxis, & ſuper quam plurimis differentiis, litibus, guerris, injuriis & diſcordiis inter homines partium prædictarum motis, & pendentibus indiſcusſis habitos atque factos tandem comparentibus nobis inſtante menſe Februarii, indicta Civitate Trajectenſi, poſt maturam & plenam deliberationem, ſuper omnibus hinc inde propoſitis habitam & obſervatam, inſpirante pacis auctore, pro pacificandis & abolendis differentiis, litibus, guerris, inimicitiis, & diſcordiis hujusmodi atque pro reducendo & reſtituendo omnes & ſingulos homines utriusque partis prædictæ, ad priſtinam amicabilem & mutuam communicationem, & converſationem, liberumque intercurſum mercandiſandi, appunctuatum, conventum, concordatum & concluſum eſt inter Nos, vice auctoritate & nominibus ſuperiorum noſtrorum, pro ſe ſuisque ſucceſſoribus & ſubditis Univerſis & ſingulis, præſentibus & futuris in modum ſubſequentibus & ſubſcriptis articulis comprehenſum.

I. Belli ceſſatio.

Inprimis appunctuatum, conventum, concordatum & concluſum exiſtit, quod ab hac die in perpetuum, inter ſerenisſimum Regem Angliæ, ſuosque hæredes & ſucceſſores ipſius, & eorum ligeos atque ſubditos, ex una: atque communitates & Homines de Hanſa Teutonica, præſentes & futuros, ex altera partibus, Ceſſabunt de cætero, & penitus conquieſcent ac finaliter exterminabuntur omnes bellorum motus, hoſtilitates, atque inimicitiæ, ubique per terram, mare, & in aquis dulcibus. Ita quod homines utriusque partis omnes & ſinguli posſint & debeant liberè, tutè & ſecurè ubique locorum inſimul aut ſeparatim ad eorum beneplacitum ire, redire, navigare, morari & converſari, absque eo quod una pars ſuper alteram, aliquod damnum, gravamen ſeu moleſtiam per captiones perſonarũ, navium mercium, bonorum ſeu rerum quarumcunq; faciat, ſeu attemptet facere, quovis modo.

Securitas eundi & redeundi.

II. Item appunctuatum, conventum, concordatum & concluſum exiſtit, quod futuris perpetuis tẽporib9 ceſſabunt inter partes prædictas, earũ ſubditos & ſucceſſores, univerſas omnes lites, quæſtiones & actiones inter easdẽ partes & ſucceſſores earum occaſione & cauſa injuriarum, litium, diſcordiarum, guerrarum, captionum, perſonarum, navium, mercium, ſeu rerum quarumcunque,

ſive

sive in mare publico sive in portubus maris, aut quibuscunque aliis locis, aut hostilitatum, inimicitiarum, & turbationum quarumcunque ante hac quocunque tẽpore hinc inde exortæ, intẽtatæ seu intentandæ, etiã per viã represaliarũ aliter coram quocunque Judice, aut quibuscunque Judicibus, in regno Angliæ aut alibi institutæ seu instituendæ. Ita quod omnis processus, in quacunque statu fuerit, jam pendens in Anglia, aut alibi coram quocunque Judice, aut quibuscunque Judicibus, in curiis aut consiliis quorumcunque Principum aut Dominorum inter Anglicos & personas sive loca quæcunque Hansæ supradictæ, & præsertim inter quosdam Anglicos, & oppidum Campense, in magno concilio Domini Ducis Burgundiæ. *Cessatio litium & discordiarum.*

II. Nec non arrestationes, & exinde subsequentes promissiones, obligationes & cautiones, quæcunque virtute, quarumcunque literarum represaliarum sive arrestationes factæ cessent, sint abolitæ, ac penitùs conquiescant, nec alicui cujuscunque nationis existat, permittetur in regno Angliæ, aut alibi, per viam represaliarum, aliasvè vias contra subditos, unius aut alterius partis procedere, ex eo forsan, quod sibi naves aut bona tempore aliquo præterito ablata, aut aliàs injuriæ illatæ sint, adeò quod benè licebit tàm Anglicis quàm hominibus Hansæ, prædictæ naves & alia bona, usque in hunc diem taliter capta in regnum Angliæ, & alia dominia serenissimi Domini Regis, atque alibi, ubicunque libuerit, securè & liberè adducere, & abhinc educere, ac pro libitu suo vendere, distribuere & alienare, absque eo quod primi Domini proprietarii aut possessores eorundem ipsa vendicare, aut recuperare valeant. Quodque excertitores, Capitanei navium eorum familiares servitores, & alii quicunque uni & alteri partium prædictarum, tempore hujusmodi guerrarum adhærentes, cum universis rebus ejusdem dissentionis occasione captarum nullo modo per unam vel alteram partem, in quacunque etiam regione fuerint, ex causis prædictis, arrestentur, turbentur, molestentur, aut quomodo libet inquietentur.

III. Item appunctuatum, conventum, concordatum, & conclusum existit, quod ad majorem securitatem hominum Hansæ prædictæ, providebitur eis, & eorum successoribus, per literas Domini Regis Angliæ, validas & efficaces & per actum Parliamenti, ne ipsi aut eorum aliquis graventur, onerentur seu impediantur in futurum, in eorum personis, navibus, bonis, mercibus, sive rebus, occasione alicujus sententiæ latæ, aut judicii redditi represaliarum concessarum & indultarum, per dictum Dominum Regem, & suum consilium, in & adversus nationem, seu personas ejusdem Hansæ, quandocunque ante præsentem diem, ita quod ab ulteriori exsecutione sententiæ & judicii hujusmodi supersedere debet omninò. Quodque simpliciter & omninò omnes & singulæ promissiones, obligationes & fidejussiones prætextu hujusmodi sententiæ, aut literarum represaliarum, à mercatoribus Hansæ tunc in Anglia factæ, sint ablatæ, & iidem mercatores per Regiam celsitudinem ab iisdem simpliciter absoluti. *Cessatio repres. aliarum & Arrestorum.*

Item appunctuatum, conventum, concordatum & conclusum est, inter Oratores prædictos, quod omnes & singuli mercatores, & alii subditi & ligei Domini Regis Angliæ, pro tempore existentes, cujuscunque status fuerint, & possẽt totiẽs quotiẽs eis libuerit & placuerit salvo & securè terrã Prussiæ & alia loca Hansæ intrare, ibidẽ morari & cõversari, exire & redire, emere & vendere, cũ quibuscunq; personis, ita & in eo modo, ac adeò liberè, *sicut unquam ante* hæc tempora emere & vendere, intrare & exire potuerunt, & cõsueverunt, solutis custumis & *deveriis* de mercandisis suis debitis & cõsuetis. Quodq; omnes & singuli mercatores, & alii subditi & ligei Domini Regis IV. *Angliæ Mercatores liberè negotientium in Borussia & locis Hanseaticis.* *Sicut unquã ante.*

Angliæ hujusmodi in terra Prusiæ & aliis locis Hansæ, omnibus & singulis libertatibus & liberis *consultudinibus* uti plenè debeant & gaudere quibuscunq; aliquo tempore rationabiliter usi sunt & gavisi, nullæque prisæ, exactiones novæ seu præstationes aliquæ, super eorum personas vel bona imponentur aliter vel alio modo, quam ante decem, viginti, triginta, quadraginta, imò & cernum annos & ultra, imposita sunt vel fuerunt. Simili modô quod versa vice omnes & singuli mercatores, & homines de Hansa prædicta, præsentes & futuri, cujuscunque status fuerint, poterunt & possunt totiens, quotiens eis libuerit & placuerit, terram Angliæ, & potestatem & dominia Serenissimi Domini Regis intrare, ibidē morari & conversari, exire & redire, salvo & secure emere & vendere, secundum formam & tenorem cartarum & privilegiorum, eis seu eorum Prædecessoribus indultorum, solutis tamen custumis & aliis deveriis inde debitis, secundùm eorundem privilegiorum vim & formam & effectum. Quodque iidem omnes & singuli mercatores & homines de Hansa prædicta, præsentes & futuri, quibuscunque privilegiis & libertatibus ipsis, aut eorum antecessoribus, per Reges Angliæ indultis & concessis, uti plenè debeant & gaudere, prout *unquam ante hæc* tempora, eis rationabiliter usi sunt & gavisi, nullæque prisæ, præstationes, exactiones novæ aut aliqua subsidia, super earum personas vel bona imponantur, ultra vim atque formam Privilegiorum, eis, ut præmittitur, concessorum, & omne dubium, quod in præmissis, seu circa ea posset oriri, removendum, ne videlicet occasione guerrarum & turbationum, jam nuper contingentium prætendi valeat tàm memorata privilegia Hansæ, in regno & Domini Regis Angliæ, quàm libertates & liberas consuetudines Anglicorum supradictis, in terra Prusiæ & aliis locis Hansæ, tanquam foris facta, seu confiscata, viribus vacuari, seu minoris roboris esse, aut momenti, conclusum est, quod providebitur, tàm dictis mercatoribus & hominibus, de Hansa, præsentibus & futuris, per literas autenticas & patentes Domini Regis, & per actum Parliamenti, quam subditis & ligeis coronæ Angliæ præsentibus & futuris, per decreta & literas autenticas, nomine & autoritate totius Hansæ, sub sigillo Civitatis Lubecensis, prout moris est, validas & efficaces, de & super confirmatione & innovatione omnium & singulorum privilegiorum, libertatum & liberarum consuetudinum prædictarum, ad finem & effectum, ut ambæ partes suis hujusmodi privilegiis, libertatibus & liberis consuetudinibus uti & gaudere de cætero possint, sicut usi & gavisi sunt, seu uti & gaudere debuissent, si guerræ & turbationes hujusmodi non contigissent, & cum de termino morari, qui persæpè in præsentibus continetur, ante hæc deceptatio orta est, Concordatum est, quod nihil aliud in ejus significatione contineat, quam aliquandiu in aliquo loco perseverare, non ut civis aut incola.

Juxta cōsuetudinem.

Commercādi Libertas Mercatorum Hanseaticorum in Anglia.

tenore chartarum & privilegiorum.

Attende, quatenus & quoties privilegiorum fiat mentio.

V. Item appunctuatum, conventum, concordatum & conclusum est, quod in causis & querelis movendis infra regnum Angliæ, adversus mercatores & homines Hansæ prædictæ, vel ab eis ubi agitur de Contractu vel quasi, vel delicto vel quasi, qui vel quod prætenditur, initus seu factus, initum seu factū, extra corpus cujuscunque communitatis Regni Angliæ deputabuntur autoritate Regia, duo vel plures Judices, juxta quod rei qualitas videbitur exigere, coram quibus & per quos hujusmodi causæ sive querelæ, levato velo ac sine strepitu & figura Judicii citiùs & compendiosius quo fieri poterit, audiri debeat, ac terminari, si videlicet hoc ipsum petatur & requiratur à mercatoribus aut hominibus supra dictis, per quos contigerit actionem hujusmodi moveri vel attemptari, & quod eo casu nullus mercator vel nauta de Hansa, vel Judicium Admiralitatis subire teneatur, nec ad hoc arctetur

tetur quomodo libet in futurum, & quod fiant prohibitiones Regiæ Admiraldo, & ejus officiariis, ac aliis, aut aliis quibuscunque Judici vel Judicibus, prout opus erit, ne se de vel in hujusmodi causis seu quærelis intromittant vel interponant partes suas quoquo modo consimili provisione observanda subditis Regis Angliæ, in terris Hansæ & districtibus quibuscunque.

Item appunctuatum, conventum, concordatum & conclusum est, quod confirmatis sive innovatis cartis privilegiorum & concessionum omnibus & singulis memoratis Dominis, Rex expediet per Cancellarium suum literas, brevia & mandata, edictaque & proclamationes publicas, ad omnes & singulos portus atque loca Regni Angliæ, de quibus videbitur expedire ad finem, ut dicta privilegia ipsis mercatoribus, juxta omnem vim, formam & effectū eorundem conserventur utque, abusionibus, interruptionibus & impedimentis olim per officiarios Dn. Regis, ut prætenditur contra & adversus tenores privilegiorum hujusmodi intervenientibus atque factis, de cætero efficaciùs obvietur, & quod totiens poties Dn[9] Rex aut suus Cancellarius ad hoc per mercatores fuerit requisitus. VI. *Publicatio Privilegiorum in regno.*

Item pariformiter appunctuatum, conventum, concordatum & conclusum est, casu, quo Civitas, villa vel oppidum aliquod, vel officialis vel Custumarius, vel alius subditus quicunque, Illustrissimi Domini Regis, mercatorem vel nautam de Hansa, in aliquo contra tenorem, & contra cartas privilegiorum suorum gravare, onerare, arrestare, vel molestare presumpserit, extunc Dn. Cancellarius Angliæ, pro tempore oportuno brevia concedat, & dabit congrua mandata ad illum vel illos sic gravantem vel gravantes, ut à talibus oneribus gravaminibus & molestationibus sub pœna officiarii & Custumarii in futurum talia non tentabunt, & quod ab eis desistent tam cœptis si qua fuerint. VII. *Pœna contra venientium.*

Item appunctuatum, conventum, concordatum & conclusum est, quod serenissimus Rex Angliæ ad uberiorem satisfactionem & recompensam omnium & singulorum damnorum, injuriarum & contumeliarum, de quibus per subditos Coronæ hominibus Hansæ factis & perpetratis, multipliciter quærelatum est, præter & ultra alias recompensas quascunque recordatas & advisatas certas domus & mansiones eis & eorum successoribus in perpetuum possidendas & habendas appropriabit, seu appropriari faciet, videlicet quandam curiā London sitam, vocatam Stallhoff/ aliàs Stylierd/ cum eisdem adhærentibus ædificiis, & ejusdem universis Juribus usque ad Guildehallam teutonicorum inclusivè se extendentem. VIII. *Confirmatio Domus Stilyardana & aliarum.*

Item in villa de Paston curiam de Stallhoff/ aliàs Stylierf/ & quod in villa de Lenna una domus consimilis pro usu & utilitate dictorum mercatorum Hansæ juxta aquas ordinetur, & similiter per eundem Dn. Regem, eis & eorum successoribus in perpetuum possidenda approprietur provisè, quod onera perpetua prædictæ Domus videlicet Stallhoff/ cum sibi adhærentibus petitis in London ex antiquis fundationibus seu XXI. fidelium ultimis voluntatib9 ad exhibitionē personarum Ecclesiasticarum, seu ad alios pios usus annexa & incūbentia per dictos mercatores & eorū successores agnoscantur, supportentur & perimpleantur in omnibus & per omnia, prout proprietarii eorundem moderni, ipsa onera agnoscere, supportare & perimplere tenentur, ac proviso per literas regias quod mercatoribus Hansæ prædictæ & eorū successoribus licebit supra dictas domus & mansiones regere & gubernare, antiqua eorū signa submovere & nova injungere, ipsasq; domus & mansiones, cū universis earū ædificiis, in toto vel in parte simpliciter tollere, & alia pro sua volūtate reædificare, cū plenissima potestate utēdi & fruēdi ad libitum I. *Item in villa de Paston & Lenna mansio quædam juxta aquas.*

ſuæ voluntatis, absque alicujus novæ præſtationis ultra præmiſſa vel alterius cujuscunque oneris impoſitione; cumque renunciatione & ceſsione perpetua & irrevocabili eorum, ad quos ipſæ manſiones & domus pertinebant, omnibus & ſingulis Statutis & conſuetudinibus regni Angliæ, cæterisque univerſis exceptionibus, tàm Juris quàm facti, & dolo & fraude, quantum ad promiſſa penitus ſemotis & ceſſantibus aliisque non obſtantibus quibuscunque.

X. Item appunctuatum, conventum, concordatum & concluſum eſt, quod in ſatisfactionem omnium & ſingulorum damnorum mercatoribus & aliis hominibus Hanſæ quibuscunque ab Anglicis, usque in præſentem diem illatorum, ac pro omnibus ac ſingulis aliis & displicentiis de animis hominum ipſius Hanſæ adverſus ſubditos Coronæ Angliæ extirpandis & abolendis, Idem Dominus Rex de ſua gratia & munificentia ſua Regia largietur civitatibus Hanſæ ultra domus & manſiones antedictas, certam notabilem ſummam pecuniæ Sterlingorum, quorum ſolutionem conſequi debent proxime futuris annis continuis ex omnibus & ſingulis cuſtumis ad regem pertinentibus, de ipſorum mercibus licitis & non prohibitis, quas in idem regnum adduci, ſeu ab eodem regno educi contigerit, eo & tali modo, quod illas cuſtumas mercatores Hanſæ London: reſidentes in ſolutionem præfatæ ſummæ recipiant, quousque ad integram ſolutionem ejus perveniant, proviſo quod nullum, qui non ſit de eorum Gilda vel ſocietate, neque ejus bona advocent vel colorent aliquo modo.

Notabilis ſumma pecuniæ Hanſeatis exſolvatur.

Quam quidem ſummam licet olim ad quindecim millia librarum taxatam attento, quod Oratores Angliæ ad inſtantiam Oratorum Hanſæ jam concordatam exiſtit, quod Dominus Rex Angliæ, ſui hæredes & ſucceſſores, omnes & ſingulos mercatores & homines Hanſæ manutenebunt & ſervabunt indemnes, erga quoscunque ſubditos ſuos ab omni actione, quæſtione & lite, quæ occaſione, injuriarum aut captionis perſonarum, navium, mercium ſeu rerum quarumcunque, temporibus quibuscunque præteritis eis aut eorum alicui, adverſus ipſos de Hanſa competebit ſeu competere poterit, dictæ Oratores Hanſæ moderarunt, & taxarunt ad ſummam decem millium librarum, retentionem & ſolutionem ipſi mercatores, de eorum cuſtumis conſequi & habere debent annis proximè futuris, ut præfertur obligatione regia, in meliori & efficaciori forma per literas ſuas patentes, dictis mercatoribus deſuper faciendas, in quo caſu & præmisſis benè & fideliter perimpletis, dicti Oratores Hanſæ ipſum Dn. Regem, ſuosque ſucceſſores, ſubditos & Ligeos Coronæ Angliæ, præſentes & futuros, ab omnibus & ſingulis damnis, injuriis, ſpoliationibus, rapinis, incarcerationibus, arreſtationibus perſonarum, bonorum & mercandiſarum alienationibus, diſtributionibus, partitionibusque eorundem, in & adverſus mercatores & homines Hanſæ, per Regem gem & Reges Angliæ ſuosvè ſubditos, per viam facti, per viam Judicii & ſententiæ ſeu executionis, aut aliter quomodo cunque commisſis ſeu attentatis, exoneratos, abſolutos & quietos, ipſosque & eorum quemlibet in eventum & caſum ſupradictum, de iisdem acquietant & abſolvunt firmiter, per præſentes & inſuper pro majore certitudine præmiſſorum, inter præfatos Oratores dictum, adviſatum & concordatum eſt, quod in omnibus & ſingulis portubus & locis, ſub obedientia Dn. Regis Angliæ, ubi mercatores Hanſæ mercandiſas ſuas adduxerint ſed eduxerint, durante tempore, quo in ſatisfactionem ſummæ prædictæ Cuſtumas ſuas retinere debent, ut præfertur, debeant fieri ſcripta intentata de tempore in tempus inter officiarios Dn. Regis, ſive ſint Cuſtumarii, ſive alii per regem ad id deputandas ex una parte, & mercatorem ſeu mercatores Hanſæ, ex altera parte, ad finem, ut Dominus Rex posſit de anno

anno in annum super summa antedicta, & quantum de eadem solvendum restiterit, certificari, ut est justum.

Item appunctuatum, convetũ, concordatũ & conclusũ est, quod ante omnia Rex præfat9 dictis mercatoribus solutionẽ faciat quadragintarũ octuaginta quatuor librarum Sterlingorum, quæ dictos mercatores exclusis Coloniensibus pro rata sua contingunt quas suæ Majestati novissimæ in Angliam carceribus mancipati mutuò amicabili concesserunt, vel saltem eosdem asscuret, de modo & forma solutionis hujusmodi faciendæ, si & in quantum constiterit pecuniam hujusmodi mutuatam & non solutam. XI. *Ex beneficio mutuo.*

Item appunctuatum, conventum, concordatum & conclusum est, quod si quæ Civitatum, Comunitatum aut personarum quarumcumque confœderationis Hansæ Teutonicæ, per aliarum Civitatum & Communitatum ejusdem Hansæ Oratores, ex caussis Eos moventibus, à cæteris Civitatibus & Locis Hansam facientibus, separata aut dismembrata existat, aut futuris ullis temporibus separetur aut dimembretur, aut quæ earundem sua sponte seipsam separet aut dimembret, Dn. Rex Angliæ ac certificationem & requisitionem Oratorum eorundem Civitatum & Communitatum Hansæ hujusmodi statum sive ulteriore caussæ cognitione totiens quotiens ipsam fieri contigerit reputabit Civitates, Communitates aut personas, sic sibi Certificatas tanquam alienigenas & forenses, nulloque Privilegio munitas, quoad regnum suum Angliæ nec eisdem nova majora aut similia Hansæ privilegia dabit, aut talibus in regno Angliæ gaudere permittit, donec per literas Oratorũ Hansæ de Civitatum, Communitatum, aut personarum hujusmodi reunione & reconciliatione certioratus fuerit. XII.

Item appunctuatum, conventum, concordatum & conclusum est, quod Civitas London: acceptare debebit quoscunque tractatus, obligationes & compactata inter eundem Regem & Civitates, & Oratores Hansæ intervenientia atque facta, absque contradictione perpetuis temporibus observanda, nec non sub ejusdem Civitatis Civitatis authentico & ad hujus modi sufficienti sigillo, & literis patentibus, omnes & singulas compositiones, & contractus antiquos, ac per eorum consilium pro mercatoribus Hansæ, quascunque latas sententias renovare & reassumere supradictos mercatores illis omnibus & aliis quibuscunque suis libertatibus & antiquis consuetudinibus, quatenus per Dn. Regem modernum, autoritate Parlamenti sui aut aliter quomodocunque innovatæ & confirmatæ fuerint, etiamsi aliquotiens per contrarium actum, aut aliàs interruptæ fuerint, uti & gaudere, pro ut ab antiquo consueverunt permittendo, non obstantibus aliquivis Privilegiis ipsis Londoni concessis, quibus nec contra præfatos mercatores gaudere debebunt. XIII.

Item appunctuatum, conventum, concordatum & conclusum est, quod mercatores Hansæ possessionem & custodiam nanciscantur quadam parte London dicta vulgariter Bischopisgatæ infra omnem vim, formam & effectum compositionis inter eandem Civitatem & ipsos mercatores quondam factæ. XIV.

Item appunctuatum, conventum, concordatum & conclusum est, quod cum mercatores Hansæ multipliciter se gravatos in Anglia, & læsos esse dicant, in Judiciis certarum curiarum, contra tenorem certi sui privilegii incipientis, quod in omnibus generibus placitorum, salvo casu criminis, pro quo infligenda sit pœna mortis. Dominus Rex providebit, quod non aliter debeant conveniri neque trahi ad Judicia, quam juxta vim, formam & effectum privilegii antedicti. XV.

Itẽ appunctuatum, conventum, concordatum & conclusum est, quod ad finem, ut occurratur pluribus fraudibus; quibus mercatores Hansæ occasione XVI. *Pondera, Staera.*

 ponde-

ponderationis & staterae se damnificatos conqueruntur, contra certi sui privilegii tenorem sequentem videlicet quod ante ponderationem Statera in praesentia Venditoris & Emptoris vacua videatur, & extunc ponderator ponderet in aequali, & cum Stateram posuerit in aequali, statim amoveat manus, ita quod remaneat in aequali &c. Dominus Rex mandabit his, qui officium ponderationis hujusmodi ex donatione sua nunc habent, sub poena amissionis & foris facturae officii hujusmodi, quod officium ipsum indifferenter justè & fideliter exequantur, quod si post monitiones legitimas in ea parte culpabiles inventi fuerint, Dominus Rex pro quiete mercatorum Hansae aut providebit eis de singulari ponderatore, aut de alio remedio convenienti & rationabili, de quo debebunt meritò esse contenti proviso, quod lingua Staterae ultra longitudinem pedis extendatur his, quae de officio ponderatoris jam dicta sunt ad officium mensuratoris pannorum lineorum extensis, per omnia & de eodem pariformiter intellectis.

XVII. Item appunctuatum, conventum, concordatum & conclusum est, quod Dominus Rex de tempore in tempus providebit contra certum gravamen, quo plurimum gravantur per Custumarios dicti mercatores ratione mercium suarum advenientium in Anglia, quas Anglici ipsos mercatores mora protracta occasione statuendae Custumae non permittunt pro sua libertate comitari.

XIIX. Item appunctuatum, conventum, concordatum & conclusum est, quod Dominus Rex providebit, ne scrutatores, qui nullum defectum repererint circa merces mercatorum Hansae, faciant aliqua impedimenta, quo minus ipsos mercatores & nautas sine aliquo onere cum suis bonis relinquant.

XIX. Item appunctuatum, conventum, concordatum & conclusum est, quod providebitur, ne mercatores Hansae à littoribus per terram venientes, cum federaturis aliisque pretiosis pellibus & mercibus graventur per custumarios, aut alios quoscunque ibidem ex parte regis aut aliorum existentes, praesertim in Civitate Cantuariensi aut Roffen: aut in Villa de Gravesende, aut alibi in apertura vasorum, in quibus hujusmodi pelles reponi contigerit casu, quo foderatura & praedicta bona post praestitam custumam sigillata, ac Warantum desuper datum fuerit attentis, quod apertura hujusmodi sine magno praejudicio & notabili damno fieri non potest.

XX. Item appunctuatum, conventum, concordatum & conclusum est, quod providebitur, quod mercatores praedicti exonerabuntur, à quadam exactione, vulgariter dicta princemonii sive Lufftop/ & à praestatione quatuor denariorum per quendam assertum Officiarium, vocatum Leprick ultra custumas solitas illos extorquentes, si de Jure non debeant eas habere.

XXI. Item appunctuatum, conventum, concordatum & conclusum est, quod Dominus Rex faciet provisionem, qua naves & bona, quibus onustantur naufragium in Anglia qualitercunque passa saltem condigna pro illis salvandis mercede laboris constituta, eis restituantur, quibus ante naufragium pertinuerunt, dummodo aliquod vivum animal ex nave hujusmodi periclitante, sit homo, canis, gallus, catus, aliud animal ad terram salvum adveniat.

XXII. Item appunctuatum, conventum, concordatum & conclusum est, quod providebitur per totum Regnum Angliae, de his qui casu fortuito, ex aliqua navi in pelagus maris praecipitati, aut alias, intra vel extra navim ex conflicta vel alia caussa quacunque vulnerati vel mortui fuerint, ne de iis

aut

aut aliis quibuscunque caussis mercatores tangentibus Admirallus cognitionem habeat, aut Jurisdictionem exerceat; Nec propterea navis merces & bona in eadem navi existentia in commissum cadant, neque mercatores aliquod damnum vel periculum patiantur aut sustineant, sed quod eo casu, & aliis quibuscunque fiat causæ cognitio, prout singulari Statuto provisum existit, in Parliamento Dn. Regis Richardi secundi, apud Westmonasterium, Regni sui quinto decimo edito; quod incipit, quod de omnibus Contractibus placitis & querelis, & de omnibus aliis rebus factis sive emergentibus infra corpora communitatis, tam per terram, quam per aquam ac etiam Wrectum maris.

Item appunctuatum, conventum, concordatum & conclusum est, quod XXIII.
Dominus Rex adhibebit diligentiam pro oportuna provisione facienda circa pannos Laneos Angliæ, ut defectus in eis reperti, tam in qualitate Lanarum, quam in pannorum longitudine & latitudine possint reformari.

Item appunctuatum, conventum, concordatum & conclusum est, quod XXIV.
providebitur per Dominũ Regem, ut sufficienti cautione præstita, de stando Juri per mercatores Hansæ, ex causis quare bonorum suorum arrestationes fieri contigerint ipsi, mercandisas suas liberè consequantur, ac easdem vendere, proque suo libitu distribuere valeant.

Item appunctuatum, conventum, concordatum & conclusum est, quod XXV.
providebitur eisdem mercatoribus Hansæ, quod vina Rhenensia minuatim & ad retalliam futuris temporibus vendere valeant, prout ab antiquo soliti sunt & consueti, & quod ad illam quotam, quam major Civitatis London: de sale ibidem adducto capere consuevit, dicti mercatores & sui successores debent ab eadem in perpetuum exonerari.

Item appunctuatum, conventum, concordatum, & conclusum est, XXVI.
quod prædicta appunctuata, conventa, concordata & conclusa nullæ obligationes, quæ à Domino Rege Angliæ, & suis prædecessoribus mercatoribus aliisvè particularibus personis, erga Civitates Hansæ ac earum personas, etiamsi Jure depositi, & bona fide aut alias qualitercunque emanarunt, pro quibus non est satisfactio plenaria in articulis memoratis concordata, ac vice versa quæ à Civitatibus, mercatoribus aut aliis personis Hansæ, erga Dn. Regem Angliæ, suosque Prædecessores & subditos similiter emanarunt, quarum occasione debita jure extincta, aut ad finem persecuta non sunt, auferantur, verùm potius in suo maneat robore atque firmitate.

Item appunctuatum, conventum, concordatum & conclusum est, XXVII.
quod omnia appunctuata, conventa, concordata & conclusa, duntaxat Dominum Regem Angliæ suosque ligeos & subditos ex una, ac Civitates Hansæ, eorumque mercatores & homines, partibus ex altera, se extendant, adeò quod si fortè alterutra partium erga alios Principes, Dominos, aliosvè quoscunque, qui sub antedicti Regis Angliæ ditione, aut civitatibus Hansæ non existant, aliquod sibi jus aut actionem competere, ex eo, quod tempore prædictarum guerrarum & dissentionum, aut occasione eorum quid actum prætenderet, & quod ipsum per prædicta, appunctuata, conventa, concordata & conclusa minimè debet esse ablatum, imò ut partium unaquæque suum jus prosequi valeat, & finire, sicut promissum est.

Item appunctuatum, conventum, concordatum & conclusum est, XXVIII.
quod per præmissa omnia & singula in præsentibus descripta & contenta, nullis literis, privilegiis, libertatibus, concessionibus, indultis, concordiis & tractatibus ante tempora datis, præsentium per Illustrissimos Reges Angliæ,

& alios quoscunque, mercatoribus & hominibus Hansæ datis & concessis, aut inter dictos Reges & alios ac mercatores & homines Hansæ quibuscunque factis & concordatis, præjudicium aliquod generetur, sed quod ita omnia & singula cum præsentibus universis & hæc eadem cum illis in suis permaneant robore & virtute, sic quod mercatores Hansæ communiter & singuli præfatis literis, libertatibus, concessionibus, indultis, concordatis & conclusis, in quibuscunque suis articulis & punctis, prout in eis ad utilitatem eorum melius & pertinentius interpretari. Ac etiam ipsis liberius & utilius valere & convenientibus expedire poterunt in perpetuum, liberè & pacificè frui debeant, contraria vel aliqua alia interpretatione circa ea minimè facienda, ac contradictione cujuscunque non obstante; Quæ omnia & singula Nos Oratores Angliæ supra nominati promittimus bona fide, & pollicemur per metuendiss. Dominũ Regem nostrum, suosque hæredes & successores, ligeos & subditos Coronæ Angliæ universos & singulos, præsentes & futuros, quoad ipsos concernunt aut concernere poterunt, tenendum inviolabiliter in perpetuum, pariter & observandum, ac per literas authenticas & patentes ejusdem Domini Regis ratificanda, opprobanda pariter & confirmanda ligeos hujusmodi confirmatoriis in oppido Brugensi sub visu Aldermanni aut alterius adhuc potestatem ex parte Hansæ habentes literas similis confirmationis pro parte Hansæ apportantis, & tunc cum effectu nuncio regio ad hoc mittendo tradere parati, primo die Mensis Augusti proximè futuri deliberandum pariter & consignandum.

In quorum omnium & singulorum testimonium atque fidem, has literas penes Oratores Hansæ supra nominatos pro parte Hansæ remanentis, Nos Wilhelmus Hatteslyff, Joannes Russett: & Wilhelmus Rosse, Oratores in literis Procuratoriis, infra insertis, specialiter nominati, sigillis, nominibus, & signis nostris manualibus subscriptis roborari faciemus pariter & communiri. Tenores verò literarum procuratoriarum, de quibus supra fit mentio, sequuntur, & sunt tales:

Mandatum Regium, ejusdem Oratoribus & Legatis concessum.

EDVARDUS IV. Dei gratia, Rex Angliæ & Franciæ, & Dominus Hyberniæ, omnibus, ad quos præsentes literæ pervenerint, Salutem. Cum in quadam Dieta, mensibus Julii & Septembris ultimo elapsis, in civitate Trajectensi, per certas pro parte nostra, & per alios pro parte Civitatum Hansæ Teutonicæ Oratores, nonnulla media pacis & pristinæ amicitiæ, inter Incolas & subditos utriusque partis renovandæ excogitata, communicata, tractata, & sub spe conclusionis appunctuata fuerunt, prout in actis ejusdem dietæ, inter Oratores hinc inde conscriptis, & per eos subscriptis, de dato in Civitate Trajectensi, decimo nono die Septembris, Anno Domini Millesimo, quadringentesimo, septuagesimo tertio, plenius continetur. Sicque ipsa Dieta primum ad quintum decimum diem Mensis Januarii proximi & tunc sequentis continuata ad finẽ, ut tunc & super materiis & rebus remanentib⁹ indiscussis finalis conclusio caperetur, paxque firma & perpetua inter partes componeretur & stabiliretur. Hinc est, quod Nos volentes ceptum hujusmodi debitum, sortiri effectum de fidelitate circumspectione & industria dilectorum & fidelium nostrorum, Joannis Schotte militis Mareschalli Villæ nostræ Cales, Magistrorum Wilhelmi Hatteslyff, Secretarii, Joannis Russett Archidiaconi Berck Consiliariorum nostrorum, & Wilhelmi Rosse Vitellarii Villæ nostræ Cales, plenariè confidentes ipsos nostros veros & indubitatos Ambassiatores, Commissarios, Procuratores, Deputatos & Nuncios Generales &

les & speciales constituimus, deputavimus & ordinavimus, dantes & concedentes eisdem Ambassiatoribus, Commissariis, Procuratoribus, Deputatis & nunciis nostris tribus seu duobus eorum, quorum præfatum Joannem Schotten, Wilhelmum Hatterslyff, Joannem Russett unum esse volumus, plenam & liberam potestatem, ac mandatum generale ac speciale, pro Nobis, hæredibus & successoribus, regnis, terris, dominiis, subjectis, amicis, alligatis, confœderatis faventibus & adhærentibus nostris quibuscunque, cum spectabilibus & egregiis Viris, Gubernatoribus patriarum & Civitatum Hansæ Teutonicæ, seu eorum Ambassiatoribus, Commissariis, Procuratoribus, Deputatis & nunciis, sufficientem in ea parte potestatem habentibus, ac etiam cum quibuscunque Universitatibus, societatibus, Principibus, Dominis Gubernatoribus & Rectoribus terrarum patriarum, Civitatum, Oppidorum, Villarum & dominiorum quorumlibet terræ Almaniæ, aut cum ipsorum Ambassiatoribus, Procuratoribus, Commissariis, Deputatis & Nunciis, potestatem sufficientem habentibus conveniendi, appunctuandi, concordandi, & finaliter concludendi, de & super omnibus & singulis differentiis, litibus, quæstionibus, & discordiis, inter Nos, nostrosque subditos ex una parte, & præfatos honorabiles, & discretos Viros Gubernatores patriarum & Civitatum Hansæ prædictæ, Ac etiam Universitates, societates, Principes Dominos Gubernatores & Rectores terrarum, Civitatum, oppidorum, Villarum & dominiorum quorumlibet, dictæ terræ Alemaniæ, terras, Civitates, Oppida, Villas, Castra, patrias, & dominia, subditos, amicos, alligatos, confœderatos & adhærentes suos quoscunque, ex parte altera, pendentibus indiscussis ipsasque differentias, lites, quæstiones, & discordias discutiendi, determinandi, & finaliter omnibus modis quibus ipsis videbitur pacificandi & abolendi, ac de & super perpetua & reali pace atque concordia, tàm per mare, quàm per terram, flumina & aquas dulces, nec non ligis amicitiis & confœderationibus quibuscunque inter Nos, hæredes & successores nostros, ac regna, terras, dominia nostra, subditos, amicos alligatos, confœderatos, faventes & adhærentes nostros quoscunque, ex parte una, & præfatos egregios & spectabiles Viros, Gubernatores patriarum & Civitatum Hansæ prædictæ, ac etiam inter Universitates, societates & Principes, Dominos Gubernatores & Rectores terrarum, Civitatum, oppidorum, Villarum, & dominiorum quorumlibet, dictæ terræ Alemaniæ, terras, Civitates, Oppida, Villas, Castra, patrias & dominia sua, subditos, amicos, alligatos, confœderatos, faventes & adhærentes suos quoscunque, ex parte altera, contrahendi, iniendi ac firmandi, tractandi, appunctuandi, pariter & concludendi, nec non pacem & concordiam, ligas, amicitias & confœderationes hujusmodi, Viis & modis omnibus, quibus expedire videbitur, vallandi & roborandi, communicationemque mutuam ac liberum intercursum mercandisandi, securumque statum pro hominibus utriusque partis præsentibus & futuris, tàm in regnis, patriis, Civitatibus, dominiis & locis unius aut alterius partis prædictæ, quam alias ubi libet tàm in terra quàm in mari, fluminibus, & aquis dulcibus, unà cum trougis & abstinentiis guerrarum, aliaque dieta, si ipsis visum fuerit, appunctuandi, concordandi, pariter & concludendi, sub modis, forma & conditionibus, de quibus inter dictos nostros Ambassiatores, Commissarios, Procuratores, Deputatos, & Nuncios, ac præfatos spectabiles & egregios Viros, ac etiam Universitates, societates, Principes, Dominos Gubernatores & Rectores prædictos, seu eorum Ambassiatores, Commissarios, Procuratores, Deputatos & nuncios prædictos, poterit concordari, Cæteraque omnia & singula faciendi, exercendi & expediendi, quæ in præmissis, seu aliquo præmissorum seu

circa

circa ea conjunctim aut divisim necessaria fuerint, seu quilibet oportuna ac quæ qualitas & natura hujusmodi negotii exigunt & requirunt, & quæ nosmet ipsi faceremus aut facere possemus, si præsentes personaliter essemus, ac etiamsi talia forent, quæ de se mandatum magis exigant speciale, promittentes bona fide, & in verbo religionis, ratum, gratum & firmum habituros, quidquid per dictos Ambassiatores, Commissarios, Procuratores, Deputatos & Nuncios nostros, in forma prædicta actum, gestum seu procuratum fuerit, in præmissis seu aliquo præmissorum. In cujus rei testimonium has literas nostras fieri fecimus patentes. Teste me ipso apud Westmonasterium vicesimo Secundo die Decembris, Anno regni nostri 13 per ipsum Regem & de datis prædictorum autoritatibus Parliamenti sui.

Mandatum & Ratificatio Civitatis Lubecensis, Hanseaticis Oratoribus & Legatis concessum.

UNiversis & singulis præsentes literas inspecturis, lecturis seu legi audituris, Nos Pro-Consules & Consules totius Consulatus & Communitatis Imperialis Civitatis Lubecensis, cæterarumque Civitatum, Burgorum, Communitatum, Oppidorum, Villarum & locorum totius Hansæ Teutonicæ Oratores & Nuntii, ad communem earundem Civitatum, Burgorum, Communitatũ, Oppidorũ, Locorũ, & Villarũ dictæ Hansæ, & ex eis ubicunq; existentium mercatorum & personarum, quietem & utilitatem procurandam, in ipsa inclita Civitate Lubecensi, specialiter constituti, salutem in Domino, & præsentes fidem indubiam adhibere, cum pridem inter Excellentissimi & Potentissimi Principis ac Domini, Dn. EDVARDI, Angliæ & Franciæ Regis & Domini Hyberniæ Venerabiles & egregios Viros & Dominum Wilhelmum Hatteslyff Secretarium, Joannem Rutiett Decretorum Doctorem Archidiaconum Berks. in Ecclesia harum & Wilhelmum Rosse, Vitellariũ Villæ Cales Oratores, Commissarios & Procuratores, ex una: ac Circumspectos atque providos Viros Dominos Henricum Castorpium Pro-Consulem, Joannem Osthusen, Doctorem utriusque Juris, Secretarium, & Joannem Luneborch, Consulem Consilii Communitatis Civitatis Lubecensis, cum aliis sibi adjunctis spectabilibus & circumspectis Dominis Oratoribus, videlicet Bernardo Balcer, Pro-Consule. Eylardo Lubberdes Consule, & Joanne Grone, Secretario Bremensi, Henrico Murmester, Legum Doctore, Pro-Consule, Henningo Burinck Consule, & Laurentio Rosideken, Secretario Hamburgensi, Christophoro Hinxteberg Pro-Consule, Henrico Rensinck Cõsule, & Johanne Kakestbeke Secretario Monasteriensi, Bernardo Pavvest, Rodon Vestete Consulibus & M^ro Joanne Lyndenble Secretario de Dantscke / Joanne Marquardi, Joanne Boron: Pro-Consulibus, & Magistro Stephano Jelbrett, Secretario Daventriensi, Tidemanno de Veen, Pro-Consule, Henrico Kunerstorp, Cõsule Campẽsi, Joanne Durekop, Bertramo Berghoff / & Magistro Gerhardo Bunsr Secretario, ex parte mercatorũ in Brugge, Hermanno Wanmathe, Secretario mercatorum London: & Dn. Christiano de Chore, Cappellano & Secretario mercatorum Bergensium in Norvvegia, Communitatum, Civitatum & oppidorum Hansæ Teutonicæ Oratores & Nuntios, Procuratores, ex altera partibus: Post varios Tractatus in civitate Trajectensi, mensibus Julii & Septembris, Anno Domini millesimo quadringentesimo septuagesimo tertio, de & super plurimis differentiis, litibus, querelis, injuriis & discordiis, inter homines partium prædictarum molis pendentiabus habitos atque factos tandem inspirante pacis auctore, pro pacificãdis & abolẽdis differẽtiis, litib9, guerris, injuriis & discordiis hujusmodi, atq; pro reducẽdo & restaurando omnes & singulos homines utriusque partis prædictæ, ad suam pristinam amicabilem & mutuam

tuam communicationem & converſationem, liberumque intercurſum mercandiſandi, quædam concordata & concluſa, quædam verò per modum adviſamentorum appunctuata ſunt, inter prædictos Oratores, Commiſſarios hinc inde, & eorum occaſione inter eosdem Oratores finaliter concluſum & concordatum exiſtit, quod jam præfatus Sereniſſimus Rex Angliæ quam Civitates Hanſæ prædictæ utriusque ſuos Oratores & Ambasſiatores cum ſufficienti mandato, & plena inſtructione, in ſupradicta Civitate Trajectenſi, 15 die Januarii proximè ſequentis habeant, ad omnia ſupra tractata concludenda, ac pacem firmam & perpetuam ſtabiliendam in modis patentibus & ſigillatis eorundem Oratorum & Commiſſariorū literis ipſis Oratoribus & Commiſſariis ſupraſcriptis, alterutrum exhibitis & datis, in Civitate Trajectenſi, Anno Domini 1473. die verò 19. Septēbris dominica quas hic per inſertis haberi placet comprehenſum. Hinc eſt quod in eventum & finem præfatos de matura circumſpectione & probitate ſpectabilium & circumſpectorum Dominorum, Civitatum & Oppidorum, videlicet Joannis Oſthuſen, utriusque Juris Doctoris, & Joannis Berſenbrengen Secretariorum Lubecenſ. Henrici Murmeſter, Legum Doctoris Pro-Conſulis & Laurentii Rotidecken ſecretarii Hamburg: ac Bernhardi Parveſten, Conſulis de Dantſcke, pleniſſimè confidētes ipſos omnes & eorū quemlibet in ſolidū, præſentiū ehibitores & exhibitorem; Ita tamen, quod non ſit melior conditio primitùs occupantis, nec deterior ſubſequentis, ſed quod per unum ipſorum inceptum fuerit, aliquis proſequi valeat mediare & finire omnibus melioribus modo, via, Jure, cauſa, ſtilo & forma, quibus melius & efficacius potuimus & debuimus, poſſumusque & debemus ad præmiſſa omnia, & ſingula fecimus, ac præſentium tenore facimus, conſtituimus, & ordinamus, noſtrosque præfatæ Hanſæ veros, certos, legitimos & indubitatos Procuratores, Nuncios & Oratores generales & ſpeciales, ſic tamen, quod generalitas ſpecialitati non deroget, nec è contra dantes & concedentes eis omnibus & eorum cuilibet in ſolidum, plenam & omnimodam poteſtatem, autoritatem, mandatum, & facultatem, per ſe duntaxat aut una cum aliis honorabilibus quarumcunque Civitatum & oppidorum dictæ Hanſæ Oratoribus veris, Procuratoribus ſive Nunciis ad præmiſſa ſpecialiter Deputatis vel Deputandis, in præfacta Trajectenſ: Civitate præmentionata 15. die menſis Januarii, ac poſterius, quandocunque ſe noſtro & totius Hanſæ prædictæ nomine conſtituendi, & præſentias ſuas exhibendi, ac cum univerſis & ſingulis ſupradicti Potentiſſ: & Excellentiſſimi Principis Domini Angliæ & Franciæ Regis. Venerabilibus & egregiis Dominis Oratoribus, Procuratoribus & nunciis ſpecialibus, in ea parte poteſtatem & mandatum habentibus eorum cauſa & occaſione, quæ ut prædicitur inter prænominatos Oratores & Commiſſarios, ſive per modum adviſamentorum appunctuata ſint in eadem Civitate Trajectenſi, conveniendus & communicandus, ac de & ſuper præfatis univerſis & ſingulis in modum adviſamentorum appunctuandi, etiam concordandi & concludendi, prout hæc & alia quæcunque per utriusque partis Oratores, Commiſſarios, atque Procuratores antedictos, in omnibus ſuis punctis atque clauſulis appunctuata ſunt, concordata, concluſa & adviſata. Ac etiam cum ipſis regiis Oratoribus, Procuratoribus ſive Nunciis conveniendi & concordandi de loco & tempore, ac modo & forma convenientibus quibus tàm ipſa præmentionata, concordata & concluſa, tâm adhuc concordanda & concludenda poſtquam concordata fuerint & concluſa, nec non perpetua pax & firma futuris temporibus inviolabiliter obſervanda, approbari & ratificari per Principales partium

prædictarum Dominos conſtituentes ac quoſcunque alios, quorum incerte finaliter atque confirmari debeant, de & ſuper præmiſſis omnibus & ſingulis patentibus atque ſigillatis, approbationis, ratificationis & confirmationis, & aliis quibuſcunque literis, pro firmiori prætactorum perpetua obſervantia partibus, hinc inde vel ſaltem earundem veris Procuratoribus & Commiſſariis ſupradictis, vel aliis ipſo facto & realiter exhibendum, aliaque omnia & ſingula facienda, dicenda, gerenda & exercenda, quæ in præmiſſis, & circa ea neceſſaria fuerint, ſeu quomodo libet oportuna, & etiam ſi mandatum exigant, magis ſpeciale quàm ſuperiùs eſt expreſſum, unumquemque vel plures Procuratorem vel Procuratores loco eorum & cujuslibet ipſorum, cum ſimili poteſtate ſubſtituenda, & ſubſtitutos aut ſubſtituendos totiens quotiens eis vel eorum alteri expediens videbitur revocandũ, & alios vel alium iterum ſubſtituendum, promittentes nihilomnius bona fide, nos mercatores, ac quoſcunque alios ſubditos noſtros perpetuo firmum, ratum & gratum habituros, quicquid per eos vel ſubſtitutos vel ſubſtituendos ab eis actum, factum, dictum, conventum & concluſum geſtumvè fuerit in præmiſſis, vel quomodo libet procuratum dolo & fraude ceſſantibus penitùs & ſemotis; In quorum omnium ſigillorum fidem & teſtimonium, præſentes literas ſigillo Civitatis Lubecenſis quo eisdem appendente ad præſens utimur, communiri fecimus. Datum in eadem Civitate Lubecenſi Anno Domini 1474. die prima menſis Januarii. Datum in Civitate Trajectenſi, ultimo die menſis Februarii, Anno Domini, ſecundum curſum & computationem Eccleſiæ Romanæ 1474. Eccleſiæ verò Anglicanæ Anno 1473.

Nos igitur EDUARDUS IV. Rex ſupraſcriptus, habentes certam diſcretam & indubiam notitiam, de omnibus & ſingulis Tractatibus, communicatis, appunctuatis, conventis, concordatis & concluſis, inter præfatos Oratores, nuncios & Procuratores noſtros, ex una parte; ac dilectos ſpectabiles & circumſpectos viros Oratores Hanſæ, ex altera parte, prout in articulis memoratis ſerioſiùs eſt expreſſum, ea omnia & ſingula, nomine noſtro facta atque geſta, de certa ſcientia noſtra, nullo Juris ſeu facti errore ducti atque omnem, quantum in nobis eſt, ſupplentes defectum, gratanter acceptamus, approbamus, ratificamus, & approbamus, Volentes & decernentes, eadem per Nos, hæredes & ſucceſſores Noſtros, quantum in nobis eſt, necnon per vaſallos, ligios & ſubditos noſtros, ac ſucceſſorum noſtrorum quoſcunque perpetuis futuris temporibus inviolabiliter obſervari debere, nec iisdem aut eorum alicui controveniri ullo modo. In cujus rei teſtimonium has literas noſtras fieri fecimus patentes. Teſte meipſo apud Weſtmonaſterium 20. die Julii, Anno regni noſtri 14.

Henric. 7. Nos autem literas prædictas, ac omnia & ſingula in eisdem contenta, rata habentes & grata, ea pro nobis & hæredibus noſtris, quantum in nobis eſt, acceptamus & approbamus, & tenore præſentium præfatis mercatoribus Alemanniæ ratificamus & confirmamus, prout literæ prædictæ rationabiliter teſtantur: & prout ipſi libertatibus, immunitatibus, & quietantiis prædictis, ſemper hactenus, à tempore conceſſionis & confirmationis literarum earundem rationabiliter uti & gaudere conſueverunt. In cujus rei teſtimonium has literas noſtras fieri fecimus patentes. Teſte meipſo apud Weſtmonaſterium, 9 die Martii, Anno regni noſtri primo. Anno 1486.

Henr. 8. Nos autē literas prædictas, ac omnia & ſingula, in eisdem contenta, rata habētes & grata, ea pro nobis & hæredib9 noſtris, quātũ in nobis eſt, acceptam9 & approbam9, & tenore præſētiũ præfatis mercatorib9 Alemaniæ ratificam9 & con-

confirmamus, prout literæ prædictæ rationabiliter teſtantur, & prout ipſi libertatibus, immunitatibus & quietantiis prædictis ſemper hactenus, à tempore conceſſionis & confirmationis literarum earundem rationabiliter uti & gaudere conſueverunt. In cujus rei teſtimonium has literas noſtras fieri fecimus patentes. Teſte meipſo apud Weſtmonaſterium 20. die Februarii Anno regni noſtri primo, qui fuit. 1508.

Nos autem literas prædictas, ac omnia & ſingula in eisdem contenta, rata habentes & grata ea, pro nobis & hæredibus noſtris, quantum in nobis eſt, acceptamus & approbamus, & tenore præſentium præfatis mercatoribus Alemaniæ ratificamus & confirmamus, prout literæ prædictæ rationabiliter teſtantur, prout ipſi libertatibus, immunitatibus & quietantiis prædictis ſemper hactenus à tempore conceſſionis & confirmationis literarum earundẽ rationabiliter uti & gaudere conſueverunt. In cujus rei teſtimonium has literas noſtras fieri fecimus patentes. Teſte meipſo apud Weſtmonaſterium 20. die Junii Anno regni noſtri primo. ſcil. Anno 1547.

Aſſertio Jurium Hanſeaticorum circa Curiam ſeu domum Styliardanam & eò pertinentibus ædificiis Juribus & immunitatibus, usque ad Gildhallam Teutonicorum incluſivè.

Uod Curia Londinenſis Styliardana ſeu Stallhoff dicta, cum omnibus Juris pertinentiis, Juribus & immunitatibus usque ad Gildehallam Teutonicorum Sociorum Hanſæ-Civitatum propria ſit, adeoque ſine ipſorum facto ipſis de Jure adimi, ad aliumve transferri non poſſit, ex iis, quæ ſequuntur, luce meridianâ clariùs pateſcit.

I. Immemorialis poſſeſſio.

Et 1mó quidem Univerſa non Angliæ tantùm, ſed tota quoque Europa coram oculis ſuis intuetur, cognitumque habet, prædictas Civitates Curiam iſtam ab immemoriali retrò tempore usque huc poſſediſſe, atque etiamnum in quietâ ejusdem poſſeſſione eſſe. Qualem immemorialem poſſeſſionem ſolam loco tituli, ejusque privilegiati eſſe, tantumque Juris habere, ut eadem munitus, titulum ſuæ poſſeſſionis alium reddere non teneatur, tàm indubitati Juris eſt, ut in parato Juſtitiæ foro & quidem ipſis etiam mercatoribus Anglicanis atteſtantibus, æquè in Anglia, ac in aliis Chriſtiani orbis Regnis & Rebuspublicis contrarium unquam ſtatutum obſervatumvè fuiſſe, nequidem allegari, nedum probari poſſit: Adeoque dictæ Civitates eo ſolo in tantum ſecuræ ſint, ut ad ulteriorem tituli ſui probationem de Jure neutiquam adſtringi, minus eâdem deficiente poſſeſſione iſtâ ſuâ privari poſſint.

2. Solennis Transactio Trajectenſis.

Cui tamen immoto Juris Juſtitiæque fundamento alia, non minus firma legitimaq; fundandæ poſſeſſionis columna, Titulus nempe ſolennis Transactionis, accedit: Quæ cum talis ſit, ut ſicut hactenus re ita exigente, allegata, ſancteque obſervata, ita etiamnum & tuto & merito lucem reddere poſſit & debeat: Idcircò Eundem, quantum quidem ad hunc paſſum attinet, & quidem pro majori fide, in probante forma ſub lit. A. hiſce adjungere neceſſarium viſum fuit. Idq; eo magis, quod ex ea, ſi quæ hactenus mota, vel dehinc movenda dubia occurrant, in continenti faciliq; negotio tolli removerique poſſint. Maximè ſi præter alia ſequentia cumprimis & ſingulariter exinde notentur. A

Curia Styliardana ob bene merita conceſſa.

Imó Dictam Curiam non tàm ex ſingulari aliqua gratia Regia, ſed potiùs in aliqualem, ut verba ſonant, recompenſam bene meritorum, perpesſiq; damni ejusque graviſſimi, adeoq; titulo oneroſiſſimo, Hanſeaticis con-

cessam fuisse. Damna inibi expressa, non à Rege, sed populo Anglicano Hanseaticis illata, & obinde eo nomine factum vel transactum, non tàm Regis quàm populi causâ, factumque fuisse.

3. *Curia Styliardana nō pertinet ad patrimonium Regis.* 3tiò. Quòd nulla extent vestigia, Curiam istam ad patrimonium Regium principaliter pertinuisse, sed potiùs (prout ejusdem exterior forma, situs loci, aliaq; concurrentia indicio esse possunt:) à privatis ante ea tempora possessam, ad Regem, ceu Administratorem Regni tandem pervenisse. Qamvis si tempore concessionis quam maxime de patrimonio Regio fuisset, tanquam in gratiam populi & pro aliqualiter expiandis injuriis ejusdem abdicata, tanto minùs vindicari, fiscoque applicari posset.

4. *Curia in perpetuum* Quibus 4to accedit, quod sæpe dicta curia non ad tempus, sed in perpetuum.

5. *Hanseaticis Civitatib. concessat.* Et quidem 5tò. Non paucis tùm temporis Londini commorantibus Hanseaticorum Institoribus & Ministris, sed sociis Hansæ Teutonicæ Civitatibus, earumque tâm præsentibus, quàm futuris incolis & successoribus indistinctè & quam generalissimè concessa fuerit. Prout ea omnia ex tenore dictæ transactionis pleniùs elucescunt, brevitatis ergò eò remittendo.

6. *Transactio Ultrajectina consensu Ordinū Regni inita.* Et quoniam 6to non ex superiùs allegatis tantùm, sed ex hac adjuncta authentica copia alia lit. B. manifestò apparet, inque aperte est, Transactionem istam non, Regis tantùm sed & Parliamenti, populique Anglicani nomine initam, indeque à dicto Parliamento expresse confirmatam ratihabitamque fuisse:

B Nulla sanè justa prætendi causa potest, quare inibi acta, transacta & concessa etiam dehinc rata haberi non debeant,

7. *Hanseaticis nihil potest imputari, ut hæc privilegia ipsis adimantur.* Maximè 7mò cùm Hanseaticis nihil omninò imputari possit, quo insignem istam sive pœnam sive injuriam essent promeriti.

Quin potius octvò ad Exemplum Nobilissimorum Antecessorum Nationis Anglicanæ cum Hanseaticis ad hæc usque tempora, pro communi utriusque nationis bono, sanctè observata cultaque amicitia, etiam dehinc sarta tecta conservanda, ad seram posteritatem, proroganda.

9. Idq; 9no tantò magis, quod dubiū non sit, consimilia utriusq; nationis studia & mores injuriâ temporis aliquantisper cessantem communem utilitatem & fructum tantò largiùs dehinc reductura. Etsi enim ante hæcce etiam tempora, sub regimine Elisabethæ &c. controversiæ nonnullæ inciderint, earumque respectu Hanseatici non parùm damni perpessi fuerint: Tantum tamen abest, ut eæ perpetuò duraverint, quin potiùs eisdem in cinere, quod ajunt, sopitis, pristina dehinc Jura sarta tecta servata fuerint, atque meritò possint & debeant. Quod si fiat, pristinusque adeò privilegiorum usus Hanseaticis concedatur, dicta Domus non tantùm majori numero inhabitantium frequentabitur, sed commercia quoque ipsa pristino dehinc flori & vigori quasi postliminio restituentur, adeoque Principalis tâm concedentium quàm acquirentium intentio uberrimè effectum sortietur.

Obj. 1. Quamvis, quod inter alia prætendi intelligimus, Hanseaticis præjudicio vel fraudi esse non possit, nec debeat, quod prædictæ ædes hoc præsertim tempore rariùs inhabitentur, commercia item minus minusque frequententur, adeoque corporatio ceu causa, ob quam quodammodo concessa cessare videatur.

Cum publicè omnibus constet, per Hanseaticos non stare, quo minus hæc talia indeque dependentia alia pristino more vel modo continuata sint. Adeoque istis ob id sequius quicquam imputari non possit, minus verò legitimo titulo acquisita immemorialique tempore possessa Jura, ipsis planè innoxiis auferri debeant. Quod quidem levioris minorisque præjudicii videre

poterat,

poterat, si quod iterum obtendi putamus auctoribus seu incentoribus hujus litis, cum paucis ibi commorantibus Mercatorum Hanseaticorum Ministris seu Institoribus res tantùm esset. Verùm cum in aperto sit, sæpè memoratam Transactionem Trajectinam, ut & Tractatus quosvis alios neutiquam cum vel ab Aldermanno, reliquisque Londini commorantibus, ceu minorum gentium, tantæque rei planè incapacibus, sed Civitatibus Hanseaticis ipsis instituta, conclusa & subsignata fuisse, Istosque præterea causam possessionis seu inhabitationis ab Hanseaticis habere, adeoq; tanquam eorundem Ministros ab illis in totum & simpliciter defendere. Prout in re causaq; planè simili apud Contoria Antvverpiense, Neogardense & Bergense, rem istam perinde sese habere, idemque illud ita utrobique observari, res ipsa ocularisque Inspectio docet: Consectaneum omnino est in necem & præjudicium Hanseaticarum Civitatum hujusmodi conquisitos fucos ceu nebulam ad ortum solis vi veritatis & justitiæ planissimè dispergi. Et quoniam præter hactenus profligatam prætensam impeditionem dominii & proprietatis, prædictarum quoque curiarum immunitas unà impugnari voluit. Immunitas Styliardana

Provocamus hîc iterum 1mo ad longissimi temporis possessionem Titulum nempe Præscriptionis, præ omnibus aliis, etiam in hoc Regno & laudabili Republica, quam maximè privilegiatum, ceu quo solo Curiæ nostræ Libertas & exemtio satis superque de jure stabiliri defendique potest.

Quamvis 2do hîc iterum non destituamur titulo dictæ scil. Transactionis Trajectanæ ejusque Privilegiorum, prout idem hocce ex superius allegatis in probanteque forma appositis documentis lit: A & B. in locis ibidem specialiter notatis, claris & disertis verbis ita dispositum reperitur.

REMONSTRATIO
argutiarum
Sive
SUB: ET OBREPTIONUM.
quibus
MARMEDUCKIUS
quidam Sociiq; ejus,
JURIUM DOMANII ANGLICANI
FISCALIUM prætensi INFORMATORES, seu Inquisitores, Domum Teutonicam, sive STILIARD, quæ est Londini in Angliâ, civitatibus Hansæ Teutonicæ indè â pluribus seculis quæsitam, plurimis juribus ac privilegiis ornatam, continuoque hactenus possessam, novissimè impugnare & præsens Parliamentum, ipsumque adeò universum Populum Anglicanum, vera opprimendo, falsa comminiscendo, circumvenire ausi sunt.

Adjectis
RESPONSIONIBUS AD SINGULAS OBREPTIONES,
&
EPILOGO CONCLUSIONUM
ac petitionum aliquot, juri & naturali æquitati maximè consentanearum.

REMONSTRATIO SUB: & OBREPTIONUM.

I. SUBREPTIO,

IN eo consistit, quod & sæpius jactant Insultatores isti, & ferè ubiq; fundamenti loco præstruunt: *Jura & Privilegia Stiliardana niti mero beneplacito, gratiâ & munificentiâ Regum Angliæ, Populi olim publicique boni commodis neglectis: ideoque, ut privato studio concessa, posse quovis tempore, imò etiam debere nunc, vindicatis & restitutis populi, ut ajunt, juribus, à Parliamento omninò revocari.*

RESPONSIO.

Atqui hoc ipsum initiò falsum est, per meram gratiam Hanseaticas civitates domum istam juraque eidem annexa primitus obtinuisse. Quicquid enim juris in eo habent (planè ut cætera nationis Teutonicæ privilegia apud Anglos) origine tenus haut beneficio Regio acceperunt, sed officiis & benefactis suis meruerunt, adeoque suo eoque optimo maximo jure possident. Meruerunt autem:

1. Auxiliis Anglicano populo quondam, summo labore, maximâ impensâ, contra Gallos aliosque hostes submissis.
2. Strenuâ pro Anglis adversus eosdem hostes dimicatione eorundemque profligatione.
3. Ob damna post id temporis magnâ cum injuriâ ab ipsis Anglis vicissim perpessa. Horum omnium compensationem Angli eâ quidem tempestate, cum sive pecuniâ sive ullo se redhostimento alio exæquare posse diffiderent, successere in locum debiti inque solutum quasi crediti data sunt, jura ac privilegia ista.
   Id probant disertis verbis pacta & conventiones publicæ cum HENRICO III. cum EDUARDIS, & sequentibus Angliæ Regibus initæ; Cumprimis verò Transactio Ultrajectina, & plura alia documenta, quorum authenticæ scripturæ servantur Lubecæ in Archivo Hanseatico.

Sequitur hinc.

1. Falsum esse, quod dicitur non observato populi publicoque Angliæ bono jura ista quæsita esse.
2. Verissimum contrà, Angliam ingentis æris debito hâc ratione liberatam; in quo tum evidens Reipublicæ utilitas versabatur.
3. Indeque fit, ut pacta hæc utrinque sint obligatoria.
4. Et quidem in perpetuum, ob synallagma intrinsecum.
5. Consequens est: nec posse eadem pro lubitu & in utilitatem alterutrius partis, alterâ dissentiente (salvo equidem jure quod inter Gentes est,) revocari, non magis quam repeti aut vindicari pro lubitu venditoris res semel vendita ac tradita potest.

6. Imò etiamsi mutuo dissensu à pactis illis recederetur, restituendæ tamen Civitates prius essent in eam causam, in qua fuerant 400. abhinc annis: ante videlicet impensas erogatas, operasque bellicas præstitas, ante damnum item perpessum; & quidem cum omni causâ. Quomodo (ut alia taceantur) refundendi forent:
   1. Sumptus illi auxiliares & bellici, utiliter quondam Angliæ usibus impensi, una cum interesse 400. annorum.

2. Præ-

2. Præterea operarum iisdem in bellis præstitarum calculus esset ineundus.

3. Nec non damnorum ab ipsis, sicut diximus, Anglis olim contra jus fasque Hanseaticis illatorum, una cum interesse temporis intermedii. Atque hæc quidem sola, damni videlicet istius æstimatio, cum ipsis Angliæ Parlamentis eo tempore & calculantibus ità & ultrò fatentibus, jam ante 200. annos excesserit summam 200000. ℔ Sterling: facilè intelligitur, quanta in universum nasceretur debiti summa, si & hoc & illud & istud, una cum interesse adhæc tempora, & omnis prætereà causa exactè computaretur.

7. At verò tantæ Obligationis, tot impensarum, tot laborum & bonorum jacturam cùm non pristinis saltem temporibus passæ sint Civitates; verùm adhuc etiam testentur, omni damno insuper habito, quâvis compensatione aliâ carituros sese lubentiùs, quàm mutua amicitiâ commerciique consuetudine cum Anglicano populo, dicto modo adeptis ac stabilitis; æquum est eis à Republicâ Angliæ parem affectum rependi, utilitatesque Civitatum terrâ marique omnibus modis foveri, juvari, & augeri potius quam imminui.

8. Planè autem ab omni ratione & humanitate alienum fuerit, sine ullo Civitatum merito aut delicto, abolitâ pristini temporis memoriâ affectatâque officiorum oblivione, confictis præterea ratiunculis, contra amicitiæ fas cunctarumque benè moratarum gentium jura, de possessione Eas, (sicut Informatores illi quidem facere satagunt,) dejicere, juribusq; pridem quæsitis spoliare velle.

II. SUBREPTIO.

Quâ utuntur, hæc est: *Quod, quotiès de origine, titulo, & autoritate juriũ Curiæ sive domus Styliardanæ loquũtur, ita loquũtur ac si non per merã tantùm gratiam, sed & inscio & invito populo Anglicano, per importunas preces, sordes, clandestinisque fraudibus Civitates possessionem ejus nactæ essent. Ideoq; ut plurimum Regum tantummodo mentionem faciunt, Parlamentorum aut omittunt aut dissimulant callidè: Nullo alio videlicet consilio, quam ut rerum initia ac progressus aut ignorentur prorsus, aut obliterentur, totumq; hoc jus inde à primis quasi fontibus obstructum, populo ac plebi cunctisq; rei gestæ ignaris, reddatur invisum.*

RESPONDETUR:

At verò 1. Non soli Reges, in privatis ac Regiis consistoriis sive cubiculis suis, jura illa Civitatibus elargiti sunt, sed publicè etiam in Parlamentis fuêre proposita, lecta, expensa, cum applausu approbata. Id quod authenticis literis, quæ in dicto Archivo Hanseatico reperiuntur, quandocunque opus fuerit, manifestè probatum dari potest.

2. Quin & Civitatem Londinensem, quæ potissimam hac in re Anglicani populi partem facit, non consciam modo horum omnium fuisse, sed & solenniter cuncta approbasse, &, quantum in se fuit, rata habuisse, similibus publicis documentis constat.

Sequitur hinc

1. Non tantùm non solâ Regum gratiâ (quod primæ subreptionis argumentum erat) sed nec sola Regum autorite (quæ altera est subreptio) niti jura ac privilegia nostra.

2. Falsum quoque est, quod inscio & invito populo Anglicano data nobis sint; cum de scientia non minus, quàm publico applausu veterum Parlamentorum, publicè constet; populus autem repræsentativè sit in Parlamentis. Indè quod Parlamentorum consensu factum est, totius populi authoritate, scientiâ, assensu, applausu, factum esse, sicut omnis juris ratio docet, censetur.

3. Falsissimum verò est, quod sordium, importunarum precum, fraudulentæ clandestinitatis, similiumque artium insimulare Majores nostros conantur; quarum in eos, probato totius populi assensu, nè suspicio quidem cadere potest: Imò ipsos Adversariorum anteambulones quoties simile quid hodiernis aggressi sunt, Regum lenitate abusos, gratiæ ac favoribus eorum obrepsisse, suis privatis utilitatibus litasse, vel inde manifestum fit; quod, quicquid unquam impetraverunt contra Hanseaticos, detectâ mox causæ injustitiâ, abolitum, instar nubeculæ semper evanuerit, jusque nostrum hactenus manserit integrum atque assertum.

4. Cumque jam Parlamentorum autoritate interveniente, populi totius communis sponsio facta esse censeatur; sequitur & hoc; utcunque Regia non nunquam autoritas Parlamentorum consilium admittat, tamen veterum atque æquè legitimorum Parlamentorum acta rescindi ab insequentibus Parlamentis, nec posse jure nec per honestatem debere: cum nec par in parem habeat imperium, nec præsens Parlamentum facere velle credendum sit antecessoribus quod ipsum fieri sibi nolit à posteris suis.

III. SUBREPTIO.

Hujusmodi ferè est: *Data licet Hanseaticis jura quædam fuerint olim, id tamen factum esse certis sub conditionibus, certo respectu, & ad certos fines. Inter has sive conditiones, sive respectus, sive fines, præcipuam esse exportationem pannorum Anglicorum, ad quam Hanseaticos vicissim ajunt teneri & quidem in tantâ copiâ, ut tota natio Anglicana insignem indè sentiat utilitatem. Jam verò nullos pannos ab Hanseaticis amplius exportari, sed commercium illud totum rediisse ad ipsos Anglicanos, puta Adventurerios. Hos uno anno sæpè bis amplius exportare, quam Hanseatici olim duobus aut tribus annis; Ita cessante conditione & fine, cessare utique jura ipsa.* Sed

RESPONDETUR.

1. Pannorum exportationem quod attinet, jam ex supradictis constat, futura Angliæ commoda atq; utilitates non fuisse juris Hanseatici præcipuam aut solã sive causam sive conditionẽ; sed potius, ut ipsa Anglia immenso liberaretur debito, quo Civitatibus contractus tempore erat obnoxia. Atq; in eo quidem tum temporis maximum totius populi versabatur emolumentum, ut Hanseaticæ Civitates in solutionem debiti acciperent jura potius ac privilegia quædam pro tot beneficiis præque immensâ pecuniæ summâ.

2. Hinc nostris quoque temporibus non tàm ad Angliæ sive emolumenta sive damna, quæ sentire fortè ex horum privilegiorum concessione Anglia possit, respiciendum est; quàm ad id, quod principaliter actum fuit; nempe ut Hanseaticis coëmendi & evehendi panni Anglicani in perpetuum jus esset, præ aliis nationibus, idque ob præcedentia eorum merita pariter & damna perpessa.

3. Quin ut resolvatur totum illud, quod ad finem unum vel alterum aut sub conditione aliquâ contractum est, oportet hoc in ipsa conventione expressum esse, cum cæteroquin unius rei plures possint esse fines accessorii; nec omnis conditio habeat vim pacti resolutivam, sed ea tantùm, quæ totius conventionis vera & sola causa fuit, ac specialiter ita contractui adjecta, ut cessante illâ contractus habeatur pro dissoluto.

4. Tum quod apprimè notandum, & toti Angliæ perquam est notissimum ipsaque adeò Aventureriorum Hamburgensium societas palàm testatur, non modò non cessare evectionem pannorum, (quamvis ab Hanseaticis nunc quidem nihil evehatur) sed nec per Hanseaticos stetisse hactenus aut adhuc stare, quo minus in pannarii istius commercii evectionisque possessione ipsi manse-

manserint. Nemo autem sine culpâ suâ damnum pati, multò minus quæsito jure privari debet.

Sequitur hinc iterum,

1. Cum Hanseatici jus suum acquisiverint titulo valdè oneroso, manere illud perpetuum & irrevocabile:
2. Nec posse revocari aut mutari conditione quamvis extrinsecâ & accessoriâ aliquâ cessante.
3. Uti nec fine uno vel altero accessorio cessante.
4. Multò minus privatæ utilitatis causâ.
5. Multò imò minus si pars altera eodem adhuc emolumento, quamvis per alios, fruatur.
6. Cum nec liceat naturaliter alterutri parti resilire à tali contractu suæ utilitatis gratiâ, invitâ parte alterâ, infinitam inde læsionem passurâ.
7. Frivolè itaque agere patet Informatores, qui ejusmodi fucis fallere improvidos & incautos satagunt.

IV. SUBREPTIO.

Est similis fermè priori. *Exspirasse enim jus Hanseaticum*, ajunt, *adeoq; jus domus Stiliardanæ; quod ipsa corporatio, hoc est corpus & subjectum, cui jus illud initiò quæsitum est, desierit esse, aut saltem ob raritatem Germanicorum mercatorum vix appareat. Ideò cessante simul domus illius commercio, Angliæ utilitatibus consecrato, cessare ipsum jus.*

RESPONDETUR.

Atqui 1. modò demonstratum est, solius pannariæ utilitatis causâ non venisse Hanseaticos in possessionem Curiæ Stiliardanæ.

2. Nec prout commodum fortè atque utile est alterutri parti, contractum illicò dissolvi aut enervari.

3. Ipsa objectio de corpore seu subjecto privilegiorum sublato aut saltem non amplius conspicuo, si referatur ad Civitates manifestè falsa est. Quis enim ignorat fœdus Hanseaticum inter præcipuas urbes (ut sunt: Lubeca, Brema, Hamburgum, Dantiscum, Brunsvviga, Colonia Ubiorum, &c.) durare in hunc diem, nec emortuum esse corpus, licet ex 72. Civitatibus quibus olim constabat, multæ imbecilliores secessionem fecerint, nonnullis ob libertatem etiam amissam exclusis. Certè adhuc conventus suos celebrant, & Legatos mittunt conjunctim, & in Germaniæ Constitutionibus publicis, tàm recentioribus, quàm antiquis earum fit mentio honorifica, & in Galliâ, Hispaniâ, Sueciâ, Dania, Moschoviâ, Poloniâ Belgio, & agnoscuntur adhuc, & juribus suis, tanquam corpus fœderatum, fruuntur. Sin respiciatur ad mercatores in domo Stiliardanâ commorantes: quomodo horum vel paucitas vel factum aliquod, efficere poterit, ut ipsa domus Civitatibus auferatur? cum:

1. Nec iidem mercatores, sed Civitates Hanseaticæ sint Curiæ illius Domini.
2. Necdum admisisse eos quid, amissione juris ullâve tali pœnâ dignum, unquam hactenus auditum, aut probatum est.
3. Et si quid tale delinquerent, pœnæ suos tenere debent autores.
4. Infrequentia verò eorum nec ipsis imputari potest, cum occupato, paulatim ab Anglis pannario commercio, ipsi nunc ab eodem (quo jure quâve injuriâ) exclusi, ad tantam paucitatem & infrequentiam, invitissimi sanè, redacti sint; ut nulla ratio permittat sine culpâ sua, prætereque omne meritum afflictis addere afflictionem, injurias injuriis cumulare.
5. Imò Informatores ipsi præcipuo hoc colore utuntur; restringendum esse ex-

ſe extraneis Anglicanum commercium, ut Angliæ ſubditi eo ſoli fruantur. Contraria verò ſunt: & cupere & intendere planè exterminium peregrini commercii, & tamen punire velle noſtrates ademptione juris ſui, quod ad paucitatem redacti non majori numero & amplius hic commercium frequentent. Planè contra naturalem rationem eſt, qui jam in alterius commodum ceſſit aliqua parte juris ſui, eum privari porrò omni reliquo jure, ob hoc ipſum, quod parte illa ceſſerit

6. Deniq; juris à communi ratione haud alieni regula eſt: Collegium quod in plurimis perſonis cœpit, poſſe vel in tribus aut minori etiam numero conſervari.

Sequitur hinc

1. Falſum planè, & evidentisſimæ veritati contrarium eſſe, quod de ſublatâ, deſtructâ, imminutâvè corporatione illa cui privilegia juraque memorata quæſita ſunt, objiciunt.

2. Neque eſſe quærendum, quid utilitatis hodiè poſt tot annorum ſpacia ſive in publicum ſive privatim Angliæ conferat domus Stiliardana (ſemel enim demonſtratum eſt argumentum, hoc eſſe invalidum) ſed utrum Civitates Hanſeaticæ eadem domo adhuc, commodo ſuo (quale & quantumcunque ſit) uti & velint & posſint.

3. Etiam tres aut duos, imo unum Mercatorem nomine Hanſeaticæ ſocietatis ibi commorantem, conſervare totum jus Hanſeaticum.

4. Quoad facta inhabitantium, ſi quæ probentur, diſtinguendum eſſe factũ totius ſocietatis, à facto ſingulorum.

5. Et falli itaque Informatores, & eosdem fallere Parliamentum populumq; Anglicanum, quoties hoc argumento ad convellenda domus Stiliardanæ jura utuntur.

V. SUBREPTIONI

Locum facit alius adhuc utilitatis Reipublicæ populique Anglicani prætextus. Ajunt enim: *Ærarium ſublatâ domo Stiliardanâ auctius reddi poſſe annuatim 2000 libris Sterlingorum: Quâ ſpecie non ſolùm incautos circumveniunt, ſed & populo os oblinere ſtudent, & eundem contra Hanſeaticos exacerbare.* Verumenimverò,

RESPONDETUR:

1. Jam antè conſtat, ubi mutua obligatio eſt, & par jus inter contrahentes, non poſſe alterutrius commodi gratia alteri jus ſuum adimi vel minui.

2. Et quæ ratio unquam hoc jus dictavit? Licere mihi adimere alteri, quod jure in perpetuum quæſito ille posſidet, meæ utilitatis cauſâ?

3. Quæ autem utilitas eſſe posſit in eo? quod non ſolùm ab honeſtate abit, ſed & cum diſpendio gloriæ nominisque Anglicani conjunctum foret?

4. Nam & illud, quod fraudari innuunt ærarii reditus Stiliardanæ domus occaſione, indeque iſtum ſibi 2000. librarum computum efficiunt, nec probatum hactenus vidimus, & ut falſũ planè ab Inhabitatoribus Stiliardæ aſſeritur.

5. Credibile eſt admodùm, totum quod exinde perciperetur commodum, hoc ipſum privatos homines ſibi aucupari potiùs, quàm ſtudio juvandi boni publici.

6. Si quæ tandem utilitas publica ſpectanda hic eſſet; pro exquiſitisſimâ ſuâ prudentiâ tamen judicabit Celſisſimum Parliamentum, utrumq; præſtet exigui lucelli cauſâ (nec enim ad Theſauros Angliæ, terræ inter Europæas opulentisſimæ, iſta ſumma plus conferre poteſt, quàm aquæ guttula Oceano Britannico aſperſa) vim adhibere juribus Civitatum Hanſeaticarum, cum jactura amicitiæ commerciique propè Germanici (maritimum enim Germaniæ commerci-

mercium, totum penes Civitates est) an potius 400. annorum amicitiam, jura & Commercii consuetudinem, servare porrò integra, ne dicam, (quod maximè tamen utriusque partis bono fieri potest) augere.

Sequitur hinc

1. Fucum fieri, merumque & inanem esse prætextum, quicquid hîc de publicâ utilitate iterum jactatur.
2. Quin imò interesse & expedire magis Angliæ; Hanseatica jura & servari intacta & augeri potius.

VI. SUBREPTIO

HÆc est, quod vociferantur: *Reges defunctos jam pridem reoccupasse possessionem domus Stiliardicæ; nostram contra possessionem per vim & intrusionem*, ut loquuntur, *denuò quæsitam, illegitimam & injustam esse.*

RESPONDETUR.

At verò 1. manifestus hic dolus committitur, dum acta publica nec bonâ fide nec plenè allegantur, Afferunt enim initium actionis; exceptiones verò oppositas & litis exitum omittunt. Mutilatò ingerunt, quid unus vel alter Rex ad importunas Hanseaticis malè cupientium preces, causâ nondum cognitâ fortè statuerit facere; reticent atque occultant, quid secutum sit, quis, causâ cognitâ, precumque injustitiâ detectâ, fuerit rei exitus quomodo denique judicialibus litigiis omisis, ad peculiares conventus, colloquia & amicabiles tractatus cuncta semper remissa.
2. Nec tamen ullius Regis tempore eousque deventum est, ut Civitates de possessione suâ dejectæ fuerint.
3. Nam & quod Elisabetha Regina occupare Stiliardam tentaverit, non diuturnum fuit; manentibus nihilominus in continuâ possessione Civitatibus, quod & res ipsa comprobat, & notissimum est toti populo Anglicano.

Sequitur hinc:

1. Falsò & absurdè asseri, occupatam olim à Regibus Stiliardam transiisse in Dominium Reipublicæ hujus in eoque adhuc esse, aut saltem jure vindicari posse:.
2. Falsum quoque esse, quod de re occupatâ per vim & intrusionem nostratium possessione fabulantur.
3. Et num vel verisimile saltem est, paucos aliquot Mercatores Stiliardam inhabitantes, homines certè privatos, potuisse unquam vi aut intrusione reoccupare fundum controversum, palàm, in conspectu Regum, regiæque aulæ (nec enim clàm eorum quenquam hoc fieri potuisset) ipsis Regibus nolentibus? Quomodo invitâ Elisabethâ, Regina Anglicano populo optimè cupienti? Quomodo invitis Parliamentis? Quomodo vidente & spectante populo Londinensi? Quæ vis? quæ intrusio istos potuisset tueri contrà Regum, Reginæ aut Parliamentorum voluntatem?
4. Undè manifestum fit, Civitates & mansisse semper & adhuc esse in possessione legitimâ, perpetuâ, & continuâ domus istius. *Legitimâ*, quia onerosissimis modis ac titulis initiò quæsita; *Perpetuâ*, quia continuata; *Continuâ*, quia nunquam interrupta.

VII. SUBREPTIO

PRocessum *Schaccharii* judicii respicit: *Hoc enim ideò competens forum esse volunt, quoniam causa ipsa spectet ærarium & domanium Reipublicæ. Talium rerum verò competentes judices esse Barones & Assessores dicti judicii; vel si hoc declinare velimus, non posse tamen recusari Custodes libertatis Anglicanæ nuper ad vindicanda & stabilienda populi jura constitutos.*

RESPONDETUR:

Atqui 1. Et jam olim & nuper memorialibus exhibitis demonstratum fuit, quamobrem negotium hoc Stiliardanum ad judicia Reipublicæ hujus trahi, ipsâ quippe rei naturâ refragante, nequeat. Ubi enim ipse populus Anglicanus (sive actor, sive reus sit) partis locum obtinet, quomodo vel ipse vel ejus nomine dicti Barones & Assessores poterunt in eadem caussa esse judices?
2. Ac certè sequeretur hoc fundamento posito, posse omnium Regum nationumq; alia vel similia cum Anglis pacta, fœdera, conventiones, jura quæsita, quamprimum Angliæ commodum visum fuerit, vel si quid in iis Anglia desideret, ad Tribunal hoc Schaccharium vocari; Id quod profectò non modò absurdum, sed ab omni quoque gentium ratione foret alienissimum.

3. Nec dubitari ullo modo poterit, conventiones & pacta cum Hanseaticâ societate inita, utcunque privilegia latiori vocis usu appellitentur, esse veros contractus gentis cum gente; adeoque tum ratione contrahentium, tum materiæ in contractum deductæ, ab omni alterutrius partis jurisdictione exempta, nec sine manifesta nullitate in alterutrius foro posse disceptari. Nam & Societas Hanseatica, quoad fœdera, commercii securitatisque suæ causâ, pangenda, liberas habet manus suiq; est arbitrii, ac ob id, si quid cum iis commercii gratia contractum est, tanquam cum libero populo actum censeri, nulloq; alio quam jure & judicio inter gentes recepto terminari debet.

VIII. SUBREPTIO

DEnique hæc est: *Quod Hanseaticas Civitates perdidisse omne commercii jus apud Anglos existimant, quoniam in Moschoviâ, Norwegiâ, &c. similes sibi commerciorum sedes fixerint.*

RESPONDETUR:

At verò hoc quidem nullâ ratione nititur. Nec enim, Anglicanis privilegiis acceptis, Angliæ soli asscripti fuerint Majores nostri cum commercio suo, nec ullâ aliâ conventione aut pacto alibi commercari sunt prohibiti. Imò, ne ullibi quâ in Angliâ commercarentur, ne ullus quidem Rex Angliæ vel Parlamentum postulavit unquam: ut taceatur, ipsâ notorietate confutari has inanias, quâ constat ultra 300. annos dictis in locis commercium exercuisse Hanseaticos, manente interim nihilominus Angelicano commercio juribusque ibidem quæsitis.

Ex his omnibus collectim sequitur & concluditur:

PRætensorum Informatorum informationes ac petitiones, quibus jus alteri quæsitum occupare satagunt, tendere contrà legem omnium universalissimam: *Quæ tibi non vis fieri alteri ne feceris*; tendere contrà dilectionem Christianam; contrà ipsa deniq; jura Anglicana, utpote à divinis & naturæ legibus procul dubio nunquam recedentia, adeoque esse injustas omni jure.

2. Ideoque nec audiendas, sed in ipso limine Parliamenti rejiciendas:

3. Imò ut perniciosas & ut nomini Anglicano probrosas, (quid enim honesti habet? quatuor seculorum amicitiam, commercii propè totius Germanici consvetudinem, tot prætereà pactorum fidem atque constantiam spe lucelli 2000. librar: Sterling: incidere uno ictu velle) damnandas: Quin

4. Nec summæ ingratitudinis notam evitaturas, si reputetur simul (quod Instigatores iterum de industriâ tacent) quantum commodi jamdiu Hamburgum præbuerit Anglicano populo, præbendo stapulam mercibus Anglicanis: Quantam porrò frumenti copiam suppeditaverit plerisq; annis Lubeca, cum summâ ejus penuriâ laboraret Anglia; quam liberali denique manu, Senatus Lubecensis nuperrimè admodum Anglis Hamburgi commorantibus (reclamantibus licet Lubecensium statutis) transvectionem mercium Anglicarum per urbem suam ex mare Balthico, periculi tum bellici, tum vitandæ longioris & difficilioris per fretum Danicum enavigationis gratiâ, donec præsens Boreale bellum desæviat, permiserit; alia officia, quæ à singulis Hansæ Civitatibus sperare indies natio Anglicana possit, ut jam prætereantur.

5. Contrà verò, ultrò sequitur & concluditur, Civitates Hanseaticas niti optimo & firmissimo jure, ac ob id in possessione & jure suo intemeratè esse relinquendas.

6. Nec cuiquam, nedum Inquisitoribus ejusmodi sub publicæ autoritatis specie fallentibus, permittendum esse quo quid fiat agaturvè præjudicio illarum.

7. Id verò & gloriosum esse nomini Anglicano, & in publicum, (si penitiùs res introspiciatur) fore quàm maximè utile & salutare.

Quare dictarum Civitatum totiusque fœderatæ societatis Hanseaticæ nomine peto:

1. INformationes tales & similia Tentamina adversus manifesta & notoria Stiliardanæ domus jura, imposterum à limine judiciorum statim removeri.

2. Si quid dubii oriatur quod domum aut jura ejus spectet, pro more inter moratiores gentes, & hactenus etiam inter ~~ipsam~~ Angliam & Hanseaticas Civitates observato, ad amicabiles tractatus inter Rempublicam hanc & dictas Civitates remitti:

3. Cuncta interea in statu suo integra & intemerata, adeoq; in specie exemptionem illam ab oneribus tam personalibus quam realibus, qua hactenus Stiliardæ Inhabitatores usi sunt, secundum antiqua privilegia, sine infractione relinqui; 4. De-

4. Denique Hanseaticis Mercatoribus, tùm conservandi tùm augendi inter Anglicanum populum & Germaniam mutui commercii gratiâ, pristinam adnavigandi commercandiq; per Angliæ dominia libertatē, prout olim, sine ullâ limitatione aut restrictione imposterum quietam servari, prout hæc omnia recta ratio, jus & fas gentium postulant.

Exhibitum LONDINI 3. Augusti,
Anno CHRISTI cIↄ Iↄc LIX.
Emendatius nunc & paucis locis paulò admodum auctius,
Jussu SUPERIORUM

CONTRACTUS SENATUS Hamburgensis cum ibidem Residentibus Mercatoribus Anglicanis

Initus & Conclusus Anno 1611.

In Nomine Sanctæ & Individuæ Trinitatis Amen.

Universis & singulis præsens hoc documentum visuris, lecturis vel audituris cujuscunq; illi dignitatis, status & conditionis fuerint, Nos Pro-Consules, Consules, totusq; Senatus Hamburgensis, tā nostro quàm successorum nostrorum nomine notum facimus, & per hoc publicè attestamur, quod nos cum honorabili & celebri Societate Regis mercatorum Adventurariorum novæ negotiationis Londini, in Anglia, super quibusdam ad commerciorum usum pertinentibus & necessariis ordinationibus atq; statutis tractari curavimus. Et idcircò concordavimus & certam conclusionem fecimus modo & forma ut in Articulis sequentibus plenius liquet.

Primò cum communi negotiationis nostræ Reip. commodo, & amicitiæ mutuæ cum inclyta Anglic. gente fovendæ & observandæ valde censeamus utile, Societatē mercatorum adventurariorum Regis novæ negotiationis Londini in uno & aliquo certo loco suam Residentiam & Commercia in Germania habere & exercere ejusdem societati & mercatoribus adventum Regis grate acceptantibus & assentientibus concessimus. Quod deinceps suæ residentiæ & negotiationis sedem in nostra Civitate Hamburgensi libere securè & quietè habere atque continuare, nec non qualiacunque sua mercimonia & bona ad urbem Hamburg advehere, importare & vendere, aliaque similiter rursus ibidem emere, evehere & exportare, interim tamen de omnibus debitum telonium juxta formam & ratam anni millesimi quingentesimi, sexagesimi septimi concordatam cum veteris Societatis mercatoribus Adventurariis persolvere tenebuntur, nempe unum solidum Lubecensem pro quolibet panno Anglico & pro cæteris mercibus (tam Anglicis quam aliis) non plus quam minimum telonium quod ante hac unquam mercatores Anglici solverunt. Et ut dicta societas noverit, quæ merces importari & exportari, vel non possint, id in subsequenti proximo Articulo declarari fecimus. Ao. 1567.

Secundò etenim promittimus, quod omnium rerum & mercium importatio & exportatio dictæ Societati & cuilibet ex ea libera sit & erit ut tamen res, & merces à nobis vetitæ juxta tenorem nostræ ordinationis & constitutionis Tabulasq; ea de re propositas vel antiquas consuetudines aut in urbis nostræ Privilegiis & immunitatibus comprehensæ vel ad Civitatem nostram, Albim, nostrumve Dominium non adferantur vel inde evehantur sub pœna amis-

sionis hujusmodi rerum seu mercium. Liberum quoque sæpedictæ Societati facimus, quod universam suam suppellectilē, Clenodia sua & monilia, aurum & argentum, ut monetam qualemcunq; excusam vel non excusam, formatā vel non formatam, equos & equas, aurea & argentea vasa, registra, rationum libros, Apocharum & obligationum literas, & omnes suas res, Sarcinas & merces cujuscunq; formæ qualitatis seu quantitatis, aut prætii fuerint nullis exceptis, animatis seu inanimatis, nisi in privilegiis hisce vetitis mercium debito telonio soluto ex Civitate nostra nostroque Dominio per mare seu aqua & terram quandocunque societati, & cuilibet ex ea visum fuerit, exportare queat & exportet, sine cujusquam impedimento. Sed ut sæpedicta Natio amplius non ignoret, quæ merces exportari vel non possint, sciendum est, quod frumentum infra Civitat. Hamburg. ad utrāque partem seu ripam Albis ad mare usq; natum illic emere, & per mare exportare non liceat, sed vigore quærendarū literarū ante multos annos super hac re cum vicinis civitatibus & Regionibus erectarū devehi illud frumentum debet ad Civitates, nostram Hamburg. Bremensem, Stadensem, Buxtehudensem, vel ad Ducatum Holsatiæ, & ibidem distrahi. Similiter nemini permissum est, sive Civis noster vel quicunque extraneus fuerit juxta tenorem Privilegiorum civitatis nostræ Hamburgēs. & inveteratam ejus consuetudinem vinum, frumentum, pannum, ligna, & quicquid in universum rerum aut mercium est, sive ex Mare flumen Albis ascendat, sive prono amne, puta ex Bohemia, Saxonia, Marchia, Diœcesi, Magdeburgens. Ducatu Megapolensi &c. per Albim descendat, civitatem nostram Hamburg. prætervehere: Sed necessarium est, quia in nostra civitate Emporium est & Telonium ut eo, applicent, & si possint, merces ibi vendant. Hordeum autem sive crudum, sive ad usus Cerevisiæ coquendæ præparatum (quod Maltz vocatur) ex hac Civitate divehere nemini licet sub gravissima pœna. Triticū verò & Frumentū quod in marchionatu & Diœcesi Magdeburgensi & reliquis Regionibus supra Hamburg. crevit & per Albim ad hanc civitatem trajicitur ejus dimidia pars, nisi insignis necessitas aut annonæ caritas impediat, à civibus nostris emitur, quod rursum cuilibet extraneo quocunq; evehendum vendere possunt. Reliqua pars dimidia hoc oneris habet quod oporteat ea in civitate nostra manere. Frumentum verò cujuscunque generis solo hordeo excepto quod ex Angl. Fran. Burgundia, Polonia, Borussia, Dantisco & reliquis partibus omnibus per mare ad Civitatem nostram deducitur, illud liberum est, eritque societati Angl. & cuilibet ex ea non secus atque nostris Civibus vicissim per mare trajicere & ad quæcunque loca devehere, soluto tamen consueto telonio, Instrumenta verò bellica & munitiones tempore pacis exportare dicta Societas & quilibet ex ea poterit, dummodo Gubernator sive Deputatus dictæ Societati de hac re certificet instrumenta ista bellica & munitiones tantùm in usum regni Angl. & serenissimi Regis magnæ Britanniæ aut successorum ejus comparari nec quoquam alio nisi in regna majestati suæ subjecta hinc vehi. Ex consuetudine quoque antiqua & ordinatione hujus Civitatis super quibus etiam peculiares immunitates habemus, nulla Cerevisia externa quocunque nomine vocetur & ubicunque cocta sit per mare in Civitatem nostram Hamburgensem vel Albis alveum nostrum aut circumjacentia ei loca vel Dominium nostrum inferri aut vendi ibidem palam seu clanculum debet, neque alia quocunque res ad coctionem Cerevisiarum pertinens, quocunque vocetur nomine, & undecunque illa allata fuerit vel etiam asseres quercini, & ligna in structuram aptata seu aptanda, exceptis lignis quercinis, quæ vocantur, Wagenschot & Klapholtz ex civitate nostra ejus Dominio evehi vel efferri potest, sub amissionis ejus Cerevisiæ vel (Salvo tamen eo quod infra Articulo vigesimo secundo specialiter à nobis indultum est) & prædictarum mercium

Quas merces Angli. importare & exportare Hamburgo possint.

cium aliisque secundum qualitatem rei à nobis infligendis pœnis. Quod autem attinet ad cerevisiam, quæ non est ultra mare cocta, cum ea observabitur prout antiquitùs usitatum & consuetum fuit.

Tertiò de Pannorum Involucris eadem consuetudo, quæ in Anglia servatur, hic etiam Hamburgi servabitur & in cæteris æquali cum civibus nostris circa vectigalia sive vectigalium immunitatem conditione & in omnibus ejusmodi juribus & immunitatibus quibuscunque mercaturam concernentibus, quibus cives nostri hujus tractatus tempore potiebantur, aut imposterum potituri sunt, dictis societati, & mercatoribus adventurarũ: (Si tamen sint in potestate & facultate nostrâ in civitate & territorio nostro) ita tamen ut sequentibus Articulis per hunc Articulum nullo modo præjudicetur, uti & frui licebit. Concessimus & concedimus dictæ Societati & cuilibet ex ea quidẽ propter confesfionem apud theloniarum intimationemque mercium vel minus justam vel non omninò factam, proprietarii vel mercium Domini vel ipsæ merces in pœnæ alicujus aut confiscationis mulctam non incidant vel incurrant. Sed si unus vel plures de dicta Societate scientes & prudentes idipsum facere omiserint quadruplum telonii unà cum Gabella principali luent, sin autem ex negligentia vel ignorantia hoc acciderit, in simplum tantùm & Gabellam debitam condemnabuntur. Quod si quis ter sciens prudens hoc casu delinqueret, bonorum tantummodo non professorum vel non intimatorum confiscationẽ punietur. Lites quoque & controversiæ qualescunque de causa aliqua ad vel circa Gabellam vel vectigal spectante aut versante inter Thelonarium & unum aliquem dictæ Societates vel plures motæ vel movendæ per nostros pro tempore deputatos summarie & de plano decidentur.

Quartò, statuimus quoque volumus & ordinamus, quod telonium vel Gabella semel in introitu soluta eorundem bonorum nomine dominio vel proprietate penes Dominum dictæ Societatis manente & non mutata in exportatione non aliud pro eis vectigal solvetur quam cives nostri eo casu solvunt aut solvere debent modo per debitam attestationem sub sigillo Societatis thelonario exhibendum liqueat, quod prædicta bona ad dictæ Societatis mercatores spectant: Quod si quis extraneus vel forensis pannos vel alias merces Anglicas à quoquam de dicta Societate emat, non tenebitur majus telonium vel gabellã in exportatione solvere quam si à civibus vel incolis nostræ civitatis Emptæ fuissent, nempe de uno quoque panno Anglico vel Albo aut in Anglia colorato quatuor solidos Lubecenses.

Quintò nullus navarchus exonerabit navim, nisi vel ipse vel scriba ejus prius porrexerit Thelonario & observatori portus designationem mercium advectarum sive Contentzedel, nec cuiquam merces suas in terram exponere licebit, priusquam telonium exolverit. Et sic vice versa in exportatione, nemo merces suas ad portum vel portam advehet, priusquam de iis solverit debitum telonium.

Sextò concessimus & concedimus dictæ Societati & mercatoribus adventurariis eisdemque adhærentibus (quos omnes cum rebus bonis & mercibus suis omnibus in protectione & tuitione nostra singulari esse volumus) tutam salvi conductus facultatem non solùm in hac Civitate Hamburgensi, sed & in omnibus aliis locis nobis subjectis, juxta formam & tenorem expressum dum salvi conductus, hic infra scripti. Adeo ut omnes mercatores prædictæ Societatis & alii nationis Anglicanæ hic residentes & negotiantes defendentur à nobis ab omnibus injuriis & molestationibus. Et si quis inferat injuriam vel molestationem eorum personis vel bonis in hac nostra Civitate vel territoriis ejus, nos exemplariter pœnam illi ad terrorẽ aliorum infligemus. Et si tale quicquam accidat extra jurisdictionem no-

ſtram, nos per literas noſtras requiſitorias executionem juſtitiæ contra ejusmodi malefactores & delinquentes impetrabimus.

Septimò, pro commodiore commerciorum uſu & ad nos ipſos à plurimis quotidianis querelis & moleſtiis exonerandos prout aliis in locis permittitur largimur & concedimus prædictæ Societati & mercatoribus reſidentibus Londini, ut deſignent & habeant in hac noſtra civitate virum aliquem gravem, qui gubernator ſive præfecti Societatis cujusque deputati & vice gerentis officio fungatur & reliquis omnibus rectè præfici & præeſſe posſit, eligant atque deputent, eique præterea alios ſeniores ſive aſſociatos & officiarios ex ſuorum ordine inſtituant & adjungant, quibus inſuper plenam poteſtatem damus ſuis jus dicere & omnes cauſas, lites, & controverſias inter ipſos Anglos quomodo libet exortas vel amicabiliter componere vel per ſententiam, prout æquius melius videbitur, ſine longiore proceſſu ſecundùm conſuetudines dictæ Societatis definiendi & determinandi, & quicquid ita ab ipſis decernetur & ordinabitur, hoc ut inter ipſos ratum & firmum ſit atque executioni mandetur ſtatuimus. Quæ tamen omnia & ſingula de ſolis cauſis inter ipſos utrinque Anglos verſantibus vel ad ipſos ſolos non verò etiam ad alios extraneos quocunque pertinentibus (aliter quam infradictum eſt) intelligendũ volumus. Item de cauſis merè civilibus & politicis in quibus ex omni poteſtate noſtra damus Societati & Domino gubernatori ejusve deputato & aſſociatis reſpectivè & pro tempore exiſtentibus dictæ Societatis plenariam jurisdictionem civilem ſuper omnibus & ſingulis ſuppoſitis & aliis Anglicæ nationis mercatoribus & perſonis ſocietati pertinentibus & illius jurisdictioni & poteſtati ſubditis eos regendo corrigendo & coërcendo: Exceptis tamen criminalibus, quæ legibus, ſtatutis, & conſuetudinibus noſtræ Civitatis à nobis punientur, quodſi quis contravenire vel aliâs Domino Gubernatori ejusve deputato & aſſociatis ſeſe opponere aut non obedire voluerit, pro-Conſules & magiſtratus pro tempore exiſtentes eidem gubernatori ejusve deputato & aſſociatis aſſiſtentiam faciant & pro eorum poſſe cooperabuntur, quod ille (ſi in civitate noſtra aut ejusdem jurisdictione deprehendatur) obediat & ad conformitatem, obedientiamque debitam deducatur juxta tenorem & effectum privilegiorum à Regia majeſtate Magnæ Britanniæ dictæ Societati conceſſorum ſatellites, pro captura, carceris, item & inſtrumenta punitoria ſumptibus dictæ Societatis præſtando vel aliter ex merito pro arbitrio dicti gubernatoris ejusve deputati & aſſociatorum puniendo.

Octavò, ſi quis verò civis noſter vel incola, vel peregrinus actionem aliquam civilem contra quemlibet mercatorum adventur. habeat liberum, erit ejusdem eandem vel coram nobis vel coram Domino Gubernatorum ejusve deputato & aſſociatis intentare. Et ſi actor coram nobis agere voluerit reus Anglus ſine ulla tergiverſatione coram nobis comparebit & judicio ſtabit, atque tam actor quam reus jure noſtræ Civitatis utetur. Quod ſi verò Dominum Gubernatorem ejusve deputatum & aſſociatos elegerit Judices, ſuamque actionem coram illis inſtituerit, ibidem etiam eandem proſequatur, & eorum laudo ſive ſententiæ prorſus acquieſcet. Aliâs autem quotiescunque Anglus aliquis contra civem, incolam & ſubditum noſtrum aliumve quemlibet peregrinum, qui non ſit Anglus, nec ad eos ſpectet jure experiri

volue-

voluerit coram nobis hoc semper facere debet, qui examinabimus causam vel materiam & omni expeditione eidem causæ per sententiam & executionem finem imponemus, & utraque pars quicquid à nobis pronunciatum fuerit, ratum habere atque reipsa præstare (Appellatione debitè non interposita) tenebitur. Exceptis tamen Ducatus Holsatiæ subditis, quos ibi ex concordatis convenire oportet, ubi domicilium habent, nisi hic in civitate contraxerint, & se ibidem soluturos astrinxerint,

Nonò, concessimus quoque & concedimus dictæ Societati, & cuilibet ex ea, quod quotiescunque aliquis aut ejus bona ad requisitionem Domini Gubernatoris ejusve deputati aut alicujus dictæ Societatis fuerint per aliquem nostrum Satellitem sive officiarium ex mandato nostro vel judicis nostri arrestatus vel arrestata, eidem nostro Satelliti vel officiario sine expresso dicti gubernatoris ejusve deputati, aut alterius arrestationem facientis super hoc consensu talem personam aut bona arrestata relaxare aut ab arresto solvere non liceat nec licebit. Et si contrarium fecerit, ipsemet officiarius tenebitur pro summa sive actione, pro qua arrestum factum est.

Decimò, pollicemur & sanctè spondemus, quod prædictis Angl. mercatorib⁹ tam in publicis & communibus quā in privatis corā nostro judice ventilandis causis auditis, utriusq; Nationis & partis rationibus atque argumentis & iis justitiam quam citissimè & æqualiter absque affectibus seu partialitate contra quoslibet sic dicemus, & administrabimus, ut nemo justam contra nos querelandi causam habiturus sit, & cum quis decoxerit vel foro cesserit, adeò ut ejus bona sint dividenda inter creditores, nulla (respectu mercatorum dictæ Societatis fiet differentia inter chirographum debitorum cum clausula obligatoria bonorum, & inter chirographum sine ista clausula & præterea in tali casu non major respectus habendus erit chirographi debitorii vetustioris dati quam recentioris, ut ita literæ cambii(quæ sunt debita privilegiata)& si sint recentiores dati, non sint præterea pejoris conditionis.

Undecimò, licebit etiam iidem mercatorum in omnibus causis civilibus vel in persona vel per procuratorem (nisi fortè status causæ personalem præsentiam & responsionem requirat) comparere atque agere ipsorumque juratis depositionibus & attestationibus non minor quam nostrorum civium aliorumque extraneorum testimoniis fides in judicio & citra habebitur, salvis tamen exceptionibus contra dicta & personas testium.

Duodecimò, similiter promittimus, & nos præsentibus obstringimus, quod nulli obærato, aut aliàs nimiū gravato tam civi incolæ aut subdito nostro quā Anglo, aut alii cuilibet forensi in præjudicium creditorum Anglicorum & sine ipsorum consensu ullum indultum sive literas cessionales dilatorias vel similes dabimus (salvo tamen nostro jure statutario ANNO 1603. publicato parte 1. Tit. 43 art. 9.) Sed ubicunque legitimè requisiti fuerimus insolventium & fugitivorum aut etiam de fuga suspectorum debitorum personas & bona sine cunctatione ab officiariis nostris arrestari, imò etiam (ubi opus videbitur) incarcerari, nec illas arrestationes aut incarcerationes absque impetrantium voluntate relaxari vel remitti faciemus, Atque in his casibus & omnibus aliis rebus beneficiis & juribus dictos Anglos mercatorum adventurariorum pari jure libertate & beneficio cum civibus nostris secundùm dictæ societatis privilegia & nostra cum illis concordata facta vel facienda uti & frui libenter sinemus. Ita tamen ut his articulis nunc concessis & conclusis aut alicui eorum per hunc articulum nullo modo præjudicetur : Et in hunc finem con-

concedimus dictæ Societati & mercatoribus ejusdem usum & beneficium privilegiorum (vulgo Gast-Recht & Zoll und Slete) vel cujusvis eorum, prout necessitas vel occasio postulabit, sub securitate & fidejussione mercatorum dictæ Societatis.

Decimò tertiò, concessimus & concedimus, quod nemo dictæ Societatis in hac nostra civitate aut ejusdem jurisdictione pro debito aut alia civili actione super qua sententia non sit lata & pronunciata in persona & bonis suis arrestabitur sine scitu & consensu Domini gubernatoris ejusve deputati. Et si Anglus fidejussorem, sive civem, sive socium dictæ Societatis dare, vel aliter sufficienter cavere non poterit, tunc arrestabitur, & in civitatis nostræ custodia quemadmodum cum civibus fit, detinebitur.

Decimò quartò, si quispiam ex dicta Societate, non ex officio aut formali accusatione officiarii nostri, sed ex delatione alterius pro criminali aliqua causa capietur, noster officiarius tenebitur ad requisitionem capti Angli accusatorem vel delatorem illicito etiam capere & custodire, donec de delicto imposito vel accusatione sufficienter & planè constiterit, vel sufficientem cautionem præstiterit. Quod si non fiat captus Anglus liberè & plenè sumptibus accusatoris aut ejus qui eum capi fecerit statim sine mora dimittetur.

Decimò quintò, si quis fortè horum mercatorum sive adhærentium in nostra civitate & jurisdictione tale delictum (quod absit) committat, propter quod pœna capitalis vel corporalis veniat infligenda nequaquam propterea ejus bona (nisi in crimine læsæ Majestatis) in commissum cadent aut fisco applicabuntur sive detinebuntur, sed hæredibus libera & franca relinquentur neque bona Dominorum vel amicorum suorum in manibus suis vel alienis inventa confiscabuntur pro quocunque suo delicto vel etiam læsæ Majestatis crimine, sed Dominis & veris earum Proprietariis libera & franca relinquentur, Quemadmodum nec alius quoque, tertius aliquis & innocens pro alterius delicto sive debito nec ultra quam proprium cujusque delictum aut debitum promeretur & concernit, nisi fortè conscius criminis fuerit, aut pro alio fidejubens personam suam & bona obligaverit vel in persona vel in bonis ullo modo abhinc in antea molestabitur aut arrestabitur.

Decimò sextò, si contingat Anglum aliquem in civitate nostra sive ejus districtu & territorio lædi, vulnerari aut etiam occidi, nos sine mora dabimus operam, ut delinquens per officiarios nostros comprehensus in carcerem nostrum deducatur & postea ratione delicti ita meritis pœnis severè puniatur at aliis in exemplum cedat: Et in genere omnes Anglos & bona eorum contra vim omnem & violentiam, & injustos, quorumlibet impeditiones atque molestationes pro viribus nostris legitimè & fideliter tuebimur & defendemus.

Decimò septimò, concessimus etiam & concedimus, quod si ipsi Societati seu ejusdem alicui bona aliqua (sive hoc fuerit clam vel violenter) rapi seu afferri contigerit, casu quo ipsa bona quæ sic rapta & sublata fuerint sua esse probare poterit, bonis in manibus furis vel raptoris adhuc existentibus, vel in foro publico ubi talia bona communiter vendi solent non alienatis vel distractis, Dominus eorum bonorum salutis sumptibus victus justitiæ & captivitate ista sua bona recipiet.

Decimò octavò, ut omnia decenter & ordine peragantur, certum eidem Societati & dictis mercatoribus adventurariorū locū sive domū privilegiatā jure municipali utendam dedimus & nostris sumptibus sarctam tectā tenere promisimus, ubi liberè, securè atq; ab ullius cujuscūq; molestatione, quando & quo-

& quoties visum & necessarium fuerit, convenire, & de disciplina Regimine, ac justitiæ inter suos cõservatione de honesta & legitima negotiatione atq; cõservatione aliisq; suis negotiis ipsos mercatores solos eorũq; adhærentes modo præfato attingentibus agere consulere deliberare, communicare & concludere & privilegia dictæ Societati indulta exercere valeant, hac tamen adhibita cautela quod in sacræ Cæsareæ Majestatis & Imperii Romani vel in specie nostræ Civitatis non Hanseatici Collegii, vid. tamen infr. art. 48. & 49. damnum & dispendium aliquo modo possit vergere, ibi concludatur.

Decimò nonò, dicta porrò societas cum mercatoribus & consortibus Anglic. nationis hic negotiaturis vel versaturis habebit in dicta domo sua liberum exercitium sine perturbatione suæ religionis, prædicationis verbi Dei, administrationis Sacramentorum cæterorumque ecclesiasticorum rituum linguâ vernacula Anglicana. Ita tamen ne sub tali permissione minus pacificè se gerant, aut quenquam eo nomine publico scandalo lædant. Habebunt etiam libertatem & communicationem decentis & Christianæ sepulturæ pro mortuis suis in Ædibus sacris Templis cœmiteriis nostræ civitatis, sine cujusquam impedimento, nec solvent ulterius pro impensis funeralibus quam quod ipsi cives solvunt, & eo casu solvere justum est.

Vigesimò, providebimus insuper ut cives & alii in civitate nostra & ejusdem jurisdictione commorantes erga mercatorum dictã Societatem & eorum famulos modestè & pacificè se gerant, nec licebit concionatoribus nostris vel aliis Ecclesiæ nostræ ministris è suggesto vel in concionibus suis nationem Anglicam ratione Religionis vel Doctrinæ publicè notare, vel agitare, vel ullo modo conviciis aut infamia perstringere.

Vigesimò primò, dicta Societas cum ejus suppositis & ministris & quilibet ex ea tam ab omnibus vigiliis stationibus & præsidiis quocunque loco vel tempore faciendis, aut eo nomine contributionibus quam ab omni alio personali & reali onere, qualicunque gravamine taxa commoda subsidio civibus incolis & subditis vel eorum alicui ut prædictum est ratione vigiliarum stationum vel præsidiorum vel ratione alia aliqua quacunque vel impositis vel imponendis inductis vel inducendis libera erit & immunis: Ita tamen quod tempore belli, obsidionis aut seditionis adversus nos Senatum vel civitatẽ aut auxilium non præstabunt neque ullo modo parti adversæ adhærebunt.

Vigesimò secundò, concedimus & indulgemus, quod dicta Societas ejusque suppositi & mercatores adventurarii intra suos ipsorum domus & familias nec non intra hospitia ad communem victum comparata aut per Societatem comparanda, Cerevisiam Anglicanam sive in Anglia confectam, & Vinum cujuscunque generis habere possint. Ita tamen ut liberum non sit vel aliam cerevisiam externam iisdẽ hospitibus aliisque quibuscunq; eandẽ Cerevisiam Anglicanam vel Vinum divendere, sive in magna sive in parva quantitate, aliis quam Anglis ejusdem Societatis & ei suppositis (Anglis.) Et deinde ut extra duas domus in quibus Mensa communis societatur constituetur, in aliis omnibus domibus & familiis tam de cujuslibet generis Cerevisia quam vino consueta accisa pendatur. Et ne sub prætextu privilegii & immunitatũ dictis duabus domibus concessa ab aliis fraus fiat ærario, tenebitur societas per suos ministros indicare sua vina & cerevisias in loco Accisæ & desuper schedulam, quæ illis gratis concedetur, poscere.

Vigesimò tertiò, liberum erit prædictis mercatoribus quocunque die & tempore illis opportuno feriatis saltem exceptis pannos, aliaque sua

mercimonia & bona, qualiacunque cuilibet tam civi & incolæ quam peregrino & forensi absque respectu & discrimine ullius gentis aut nationis vendere aliasque vicissim quascunque res & merces ab aliis huc advectas & prostantes, à quolibet emere atque ita indifferenter negotiari.

Vigesimò quartò, Pannum Anglis ex dicta Societate hic in civitate & territorio colorari & ad usum aptari nullum permittimus nisi ad morem Francofurdianum & superioris Germaniæ. Et hujusmodi hic colorati & præparati non peregrinis hic in urbe divendi sed in superiorem Germaniam, utpote Lipsiam, Francofurdiam &c. divehi & distrahi debent; qui verò pannus in Anglia coloratus & ad usum præparatus est, desuper liberam potestatem distrahendi societas & quilibet ex ea habebit. Cui etiam societati & cuilibet ex ea liceat & licebit pannos caresios i.e. Kysei ad proprium ipsorum usum quocunque colore tingere & præparare. Quod ut melius & uberius perficiatur, nos promittimus & obligamus, nos respective auxiliari & defendere dictam Societatem & mercem ejusdem in negotiatione sua pannorum tinctorum & præparatorum ex Anglia advectorum, & insuper dictam Societatem defendere in executione & exercitatione earum ordinationum, quæ factæ sunt & fient per dictam Societatem, ad meliorem, liberiorem & utiliorem venditionem prædictorum, tinctorum & præparatorum pannorum, & in omnibus aliis ordinationibus æquis & rationi consentaneis.

Vigesimò quintò, attamen pannum non in parva quantitate ad ulnam vel similem mensuram vendendi sæpe dicta Societas potestatem habebit; Sed in magna quantitate. Quod videlicet integræ sarcinæ, & integer pannus vel panni & semipanni ab iis distrahantur, sub pœna amissionis panni fisco applicanda, iis tamen pannis exceptis qui, coxsael oder Fyne Laken dicuntur, quos quis ex societate ad amictum & proprium usum paratos habet vel habebit, eos enim inter consocios per minutissimas partes vendere & alienare potest.

Vigesimò sextò, pro meliori & rectiori commerciorum usu certi Proxenetæ sive mediatores contractibus adhibendi, nec non Mensores sive Mensuratores complicatores pannorum & sarcinatorum sive ligatores aliique tales necessarii ministri, prout dictæ Societati & iisdem mercatoribus visum fuerit, à Societate ordinari possunt, & eorum singuli certo & pro ratione officii concepto juramento, & coram nobis & iisdem tum nobis tum societati & mercatoribus præstando astringentur, qualiter agere debeant, Et inprimis tenebuntur se absque fraude & dolo honestè processuros, nec minus in unius quam in alterius partem inclinaturos, nostrisque civibus & peregrinis omnibus æque fideles atque ipsis mercatoribus adventurarum futuros.

Vigesimò septimò, quodcunque à contrahentibus in præsentia jurati Proxenetæ vel aliorum duorum testium fide dignorum, vel alia aliqua legitima ratiocinatione tractatum dataque arrha de aliqua re quacunque inter partes conventum fuerit, id ratum firmumque erit & legitimè adimplebitur.

Vigesimò octavò, quod si ullus proxeneta, mensurator vel alius administer admissus & juratus ut supra malè aut infideliter se gesserit, licebit dictæ Societati talem proxenetam, mensuratorem vel administrum ab officio movere, vel si id non mercatur, mitius punire. Quod si verò delictum gravius sit, nobis ad puniendum reservamus.

Vige-

Vigesimò nonò, nullus proxeneta aliquam pecuniam aut salarium percipiet nisi solùm & duntaxat proxeneta, qui personaliter contractui interfuerit & arrham dederit & ubi nihil à mensuratore mensuratum fuerit nihil solvitur ratione vel prætextu Mensuræ.

Trigesimo, permisimus etiam & permittimus quidē tot & tales hospites, quot & quales ipsi Societati opus esse videbitur (apud quos mercatores suorum negotiorū gestores famuli & alii Societati suppositi convictū emant & edāt) gubernator ejusve deputatus & Societas liberè possit eligere & ordinare & ex causa eosdem & eorum quemlibet mutare & recusare. Qui etiam omnes & singuli hospites cum tota Societate & mercatoribus adventurarum eadem libertate invictualibus quam cives nostri gaudebunt & fruentur.

Trigesimò primò, non majorem mercedem seu magis salarium aurigis vectoribus laboratoribus & operariis terra vel aqua adhibendis dicta Societas & quilibet ex ea dabit quam illis cives nostri numerant. In jure etiam ponderationis nec non usu libripendis lancis seu ponderationis instrumenti & ponderatoris salario omni beneficio commoditate jure usu & consuetudine civibus in hac parte concessis & ab illis observatis dicta Societas & quilibet ex ea utentur & fruentur, ut quantum ipsi cives numerant solvere teneantur & non ultra vel aliter, dummodò non excedat salaria vel mercedes particulares ante hac solutas, cum minimæ fuerint, prout mutuo consensu & communicatione statutum erit.

Trigesimo secundo, promittimus quid nomine Grondagii, Warfagii & Anchoragii antedicta Societas vel aliquis ex ea nihil solvet nunc, neque infuturum.

Trigesimo tertio, concessimus etiam quod de quibuscunque rebus seu mercibus per ergastum gruem vel cranam minimè deferendis, importandis vel exportandis nihil penitus Cranæ nomine à mercatorum Societate aut eorum aliquo petetur, exigetur vel extorquebitur, quod si quid contra admissū fuerit per magistrum Cranæ ejusve suppositum aut magistrum quemcunque quod eo modo solutum acceptumque fuerit, statim restituetur.

Trigesimo quarto statuimus quoque & ordinamus, quod si merces vel alias res quascunque per magistrum Cranæ, ejus deservitores aut famulos aut alios quomodolibet ex eorum culpa inanimadvertentia seu negligentia extrahendo navi vel imponendo in navim damnum vel detrimentum pati contigerit, tunc & eo casu magister Cranæ ad hujusmodi damni plenariam satisfactionem teneatur & ad ejus solutionem à nobis compellitur.

Trigesimo quinto, nulli nautæ se ingerent, advehenda bona ac merces dictæ Societati, sed illius mercatoribus & cuilibet ex eis licebit onerare & exonerare bona & merces suas hic in Civitate nostra & ejusdē jurisdictione tam suis quā conductis Scaphis & naviculis in navim vel naves sive majores sive minores suæ nationis vel cujuscunque ditionis civitatis terræ provinciæ vel loci fuerint imponere vel exponere citra cujusquam contradictionem.

Trigesimo sexto, concedimus & damus eisdem mercatoribus ultimas suas voluntates in urbe nostra ejusque territorio consignaturis potestatem, ut testamenta sua sive ultimas voluntates secundùm morem & consuetudinem Anglic. ostendant nempe ut propria manu ea scribant, vel scribere faciant & subscribant, proprioque suo sigillo apposito confirmant. Et quicquid ita placuerit firmum erit & stabile, atque post mortem testato-

rum executioni mandabitur Quod si verò quis intestatus vitæ defungitur, tota hæreditas proximis ejus hæredibus & amicis per administrationem gubernatore ejusve deputati & Associatorum dictæ Societati integre cedet, neque nos aut orphanorum magistri aut Curatorum nostræ Civitatis in personas aut bona mobilia orphanorum dictorum mercatorum Angl. sic defungenti m, jus potestatem aut authoritatem ullam habebimus.

Trigesimô septimò, curabimus etiam, quantum in nobis est, ut certa & immutabilis monetarum, aurearum & argentearum valvatio stabiliatur, quam sub magna pœna nulli licebit violare & mutare contra statuta & constitutiones sacri Romani Imperii.

Trigesimò octavò, in omnibus causis coram gubernatore ejusve deputato, assistentibus tractatibus. vel actis & postea ab illis certificatur sub sigillo dictæ Societatis vel associatis hic vel alibi ejusdem Societatis, manuque dicti gubernatorum sive deputatorū Thesaurarii vel Secretarii subscriptis, in judiciis & territorio nostro eadem fides habebitur, ac si nobis & Senatui hujus civitatis collegialiter acta & certificata fuissent. Lite etiam & controversia circa rem aliquam vel materiam hisce privilegiis contentam vel eorum validitatem aut confirmationem concernentem interquoscunq; pendente propter cujus testimonium aut probationem necesse sit, ut aliqua pars dictorum privilegiorum describatur & exhibeatur, eo casu Societas non tenebitur publico Notario aut persona ad istam descriptionem adhibere vel suorum privilegiorum inspectionem alicui permittere. Sed (si opus fuerit) Gubernator ejusve deputatus Secretarium Societatis vel ejus substitutū aliūve ejusmodi officiarium deputare poterit, qui authenticam privilegii rem in quæstione concernentis Exemplar sive extractum faciat, & sigillo Societatis confirmet, cui eadem fides vel authoritas dabitur ac si à publico Notario vel alia publica persona descriptū fuisset.

Trigesimò nonò, si navis aliqua passa fuerit naufragium intra territorium civitatis nostræ vel bona naufragio deperdita vel navis exonerandæ causa in terram seu ripam aut littus subjecta in civitate nostræ jurisdictioni translata fuerint, hoc juris quod civibus nostris competit, Societas adventuraria & quilibet ex ea habebit. Et non solùm omne pro virili auxilium periclitantibus præstabimus, quin etiam omnem diligentiam adhibebimus, ut navis & bona conserventur. Quibus conservatis ex parte vel in totum ea restituentur proprietariis, solventibus tantùm rationabilem & æquam mercedem pro rebus conservatis. Et si naufragium contingat in locis vicinis Albi vel littori, promittimus eis, qui sunt dictæ Societatis, iis libentissimè & promptissimè literis nostris requisitoriis auxilium præbere.

Quadragesimò, Societati & dictis mercatoribus providebimus de sufficienti numero Scapharum & navicularum tectarum pro tuta & commoda pannorum aliarumque mercium oneratione & exoneratione tam in exitu, quam in introitu navium onerariarum majorū pro certo aliquo & justo salario quantumque minoribus & pro virili operam dabimus & annitemur, ut Albis fluvius juxta & infra Civitatem nostram à sabulo & arenis (quantum fieri potest) purgetur, ut ita navigatio per dictum fluvium facilior & minus periculosa reddatur. Et designabimus cives aliquos discretos, qui ad requisitionem mercatorum prædictæ Societatis, curabunt, ut conducant suas domos, hospitia, officinas, & cellaria, & reliqua alia pro meliore accommodatione dictorum mercatorum, tam rationabili pretio, quam potest fieri & non excedenti quam minimo pretio antélià soluta.

Quadragesimò primo, Sancimus etiam & statuimus, & ordinamus ac respective prohibemus, ne quis ex dicta Societate vel illi suppositus

aut

aut nauta qualemcunque saburram (quæ vulgariter Ballast vocatur) in fluvium Albim ubicunque hoc foret ejiciat, qui contra hoc mandatum & prohibitionem fecerit, pœna statutaria 20. florenorum Rhenensium in auro multabitur.

Quadragesimò secundò volumus & statuimus, quod omnes scribæ, & navium magistri tam earum quæ ad cives & incolas nostros quam quæ ad extraneos pertinent, quibus Anglicanæ merces ex Anglia & in Angliam vehuntur, tenebuntur (quotiescunque decreto requisiti fuerint (edere & exhibere Cocketas sive chartas suas Telinarios nostris vel officiar. dictæ Societati ad hoc deputatis, Ne dicta societas jure suo defraudetur vel injuriam in privilegiis suis patiatur: Quod si civis vel incola nostræ civitatis vel extraneus ad tegendos vel occultandos pannos vel alias merces Anglicanas ex Angl. per mercatores dicti regni huc Hamburgum allatas vel ascitu dicti telonarii aut officiarii occultandos, nomen signum aut stigma suum commodaverit, vel apponi sinat, aut pro suis defenderit, pœna à nobis arbitraria punietur. Et quotiescunque Gubernator vel ejus vices gerens, aut aliquis ex dicta Societate per informationem vehementem suspicionem vel Judicia contra talem civem nostrum vel inhabitantem seu suppositum, inveniet, quod aliquot merces & bona ad Anglum spectantia abscondat aut sub suo nomine defendat aut libertatem consecuta sint, quod tunc possint hujusmodi mercantiæ bona in arresto, in quo manebunt, donec talis civis sive inhabitans vel suppositus debito modo ostendat, aut per juramentum affirmat quod hujusmodi mercantiæ & bona sint sua, sui aut ipsorum magistri sive societate propria & ad neminem alium nominatim nationis Anglicæ spectantia & quod hujusmodi bona & mercantiæ ad se vel ad suos spectabunt, cum in Angl. emebantur & in navim importata & huc advecta fuerunt. Et si subsequenti tempore fuerit inventum, talem affirmationem male vel perperã esse factã, tunc ille à nobis ita punietur, ut aliis cedat in exemplũ. Porro ut societas mercatorum adventurariorum hisce privilegiis rectius ad suũ cõmodum uti frui queat, nec aliis sub ejus societatis prætextu illa privilegia contra utriusque nostram intentionem participandi ansa & occasio sit, conventum & decretum est, ut nullus ex societate adventurarum nomen suum notam signum aut stigma mutuet seu accommodet cuicunque alii, ut sub tali nomine seu signo libertatem vel immunitatem aliquam consequatur, nec quiscunque alius quovis modo defraudationem horum privilegiorum vel palam vel clam adjuvet sub gravissima arbitraria pœna, illi qui quovis modo contravenerit à nobis infligenda, & non permittemus ulli subdito Regis Angliæ advehere vel in terram ponere in hac nostra civitate vel territoriis ejusdem, ullas merces vel mercantias factas vel crescentes in Dominiis dicti Regis, nisi sit ejusdem societatis nobisq; id constet per attestationem Gubernatoris vel ejus deputati. Etsi quis subditus secus fecerit, tunc ejus persona & bona apprehendẽtur, & disponentur, secundũ diploma Regiæ Majestatis hac in parte dictæ Societati concessum, in quibus promittimus dictæ societati auxilium omni tempore præstare nostra authoritate & nostris officiariis prout opus fuerit, & ratio postulabit.

Quadragesimò tertiò; promittimus & consentimus, quod omnes & singuli articuli & concessiones, nunc concessæ vel inposterum concedendæ probè servabuntur, iique prædicta Societas & mercatores adventurarii, & eidem adhærentes quam diu apud nos residebunt quiete gaudebunt & fruentur, ad quem finem particularem & authenticam Telonii & ponderationis

desi-

designationem unà cum specificatione Salarii laboratorum aurigarum, vectorum, mensuratorum, ponderatorum aliorumque operariorum pro mercibus hinc illinc vehendis vel avehendis tam terra quam aqua manu Secretarii nostri subscriptam ipsi Societati seorsim communicavimus juxta cujus tenorem si solverint ulterius non gravabuntur.

Quadragesimò quartò, volumus & promittimus quod certo quodam die quotannis puta intra octiduum post Matthiæ Apostoli, Pro-Consules & Senatores civitatis nostræ congregabunt seu congregari facient in aliquem aptum & idoneum locum Telonarios Ponderationis & Cranæ magistros, atque etiam mensuratores & proxenetas juratos, aurigas, vectores, & hujusmodi officiarios & operarios & ibi præfati Consules & Senatores iisdem officiariis & aliis planè & publicè declarabunt omnia & singula privilegia dictæ societati eorum officia & opera concernentia, illis injungentes, ne à prædictis Anglicis mercatoribus plus debito, aut ultra quam privilegia eorum publicata designant, exigant, levent aut recipiant, vel exigere, levare vel recipere à quovis subservitore vel vicegerente vel alio quocunque nomine appelletur, permittant aut sinant. Quod si quis contra fecerit, iile à nobis corrigetur & in ordinem reducetur.

Quadragesimò Quintò. Si verò liberum horum articulorum, & concordatorum usum vel ipsam Residentiam & negotiationem societatis bello forte (quod Deus avertat) aut alio quopiam inexpectato infortunio & casu incidenti, vel alias rebus nostris id non diutius ferentinus, iisdem mercacatoribus ulterius in nostra civitate & Jurisdictione concedere atque permittere omninò non resolverimus aut non potuerimus, id satis maturè debitè & solenniter significari curabimus, quo res suas & personas hinc absque omni damno & periculo libere possint transferre, Atque insuper fidem damus, nos per spatium sex mensium post talem significationem eorum bona personas & Traficam in nostram tutelam & patroçinium recepturos, atque ab omni vi & maleficio defensuros. Et si vice versa dicta Societas propter aliquod inexpectatum accidens vel casum fortuitum vel alium, permitti non potest hic negotiari vel residere vel libero & necessario usu & beneficio supra nominatorum vel subsequentium articulorum & concordatorum frui & gaudere tunc dicta Societas erit libera ejus permittet, pacifice, libere & sine impedimento vel damno discedere ex nostra civitate & territoriis ejusdem cum omnibus suis personis, sociis & bonis quibuscunque solvendo tantum debita telonia pro solis mercibus & mercantiis suis,

Quadragesimò Sextò, quod si ratione dubii vel ambigui circa privilegia societate vel hæc concordata nostra, vel ullum in iis Articul. vel rem quacunq: controversia existat in illa explicanda eam æquitatem & benignitatem ostendamus, ut societas favorem & benevolentiam nostram inde intelligere queat & de iniquitate vel rigore conquerendi nullam occasionem sit habitura, Et si dictæ societati aliquando quoquomodo fiat impedimentum, quo minus his suis privilegiis in omnibus punctis & Articulis prout eis concessa sunt, uti possint, Pro-Consules & Senatores pro tempore existentes ex parte societati moniti, deputatos duos civitatis viros spectatæ fidei destinabunt, qui cum duobus deputatis ex parte societatis de dicto impedimento tollendo tractent & finaliter conveniant, quod si convenire non poterunt, tunc negotium per unum aliquem arbitrum ab ipsis quatuor deputatis nominandum & eligendum quanta fieri potest expeditione determinabitur.

Quadragesimò Septimò, si præter prædictos Articulos Societas ut alii adscribantur requisiverit, nos prædicti Pro-Consules & Senatores, & nostri successores pro tempore existentes dictæ societati in hoc casu quantum rationi & æquitati convenerit satis faciemus.

Qua-

Quadragesimò octavo, sæpedicta Societas per præsentes solemniter protestata est, animum suum esse quod aliis concessionibus, privilegiis, beneficiis, juribus, consuetudinibus & interesse ipsius à civitate Ansæ Teutonicæ vel aliis quibuscunque Societati vel nationi Anglicæ per aliquem intercursum tractatum conventionemque inter serenissimum ipsorum Regem ejusque Progenitores & prædecessores ac civitates dictæ Ansæ Teutonicæ vel alios quoscunque permissis & concessis hæc nunc tractata & privilegia nullo modo, præjudicare vel nocere velint, aut præjudicare vel nocere possint aut debeant.

Quadragesimò nono, econtra autem quicquid nos Pro-Consules & Senatores civitatis Hamburgens. cum inclyta nationis Anglicæ Societate prædicto vel alio modo transegimus, conclusimus & ordinavimus, vel in futurū transigemus, concludemus & ordinabim⁹ omni meliori modo & formâ quibus id quam firmissimè de jure fieri potest vel debet. Nos jam dictæ Pro-Consules & Senatores civitatis Hamb. tam nostro quam successorum nostrorū ac suppositorū nobis omnium nomine solenniter protestamur omnibus & singulis privilegiis, libertatibus, juribus, indultis, immunitatibus ac consuetudinibus quocunque nomine censeantur, quæ vel Ansæ Teutonicæ vel specialiter civitati nostræ Hamburgensi nostris civibus incolis & subditis quolibet modo in regno Angliæ vel alibi concessa sunt, vel competunt, nequidem in minimo præjudicare debere.

Sequitur copia salvi conductus.

